imò teneretur rem sibi restituere restituto nō pretio ...
tex.est cum glo.singulari j.si vendito pignore agatur. l. pen.
quinimò non requireret tanta deceptio.imò propter modi
2 cam rescinderetur contractus.vt j.eo.l.dolus. ¶ † In tex.ibi:
quod deest iusto pretio,recipias &c. Not.& pōdera istum tex.
quia non sufficit quòd emptor suppleat vsq; ad quantita-
tem ad hoc vt deceptio non sit vltra dimidiam iusti pretij:
imò requiritur quòd suppleat vsque ad iustum pretium:vn
de si rem valentem decem vendidi tibi pro quatuor. & sic
sum deceptus vltra dimidiam iusti pretij in vno tantum:
3 quia dimidia sunt quinq;. † & si vendidissem pro.v. non ha-
beret locum dispositio huius legis:quia deceptio non est vl-
tra dimidiam:cùm habeā dimidiā. & sic habet locū regula,
ꝙ licitū sit cōtrahētibus inter se decipere:si tū offerres illud
vnum quo sum decep⁹ vltra dimidiā,nō sufficit.cū esset di
spositio huius.l.sed debes supplere vsq; ad iustū pretiū:& sic
dare mihi sex,quæ sufficiunt mihi ad iustū pretiū:& tū si vē
didissem pro.v.non possum plus petere. Tene mēti ꝑpetuò.
4 qđ etiā Bal.hoc tenet propter istum tex. ¶ † In tex.ibi.*si nec
dimidia pars veri pretij*.l.qđ inspecto tēpore venditionis erat
nō ante, vel post:si cōstaret ꝙ ante minus valuisset: & etiam
post incipit min⁹ valere:sed cōstat ꝙ tēpore vēditionis vale
bat.x.& fuit vendita pro.iiij.quia non inspicitur tempus an
terius vel posterius:vt j.eod. l. si voluntate.in fin.& extrà de
emp.& vend.c.cùm dilecti.&.c.cùm causam.Quid autem si
non constat de illa veritate pretij diuersorum temporum,
& venditor agat ad rescindendum,dicens quòd rem valen-
tem.x.vendidit pro.iiij.& probat quòd hodie valet.x. vnde
dicit ex hoc præsumi quòd etiam tempore venditionis tan-
tum valuerit,cùm non constet de contrario,an sibi sufficiat
ad rescindendum? videtur quòd sic.quia ex præsenti præsu-
mitur in preteritum:vt.s̄.de proba.l.iij.& hoc vide per Cy.
post Pe.in auth.sed quāuis j.de rei vxo.act.& quid econuer-
so.si probat quòd per annum antè valuit.x. an sufficiat , vt
sic præsumatur quòd tantùm valuerit tempore venditio-
nis? vnde Cy.in.l.si minorem.s̄.de in integ. resti. nam in his
quæ variantur ex tempore non est bona argumentatio de
præsenti ad præteritum.vel econuerso.vt in.l. spadonem.§.
qui absolutus.ff.de excu.tu.Sed pretia rerum ex tēpore va-
riantur.vt in.l.pretia rerum.ff.ad leg.falc.Sed certè nō ex so-
lo tempore,sed alia extrinseca subsistente causa . qđ tamē nō
est in ætate quæ ex solo cursu temporis variatur.& ideo nisi
constet de aliqua alia extrinseca causa, quæ habuerit variare
pretia:vt puta guerra,vel pax.videtur posse argui de præsen
ti ad præteritum.vel econuerso.ar.d.l.iij.&.l.siue possidetis.
s̄.de proba.erit ergo in arbitrio iudicis hoc discernere: an
probatio prædicta sufficiat,vel non.quando autem esset lō-
ga distātia tēporis.puta decēnium,vel vltra:videt nō suffic
re:etiā si alia iusta causa nō probet subesse. or sufficiat. Dic
xxj. Aug. M.ccccxxxix.& tūc antè ꝑ duos dies do. Paulus de
dotis,& do. Vbertus trapolitius cum dn̄o filio Lāciloto, &
dn̄s Daniel,cū magistro Stephano iuerunt Venetias ex eo ꝙ
5 eis opponebat. ¶ † Adde quasdā limitationes ad hanc legē.
Primò quòd habet locum in emptione & venditione quam
quis facit per seipsum vel alium cū speciali mandato de ven-
dendo tanto pretio. Si verò sine speciali mandato , & cū ge-
nerali,& ille dolosè venderet minori pretio:non valeret per
l.diligenter.ff.man.sed si non dolosè,valet. & sufficit minor
lęsio.s.in sexta parte pretij,vt possit rescindi vēditio:nisi pre
tium suppleat.hoc tenuit Bar.licet sub dubio. in repetitiōe.
l.si societatē.§.arbitrorū.ff.pro socio.per.l. vnde si neruæ.ff.
a eo.ti.& sic arbitramentū[a] qđ habet vim contractus seu trans
actionis:& celebrat inter partes per alium , dicit iniquū: &
potest rescindi proter lęsionē factā in sexta parte . ¶ Alia li-
mitatio.ꝙ nō habet locū ista.l.si in venditione interueniret

est.x.q.ij.c.hoc ius porrectū.dicit non habere locū in vendi-
tione facta ecclesiæ:quia ecclesia nullam vult decipere:nec
pati sibi fieri iniustitiam.sed hoc est falsum.& illa ratio po-
tius tendit in contrarium.qđ multo magis quando facta est
ecclesiæ.& de hoc est casus in.c.cū dilecti.&.c.cum causam.
de emp.& vēdi.quū.c.loquūtur in venditione facta ecclesiæ
vel per ecclesiam.¶ Quarta limitatio.quia dicunt quidam
non habere locum si vēditor apponit pactum qđ restituto
pretio infra annum possit recuperare rem vēditam,& ipse
non restituit infra:sed post annum vult recuperare remedio
huius legis:vel quòd suppleatur pretiū.quasi videat huic.l.
renuntiatum post annum. Doc.tamen tenent contrarium:
quia non habet duo iura recuperandi.scilicet ex pacto,& ex
dispositione huius legis:licet primo iuri videat renuntiasse
post annum:non sic secundo.ff.de serui.vrb.præ.l.si dom⁹.
6 ¶ † Sed quanto tempore durat facultas emptori supplendi
pretium,& retinendi rem:dic quousq; lata sit sententia sup
restitutione rei,& quousque fuerit conuentus actione iudi
cati ad rei restitutionē.per.l.Item veniūt.§.Idē rectè.seu.§.cū
prædiximus.ff.de peti.hæred.quia quando vnum est in ob-
ligatione,aliud in solutione,ex dispositione legali tantùm
durat facultas.sed si ex dispositione contrahentium,non du
rat nisi vsque ad litem contestatem super re:vt in.l.si stipula
tus fuero.x.in mille.ff.de solu.facit.l.si insulā.ff.de verb.obl.
7 Deinde collige quasdam conclusiones.¶ † Prima.ꝙ huic le
gi potest renuntiari expresè vel tacitè.per regulam genera-
lem.ꝙ quilibet potest renūtiare expresè vel tacitè iuri suo:
vt.s̄.de pac.l.si quis in conscribendo.& hoc tenet Bald.hìc
secundum Nico . mag . per.l. quæritur.§. si venditor . ff.de
ædil.ædic.& etiam respondeo in titulo de actione quātò mi
noris.¶ Secunda conclusio.ꝙ eoipso censetur renuntiasse si
b sciebat[b] verum valorem rei:& sic se decepit vltra dimidiā
iusti pretij.etiam si aliter expresè non renuntiet. hoc tenet
expresè Specula.in titu.de emptio.& venditio.§.nunc re-
stat.de rescin.venditio.&c.in versi . quid si aliquis scienter.
ad quod j.eod.l.venditor.& idem tenent hìc Barto.& Bald.
dicentes quòd in formatione libelli debet asserere se fuisse
deceptum:& sic ignorasse verum pretium,ad hoc vt libel-
8 lus concludat.¶ † Tertia conclusio.quòd in dubio quando
est tanta læsio , præsumitur ignorasse potius verum pre-
tium quàm sciuisse.aliàs rarò locum haberet ista lex.sed quā
do non est tanta læsio , præsumitur potius fuisse pretium
rei suæ per.l.quisquis.j.eodem. & hoc vult ibi Cyn.in effe-
9 ctu.¶ † Quarta conclusio.quia si renuntiauit specialiter ꝓ
uisioni huius.l.seu fraudi dupli,valet renuntiatio . etiam si
constat quòd ignorabat verum pretium.l.qui iure.ff.de te-
stamen . mili.quia licet non cogitauerit in specie, postquā
ignorabat,videtur cogitasse in genere:& voluisse quòd non
obstante ignorantia veri pretij (etiam si sit deceptus vltra
dimidiam) nolit vti remedio huius.l.per illam.l.& per id
quod not.in.l.sub prætextu.la.ij.s̄.de transactio.¶ Quinta
c conclusio est. quòd generalis renuntiatio[c] de omnibus iuri
bus &.ll.&c.nō nocet renūtiāti,si nō apparet quòd sciuerit
verum pretium rei.secundū Nico.mag.& Bald.ad quod fa
ciunt not.in.l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau. Rofre
tamen.in.d.titu.sentit contrarium . dum dicit quòd tutiu
est vt fiat specialis renuntiatio.& sic innuit quòd etiam ge
neralis valeat . sed magis si dubium . ideo tutius est facer
10 specialem.¶ † Sexta conclusio est . quòd per illa verba &
d plus[d] valet,donauit dicto emptori illud:non censetur ren
tiasse beneficio huius.l.quia illa verba possunt referri com
modè.& referuntur ad modicam quantitatem. arg.in.l.h
adiectio,de verb.sig.secundum Bart.sed Bal.limitat.nisi d
ceret totum illud & quicqui plus valet,donauit:quia tu

gestione.& inductione emptoris.vsq; ibi.*igitur.* postea i
.*sanè*.qui loquitur de eodem casu:dicitur q venditor be
potest petere pretium conuentum:deinde in ver.*igitur.*
tur econuerso in emptore.qui sciens verum pretium rei
it pro maiori quã valeret suggestione venditoris,asserẽ-
plus valere.ideo imputet sibi:postquã sciebat contrariũ.
habet locum ista lex:etiam si sit deceptio vltra dimidiam
ti pretij.vt dixi in.l.ij.suprà eo.quia scienti non infertur
lus.nec deceptio etiam re ipsa censetur inferri.& hæc est
mmunis opi.doc.in.d.l.ij.glo.tamen hæc videtur intelli-
e quando erat deceptio vltra dimidiam iusti pretij:sed
c.dicũt id qđ dixi.s.† Et no. ex hac.l.q si rem quã scio va
e.x.vendo tibi pro quatuor:non possum allegare dolum
um:secus si ignorabam.vt.l.proxi.in glo.j.&.s.de hære.
n.l.qui nondum.

SVMMARIVM.

piens est qui non petit illicita.

LEX XII.

On idcirco. † Necessitas rei familiaris non facit vt vẽditio rescindatur ratione minoris pretij.h.d. i effectu.videbatur contrarium.quasi coactus vẽdiderim:vt.s.e.l. voluntate.sed ibi quando coactio processit ab aduersario el etiam à tertia persona ipsum improbè inferẽte.hic verò
2 ne culpa vel dolo alicuius imminebat necessitas.† Et not. ic secundũ Bal.in fi.q sapiens est qui non petit illicita.

LEX XIII.

I maior annis. † Protestatio tertij facta ẽptori q non emat non prodest venditori : vt propter eam possit venditionem rescindere.h.d.& hoc quia ille non fecit eam ad commodum venditoris, sed ad propriam:sed an prodest ipsi protestanti? Rñ.si non habebat ius in re, non habebat ius protestandi.ideo sibi non prodest.vt.l.tutor. in prin. de mino.sed si habeat ius in re:quia erat fortè dñs,bene prodest sibi: vt constituat emptorem in mala fide, & sic teneatur de fructibus perceptis & percipiendis.vt.s. de rei ven.l.si fundum . quid autem si protestatus fuit venditori ne vendeet, an constituat ipsum in dolo si vendat vt sic perinde teneatur acsi dolo desijsset possidere? vide Specul. de emption.§.nunc dicendum.ver.vl.no.cum seq.& sequẽti vsq; quasi in fine.

SVMMARIVM.

Venditor si post venditionem & traditionem soluerit publicas functiones:quia forte res non erat eleuata de libra, vel æstimo suo:nec posita in æstimo emptoris:potest quod soluit repetere ab emptore ad quem pertinet commodum & incommodum.

Quòd tamen fiscus possit agere contra quem vult,etiam contra emptorem.licet non sit posita in eius æstimo.

LEX XIIII.

A conditione. † Licet non seruetur modus vel pactum p emptorẽ,non propterea rescinditur cõtractus,sed agitur contra eũ ad interesse.h.d.hoc est verum. nisi ille modus vel causa de futuro implenda dederit causam contractui.quia venditor non fuisset aliàs venditurus. vt.j. de pactis inter emptorem.l.cũ te.vbi est casus singularis.† Et nota ex ista.l.q si venditor post venditionem & traditionem soluerit publicas functiones.quia forte res non fuerat eleuata de libra,vel æstimo suo,nec posita in ẽstimo emptoris,potest qđ soluit repetere ab emptore,ad quẽ pertinet cõmodũ vel incommodum.fiscus tamen potest ægere contra quem vult etiã contra emptorẽ:licet nõ sit posita in ẽstimo.

LEX XV.

1 **Quisquis.** † Vendens rẽ minori pretio quã valeat nõ pôt rescindere vẽditionẽ ex eo q dicat se ignorasse verũ pretium:qa hoc non præsumitur:& qa hoc est sibi imputandum
2 quare nõ implorauit.h.d.¶ † Et allegat q quilibet præsumit
a scire valorem[a] rerum suarum.& vires patrimonij sui. gl. fi. in.fi.op.insti.qui.& ex qui.cau.ma.non po.So.vt plenè not. per Cy.in auf.sed cũ testator.in.j.q.ad.l.fal.infrà. vbi examinat istum passum.An quis præsumatur scire vires patrimonij sui.qđ no.Hostien.de iudi.c.ad liberandum.extra. super verbo scienter.& procedit ista.l.quando non esset deceptus vltra dimidium iusti pretij:aliàs sibi imputandum,nec præsumeretur sciuisse.sed ignorasse.per.l.ij.supra eo. & per.l.si voluntate.circa fi.

SVMMARIVM.

2 *Practica seruanda per publicum exactorem, quando ponit rem vænalem in subhastatione.*
3 *Verũ pretium probatur ex qualitate rei,& quantitate redditutũ.*
Quæ sint necessaria,cum res priuatorum venduntur propter publicas functiones non solutas.remißiuè.

LEX XVI.

1 **I quos.** † Publicus exactor debet vẽdere res subditorum iusto pretio:& non debet pati q aliqua fraus fiat in subhastatiõe.aliâs vẽ
2 ditio pôt rescindi.h.d.† Et ponit practicam. q antè quã ponat in subhastatiõe faciat rẽ ẽstimari p habẽtẽ notitiã & postea ponat ĩ subhastatiõe p pretio declarato p æstimatores.deinde detur plus offerenti.si eñ nõ præmissa æstimatione poneret in subhastatione,posset magna fraus committi in dãnum debitoris fiscalis: & etiam in dãnum fisci.qa res daretur pro modico pretio gratiosè per publicum exactorẽ alicui fortè amico suo.& sic plus lucraretur exactor ex gratia,quã fiscus ex debito.Et per hãc.l. patet qđ licet res fuerit vendita ad incautum,nihilominus possit venditor, vel ille cuius erat res conqueri de deceptione vltra dimidiã iusti pretij.quia non sequitur non fuit repertus qui plus offerret ad incautum : ergo non plus valebat.tex. est notabilis hîc:& sic per hoc non perdit beneficium.l.ij. s.eo. Tene
3 menti:& vide qđ no.Bar.in.l.ij.j.de mag.conue.l.fi.† No. q verum pretium probatur ex qualitate rei,& quãtitate redditũ.gl.etiam hîc aliqua necessaria ponit:cùm res priuatorum venduntur propter publicas functiones non solutas. de quib⁹.j.ti.ij.l.ij.&.s.si aduer.fis.l.fi.in gl.&.l.jj.de præscri. xxx.ano.l.j.& plenior glo.in.l.j.de fide instru.& iure hastæ. fic.lib.x.

LEX XVII.

1 **I qui.** † Fictitij contractus in præiudiciũ fisci non tenent.h.d.ad quod vide.ff.ad munici.l.ordine.§.in fraudem.& quod ibi per Bart. ¶ In tex.ibi.*existimant esse contractus*. subaudi vt sub hoc euitent munera quæ inducuntur pro quantitate patrimonij.vt.j.de mune.patrimo.lib.x.per totum:& qualiter puniantur emptores.dic vt in gl.

LEX XVIII.

1 **Vestium.** ¶ † Palatini seu cõsiliarij pricipis nõ possũt emere res subditorũ.h.d.

Quando liceat ab emptione discedere. Rubrica.

SVMMARIVM.

2 *Consensus resolutiuus contractus, qui solo consensu contrahitur, operatur vt omnis obligatio tam naturalis, quàm etiam ciuilis orta ex contractu hincinde, scilicet, venditori ad pretium, & emptori ad rem, ipso iure resoluatur re integra, & vide nu.4.*
3 *Si vendidi tibi rem pro.x.& postea re integra agimus quod sit vendita pro.xij.censetur venditio reformata, & an soluatur*

re:qa erat obligatus ex contractu de restitutione rei vel supple-tione pretij: à qua obligatione sub facto non potuit se eximere. arg. in. l. iij. circa prin. de iureiur. ff. non obstāt. ll. dicētes φ non tenetur ille qui non posidet, nec dolo desijt possidere. quia loquuntur in eo qui non erat obligatus personali actione: sed poterat conueniri actione reali. & idem si esset obligatus tali obligatione in qua non veniret nisi dolus & lata culpa, sed in illo venit etiam leuis. debebit ergo vel redimere rem & restituere, vel supplere pretium si non fuit in mora, vel in culpa pereptionis. videtur φ sic. quia erat obligatus alternatiuè ad rem, vel pretiū. & regula est φ debitor alternatiuus per peremptionem vnius de alterna. non liberatur: sed remanet obligatus in altero. vt. l. stichum. ff. de solu. &. l. si in emptione. §. pe. de contrahen. empt. Contrarium tamen determinat gl. dicens no. φ in obligatione nō erat nisi ipsa res quasi dicat suppletio pretij erat in solutione, non in obligatione. vnde perempta re sine mora, dolo, vel culpa, non potest æstimatio peti: quia non est in obligatione: preterea etiam si esset. tamen est respectu certæ speciei: ideo perempta specie debet liberari. ar. ff. de noxa. l. electio. §. si is. de leg. j. l. Titiæ textores. in fi. &. l. quidam testa. §. pe. vel antepe. Quidam dicunt contrarium: quia periculum interitus rei venditæ pertinet ad emptorem post perfectam emptionē: sed certè verum est quantum ad hoc vt non obstante peremtione posit conueniri ad pretium conuentum qđ est in obligatione. non quò ad hoc vt posit conueniri ad pretium nō conuentum. quod non est in obligatione, sed in solutione. vt dictum est. in quodam tamen casu videtur aliud, scilicet in muliere decepta in æstim. rei datæ in dotem æstima. vt post ipsam peremptam nō debeat petere suppletionem pretij: sed bene posit petere pretium conuentum. vt in. l. si res. §. j. ff. de iure do. & plenè habet̄ J. so. ma. l. si circunscripta. dic vt ibi: & vide in Spe. loco. s. allegato. vbi tangit tres opi. & secundum quālibet format libellum. vna est φ tātum res. sit in solutione. altera φ suppletio tantum pretij. altera qđ

17 vtraqʒ alternatiuè. ¶ † In septima quæstione. dic vt in glo. φ ista. l. habet locum ecōuerso quando emptor esset deceptus ¶ Similiter in octaua quæstione. φ venditor dicitur deceptus vltra dimidiam: si rem valentem. x. vendidit pro. iiij. & emptor si rem valentem. x. emit. pro. vj. reprobata alia opi. quòd tūc quādo rē valentē. x. emisset pro. xx. licet Pe. & Cy. eam teneant: sed Bald. dicit esse fantasiam. & tenet glo. & idem Alb. de ros. In vltima quæstione. qualiter probatur va

b lor rei. glo. ponit aliquos modos. Bal. dicit φ clarus modus est φ ponantur æstimatores. Ang. dicit φ ista practica nō valet obolum: qa æstimatores æstimabunt rem secundum pretium hodierni temporis: sed hoc non sufficit: imò debet probari pretium, quod erat tempore venditionis: vt J. eo. l. si voluntate. in fi. tu dic φ imo valet. quia ex prçsenti tempore p̄sumitur in preteritum, si non erat longum tempus: nec apparet aliqua extrinseca causa propter quam potuerit esse variatio. per ea quæ not. Cy. i. l. si minorē. s. de in integ. resti. & qn probatur per testes, qualiter debeāt deponere. vide per Bar. in. l. fi. de prædijs mi. vbi dicit φ potest recurri ad æstimum communis. & vide quod no. in. l. pretia rerum. ff. ad. l. fal.

SVMMARIVM.

2 *In contractibus nominatis non est locus pœnitentiæ.*

Dato vno inconuenienti, aliud sequitur.

Dato quod nō expedit, sequitur quod non oportet.

LEX III.

1 **E contractu.** † Vēditio iuris pfecta nō rescinditur ex voluntate alterius contrahentiū tm: etiā mediāte rescripto

aut. vt iud. sine quoquo suffra. fiant post prin. super ve[...] alioquin. & no. i. l. sed si plures. §. i arrogato. de vulga. & pu[...] casus. ¶ In tex ibi nec ex rescripto. dic φ rescriptum non [...] let: nisi emanauerit ex certa scientia principis, cum claus[...]

c non obstante quacunqʒ. l. contrarium disponente. vt no[...] gl. in. l. ratas J. eo. & ibi dicitur qđ si tale rescriptum valeret, deberet obseruari, impetrans deberet vti eodem iure per quod quisqʒ iuris: quia possent venditiones factæ eis rescin[...] di. qđ intellige si fuissent factę per aduersarium, contra q[...] ille impetrasset: nam ille solus potest retorquere in ipsu[...] non alius. vt in. l. j. §. j. ff. qđ quisqʒ iur. ibi dū dicit aduersar[...] postulante &c. licet gl. in. l. fi. eo. ti. sentiat contrarium. & [...] hoc tangitur per Cy. in illa. l. ratas.

SVMMARIVM.

2 *Forma libelli quādo agitur ad rescisionem venditionis propt[...] læsionem vltra dimidiam iusti pretij.*

3 *Dolosus emptor, si in alium transtulit: non est agendum contra si[...] gularem successorem, cum quo venditor non contraxit: sed c[...] tra dolosum. & qualiter probabitur dolus. & nu. 1.*

LEX IIII.

1 **A Drescindendam.** † Ratione do[...] dantis cām co[...] tractui: vel etiam ratione iusti metus, bene pote[...] venditio rescindi: tamen ad probationem doli n[...] sufficit probare φ rem quam magno pretio emi vēdide[...] pro paruo: nec etiam sufficit paruitas pretij respectu valo[...] ris rei: nisi fuerit qs decept⁹ vltra dimidiā iusti pretij. debe[...] ergo pbari dol⁹ poti⁹ ex qualitate facti: quā ex paruitate pt[...] nec ratione doli pōt agi cōtra singularē successorē cōmitt[...] tē dolū. sed est agēdū cōtra ipm dolosum. h. d. ista. l. cū seq[...] ti. l. si volūtate. & l. dolus. J. eo. q̄ oēs tendunt ad idē. & sum[...] principiū summarij ex. l. seq. & princi. l. si volūtate. in qb⁹ d[...] citur φ ratiōe doli vel metus pbabilis, bn̄ pōt vēditio rescin[...] di: sed erat dubium: an probet dolus eoipso φ rē quā emi p[...] magno ptio, vēdidi p paruo: nā dr̄ φ nō. qa pōt esse φ plus nō valet quā vēdideri: & sic fui decept⁹ i emēdo. vr̄ nō seq[...] tur qđ vēditorē deceperi i vēdēdo. Et posito φ plus venderē quā vēdi posset, deciperē. dūmodo nō vltra dimidā iusti p[...]

2 tij. qđ erat tpe vēditiōis & hoc dr̄ i. l. si volūtate. ¶ † Et hoc vltimū no. ad practicā. l. ij. s. qa q agit ad rescindēdū vēditionē ex illa. l. debet dicere in libello φ res vendita tm̄ valebat tpe venditionis: & φ fuit vendita tanto pretio quod est minus quā dimidia: sed si diceret φ res illa valet hodē tātū, & fuit vēdita p tāto φ est min⁹ quā dimidia: libell⁹ nō cōcluderet: sed esset ineptus. p istum tex. & per. c. cùm dilecti. de em. & vendi. Et sententia lata super eō non valeret, vt ibi patet. qa videretur continere errorem iuris, si dicat tamē quòd tantum valebat tempore venditionis: & ad hoc probandum faceret articulos, quòd tantum valet hodie præsumeretur etiam quòd tantum valuerit tempore venditionis, si nō probaretur contrarium exprefsè, vel prçsumptiuè. vt dixi. in. d. l. ij. licet Pe. videat̄ aliter sentire in authē, sed quāuis. de rei

3 vxo. acti. in fi. & l. si minorē. suprà de in integ. rest. † qualiter ergo pbabit̄ dolus. tex. in. l. dolus. dicit φ ex qualitate facti. qđ declara vt in gl. sed quid si dolosus in aliū trāstulit. dicit̄ ibi φ nō est agēdum cōtra singularē successorē cū quo vēditor nō cōtraxit: sed contra dolosum.

SVMMARIVM.

2 *Si rē quam scio valere decem vendo tibi pro quatuor, non possum allegare dolum tuum, secus si ignorabam.*

LEX V.

1 **V Enditor,** † Lex ista tractat de materia legum præcedentium. scilicet an ratione doli posit indistinctè rescindi

ARISTOTELIS Stragiritæ Topica inuentio

IN OCTO SECTA LIBROS, A MAGNO AVGVSTINO NIPHO MEDICE, PHILOSOPHO Suessano, interpretata atque exposita, quæ apprimè à studiosis inter alias Logicę partes desiderabatur.

Mille in locis restituta. quod candidus lector ingenuè fatebitur, si nostram hanc editionem cum Veneta sedulò conferet.



PARISIIS.
Apud Ioannem Roigny, via ad D. Iacobum, sub Basilisco, & quatuor elementis.
1540.

AVGVSTINI NIPHI MEDICES, PHILOSOPHI Suessani, Topica Commentaria, ad Paulum Iouium Nouocomensem.

C

Vm diebus elapsis Iouie doctissime, in domo Pópeii Columnæ Cardinalis olim illustrissimi (vt nosti) occupatissimus essem, quod nec ego sine tanto principe viuere, nec ille sine me potuerit, Commentaria Topica absoluere non potui. nacti igitur in præsentiarum bonam oportunitatem, extremam manum non sine magno labore, eis tandem imposuimus. quæ nunc ad te mittimus, non quidem vt dialecticam eum docere velim, quem multis antea annis in omni disciplinarum genere doctissimum, & in dicendo disertissimum atque facũdissimum nouimus. (Esset enim, vt in prouerbio dicitur, noctuas Athenas mittere: atq;, Suẽ Mineruam velle docere) sed vt ea linceo (veluti aiunt) osculo recognoscas, demens quæ demenda, & quæ adiicieda videntur, addẽs. Sic enim efflagitat nostra tanto tempore inita amicitia: sic quoque amor erga te meus, atque obseruantia merentur. Est insuper alia causa non sub silẽtio prætereunda, vt intelligant videlicet omnes, qui hæc Commentaria legerint, quanti te inter viros nostri seculi semper fecerim. Vale.

A
ARISTOTELIS TOPICORVM PRIMVS, Interprete & expositore Magno Augustino Nipho.

DE INTENTIONE LIBRORVM.

PRopositum quidem negocii est, methodum inuenire, à qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus: & ipsi disputationē sustinētes, nihil * dicere repugnās.

VOLENS Aristoteles absoluere vniuersum negocium Topicum, ad quot, & ad quæ vtile * ἐρῶμεν dicimus.
sit Philosopho huiusmodi negocium, & quis illius finis (vt Alexander inquit) in præsenti lo-
co proponit. Et primo proponit ad quot & ad quæ vtilis sit. secundo loco non longe progre-
diens explicat quis sit eius finis. vt ex ijs pateat, dialecticam philosophantibus dignam esse stu-
B dio, quatenus ad ipsius veritatis inuentionem, quæ finis est Philosophi, momentum non paruum præ-
bet. Nec iniuria Aristoteles hæc fecit. nam sunt, qui dialecticam ex medio sustulerunt, asserentes po-
tius obesse, quàm prodesse philosophantibus pro veritatis inquisitione. cuius signū attulerunt, ex hoc,
quod qui peritiores in dialectica fuerunt, omnis philosophiæ fuerint penitus ignari, vt Protagoras,
qui cum ignarus philosophiæ esset, & dialecticis omne studium adhibuisset, deos in dubium reuoca-
uit, & ob id decreto publico Athenienses eius libros vsserunt, ipsumque profugarunt ab agro Athe-
niensi, tāquam sophistam, ac dialecticum inutilem reipublicæ, & veritati philosophicæ. Temporibus
nostris hoc idem videmus in hominibus nostri temporis. Sunt enim qui summis studijs dialecticę in-
cubuerūt, & tamē omnis philosophiæ sunt ignari, vt Hesberus, Ferebricius, Strodus, Dulmentonius,
Suisectius, & cæteri id genus. Hi enim cum in dialecticis fuissent periti, philosophiæ (pace cinerū di-
xerim,) fuerunt omnino ignari. Aristoteles ergo propter hęc (vt Alexāder exponit) duo ostēdit, pri-
mo quidem ad quot dialectica methodus vtilis sit, secundo quis sit eius finis: vt ex ijs duobus pręexpo
sitis aduersetur, atque occurrat ijs qui dialecticam methodum è medio sustulerunt. ¶ Verum ante-
quam ad verba Aristotelis veniamus, non erit nobis inutile pręmittere quædam quæ partim ex com
mentarijs Alexandri, partim ex paraphrasibus Auerroris colliguntur, nonnulla vero ex ijs, quę iunio
C res dixerunt: alia quidem approbando, alia vero refellēdo. Et primo videamus ad quid dialecticæ no
men Philosophi retulerunt. ¶ Stoici itaque dialecticam asserunt consistere in bene dicendo. Bene
dicere vero asserunt idem, quod vera & conuenientia dicere: & cum vera & conueniētia dicere pro-
prium philosophantium sit, ideo solus Philosophus secundum istorum opinionem dialecticus nuncu
pari debet. ¶ Plato vero dialecticam laude prosequens, technam totius philosophię ipsam vocat, cu
ius officium explicans, dicit esse vim, qua quis potest vnum plura, & plura vnū facere: facit enim quis
vnum plura, vi dialectica, qua diuidit genus in species per differentias, & compositum in atomos dis-
soluit. Confert vero plura ad vnum compositione, vt species ad vnum genus, & atomos ad vnū mix-
tum. Per quę Plato indicat omnem dialecticę vim consistere in diuidendo, & componendo. ¶ Sed
vtraque horum positio (vt mihi videtur) falsa est. Stoicorum quidem, quoniam non semper vis dia-
lectica consistit in veris dicendis, cum aliquando sophista, qui dialecticus est, falsa syllogizat: topicus
vero probabilia ex probabilibus, rhetor ex persuasibilibus persuasibilia. Platonis autem opinio manca
est, quoniam dialectici officium non solum in diuidendo, & componendo consistit, sed in syllogizan
do. ¶ Propterea Alexander Aphrodisius magnus Aristotelis interpres tradit de Aristotelis & eius
sectatorum mente, omnem dialecticę vim consistere in syllogizando, cum posuerint dialecticam ni-
D hil aliud esse, quàm syllogisticam methodum. ¶ Sed occurres, syllogismi differunt inter se, igitur dia-
lectica non potest esse, vna facultas syllogicazandi. ¶ Alexander innuit responsionem ex eo, quia syl
logismus, vt syllogismus est, nihil alius ab alio differt, sed differunt secundum propositionū species, &
secundum figuras, & modos, & secundum materias circa quas sunt. in ratione tamen syllogismi non
differunt, vt patebit. Differūt quidem propositionum specie, quoniā alij sunt hypothetici, qui ex pro-
positionibus sunt hypotheticis: alij pręedicatiui, qui ex propositionibus sunt categoricis. Differunt vero
figura, quatenus quosdam imperfectos, vt qui sunt in secunda, & tertia figura: quosdam perfectos, vt
qui sunt in prima figura, facimus. Differunt etiam materijs, circa quas versantur, quoniam qui circa
necessaria ex veris & necessarijs sunt, demonstratiui dicuntur: & ea ars, quę illis vtitur, demonstratiua
methodus vocatur. qui circa probabilia ex probabilibus, dialectici, & ea facultas, quæ illis vtitur, diale
ctica nuncupatur. qui circa apparenter probabilia ex apparenter probabilibus, sophistici, & facultas,
quę illis vtitur, sophistica appellatur. Conueniunt enim omnes in forma, hoc est in ratione syllogismi,
quoniam quisque horum oratio est, in qua quibusdam positis, aliud sequitur. Differunt autem propo-

sitionum,aut figurarum,aut materiarū differentijs. ¶Ex ijs infertur dialecticæ definitio, ꝙ sit me- E
Dialecticę definitio. thodus syllogistica ex probabilibus de omni problemate. Et quidem,vt inquit Alexander,merito hu
iusmodi syllogistica methodus de omni problemate,dialectica appellatur. Dialectica enim ἀπὸ
τοῦ διαλέγεσθαι, latine tum differere,tum disputare,vocatur. Et cum differere in interrogatione, &
responsione consistat,interrogans autem de omni proposito interrogat respondētem, recte additū
est in definitione de omni problemate,siue proposito. & cum non semper syllogizans,ex veris syllo-
gizet,non enim problema omne verum est,recte est additum ex probabilibus. ¶Sunt autem pro-
babilia,quęcunq; cōceduntur à respōdēte,siue vera sint,siue falsa,modo dentur a respondente. Hu-
ius rei causa est,quoniam officium interrogantis est ducere respōdētē ad aliquid ꝑter opinionē. Ad
hoc autem inducēdum sufficit,vt ex probabilibus syllogizet.Sępe enim interrogans adducit respō-
dentem ad aliquod præter opinionem ex falsis,modo respondenti sint probabilia,& ab eo concessa.
De vi. ¶Dialectica igitur nō ex eo,quia per vera verū syllogizet,rationē suā sortita est:sed eo,quia per ꝓ-
babilia.Male ergo Stoici vim dialecticæ dixerunt consistere in asserenda veritate. Male etiam Plato
vim dialecticæ omnem in diuidendo & cōponēdo consistere asseruit. Præterea,hoc idem patet ex
eo,quia non quemadmodum vnaquæque sciētiarum circa quiddam determinatum genus propria
illius generis ostendit & accipit per propria illius generis principia,sic & dialectica:sed dialectica cir F
ca communia.Dialectici enim similiter de musicis,medicinalibus,& de geometricis,naturalibus,&
moralibus,rationalibusq;,& omnibus propositis argumentantur,non tamen ex proprijs proposito-
rum,sed ex communibus,& probabilibus. Non enim per medicinalia principia aliquid in medicina
ostendit: nec per geometrica principia aliquid in geometria: esset enim dialecticus geometra:sed est
proprium dialectico de omnibus propositis per probabilia syllogizare, & non ex veris verū semper.
¶Sed dices,tunc rhetor esset dialecticus,quoniam rhetor ex persuasibilibus argumentatur,quæ ꝓ-
babilia sunt. Ad quod Alexander responsionem innuit, & asserit ꝙ licet rhetor non versetur circa
genus determinatum,veluti nec dialecticus,tamen nō de omni argumētatur,veluti dialecticus. ver-
satur enim rhetor circa medicinalia,circa philosophica,circa musica,proprie tamē non argumenta-
tur nisi de politicis.videtur enim propria rhetoris materia in politicis consistere. qua ratione fit,vt
rhetorica & dialectica differant: primò quidem circa materias, quoniam materia rhetoris est in po-
liticis principaliter,materia dialecticæ est in omnibus. Secundo,quia rhetor circa singularia oratio-
nes suas conficit. format enim orationes circa fortunas,tempora,personas,loca,& cæteras singula-
rium circunstantias: nam de his hortationes & dehortationes sunt, & accusationes sunt & defen-
siones,& laudationes,& vituperationes, in quibus omnis rhetorica vis consistit. At dialecticus cir- G
ca omnia cōmuniter.dabit enim nobis Aristoteles aliqua loca ex quibus poterimus per probabilia de
omnibus propositis syllogizare. ¶Conueniunt autem rhetor & dialecticus,quoniam vterque ha-
bet facultatem argumentādi ad opposita.qui enim circa scientias versatur,quanuis cognitionem op-
positorū habeat,intentio tamen eius est alteram partem determinate considerare,videlicet meliorē.
Medici quidem sanare,Philosophi vero veritatem adinuenire. At dialecticus & rhetor circa opposi-
ta consimilem ostensionem habēt,vterq; ex probabilibus:licet rhetor ex ijs probabilibus,quæ veri-
similia sunt, quæque persuasibilia vocat Aristoteles in rhetoricis.¶Ex ijs omnibus Alexander con-
cludere intēdit tam cōtra Stoicos,q̃ contra Platonicos, vim dialecticę omnē consistere in syllogizā
do ex probabilibus,nō autem in veris dicendis,vt Stoici crediderūt: nec in componendo,& diuiden
do,vt Plato asseruit.¶Et per dialecticam nō omnem logicæ partem Alexand.intellexit,sed metho-
dum topicam,quam in his libris edocebit Aristoteles,cuius causam Auerroes in procemio paraphra
sum librorum topicorū assignat ex eo,quia dialectica significat sermonem inter duos,quorū alterum
alter vincere enititur.& cum Aristoteles his libris assignet loca,ex quibus hoc fieri potest, iure diale-
cticę nomen huic topicę methodo Aristoteles appropriauit. Hactenus de vi dialecticę,quæ topica
dicitur.¶Post hæc de vtilitate differendum est. Auerroes hic dialecticam, quæ topica dicitur,dicit H
De vtilitate. esse vtilem,primo,quia disponit nos ad veritatis inuētionem:nam cum methodi,loca, & propositio-
nes fuerint nobis notæ,procedemus ad cōstruendum,& ad destruēdum problemata, & tūc ex vsu ta
lium vis quædam ac potētia in nobis acquiritur,qua poterimus facile verum à falso discernere:sic igi
tur ex cognitione locorum & propositionum faciles reddimur ad disputādum, destruēdo,& cōstruē
do:ex vsu vero disputandi facultas nobis relinquitur, qua facile poterimus vera à falsis discernere.
ergo prima huius artis vtilitas erit disponere nos ad veritatis inuentionem. ¶Secūdo,vtilis est ad po
litica negocia,quę sunt tria,hortari & dehortari in concionibus,accusare & defendere in forensibus,
laudare & vituperare in demonstratiuis.traduntur enim in hoc libro omnia illa loca,per quæ Aristo
teles docuit in rhetoricis hæc facere.¶Tertio,vtilis est ad veritatis inuentionem in theoricis faculta
tibus.Primo,quia cum fuerit aliquod problema cognitu difficile,antequam illius vera pars pateat,syl
logismi fiunt pro vtraque parte ex locis & propositionibus probabilibus, quæ hic traduntur:qui-
bus hincinde factis,relinquitur in intellectu nostro facultas quędā,qua facile poterimus partem ve-

A ram à falſa ſecernere. Nã cum propoſitiones probabiles nõ ſint omni ex parte falſæ,ex illis nõ nihil
veri colligere poterimus. Quòd autem ita, Ariſtoteles nobis ſigno eſt,qui raro aut nunq̃ procedit ad
problematis eam partẽ,quæ vera eſt,niſi ſyllogiſmos dialecticos præmittat: nam ex ijs deducimur
tandem ad veritatis inuentionem. ¶ Secundo,quoniã ex probabilibus,ſaltẽ ſcientiarũ principia acci
pimus,ex quibus fiũt demonſtrationes:non principia in ſcientia,cuius ſunt,demonſtrari poſſunt,ſed
probabilibus quibuſdã exponi,vt ſentiãt, qui diſcũt. quẽ modũ ſeruauit Ariſtoteles libro.1. phyſicæ
auſcultationis,in quo ex conceſsis & probabilibus cõtra Parmenidem plura eſſe entia, & cõtra eos,
qui negarunt de quolibet dici eſſe vel non eſſe,ex conceſsis ab eis 4 metaphyſicę.hinc recte,ac ve-
riſsime Victorinus Romanus dicit,natura hominẽ ad veritatis inuentionem habilẽ factum eſſe,ar-
te vero diſſerendi facilem,vſu autem potentem. Erit igitur hæc facultas nobis vtilis,quatenus per eã
faciles ſumus ad veritatis inuentionem.ꝙ ſi ea vtemur,& faciles erimus & admodũ potentes ad ve-
ritatis inuẽtionem peruenire. ¶ Quam ob rẽ recte Boetius cõtra eos exclamat, qui dialecticã tanq̃
inutilem è medio ſuſtulerũt,cum inquit in Commentarijs libri.2.Topicorũ Ciceronis in procemio,
Proh diuinã atque humanã fidem,quæ eſt hæc hominũ proteruitas,quę tantæ eſt imprudentiæ cæ-
citas,vt pene ſua ſeſe ipſi confeſsione cõdemnent. nullus enim eſt,qui ſe videri nolit peritiſsimum in
diſſerendo.quid abſurdius fingi poteſt,q̃ quod probabilibus,vt ipſi exiſtimãt,argumentis inutile ſtu-
B dium dialecticæ nituntur aſtruere. Hactenus de vtilitate. ¶ Poſt hæc de differentia huius partis, *Sitne topica iudicatiua.*
hoc eſt topicæ ad alias partes logicæ,quæ traduntur in libro Priorum & Poſteriorum.nõnulli itaque
hanc logicæ partem,quæ topica dicitur,inuentiuã eſſe affirmãt,ꝙ omnis illius vis in inuentione cõ-
ſiſtat: eã verò,quæ in Poſterioribus ac Prioribus,iudicatiuam. Mouẽtur autem authoritate Boetij in
ijs commentarijs,quæ in Ciceronis topica ſcribit, vbi topicã inuentiuam, cæteras vero iudicatiuas
fecit.& quidem non ab ratione:nã cum logica quædam diſſerendi ratio ſit:omnis autem ratio diſſe-
rendi habeat duas partes inuẽtionẽ & iudiciũ,fit,vt duæ ſint partes logicæ,altera inuentiua,quæ to-
pica dicta eſt,quæ docet loca per quæ faciles reddimur ad inuentionẽ: altera iudicatiua,quæ tradi-
tur in libris Prioribus,ac Poſterioribus,quæ docet inuenta iudicare. ¶ Sed mox occurres.cum cui-
libet ſcientiæ inſint inuentio, & iudicium,per quæ vnaquæque ſcientia diſſerit,cur iſtæ duæ partes
magis logicæ,q̃ cæteris ſcientijs attibutæ ſunt? Et dicendũ,ꝙ licet omnis ſcientia inueniat,& iudicet,
quia tamen logica inuenit & iudicat,& docet artem inueniendi,& iudicandi,ideo ſoli logicæ hęc at-
tributa ſunt:vel quia logica virtute propria, aliæ ſcientiæ virtute logicæ inueniunt & iudicant. pro-
pterea concludunt inueniendi artem traditam eſſe ab Ariſtotele in topicis, & elenchis:iudicandi ve-
ro in Prioribus, & Poſterioribus. ¶ Sed contra,quoniam in topica traditur ars inueniendi me-
C dia in ſyllogiſmis dialecticis, in prioribus ars inueniendi media in ſyllogiſmis ſimpliciter,in poſte-
rioribus ars inueniendi media in ſyllogiſmis demonſtratiuis, igitur non ſola topica erit inuenti-
ua. Præterea tam topica quàm prioriſtica, & poſterioriſtica videtur iudicatiua,quoniam vnaquæ-
que iſtarum cum inuenit medium ſui ſyllogiſmi iudicat, vt docet artem iudicandi de inuen-
tis medijs:prioriſticus enim docet artem iudicandi de ſyllogiſmo ſimpliciter,ſi ſit neceſſarius ex ijs,
quæ poſita ſunt:poſterioriſticus docet artem iudicandi de ſyllogiſmo demonſtratiuo, ſi ſit ex veris,
neceſſarijs,prioribus & primis.topica autẽ docet artẽ de ſyllogiſmo dialectico, ſi ſit ex probabilibus.
igitur vnaquęque harũ partiũ eſt inuentiua,ꝙ doceat inuenire mediũ:& iudicatiua, ꝙ doceat de in-
uentis iudicare,ſi ſit ita,vt inuenit. ¶ Quidam latinus Anonymus Ariſtotelis interpres, quem puto
eſſe Egidiũ,aſſerit topicã eſſe inuentiuã,quia docet per ſigna ſyllogizare,cũ inuentio non fiat niſi ſi-
gnis:& quia topica docet loca,ex quibus ſigna habentur per quæ ſyllogizare poterimus, ideo hæc
pars inuentiua eſt:& quoniam iudicium fit per cauſas,& poſterioſticus docet ſyllogizare per cauſas,
ideo dicitur iudicatiua. vnde licet topicus doceat loca,quę ſunt à cauſis,nõ tñ docet illa,niſi vt ſigna
ſyllogiſtica,per quæ probabiliter ſyllogizet. ¶ Sed hæc poſitio ſtare non poteſt,quoniam tũc prio-
riſtica non eſſet iudicatiua,quoniam docet ſyllogizare per media,quæ ſunt cõmunia cauſis & ſignis.
D Pręterea Philoponus primo Priorum diuidens primum librum Priorum in tres partes aſſerit primas
duas eſſe inuentiuas,vltimam verc reſolutiuam.igitur in libris Priorum traditur ars inueniendi,& ita
põt dici inuẽtiuus. ¶ Videtur igitur mihi ſaluo iudicio meliori,& reſeruatiõe dicẽdi aliter ſi aliter oc-
curret,& cũ excuſatiõe,ſi aliter alibi dixerim,ꝙ topica,& ſophiſtica vtraq; eſt iudicatiua,& inuẽtiua,
analytica tã prioriſtica,q̃ poſterioſtica vtraq; eſt iudicatiua & inuentiua.quod dilucidamus,topica
inuenit media in ſyllogiſmis dialecticis:& ea docet inuenire, & cũ inuenit,iudicat de ſyllogiſmo dia
lectico inuẽto,ſit ne ex ꝓbabilibus cõſtitutus:&docet iudicare.ſitne,vt decet,ex ꝓbabilibꝰ cõſtitutus:
ergo topica eſt tã inuentiua q̃ iudicatiua.ſophiſtica inuenit,& docet inuenire media in ſyllogiſmis ſo
phiſticis,& poſtq̃ inuenit,iudicat,& docet iudicare ſecũdo elẽchorũ,ſit ne ſyllogiſmus inuẽtus ex ꝓ-
babilibus apparenter. igitur tã topica,q̃ ſophiſtica eſt inuentiua,& iudicatiua,quoniam ratione ha-
bita ad ſuũ opus,inuenit,& iudicat. Simili rõne prioriſtica inuenit & docet inuenire mediũ in ſyllo-
giſmo ſimpliciter,vt patet capitibus de inuentione medij. Iudicat aũt, & docet iudicare ſyllogiſmũ,
quem inuenit, ſit ne cõueniẽs ſuę arti, vt ex cõceſsis, vel ne. Rurſum poſterioſtica docet ſecundo

posteriorum inuenire medium in syllogismo demonstratiuo, & inuenit esse definitionem causalem E
ex qua cõficit syllogismum, indicat & docet iudicare postquam inuenit, quod sit ex primis, veris, im
mediatis, & primis causis. igitur topica, sophistica, prioristica, & posterioristica vnaquæq; est inuenti
ua, & iudicatiua, ratione videlicet habita ad suum opus, quod conficit. ¶ Videtur autem hoc ita esse,
quoniam si aliquis quærit aliquid, quod ex suis regulis inuenit, si non iudicat se illud quod quærebat
inuenisse, contingit ire in infinitum. Etiam si aliquis docet inuenire aliquid, & non docet postquam
inuenit artem qua cognoscat se inuenisse, diminute docuit inuentionem. igitur si topica, & sophistica
docent inuenire media in suis syllogismis, coguntur docere artem, qua iudicari possint syllogismi in-
uenti, sintne conuenientes suæ arti vel nõ. Amplius, si prioristica & posterioristica iudicant & docẽt
iudicare, oportet vt doceant inuenire, quoniam non iudicant, nisi supponendo inuenta. semper enim
iudicium inuentionem supponit. Patet igitur omnem logicæ partẽ quæ docet syllogizare aliqua syl-
logismi specie, esse inuentiuam, & iudicatiuam. Sed contra hoc est Cicero lib. suorum topicorum, di-
cens, Cum omnis ratio diligens disserendi duas habeat partes, vnam inueniendi, alteram iudicandi,
vtriusque princeps, vt mihi quidem videtur, Aristo. fuit. Stoici autem in altera elaborarunt. iudicandi
enim vias diligenter prosecuti sunt: eam scientiam, quam dialecticem appellant. inueniendi vero artẽ,
quæ topice dicitur, quæque ad vsum potior erat, & ordine naturæ, certe prior, totam reliquerunt. hæc F
Cicero. vbi Boetius vir doctissimus, inueniendi partem in libris topicorum atque elenchorum com-
plecti affirmat, iudicandi vero in prioribus & posterioribus. Hedenolphus in suis commentarijs vo-
lens hoc concordare, dicit in vnoquoque dictorum librorum esse aliquid inuentiui, & aliquid iudica-
tiui, quoniam aliquid de inuentione, & aliquid de iudicio: quia vero in syllogismo demonstratiuo vni
tum est medium, scilicet definitio causalis, ideo parum habet de inuentione. Liber ergo qui docet me
diũ inuenire in demonstratione, parum est inuentiuus. At cum syllogismi demõstratiui plures sint cõ
ditiones, cum debeat esse ex veris, necessarijs, prioribus & primis, ideo multum habet de iudicio: &
hanc ob rationem liber ille iudicatiuus est nuncupatus, cum semper nomen, vt Anaxagoras dicebat,
à prædominanti sortiatur vnaquæque res. At cum syllogismus topicus plura habeat media, multę in-
uentionis est: conditionem autem vnam, quod videlicet sit ex probabilibus. ideo parum iudicij habet.
recte igitur liber topicorum inuentiuus dicendus est. Simili ratione de sophisticis. ¶ Sed pace tanti
viri dixerim, hæc non sunt dicta ad mentem Cicerouis, nec Boetij. nam Cicero, & Boetius voluerunt
librum priorum esse iudicatiuum, cum partem iudicatiuam tradi asserant in libris priorum & poste-
riorum, vbi plura sunt media: & plures sunt conditiones syllogismi de quo considerat. Propterea non
parua fuit mihi semper difficultas quid sit dicendum, disserere. ideo saluo meliori iudicio, dicerem in- G
uentionem & iudicium accipi posse, aut respectu operis & syllogismi circa quem versatur facultas: aut
respectu eorum problematum, quorum quæritur & inuestigatur veritas, quam a natura appetimus at
tingere de vnoquoque quæsito. appetimus enim natura scire, sit ne animus mortalis, vel non. An mũ-
dus sit æternus, vel nõ. Tunc dicerem, quod ratione habita ad opus, quod docent istæ facultates & ad
syllogismum sunt inuentiuæ ac iudicatiuæ, quoniam vt argumenta concludunt, vnaquæque docet in-
uenire medium in syllogismo sibi proprio, & docet iudicare: & inuento vtrum sit conueniens sibi,
ratione habita ad veritatem quæsitorum, ad quam assequendam natura impellimur, topica docet in-
uenire, quoniam docet loca ex quibus possumus syllogizare de omni problemate ambas cõtradictio-
nis partes: at cum veritas sit in altera cõtradictionis parte, si topicus docet ex probabilibus ambas in-
uenire, docebit & alteram, in qua veritas est. igitur respectu veritatis quęsitorum problematum quam
natura intendimus, inuentiuus est liber topicorum: sophisticorum quidem apparenter, topicorum au
tem probabiliter. Nõ autem iudicatiui sunt, quoniam partẽ veram à falsa non docent discernere: quia
vero posterioristicus docet discernere partem veram à falsa, cum doceat syllogizare verum ex veris,
& necessarium ex necessarijs, & per se ex ijs quæ sunt per se, iudicatiuus appellatur ab Aristo. & Cice
rone. Prioristicus vero, quia docet discernere combinationem necessariam, & syllogisticam ab asyllo H
gistica, & non necessaria, iudicatiuus appellatur. Prioristicus enim est, qui docet cognoscere genera-
tim de omni syllogismo sit necessarius, an asyllogisticus, ideo prioristicus iudicatiuus est censendus.
Hactenus de differentijs partium logicæ, quæ habentur per inuentionem & iudicium. ¶ Deinde vi-
deamus sit ne topica resolutiua, an non, sed compositiua. Animaduerte quod resolutio non inuen-
tioni, sed compositioni aduersatur. loquimur igitur de resolutiuo, vt distinguitur contra compositiuũ.
Philoponus in procemio primi priorum dicit, librum priorum & posteriorum esse resolutiuos, & cõ-
positiuos: nam, vt inquit, liber priorum est diuisus in tres partes: quarum duæ primæ sunt inuentiuæ,
tertia est resolutiua: & quia resolutio est nobilior compositione, ideo a nobiliore liber priorum inscri-
ptus est. Similiter liber posteriorum est diuisus in duas partes: quarum prima docet resoluere demon-
stratiuum syllogismum, & hæc traditur primo lib. Secunda vero docet componere, quoniam docet
medium, quo demonstratiuus syllogismus constat: & quia resolutio præstantior est, ideo inscribitur
analyticus, hoc est resolutiuus. De lib. ipso topicorum nihil dixit. Nos vero dicamus saluo meliori iu-
dicio, & reseruatione dicendi aliter, si aliter occurrat, & cum excusatione, si aliter alibi diximus: quod

A si loquimur de compositione, & resolutione respectu syllogismorum: quos docent, tam topica quam sophistica, & analytica, vtraque est compositiua & resolutiua, quoniam quælibet talis docet componere syllogismum sibi proprium, & docet resoluere ipsum in ea, ex quibus composuit. topicus quidē docet loca & propositiones, ex quibus componitur dialecticus syllogismus, & postquam est compositus docet eum resoluere in probabiles propositiones, ex quibus fit. Simili modo, & prioristicus, & posterioristicus, & sophisticus suis modis suos syllogismos docent componere, & compositos resoluere. Alia ratione loqui possumus de resolutione, & inuentione veritatis eorum problematum, quæ quæruntur: & quia topicus docet inuenire problematum veritatem per signa, construereque illa probabilia, ideo dicitur compositiuus. inuentio enim veritatis atque constructio problematum per signa est compositio. posterioristicus autem docet iudicare veritatem per causas, ideo est resolutiuus, quoniam iudicare quæsiti veritatem per causam, resolutio est. Simili ratione prioristicus docet syllogisticam necessitatem per causas. ideo & ipse resolutiuus est. non igitur recte dixerunt inuentionē fieri per signa, & iudicium per causas: sed debent dicere compositionem per signa, resolutionem per causas fieri. ¶Ex ijs patet libri inscriptio, dicitur enim hic liber topicorum a verbo topos, cuius adiectiuum est topicum, quasi liber eorum, quæ sedent in locis. Sedent enim in locis propositiones, quæ dicuntur maximę, vt hæc propositio, si cui minus videtur inesse, & inest, ergo

De descriptiõe libri

B cui magis. sedet enim hoc in loco a minore, siquis enim definiet ipsum minus, sumet statim hāc propositionem pro maxima. Est igitur liber hic inscriptus topicorum, quoniam est de propositionibus probabilibus, & maximis, quæ sedent in locis, idem enim topicum, quod in loco sedens. ¶Iis declaratis, veniamus ad verba Aristo. & dicamus quod Arist. proponit intentionem, & ea ad quæ vtilis est intentio, & quidem generatim, quoniam sequenti capite assignabit ea, ad quæ specialiū vtilis sit proposita intentio. & dicit. [Propositum quidem negocij] subaudi nostri in his topicorum libris [est methodū inuenire,] & per propositū, quod græce est, πρόθεσις intentū intelligit, non enim πρότασις & πρόθεσις idē sunt. Est enim protasis græce, latine propositio, prothesis vero, propositum siue intētum. & per negocium, laborem intelligit, quem in præsenti libro ad scribendum subit. quasi dicat intētum nostri laboris in his libris. & per methodum, breuem artem intelligit, nam licet μέθοδος græce, latine sit semita, transumitur tamen ad compendiariam artem, quæ breuissima est, & cito nos ad rei cognitionem ducens, de qua est. quasi dicat intentum nostri laboris in his libris est, breuissimā, & cōpendiariam artem adinuenire. & dixit adinuenire, quoniam ipse primus inuenit, aut quia ea, quæ de hac arte ab veteribus tradita sunt, aut nihil sunt, aut adeo manca, vt relatu nequaquam digna sint.

C nam (vt Cicero inquit) in suis topicis, hanc inueniendi artem totā reliquerunt Stoici, & solus Arist. tanquam princeps eam prosecutus diligenter est. Et subscribit ad quot, & ad quæ vtilis sit hæc methodus, quam se inuenire proponit, & dicit duas vtilitates, alteram ex parte interrogantis, ac opponentis, alteram ex parte respondentis. nam cum dialecticæ, quæ hic tradetur, sic disserendi ratio, & omnis disserendi ratio inter duos versetur, inter interrogantem & respondentem, oportet tradere eam artem quæ & interroganti & respondenti vtilis sit. & hæc ambo explicat, & dicit. [a qua poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus] quoniam docet loca, & propositiones, ex quibus poterimus inuenire medium in omni syllogismo ad construendum, vel destruendum omne problema ex probabilibus. Addit autem [ex probabilibus,] quoniam non ex veris, necessarijs, prioribus, & primis, & per se, vt docet ars posterioristica, nec ex apparentibus, vt docet sophistica, nec ex verisimilibus, vt rhetorica, sed ex probabilibus dixit [de omni proposito problemate] id est, dialectico. vt exponit Alexander. quoniam sunt nonnulla problemata non dialectica, de quibus dialecticus nō disserit. Quid sit problema dialecticum, quidue nō dialecticum, postea Arist. declarabit. nunc vero illud habeatur, methodum hanc docere nos syllogizare de omni problemate dialectico. quod additū est (vt Alexander annotauit) vt diuideret rhetoricam a dialectica, non enim similiter de omni dialectico problemate rhetor syllogizat, materia enim rhetori magis moralia & politica problemata sunt. At

D materia dialecticæ in omnibus est, inquantum de naturalibus, de moralibus, medicinalibus, & rationalibus pertractat. Et per omne problema, non in specie, sed in genere intelligit, quoniam vt postea dicet, vnum problema est in quo de specie accusationis prædicatur, alterum in quo de specie prædicatur genus, tertium in quo de specie prædicatur definitio, & quartum in quo de specie prædicatur proprium. Alia problemata, vt illud in quo differentia de specie prædicatur, & problema de eodem & diuerso, & cætera id genus, ad hoc reducuntur. docebit igitur nos syllogizare omne problema generatim construendovel destruendo. hæc est vtilitas ex parte interrogantis, deinde subscribit vtilitatem ex parte respondentis. & dicit. [Et qua ipsi disputationem sustinentes] id est, & ipsi respōdentes [nihil] poterimus [dicere repugnans,] vel à qua nos respondentes nihil dicemus repugnans. Quo quidē ad verba attinet, disputationē sustinētes, græce est λόγον ὑπέχοντες latine rationē sustinentes. nam qui respondent rationem, & disputationem sustinere dicuntur. & per repugnans, intelligit præter opinionem eorum qui probati sunt, vel contradictionē suimet. nam vt Alexander inquit in proœmio huius

libri officium interrogantis est respondentem ducere ad aliquid, quod sit præter opinionem suam vel E
aliorum probatorum, vt ad contradictionem. ergo officium respondentis est nihil dicere vi argumen
ti præter opinionem suam vel aliorum sapientum. vtrum vero eædem & tot sint metæ ad quas sophi
sta & dialecticus respondentem ducere enitantur, in elenchis differendum est, & postea aliqua dice-
mus in octauo lib. Docebit autem Arist. respondentes nihil dicere repugnans maxime octauo libro.
¶ Albertus vero per repugnans, non cōtradictionem sui, vel aliquid præter opinionem exponit, sed
aliquid repugnans ad methodum secundum ipsius traditionem & principia interpretatur, vt sit sen-
sus. [&] nos [ipsi disputationem sustinentes] id est, in problemate dialectico alteram partem susti-
nentes in respondendo nihil dicemus repugnans, vel contrarium arti, vel probabilibus, ex quibus fit
methodus, siue ars. ¶ Hedenolphus horum librorum non imperitus interpres dicit cuiuscunque
operis perfectionem in tribus consistere, in substantia, qua sit: in virtute, qua substantia possit ope-
rari: & in operatione egrediente à virtute. Aristoteles igitur innuens perfectionem methodi,
quam hic traditurus est, hæc tria complexus est. nam cum dicit [methodum] substantiam ope-
ris: cum vero [poterimus.] addit, virtutem innuit. At cum subscribit [syllogizare de omni pro-
posito problemate] operationem, quæ ab illa virtute egreditur. dedit intelligere, & cum dixit [à qua
poterimus] per illam præpositionem, a, principium, vt efficiens intelligit. cum vero dixit [de o- F
mni proposito problemate] per illam præpositionem de, finem & formam significauit, est enim syl-
logismus de problemare, vt de fine & forma. & cum dixit [ex probabilibus] per illam præpositionē
ex, materiam dedit intelligere, quæ sunt propositiões probabiles, quæ sunt syllogismi, & problematis
materia. Dixit aūt [syllogizare] & non inducere, licet dialecticus vtatur & syllogismo, & inductio-
ne, rhetor vero exemplo, & enthymemate: quoniam inductio ad syllogismum, exemplum ad indu-
ctionem, & enthymema ad syllogismum reducuntur.

*ὅπως quomodo.

2 Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, & quę eius differen-
tię, *vt sumatur dialecticus syllogismus. Hūc enim quærimus secūdum
propositum negocium.

Cū proposuisset intentionē generalē, in p̄senti parte assignat intētionē specialem, quæ ꝓprie est
procemiū ad dicēda. & ponēdo intētionē specialē, colligit materiā præsentis libri, quæque causa ma
terialis dici potest, & dicit. [Primum igitur dicendū, quid est syllogismus, & quę eius differentiæ] hoc
est. deinde dicendum quæ eius species, [vt] ex illis [sumatur dialecticus syllogismus,] cuius causam G
assignat, & dicit [Hunc quærimus secundū propositum negocium,] tanq̄ propriam materiā & sub-
iectum propositi negocij. ¶ Quo vero ad verba attinet, verbū [vt] græce est ὅπως, latine vt, & quo-
modo, vel quemadmodum: per quæ patet propriam materiam, & subiectum propositi negocij, hoc
est huius libri esse syllogismum dialecticum. cōnectit autem Alexander hanc specialem intētionem
illi generali, nam cum proposuisset velle tractare methodum qua poterimus syllogizare & respōde-
re de omni proposito problemate, merito subscribit esse dicēdum quid syllogismus sit: si enim nō sci
uerimus quid sit syllogismus, nō poterimus de omni proposito problemate syllogizare. Quare neces
sariū dicere quid sit syllogism⁹. Deinde species syllogismorū dicēdę sunt, vt qualis sit syllogismus dia
lecticus, qui ex probabilibus fit, de quo in præsentiarū negociamur, & quomodo ab alijs differat, ma
nifestum sit. & dixit. [Primum] hoc est antequam determinauerimus ea, quæ ponuntur in tractatu
atque narratione, hæc tria sunt dicenda, vt quid syllogismus sit, deinde quæ eius species, vt tertio loco
colligamus materiam & subiectum præsentis libri. ¶ Sed occurres, quoniam nō est idem præcogni-
tum & quæsitum, sed subiectum, videlicet syllogismus dialecticus est præcognitum, non ergo bene
dicit. cū ait, hūc enim quærimus. ¶ Iuniores Anonymi dicunt Aristotelem per [quærimus] hoc est
intendimus intelligere, & sic licet sit intentus, non est quæsitus. Sed friuola hæc euasio est, quoniam H
nihil intenditur, quin perquiratur, vt consideranti patet, & ita intentum & quæsitum idem, qua-
re adhuc pendet quæstio. Aliter dicunt, quod subiectum quæri in scientia, absurdum est, quo-
niam in illa semper præsupponitur, vt præcognitum, vt Aristoteles dicit, sed ipsum subiectum quæ-
ri in procemio scientiæ, nihil prohibet, quoniam procemium est ante scientiam. Dialecticus igitur
syllogismus non in præsenti scientia, sed in procemio, quod est ante præsentem scientiam, quæritur.
Sed minime placet, quoniam in sciētia, nec in procemio huius scientiæ quæritur subiectum esse. hoc
enim supponitur. ☞ Quare dicendum, in hac scientia quæri accidentia ipsius propria, & nō ipsum
esse, vt recte Albertus inquit.

3 Est itaque syllogismus logica connexio, in qua positis quibusdam,
aliquid aliud à positis ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt.

Cum proposuisset in intentione speciali tria, nunc exequitur de primo, & dicit. [Syllogismus ita-
que est logica connexio, in qua positis quibusdam] hoc est duabus propositionibus, & per [positis]
concessis intelligit [aliquid aliud à positis] hoc est conclusio, quæ [aliquid aliud] à positis [ex neces-

A ſitate accidit] & dixit aliquid aliud à poſitis propter ſyllogiſmos friuolos, qui fiunt ex vno termino vel ex duobus: ex vno quidem, vt omne a eſt a, omne a eſt a, igitur omne a eſt a: ex duobus verò, vt omne a eſt a, omne b eſt a: igitur omne b eſt a. Ad differētiam horum additum eſt verbum illud [aliquid aliud à poſitis] & dixit [à poſitis] hoc eſt ex conceſsis, quoniam niſi propoſitiões, quæ aſſumuntur, concedantur, nihil ſequetur. & dixit [neceſſario] ad differentiam aſyllogiloſticarum orationum, in quibus cōceduntur propoſitiones, & tamen concluſio non neceſſario ab illis conceſſis ſequitur. cum dari poſſint termini in quibus contraria ac contradictoria concluduntur. verbi cauſa. omnis homo eſt animal. omne riſibile eſt animal. igitur omne riſibile eſt homo. Hæc aſyllogiſtica eſt, quoniam in eadem termini ſunt animal homo equus. nam nō ſequitur, omnis homo eſt animal, omnis equus eſt animal. ergo omnis equus eſt homo. immo cum propoſitionibus illis conceſsis ſtat, quod nullus equus ſit homo, verbum [logica connexio] grçce eſt, λόγος. Logos autē apud grçcos commune eſt tam orationi, quç eſt in voce, quàm orationi, quæ eſt in mente. at ſi diceremus ſyllogiſmum eſſe orationem, ſolum in voce eſſet ſyllogiſmus: vt igitur vteremur verbo communi ad ſyllogiſmos in voce, & in mente tranſtuli verbum λόγος, hoc eſt logica connexio, quoniam logica cō-
B nexio commune quid eſt orationi, quç in voce eſt, & orationi, quç in mēte eſt. de ijs autem excuſo me, quoniam libro Priorum abunde diximus.

4 Demōſtratio *vero eſt, quando ex veris, & primis ſyllogiſmus erit aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera, ſuæ cognitionis principium ſumpſerunt.

*μὲν οὖν quidē igitur. τῆς περὶ αὑτὰ γνώσεως eius cognitionis quæ circa ſe eſt eius cognitiōis quæ circa ipſa eſt.

Cum deſcripſiſſet ſyllogiſmum in genere, nunc tranſit ad ſpecies, & primo deſcribit demōſtrationem. & dicit. [Demonſtratio vero eſt, quando ex veris, & primis ſyllogiſmus erit.] hoc eſt ex propoſitionibus, quç ſunt primæ, & verç [aut] ſaltem [ex talibus, quæ per aliqua prima & vera ſuç cognitionis principium ſumpſerūt.] hoc eſt aut ſaltem ex talibus propoſitionibus eſt, quç ſuç cognitionis principium ſumpſerunt ab aliquibus primis, & veris. quaſi velit demonſtrationem eſſe, quando propoſitiones ſunt primç & veræ, hoc eſt immediatç, aut quando ſunt mediatç, ſed per alias immediatas demōſtrabiles. De re hac in libro Poſteriorum multa diximus, ideo hactenus.

C 5 Dialecticus autem ſyllogiſmus, qui ex probabilibus, eſt ſyllogizatus

Cum deſcripſiſſet demonſtrationem tanquam principaliorem ſpeciem ſyllogiſmi, nunc deſcribit dialecticum. & dicit, [Dialecticus autem ſyllogiſmus, qui ex probabilibus] ſubaudi propoſitionibus. [eſt ſyllogizatus] dixit [ex probabilibus,] intelligens per probabilia, aut quç in ſe ſunt probabilia, aut quæ ex propoſitionibus probabilibus probabilem cognitionem ſumpſerunt. multi enim dialectici ſyllogiſmi ſunt, qui ex propoſitionibus conſtant, quç in ſe non ſunt probabiles, ſed quia probabilem cognitionem habent ex probabilibus, dicuntur dialectici. nec curauit hoc addere, quoniam ſatis dedit intelligere illud, per ea, quç addidit in definitione demonſtrationis. nam ſicut demonſtratio eſt ſyllogiſmus, qui fit ex veris & primis, aut ex ijs, quç ex primis cognitionem acceperunt: ita dialecticus ſyllogiſmus eſt, qui ex probabilibus propoſitionibus fit, aut ex ijs, qui probabilitatem acceperunt, ex probabilibus. Sed occurres nullum genus prçdicatur de ſua ſpecie denominatiue, cum igitur ſyllogiſmus ſit genus, ad dialecticum igitur non bene dicitur, quod dialecticus ſit ſyllogizatus ex probabilibus. Quidam per verbum ſyllogizatus, quod grçce eſt, συλλογιζόμενος intellexerūt collectus, nam dialecticus ſyllogiſmus ex probabilibus collectus eſt. Fortaſſe denominatiuū accepit pro principali, vt ſit ſenſus, dialecticus vero eſt, ſyllogiſmus, qui ex probabilibus eſt. & totum eſt bene dictum.

D 6 Sunt autem vera & prima, quæ non per alia, ſed per ſeipſa fidē habent non enim oportet in* diſciplinalibus principiis inquirere propter quid, ſed vnumquodque principiorum ipſum per ſeipſum fidem habet.

*ἐπιστημονικοῖς ſciētificis.

Cum deſcripſiſſet demonſtratiuum, & dialecticum ſyllogiſmos, nunc exponit particulas, quæ ponebantur, in illorum deſcriptionibus. & primo exponit, quç propoſitiones ſint primç & verç, quod ponebatur in definitione demonſtratiui ſyllogiſmi. & dicit. [Sunt autem vera, & prima,] hoc eſt, primo verç propoſitiones, [quæ non per alia] hoc eſt quç non per alias priores propoſitiones, [ſed per ſe ipſa fidem habent] ac certitudinem, aut ſic. [ſunt autē vera & prima.] quç non per alia, ſcilicet media, vel principia [ſed per ſeipſa fidem habent.] Quo fit, vt primo verç ſint propoſitiones immediatç, quibus non eſt aliqua altera propoſitio prior, per quam poſsint demōſtrari, & huiuſmodi ſunt ſuppoſitiones, & petitiões, & dignitates, quas vt veras is qui diſcit ſupponere debet. ¶Ex hoc autem vt Albertus autumat, & quidem male, Ariſtoteles inferre videtur, non eſſe quçrendum propter quid de ipſis principijs diſciplinabilibus. Melius autem dicamus Ariſtotelem reddere cauſſam eius, quod dixit, vt denotat particula cauſalis illa [enim] & ſyllogiſmus componitur, principiorum diſciplinabilium non eſt

querendum propter quid,sed vnumquodque est sibijpsi fides.prima vera sunt principia disciplinalia, E igitur primorum verorum non est quęrendum propter quid.de hoc syllogismo ponit maiorem, & dicit. [Non enim oportet in disciplinabilibus principijs inquirere propter quid,]hoc est caussam,& medium.dicitur enim secundo posteriorum caussam esse propter quid,& medium. [sed] oportet[vnumquodque principiorum] disciplinabilium [ipsum per seipsum] hoc est sibijpsi [fidē esse,]hæc est maior,cui si addes,sed prima vera sunt principia disciplinabilia,concludemus prima vera sibijpsis fidem esse,& sic habebitur conclusio principalis,vel aliquid illi ęquiualens,scilicet quod prima vera non per alia,sed per se ipsa fidem habeant.¶Quo vero ad verba attinet,quidā per disciplinabilia principia, intelligūt propositiones:quibus vtitur præceptor in demōstrationibus ad docendū discipulos,& propterea dicūt huiusmodi disciplinabilia prīcipia nō debere inquiri a discipulis in sciētijs,quas dicūt:primo,quia supponūtur in sciētijs aliter nō essent prima.secūdo,quia discipulus debet credere. Sed hæc nō sunt bene dicta,si enim prima principia essent prima vera,quoniā supponēda,cū cōtingat aliquādo supponere falsa,cōtingeret prima vera esse falsa.Amplius,si prīcipia disciplinabilia habēt fidē p se, quia discipulus debet credere,cū contingat discipulū credere falsum,contingeret principia disciplinabilia esse falsa,& sic contingeret prima vera esse falsa. ¶Propterea dicamus Arist. per disciplinabilia principia intellexisse scientifica principia , quod græcū verbū indicat, quod est, ἐπιστημονικοῖς hoc F est scientificis,principia autem scientifica sunt,propositiones immediatæ:quibus non est aliqua propositio prior,per quam possint demonstrari.Quare hæc non debent quæri,non quia in scientijs supponenda,vel quia qui discunt,credere debent,sed quoniam (vt Arist.inquit.) vnumquodque tale sibijpsi fides est.¶Et hæc est expositio Alexan.qui dicit scientifica principia esse,vt definitiones quæ non per demonstrationes syllogizantur:vt dignitates,veluti apud physicos sunt,calidum calefacit,frigidū frigefacit,& omne quod fit,ex aliquo fit.hæc enim supponuntur,& non oportet in talibus quęrere propter quid,sed esse talia,vt ex ipsis fiant demonstrationes,vel ex ipsis ea ex quibus fiunt demōstrationes, cognitionem accipiant.¶Sed occurres,quoniam Auer.primo de anima , & Themistius primo posteriorum dixerunt prima principia scientiarum habere causam,quoniam lumē intellectus quo eis assentimus.¶Præterea non videtur verum quod principium vnumquodq; sit fides sibijpsi, quoniam fides est aut assensus,aut cognitio:at principium scientificum,nec est sibi assensus , nec sibi cognitio.¶Adhuc videtur quod prima & vera non per seipsa fidem habent,quoniam essent per seipsa nota,& sic idem esset notificans & notificatū, & notum & ignotum,quoniam prima vera quatenus seipsa notificant,essent nota:quatenus notificata,essent ignota. ¶Insuper principia cognoscimus per terminos,vt dicitur primo posteriorum.sed termini sunt causa materialis principiorum, igitur cognoscuntur per causam materialem : sed causa & propter quid sunt idem, igitur eorum potest quæri propter quid:quoniam potest quæri causa materialis,quæ est propter quid. ¶ Dicendū quod principia scientifica habere causam,bifariam intelligitur,aut per quam possint demonstrari , aut per quam assentimus ipsis.Tunc ad principium,dico ea habere causam,qua assentimus ipsis:& hæc est intellectus siue lumen intellectuale,quod est manifestatio veritatis.sunt etiam termini:quoniam per cognitionem eorum principia cognoscimus . ¶Ad secundum dicendum principium scientificum esse sibijpsi fidem causaliter,quoniam ex cognitione terminorum ei assentimus,non autem formaliter,vt argumentum cogit.¶Ad tertium dicēdum, prima principia esse nota per se negatiue, quia nō per alia,& sic nō sequitur idem esse notum & ignotum.Si enim per se affirmatiue essent nota,eadem essent nota & ignota.¶Ad quartum,concedo principia cognosci per terminos,& ita per causam materialem,non tamen sciuntur per illos,cum per illorum cognitionem demonstrari non possint . nec est verum quod omnis causa sit propter quid,nisi causa sit,per quā aliquid possit demonstrari.Quare licet termini sint notiores in genere incomplexorum:non tamen sunt notiores ipsis principijs in H genere complexorum:multa alia in libro posteriorum diximus,quæ hic prætermittimus.

7 Probabilia autem sunt,quæ videntur omnibus aut plurimis,aut sapientibus.& his,vel omnibus,vel plurimis, vel maxime ⋆ cognitis , & probatis.

γνωρίμοις famigeratis.

Nunc exponit probabiles propositiones,quæ ponebantur in definitione dialectici syllogismi,& dicit. [Probabilia autem sunt,quæ videntur omnibus,aut plurimis,aut sapientibus,&] quæ probabilia vidētur [his] sapiētibus,sunt quæ videntur, [vel omnibus,vel plurimis,vel maxime cognitis,& probatis.] ¶Hæc Alexāder per exempla exponit:nam probabilis propositio,quæ omnibus videtur,est hæc,bonum est omne illud quod est eligibile,vt sanitas,diuitiæ,& vita:omnes enim hæc bona dicūt esse eligibilia.Et illa,oportet parentes honorare: omnibus enī hæc videtur. quæ vero plurimis,hæc, prudētia diuitijs eligibilior est.& illa,corpore anima gloriosior est.amplius& hæc,dij sunt.¶Omnia enim hic dialecticis syllogismis vtilia sunt,cum fuerit de ijs,quæ in cōmunibus opinionibus sunt: sed quoniam syllogismi dialectici aliquando sunt de ijs,de quibus nihil opinantur multi,sed soli sapiētes,

A rursum syllogismus dialecticus etiam erit ex ijs, quæ videntur sapientibus. Quæ autem videntur sapientibus, etiã trifariam sunt: quoniam aut videntur omnibus sapiẽtibus, veluti hoc, bona animi maiora esse bonis corporis: & illud, nihil ex nihilo fit. Amplius & istud, virtutes bonas esse. ¶ Aut videntur plurimis ipsorum sapientum, veluti hoc, virtutem propter ipsam virtutem esse: & illud, felicitatẽ a virtute fieri, quanuis Epicuro non videantur. Amplius & hæc, non esse aliquod corpus atomum, neque mundos esse infinitos: quanuis visa sint Democrito. ¶ Aut tertio probabilia, quæ sapientibus videntur, sunt, quæ videntur maxime cognitis, & probatissimis sapientibus: vt animam esse immortalem, quod Platoni videtur: aut quintum corpus esse, quod videtur Arist. ¶ Sed dices, cur ea, quæ vidẽtur solis maxime famigeratis ac probatissimis, probabilia sunt, cum isti paucissimi sint. Assignat causam Alexan. & quidem pulchram, quoniam (vt inquit) cum isti famigeratissimi ac probatissimi sint a plurimis erunt laudatissimi, & in maxima admiratione habiti, eorum autem, qui laudatissimi sunt, ac in maxima admiratione habiti, creditur a plurimis talia esse, quæ ab illis dicuntur: & ita vt illi probatissimi, sic quæ ab illis traduntur, maxime probabilia habentur, & propterea opiniones horum, & propositiones, maxime probabiles esse vidẽtur. hæc generatim Aristo. tradit de probabilibus: speciatim autẽ tradet loca, & primas propositiões, per quæ poterimus probabilia cognoscere. ¶ Sed dices, in quo differunt verum a probabili. dicendũ, vt recte Alexander inquit, probabile a vero non differre, quia
B probabile sit falsum (quoniam sunt aliqua probabilia & vera) sed differunt iudicio, quoniam vera sunt quæ sunt, & videntur vera: probabilia autem, quæ videntur, & censentur vera, licet persæpe non sint: propter quod probabilia vt probabilia, nec vera sunt, nec falsa, sed aliqua vera, vt deos esse: aliqua falsa, vt deos omnia posse, non enim possũt mala. ¶ Quo vero ad verba attinet, animaduersione digna, probabilia bifariam esse, quemadmodum & ipsa vera. Alia prima, quæ non ex alijs suam probabilitatem habent: alia secundaria, quæ ex alijs probabilitatem suam acceperunt. Arist. prima probabilia hæc distinxit, quoniam quæ secũdaria probabilia sint, ex ijs facile quispiã colligere poterit. ¶ Possunt autem probabilia ad normã hac ratione reduci, nam cum probabilia sint, quæ opinatrix virtus accipit: aut opinatrix virtus accipit ea ex sensibus exterioribus quibus omnes vtuntur, & sic sunt probabilia, quæ omnibus vidẽtur: aut accipit ea ab existimatiua virtute, qua vtuntur plurimi, & sic sunt probabilia, quæ videntur plurimis: aut ea accipit ab intellectu, quo soli sapientes vtuntur, & sic sunt probabilia, quæ videntur sapientibus: & quia sapientes qui vtuntur intellectu, trifariam eo vtuntur, nam aut vtuntur intellectu debiliter, & sic ea probabilia habentur, quæ videntur omnibus sapientibus. omnes enim saltem debiliter intellectu vtuntur: aut vtuntur eo efficaciter, & sic ea probabilia
C habentur, quæ plurimis sapientibus apparent, plurimi enim efficaciter intellectu vtuntur, non autem omnes: aut vtuntur eo efficacissime, & sic ea probabilia habentur, quæ videntur probatissimis sapientibus. Probatissimi enim soli intellectu efficacissime vtuntur. ¶ Sunt qui enumerant probabilia ex parte rei, quoniam omne probabile est sui natura, aut crassum, aut sua natura subtile ac acutum, aut inter hæc sua natura mediocre. quod sua natura crassum est, probabile quod omnibus videtur esse dicunt. quod inter hæc mediocre est, probabile, quod videtur plurimis esse affirmant. quod sua natura acutũ ac subtile, id volunt esse probabile, quod sapientibus videtur. quod vlterius subdiuidunt, quatenus acutum ac subtile potest esse, aut simpliciter acutum, aut magis, aut maxime acutum. quod absolute acutum est, probabile quod videtur omnibus sapientibus dicitur: quod aũt adhuc magis acutum fuerit, probabile quod plurimis videtur, appellatur: quod denique acutissimum, probabile erit, quod solis probatissimis videtur. Quæ non bene dicta sunt, cum nullum probabile dicatur, nisi quatenus nobis videtur. nihil enim altero alterum suapte natura probabilius est, sed quatenus nos probamus. Probamus autem quæ nobis vidẽtur, quod verbum græcum demonstrat, nam probabilia quæ græce dicuntur ἔνδοξα, eadem dici approbata: quæ aut ab alijs prioribus, vel a nobis sunt appro-
D bata, vel apta approbari, non autem quæ suapte natura probata sunt, siue approbata. ideo cũ Aristo. dixit [probabilia sunt, quæ vidẽtur] per [vidẽtur,] non ea, quæ apparent sensibus exterioribus, intelligit, sed quæ apparent opinatrici virtuti, quæ vis probatiua est. ¶ Sed occurres, si probabilia sunt, quę vidẽtur, tunc propositiones sophisticæ dicerentur probabiles, quoniam etiã illæ apparent. Dicendũ dialecticas propositiones esse probabiles, quia vidẽtur cum scientia & sine dubitatione: sophisticę autem, quæ non cum scientia, sed cum dubitatione vidẽtur: cum videantur, vt postea dicemus, in superficie. Ad hæc occurres. si tot modis diceretur probabile, vt in textu habetur, tunc idem posset esse probabile & improbabile, quoniã quod videtur sapiẽtibus, persæpe non videtur omnibus: persæpe enim sapientibus vnum oppositorum videtur, alterum autem videtur plurimis hominibus, & ita aliquid poterit esse probabile sapientibus, & improbabile, quoniam non ab omnibus approbatum. Dicendum hoc non esse absurdum, sed necessarium. Sæpe enim accidit aliquid esse a sapientibus omnibus probatum, & non ab omnibus hominibus, vt bona animæ maiora esse bonis corporis, ab omnibus sapiẽtibus probatur, non tamen omnes illud probant, quia non qui tyrannos sequuntur. nec hoc ratione caret, nam vt in contingentibus, vtraque opposita contingunt esse, ita in probabilibus vtraque opposita probari contingunt.

8 Litigiosus autem, est syllogismus ex iis, quæ videntur probabilia, nõ sunt autem. Et qui ex probabilibus quidem, aut ex iis, quę vidẽtur probabilia, est apparens. E

Cum descripsisset syllogismum demonstratiuum, & dialecticum, in præsenti parte describit syllogismum litigiosum, qui dicitur græce ἐριστικός. hoc autem facit, aut vt omnes syllogismi species cõplectatur, aut vt appareant obliquitates eorum syllogismorum, quos descripsit. Eristicus enim syllogismus hoc est litigiosus, obliquitas est dialectici syllogismi. agit ergo de litigioso, vt intelligatur obliquitas syllogismi dialectici, & quoniam litigiosus syllogismus nõ est nisi quia inter disputãtes lis vertitur, non videtur autem vertilis, nisi quando syllogismus peccatum habet, fit vt syllogismus litigiosus dicatur syllogismus peccans. & quoniam potest peccare in tribus, aut in materia tantum, hoc est in propositionibus, vt cũ ambæ propositiones non fuerint probabiles, sed apparenter probabiles: aut in forma tantum, vt cum ambæ propositiones fuerint probabiles, sed coniugatio non est syllogistica: aut in forma & materia; vt cum propositiones fuerint apparenter probabiles, & coniugatio fuerit non syllogistica, ideo fit, vt litigiosi syllogismi sint tres. & hos tãgit, & dicit, [Litigiosus autem, est syllogismus] F scilicet in forma. [ex ijs, quæ videntur probabilia, non sunt autem] veluti hoc, quæcũque loqueris, ex ore eueniunt: currum loqueris, currus igitur ex ore euenit. In hoc enim syllogismo propositiones vidẽtur probabiles, videtur enim probabile id omne, quod loquimur, ex ore euenire, & etiam videtur probabile, te currum loqui: non tamen sunt probabilia, quoniam maior pro voce probabilis est, quoniam omnem vocẽ, quam loquimur, ex ore venire: pro re, quã vox significat, maior falsa est. Similiter minor, nam si currum pro voce acceperimus, currum loquimur: si pro re, non est verum currum nos loqui. Sunt & alij litigiosi syllogismi, qui non peccant in forma, sed quia propositiones ex quibus sunt, non sunt probabiles, sed videntur probabiles, dicuntur litigiosi, vt omne habens visum videt, dormiẽs visum habet: ergo dormiens videt. ¶Amplius, vt omne virile virilitatem habet, lorica, vel tunica, vel sagulum virile. igitur tunica virilitatem habet. Hi enim syllogismi litigiosi sunt, non ob aliud, nisi quia omne habens visum videre, & omne virile virilitatem habere, accepta sunt, vt probabilia: non tamen sunt probabilia: & ita peccant in materia, non autem in forma, cum sint in prima figura, ex maioribus vniuersalibus, & minoribus particularibus vtrisq; affirmatiuis. Hęc de prima specie. Deinde tangit alias duas simul, & dicit, [Et qui ex ꝓbabilibus quidẽ] hoc est alius litigiosus est ex ijs ꝓpositionibus, G quæ sunt probabiles quidem: non est autem syllogismus, sed apparens, vt omnis equus est animal, omnis homo est animal, igitur omnis homo est equus, in hoc syllogismo vtraq; propositio probabilis est, sed peccat in forma, quoniam ex duabus affirmatiuis in secũda figura est. ¶Amplius & hæc, animal genus, homo est animal, igitur hõ est genus: in hoc enim propositiones probabiles sunt, sed quia ex particularibus asyllogistica est oratio. Deinde tangit tertiam speciem: & dicit. [Aut ex ijs, quæ videntur probabilia, est apparens] syllogismus, sed reuera est asyllogisticus: hoc enim peccat in materia, quoniam propositiones non sunt probabiles, sed videntur probabiles: & peccat in forma, quoniã licet appareat syllogismus, nõ est. verbi causa, sensibilia mouentur, cadauera mouentur, alterantur enim & putrescũt, igitur cadauera (vt Democritus syllogizauit) sunt sensibilia. hic syllogismus peccat in materia, quoniam propositiones acceptæ vt probabiles, non sunt probabiles: peccat etiam in forma, quoniam ex particularibus est.

9 Non enim omne, quod videtur probabile, est & probabile. Nihil enim eorum, quæ dicuntur probabilia in superficie, habet omnino phãtasiam, velut circa * litigiosarum principia, accidit sese habere. Statim H enim & sępius etiam eis, qui parua videre possunt, manifesta est in his, falsitatis natura.

* λόγων disputationum. rationum argumentationum.

Cum distinxisset litigiosum in tres, & dixisset, in definitione primę & tertię speciei, eas constare ex ijs, quæ videntur probabilia, & non sunt, hic remouet dubium, quoniam aliquis posset dicere omne quod videtur probabile, esse probabile, cum sit definitum probabile per videri tale. Respõdet & dicit, Non enim omne quod videtur probabile, est probabile. est ergo conclusio, non omne quod videtur probabile, est probabile: probat, & syllogismus est, nihil eorum, quæ dicuntur probabilia in superficie, habet omnino phantasiam, id est, omnino probabile est: sed quædam probabilia dicuntur probabilia in superficie: igitur quædam probabilia non sunt omnino probabilia, sed videntur esse. De syllogismo tangit maiorem: & dicit. [Nihil enim omnino eorum, quæ dicuntur probabilia in superficie habent omnino phantasiam] id est, sunt omnino probabilia, tacuit minorem, & assignat illius probationem & dicit. [Velut accidit se habere circa principia litigiosarum orationum,] nam principia talium orationum sunt propositiones, quæ videntur probabiles, non sunt autem, vt in exemplis superius assigna

A tis patet,in quibus propositiones videntur probabiles,& non sunt. probabile non videtur,quæcunq; loquens,ex ore euenire:& probabile videtur,cadauera moueri,non tamen sunt probabilia . hæc autẽ sunt principia orationũ litigiosarũ,de quibus superius.quod autẽ tales propositiones videantur,& nõ sint probabiles,probat & dicit. [Statim enim & sæpius etiam eis,quia parua videre possũt,manifesta est in his falsitatis natura.❡Quo aũt ad verba attinet.Aristo.per probabile in sũpficie,vt Alex.exponit,intelligit id omne,quod ex breui admodũ instantia reprehẽditur atq; redarguitur.veluti hoc,quæ loqueris,ex ore eueniũt:& illud,quæ non amisisti,habes.& etiam istud,habẽs visum videt.omnia enĩ hæc in superficie probabilia dicũtur,quoniã qui parua cõsiderare possunt,statim falsitatẽ in ipsis existentem cognoscunt,breuẽ instãtiam afferẽdo.In ijs enim quæ omnino sunt probabilia, nõ est facile falsitatẽ cognoscere,dato quod essent falsa.Deos enim omnia posse probabile est,nõ tamen facile reprehẽdi potest,cũ non sit facile instãtiam inuenire.reprehẽditur autem,quoniã non potest mala,quę sunt de numero omniũ:verùm nõ facile.❡Amplius,probabile est maiori bono opponi maius malũ, sed in hoc nõ est facile falsitatem inuenire:reprehẽditur autem,quoniá bona habitudo maius bonum est:& tamen mala habitudo,quæ illi opponitur,nõ est maius malum,cũ maius malum sit ægritudo: cum mala enim habitudine stare potest aliqua sanitas,nõ autem cũ ægritudine.Quid autẽ intelligat,
B per [omnino phãtasiam] iuxta hãc Alex.expositionẽ,videtur intelligere omnimodã probabilẽ.dicitur enim probabile duplex.aut in superficie,quod videlicet omni leui instãtia reprehẽditur : & hmõi probabile est litigiosum,siue sophisticũ,quoniam ex tali syllogismi sophistici fieri solẽt.Aut probabile est,quod habet omnino phãtasiam,hoc est opinionẽ & credulitatẽ,quoniã videtur aut omnibus, aut pluribus,aut sapiẽtibus:quod si est falsum,nõ facile potest improbari:& ex tali syllogismus est dialecticus.❡Vel aliter exponi possunt hæc verba,vt intelligamus p probabilia in superficie,ea quæ vidẽtur, cum apparẽt per loca sophistica:vt si fieret syllogismus,omne aliquid coloratũ colore croceo est dulce,patet de melle,fel liquidũ est coloratũ colore croceo,fel igitur dulce.propositio enim maior probabile est in superficie,quoniã apparet per locũ & signum sophisticũ.Per probabilia vero secũdũ omnino phãtasiã,intelligimus probabilia per signa naturalia,vt si fuerit hic syllogismus,omnis mulier habens lac in mãmis peperit,Medea mulier habens lac in mãmis,igitur Medea peperit.maior enim dicitur probabile per omnino phãtasiam.❡Alij per probabilia in superficie intelligũt eas propositiões quę habent apparentiam ex parte vocis,& nõ ex parte rei,vt propositiones sophisticę:quales sunt,oẽ virile virilitatẽ habet,& quæcunq; loquens ex ore eueniunt,& omne habẽs visum videt,& cæterę id
C genus:hæ enim in superficie apparentiã habent,quoniã in voce.has enim omnes leuiter & parua cõsiderãtes possunt facile reprehẽdere.Quædã sunt,quæ habẽt apparentiã ex parte rei,vt deos esse,deos esse omnipotẽtes,maiori cõtrario maius contrarium est, & cætera id genus. Hæc enim nõ ex pte vocis,sed ex parte rei apparentiã,& fidẽ habẽt:& hæc dicũtur,& sunt probabilia.Recte igitur Arist. inquit, [Nihil enim eorũ,quæ dicuntur probabilia in superficie] hoc est ex parte vocis,&nõ ex parte rei, [habet omnino phantasiã] hoc est,omnino probabile est ex parte rei.& per [principia litigiosarum orationũ] intelligunt loca sophistica,quæ sunt principia litigiosarũ dispositionum.verbum enim græcũ λόγων, disputationũ interpretantur.quæ expositio non placet,quoniam loca nõ sunt propositiones,sed elementa,ex quibus (vt Theophrastus inquit) propositiones maxime fiunt.Nos aũt per principia orationũ litigiosarum intelligimus,vt Alex.exponit,propositiones ex quibus fiunt syllogismi litigiosi.Nam per orationes,syllogismos intelligimus:& p litigiosas oratiões,litigiosos syllogismos: & per principia litigiosorum syllogismorũ,propositiones intelligimus,quæ in superficie vidẽtur probabiles,ex quibus tales syllogismi constant,de quibus dicendum est.❡Ex his patet eos non bene exponere,qui intelligũt per eos,qui parua videre possunt,eos qui acuta & subtilia perscrutari possunt.nã licet Aristoteles in elenchis scribat eos,qui sciunt soluere fallaciam figurę dictionis esse prope sapere,
D tamen in ijs probabilibus quæ sunt secundum apparentiam,longe facilius potest quis perspicere falsitatem quàm in probabilibus,quæ dicuntur dialectica.

16 Ergo prior quidem eorum (qui dicti sunt litigiosi syllogismi) etiã syllogismus dicatur.reliquus vero , litigiosus quidem syllogismus:syllogismus autem non,eo quòd videtur quidem syllogizare , syllogizat autem minime.

Cum exposuisset syllogismos litigiosos,nunc comparat illos ad syllogismum communem : & dicit, [Ergo prior quidem eorum,qui dicti sunt syllogismi] videlicet ille,qui peccat in materia duntaxat, [etiam syllogismus dicatur,] cum hac additione litigiosus,& sine ea additione:nã est syllogismus simpliciter. [reliquus vero] scilicet qui peccat in forma. [syllogismus quidem litigiosus] cum hac additione litigiosus. [syllogismus autem non] scilicet dicitur sine illa additiõe.cuius causam assignat, & inquit, [eo quod videtur syllogizare,syllogizat autem minime] diuisit autẽ hic litigiosos in duos syllogismos,quoniã respexit ad pctã,quæ sunt duo:superius autem respexit ad syllogismos peccãtes,qui

sunt tres. ¶ Sed occurres, qui aufert materiam, aufert materiam & formam, vt patet in natura: & in arte, qui aufert formam nõ aufert materiam: nõ igitur cum syllogismus peccãs in materia auferat materiam, videtur demere formam, & ita non debet dici syllogismus. Præterea, quicquid sub specie generis continetur, sub genere contineri videtur: sed syllogismus peccans in forma, est syllogismus litigiosus: igitur continebitur in genere, & erit syllogismus. videtur igitur syllogismus qui peccat in materia, non esse syllogismus, & qui peccat in forma, esse syllogismus. Ad primum dicendum, quod nõ auferat materiã syllogismorũ in eo quod syllogismi sunt, quia non terminos. Ad secũdũ quod non omnis litigiosus cõtinetur in genere syllogismi, ideo nõ quælibet illius species in genere syllogismi est habenda. E

11 Amplius autẽ præter omnes qui dicti sunt syllogismos, ex iis, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria, fiunt peralogismi. Quemadmodum in geometria, & huic cognatis accidit se habere.

Cum descripsisset & enumerasset syllogismos litigiosos, demõstratiuos, & dialecticos, in præsenti parte vult describere syllogismum pseudographum, qui etiam græce paralogismus dicitur. Hoc autẽ facit, & vt omnes syllogismi species cõplectatur, vt promisit, & vt appareat obliquitas syllogismi demonstratiui, veluti apparuit obliquitas syllogismi dialectici. Est enĩ paralogismus, qui pseudographus dicitur, ea ratione obliquitas demonstratiui syllogismi, qua & litigiosus est obliquitas syllogismi dialectici. Definitur autẽ sic pseudographus, quod sit paralogismus ex principijs alicuius scientiæ, aut false acceptis, aut diminute sumptis. Aristoteles igitur primo accipit ea, in quibus pseudographus conuenit cum syllogismo demõstratiuo, vt colligat aliquid cõmune syllogismo demõstratiuo & pseudographo. & dicit, [Amplius autẽ præter omnes syllogismos, qui dicti sunt,] hoc est, præter demonstratiuũ qui ex veris & primis, dialecticum qui ex probabilibus, litigiosum qui ex apparenter probabilibus syllogizant, [fiunt paralogismi ex ijs, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria,] hoc est ex principijs falso modo acceptis, aut diminute sumptis. Cõueniunt itaq; demonstratio & pseudographus, quoniam ambo sunt ex quibusdã principijs proprijs, ac peculiaribus alicuius scientiæ. Differunt autem, vt statĩ subscribet, quoniã demonstratio est ex principijs alicuius scientiæ veris, pseudographus autem ex principijs alicuius sciẽtiæ, aut falso acceptis, aut diminute sumptis, vt patebit. Deinde exemplificat de sciẽtijs, ex quarũ principijs fiunt, & dicit. [Quemadmodũ in geometria,] in [cognatis huic scientiæ] scilicet geometriæ, [accidit se habere.] Nam demonstratio, & pseudographus fiunt ex quibusdam principijs proprijs, & accõmodatis his scientijs, & per cognatas scientias geometriæ, intelligit (vt Alexãder exponit) arithmeticam, quoniam & hæc circa quantitatem versatur, sed discretam, & astrologiã, & perspectiuam, & mechanicam: vtuntur enim hæ principijs geometricis. F G

12 Videtur autem hic modus differre à dictis syllogismis. Nam neq; ex veris, & primis syllogizat pseudographus, neq; ex probabilibus. Nõ enim in definitione cadunt. neque enim quæ omnibus videntur, sumit, neque quæ pluribus, neque quæ sapientibus, & his, neq; quæ omnibus, neque quæ plurimis, neque quæ probatissimis, sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non veris autem syllogismum facit.

Cum accepisset conuenientiam inter pseudographum, & demonstratiuum, in præsenti parte ponit differentiam inter pseudographum ex vna, & demonstratiuũ, & dialecticũ ex alia, & dicit, [Videtur autẽ hic modus] hoc est, hæc species syllogismi, quæ dicitur pseudographus [differre a dictis syllogismis,] & exponit syllogismos, a quibus differũt, & dicit. [Nam neq; ex veris & primis syllogizat pseudographus,] velut demonstratio syllogizat. Cuius causam assignat Alexãder, quoniã impossibile est ex veris falsum inferri. [neq; ex probabilibus.] pseudographus syllogizat, cuius causam assignat, & dicit. [Non enim in definitione] subaudi probabilium, cadũt ea, ex quibus pseudographemata syllogizantur, vt Alexãder exponit. & causam adhuc assignãs, dicit, [Neq; enim quæ omnibus videntur sumit, neq; quæ pluribus, neq; quæ sapientibus, & his neq; quæ omnibus, neq; quæ plurimis, neque quæ probatissimis sumit, sed ex peculiaribus] principijs [quidẽ] alicuius [disciplinæ sumptis, nõ veris autem syllogismum facit.] Per quæ patet syllogismũ pseudographum differre a syllogismo demonstratiuo, & à dialectico. H

13 Nam eo quod aut semicirculos describit non, vt oportet: aut lineas aliquas ducit, non vt ducendę sunt, paralogismum facit.

Cum dixisset pseudographũ syllogizare falsum ex principijs alicuius sciẽtiæ falso acceptis, aut diminute sumptis, exemplificat in geometria: & dicit, [Nam eo quod aut semicirculos describit nõ, vt

A oportet,]vt cum accipit eos non eiuſdem circuli,& ſyllogizat eos eſſe æquales,[aut lineas aliquas du-
cit]à centro circuli,[non vt ducēdæ ſunt,paralogiſmum facit,]vt cum alteram à centro circuli rectā,
alteram curuam ducit,& ſyllogizat,quòd ſint æquales. ¶Animaduerſione dignum pro dilucidatio-
ne horū exemplorum, in geometria eſſe duo principia per ſe nota, quorum alterum eſt hoc, videlicet
omnes ſemicirculi eiuſdem circuli ſunt æquales, verbi cauſa a & b, ſemicirculi ſunt æquales, qui ſunt
æquales.Alterum vero principium eſt,omnes lineæ rectæ ductæ ab eodem centro ad circunferētiam
ſunt æquales: vt o c,o d, o e,o f. Omnes enim ſunt æquales, quoniam ſunt rectę,ductæ ab eodē cen-
tro,ad circunferentiam. Si quis igitur accipiat hæc principia falſo & diminute,faciet in geometria pa-
ralogiſmum.verbi cauſa,ſi primum accipiat hoc pacto,omnes ſemicirculi ſunt æquales:& non addi-
derit,eiuſdem circuli, paralogizabit hoc pacto, omnes ſemicirculi ſunt æquales:a,h ſunt ſemicirculi:
igitur a,h,ſunt æquales.Falſum enim concludit,quoniam accepit ſemicirculos nō eiuſdem circuli,ſed
diuerſorum circulorum. Sinautem ſecundum principium accipiet hoc modo,omnes lineæ ductæ ab
eodem centro ad circunferentiam eiuſdem circuli ſunt æquales, & nō addiderit,rectæ, paralogizabit
hoc pacto, omnes lineæ ductæ ab eodem centro ad circunferentiam eiuſdem circuli ſunt æquales:a,
& b lineæ,ſunt lineæ ductæ ab eodē centro ad circunferentiam eiuſdē circuli,igitur a & b ſunt æqua-
B les:quod falſum eſt, quoniam non ſumpſit a & b ambas rectas, ſed a rectam, & b curuam, ideo ſunt
inæquales. ¶Sed occurres,cum huiuſmodi paralogiſmi peccent in materia,ſumunt enim falſa,appa-
renter tamen probabilia,alioquin non paralogizarent,quo modo differunt à litigioſo,qui eſt obliqui-
tas dialectici ſyllogiſmi.¶Et dicendum(vt Alexander exponit) & apparet per ea,quæ hic Ariſtote-
les dicit, quòd litigioſus procedit ex falſis, apparenter tamen probabilibus: communibus, non autem
propriis alicui ſcientiæ. Pſeudographi vero ſiue paralogiſmi procedunt ex propoſitionibus falſis, ap-
parēter probabilibus,propriis tamē alicui ſcientiæ,vt geometriæ, vel naturali philoſophiæ. ¶Quod
vero ad verba attinet, animaduerſione dignum, Ariſtotelē hos ſyllogiſmos, qui ex falſis principiis,&
propriis alicui ſcientiæ paralogizant,appellaſſe pſeudographos,& paralogiſmos:ea vero falſa quæſi-
ta,quę paralogizant,appellaſſe pſeudographemata.pſeudographi enim gręce,latinè poſſunt dici ſyl-
logiſmi mendacii,vel falſidici, vno verbo. Paralogiſmus vero eſt genus falſidicorum, quoniam etiam
litigioſi dicuntur paralogiſmi . dicitur autem paralogiſmus, quaſi iuxtaſyllogiſmus, vel præterſyllogi-
ſmus,latine vero cauillus, ſiue cauillatorius ſyllogiſmus, pſeudographemata autem dicuntur quæſita
falſa,quæ falſidici ſyllogiſmi ſyllogizant,veluti ſophiſmata,quęſita ſophiſticorum ſyllogiſmorū,pro-
C blemata quæſita dialecticorum ſyllogiſmorum , & quæſtiones, quæſita demonſtratiuorum ſyllogi-
ſmorū. Ex iis patet,quid ſit ſyllogiſmus falſidicus, qui dicitur pſeudographus. Eſt enim paralogiſmus
ex principiis alicuius ſcientiæ falſo acceptis ſyllogizans.Secundo patet falſidicum ſyllogiſmū eſſe ve-
luti ſpeciem litigioſi,ac paralogiſmi,quoniam falſidicus fit ex principiis alicuius ſcientiæ propriis fal-
ſo acceptis,apparenter tamen.At litigioſus & paralogiſmus fit non ex propriis alicuius ſcientię,ſed ex
cōmunibus,apparenter tamē probabilibus. Parmenidis enim cauillus dicitur litigioſus ſiue paralogi-
ſmus,quatenus peccat in materia & forma:pſeudographus autem,quatenus accipiebat principia fal-
ſo ſumpta alicuius ſcientiæ.Syllogiſmus etiā Briſonis ſimili ratione dicebatur litigioſus, & pſeudogra-
phus.Amplius,pſeudographus differt à litigioſo,quoniā litigioſus eſt obliquitas dialectici,pſeudogra-
phus eſt obliquitas demōſtratiui ſyllogiſmi.¶Sed quęres,in quo libro logicę agitur de pſeudographo
Dicendū,quòd quatenus eſt ſpecies litigioſi, agitur de eo in Elenchis:quatenus eſt obliquitas demō-
ſtraui agitur de eo in libro Poſteriorum,capite de ignorantia,quoniam dicitur ſyllogiſmus ignorātię.

14 Species igitur ſyllogiſmorum, vt figuraliter ſit complecti , ſint di-
ctæ,ſummatim autē dicendo de omnibus prædictis, & de his,quę poſt-
D ea ſunt dicenda , in tantum nobis determinatum ſit , eo quòd de nullo
eorum exactam rationem aſsignare elegimus.ſed aliquantulum figura-
liter de his volumus pertranſire, omnino ſufficiens arbitrantes eſſe ſe-
cūdum propoſitā methodum poſſe cognoſcere quoquo modo vnum-
quodque illorum.

Epilogat,& proponit quæ poſtea eſt dicturus, vt ſe continuet ad ſequentia, & dicit, [Species igi-
tur ſyllogiſmorum,vt figuraliter ſit complecti] ac accipere, [dictæ ſint,] & dixit figuraliter, vel quia
non diligenter definitiones harum ſpecierum(vt Alexander inquit)aſsignauit:aut quia reliquit ſyllo-
giſmum tentatiuum, & non expoſuit eum, vt Alexander etiā exponit: aut quia reliquit enthymema-
ta,exempla,& inductiones, quę argumētorum ſpecies ſunt. Accepit autem ſpecies pro modis ſyllo-
gizandi,qui non proprie ſpecies ſunt.& exponit,quæ dixit,& quæ dicenda,& quo modo dixit,& di-

cet. & inquit, [summatim autem dicẽdo de omnibus prædictis] speciebus syllogismorum, [& de his E quæ postea dicenda] de nouo [sunt, in tãtum] modo de speciebus syllogismi [sit determinatũ,] donec de aliis dicemus. Dico de dictis speciebus, & de aliis posterius dicẽdis esse determinãdum summatim & figuraliter [eo ꝗ de nullo eorum] quæ dicta sunt, & dicenda [exactam rationem] ac definitionem [assignare elegimus] sed superficialem descriptionem. Deinde explicat modum quo dicturus est, vt se continuet ad sequentia. & dicit, [sed aliquantulum figuraliter] hoc est exemplariter [volumus pertransire] postea, ea, quæ sumus addituri, veluti exẽplariter de speciebus diximus & repetendo ea quæ dicta sunt per exempla, & addẽdo alia etiã per exempla. Reddit causam, & dicit, [omnino sufficiens arbitrantes esse secundum propositam methodũ] hoc est, secundum propositam artem quæ dicitur topica [posse cognoscere quoquo modo vnumquodque illorum] hoc est vnamquamque speciem earum, quæ dictæ sunt, & vnumquodque eorum, quæ dicenda sunt. igitur diximus summatim de speciebus syllogismorum, & dicemus iterum summatim & per exempla, etiam de aliis. Quod vero ad verba attinet, de syllogismis, vt Alexan. inquit, diligenter egit in prioribus, quoniam illic egit quomodo fiant, & secundum quot figuras, & quot syllogismi in vnaquaque figura, & qui perfecti, & qui imperfecti: qui ostensiui, quiue ducẽtes ad impossibile: qui categorici, quiue hypothetici: qui syllogistici, quiue asyllogistici. de his omnibus in Prioribus. De demonstrationibus vero & definitionibus in Posterioribus. docet etiam de definitionibus in metaphysica. At hic meminit de his omnibus, sed superficialiter. Si enim aliquis quæ in illis dicta sunt, hic referret, non seruaret rationem dialectices, quæ vt diximus ex probabilibus syllogizat. Sed circa ea, quæ hic dicuntur, quæritur propter quid assignat in syllogismis, qui sunt dialectici duas obliquitates, videlicet alteram contra materiam, alteram contra formã, cur nõ assignat duas obliquitates cõtra syllogismũ demõstratiuũ. Secũdo quæritur, sicut docet pseudographos, qui peccant contra illam particulã definitiõis demonstraui, quæ est esse ex veris, cur non docet alios pseudographos, qui peccant contra alias particulas definitionis, quæ sunt esse ex necessariis, esse ex immediatis, esse ex prioribus, esse ex notioribus, & esse ex causis? ¶ Ad primum quidam dixerunt, ideo contra syllogismum dialecticum duas obliquitates assignasse, quoniam dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi in eo quòd inferens, videlicet habitudinem localem, quam non addit syllogismus demonstratiuus. Sed hæc responsio nihil est, quoniam si dialecticus addit aliquid supra formam syllogismi inferentis, demonstratiuus etiam addit aliquid, vt habitudinem necessariam. F

¶ Melius igitur dicendum, quòd peccatum syllogismi potest esse quo ad materiam & quo ad formam. Peccatum formæ est commune omnibus syllogismis, quoniam est contra rationem syllogismi, vt syllogismus est. peccatum materię, est vnicuique proprium, in dialectico quidem contra probabilitatem, in demonstratiuis contra veritatem. Tacuit igitur in demonstrationibus obliquitates cõtra formam, quoniam eam exposuit in syllogismis dialecticis. quoniam cum illa sit communis omnibus syllogismis, non curauit eam hic repetere, quoniam satis intelligitur per id quod dictum est in dialecticis. Hæc enim demonstratio est peccans in forma, omnis homo est animal, omnis equus est animal, igitur omnis equus est homo. Est enim ex veris & necessariis, nõ tamen syllogizat, quoniam peccat contra formam syllogismi vt syllogismus. Tacuit igitur, quoniam proximo capite explicauit; quoniam in omnibus communis error est contra formam. G

¶ Ad secundum dicendum quòd peccatũ cõtra principia propria vera, cõplectitur omnes alias obliquitates, quoniam si non est ex veris principiis propriis, non est ex necessariis, nec ex primis, neque ex causis, neque ex notioribus, & cæteris id genus.

¶ Secundo dubitatur, quoniam non videtur falsidicus syllogismus posse procedere ex iis principiis, quæ sunt peculiaria, & propria alicui scientiæ, non enim falsa possunt esse peculiaria alicui sciẽtiæ. At falsidicus ex falsis procedit. potest dici falsidicum procedere ex iis quæ sunt propria alicui sciẽtiæ, quo ad terminos, non autẽ quo ad propositiones. H

¶ Tertio dubitatur, quoniã Aristo. in hoc libro pertractabit multa per definitiões, sed omnis est ratio exacta, & non superficialis.

¶ Animaduertẽdũ, ꝗ Arist. ĩ pñti textu tria fecit. epilogauit, cũ dixit, [Species igitur syllogismorũ,] assignauit modum procedendi, tam eum quem seruauit in iis quæ dixit, quàm eum quem seruabit in iis, quę dicturus est postea: & asserit se circa dicta processisse summatim, & figuraliter. Et circa dicenda etiam se velle dicere summatim & figuraliter, ibi, [summatim autem.] Tertio innuit se velle dicere multa alia, vltra ea, quæ dicta sunt, & omnia figuraliter & via superficiali. Ad rationem vero dico, ꝗ definitiones bifariam sunt, aut quæ dantur per essentialia & propria rei principia, & tales dicũtur exactæ rationes, de quibus metaphysicus agit. Aliæ sunt, quæ dantur per probabilia, vt cum dicitur problema esse speculationem, conclusionem esse probatam propositionem, & id genus, & tales sunt superficiales, & non exactæ. & de his agemus in hoc libro.

A ¶DE DIALETICAE VTILITATE.

15 Consequens autem erit iis, quę dicta sunt, dicere, & ad quot, & quę vtile sit hoc negotium.

Cum dixisset, quis sit dialecticus syllogismus, & in quo ab alijs differat, consequenter ad quot & ad quæ vtilis sit dialectica, demonstrat. nam, vt Alexan. inquit, qui vtilitatem de dicendis præcognoscunt, promptiores fiunt ad illa assequenda. est secunda ratio longe melior, quoniam posset dici dialecticam esse inutilem ad philosophiam, cum vtatur syllogismis ex probabilibus factis, quibus non vtimur in philosophia. nam in philosophia vtimur demonstrationibus, quæ sunt ex veris, & necessarijs: vt igitur ostendat dialecticam etiam vtilem esse ad philosophiam, nũc præsens caput aggreditur. nam vt Alexan. inquit, ex hoc loco patebit dialecticam esse vtilem ad philosophiam, & ad verorum inuentionem, & ita scietur præsens negotium non esse extra philosophiam. vel fortasse vtilitatem nũc aggreditur, quoniam vt Aristo. inquit in tertio libro rhetoricorum sunt tres procemij partes, intentio, ordo, & vtilitas. quoniam per intentionem redditur auditor attentus, per ordinem vero docilis, & facilis, per vtilitatem beniuolus. cum igitur compleuisset intentionem tam vniuersalem, quàm particula-
B rem, & ordinem & modum procedendi, nunc de vtilitate consequens erat dicere. nam sic complebitur procœmium. vnde dicit, [Consequens erit ijs, quæ dicta sunt] de ordine, & intentione, [dicere, & ad quot & ad quæ vtile sit hoc negotium,] quod dicitur dialectica. nam sic complebitur procœmium

16 Est itaque ad tria, ad ✶ exercitationes, ad colloquia, ad eas (quę secũdum philosophiam sunt) disciplinas. ἐντεύξεις obuiatiões

Cum dixisset dialecticam esse vtilem, nunc exponit ad quæ sit vtilis, & dicit. [Est itaque] dialecticum negotium vtile ad tria, videlicet [ad exercitationes, ad colloquia, ad eas (quæ secundum philosophiam sunt) disciplinas.] & pro exercitationes, quas Aristoteles græce γυμνασίας vocat, vt Alexander exponit, intelligit exercitationes, quæ fiunt in disferendo & disputando. Sunt enim exercitationes conflictus gymnici, qui in ludo literario fiunt. Aut potest intelligi per exercitationes conatus, qui fiunt ad vtranque problematis partem: erat autem (vt Alexander inquit) consueta hæc species conatus antiquis. Antiqui enim quàm plures tales conuentus faciebant, non in libris sicut in præsentiarũ, nondum enim erant tunc libri. Sed in conuentu, nam aliqua posita positione, in discussione illius se exercebant ex probabilibus argumentando. Et sunt libri de conatibus ab Aristotele, & à Theophrasto scripti, qui continent conatus in contra positione ex probabilibus. vult igitur Aristoteles, ad huius-
C modi exercitationem, quæ dicitur conatus, esse præsens negotium, quod est dialectica, vtile. quoniam hic traditur locorum cognitio, per quam poterimus facile de omni proposito syllogizare, & per colloquia, quæ Aristoteles græce ἐντεύξεις nuncupat, quæ in translationibus veteribus obuiationes dicũtur, conuersationes, vt Alexander exponit, quæ fiũt confabulando, aut conuiuendo. nam cum in huiusmodi congresionibus occurrat quicquam, aut recreationis, aut alicuius vtilitatis gratia differendũ, per præsens negotium satis facile contractari potest, veluti non raro contingit in mensa Ferdinandi primi salernitani principis. quærit enim persæpe ipse problemata satis pulchra, & digna perscrutatione. nam ingenij dexteritate satis pollet, quæ nec discutere, nec pertractare potuissemus, nisi dialecticã percalleremus. & per secundum philosophiam disciplinas, intelligit naturalẽ, moralem, logicam, & metaphysicam.

17 Quod igitur ad exercitationem sit vtile, ex his perspicuum est. Methodum enim habentes, facile de proposito argumentari poterimus.

D Exponit illa tria, & primo, quomodo præsens negotium sit vtile ad exercitationem, quæ in ludo literario fit, & dicit, [Quod igitur ad exercitationem sit vtile, ex his perspicuum est,] quæ statim subscribit, & dicit. [Methodum enim] hoc est cognitionẽ locorum [habentes, facile] de omni [proposito] problemate pro quauis parte illud asseratur à respondente, [argumentari poterimus.] nam vt in rhetoricis exercitationibus, qui locis abundant, facile in omni proposito dicere possunt, sic (vt Alexan. inquit) in dialecticis qui cognitionẽ locorum habent, propositionibus facile abundant, ex quibus facile argumentari ex probabilibus poterunt. κατηριθμημένοι

18 Ad colloquia vero, eo quod multorum ✶ annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex propriis ✶ dogmatibus sermocinabimur ✶ contra eos, transmutantes quicquid non bene videntur nobis dicere. cõsiderantes ✶ δογμάτ doctrinis sectis. πρὸς ad.

Secundo oſtendit,quomodo præſens negocium ſit vtile ad colloquia,quę fiunt in conuerſatio- E
nibus,& dicit,[Ad colloquia vero,eo quòd annumerantes,hoc eſt conſiderantes numeratim, & ad amuſsim[multorum]aliorum[opiniones,] qui in cõuerſatione ſunt, [nõ ex extraneis,ſed ex proprijs dogmatibus,] hoc eſt ex conceſsis ab eis,quæ conceduntur ſecundum propria dogmata, [ſermocinabimur contra eos,tranſmutantes,] hoc eſt,confutantes [quicquid non bene videntur nobis dicere.] ❡Quod vero adverba attinet per dogmata doctrinas vel ſectas intelligit,vt ſunt ſecta epicurea, ſtoica,academica,peripatetica,cinica,& id genus.hæ enim dogmata dicuntur græce, latine doctrinę,aut ſectæ.Argumentum autem quod fit ex proprijs dogmatibus,eſt argumentum factum ex ijs, quæ conceduntur in dogmate.extranea vero,dogmati ſunt,ea,quæ ſunt conceſſa in alia ſecta,vt ſi quis contra Stoicos argumentaretur ex eis,quæ conceduntur in dogmate peripatetico.verbi cauſa, vt Alexander exponit,ſi in conuiuio occurrat de voluptate ſermo cum aliquo epicureo, qui afferat voluptatem bonum eſſe,quærat peripateticus ab eo,nunquid bonum bonos faciat,ſicut albũ albos, & calidum calidos:& reſpondebit ſtatim quòd ſic,non enim poteſt hoc negare: hoc poſito, ſtatim interroget ſi voluptas videatur ipſi bonos facere,accipiet certe quod nõ faciat:manifeſtum eſt enim omnibus hoc.Colliget igitur ex conceſsis ab eo,quæ illi probabilia ſunt,voluptatem non eſſe bonũ: hoc enim ſequitur ex propoſitionibus,quas ille conceſsit, vt probabiles ſibi. Simili modo in cæteris F
fieri poteſt, quoties in colloquiis occurrerint.Hunc modum tenuit Plato in ſympoſio, & in omnibus dialogis.

19 Ad ſecundum philoſophiam autem diſciplinas , quoniam potentes ad vtraque dubitare,facile in ſingulis intuebimur verũ & falſum.

Tertio oſtendit,quomodo præſens negocium ſit vtile ad diſciplinas, quæ ſunt ſecundum philoſophiam,& oſtendit hoc duabus rationibus.de prima ratione dicit, [Ad diſciplinas autem,quę ſunt ſecundum philoſophiam] præſens negocium vtile eſt, [quoniam potentes ad vtraque] hoc eſt ad vtranque partem problematis [dubitare] ex probabilibus[facile in ſingulis intuebimur] tandem[verum & falſum] hoc eſt,tandem diſcernemus verũ à falſo.nam tãdiu ex probabilibus ſyllogizabimus nũc ad vnam,nunc ad alterã partẽ,donec ad veritatis iudiciũ deuenerimus.per dialecticã enim inuenire poterimus,quatenus ad vtrãq; partẽ ſyllogizamus,in quarũ altera veritas eſt.per Analyticã iudicamus de altera inuẽtionis parte,quæ vera eſt.Vnde Alex.inquit,potẽtes enĩ perſuaſibilia cõſiderare,quę pro vtraque contradictionis parte inducũtur,facile inueniẽt in qua cõtradictionis parte veritas eſt.queadmodũ enim iudex,cũ vtrãq; partẽ intellexerit,iuſtitiã facile cognoſcet:ita & in quęſtionibus,quæ ſecundum philoſophiam ſunt, plerunque non eſt facile veritatem indicare, niſi prius in vtranque partem contradictionis interpoſuerimus.Concordat autem his,quod Plato dicit in Parmenide,cum inquit,Aſſuefac te ipſum,ac exerce quouſque iuuenis eris in dialectica,quę cum inutilis videtur eſſe,à compluribus ἀδολεσχία,hoc eſt garrulitas,ſiue nugatio vocatur. Sin autem non te in ea exercueris,veritas te fugiet.Amplius,qui ſcit naturam perſuaſibilium,quæ pro vtraque parte pſuadent,præeliget aliquando vera à non veris propter comparationem illorum adinuicem. Ad hæc, inuentor eorum quæ veriſimilia ſunt,qualia quidem perſuaſibilia ſunt, promptior ad veritatis inuentionem eſt.Præterea (vt etiam Alexander inquit) quemadmodum corporis exercitium arte factum bonam corporis habitudinem efficit,ſic & animæ exercitium in diſputationibus bonam animæ habitudinem facit·bona autem animæ valitudo,quæ propria animæ eſt,dialecticæ potentia eſt, ſecũdum quam inuentrix ac iudicatrix veritutis eſt.Quare dialectica,per quam diſputationes fiunt, vtilis eſt ad veritatis cognitionem.

20 Adhuc autem ad prima eorum,quæ in vnaquaque diſciplina ſunt H
principia. Nam ex propriis ſecundum propoſitam diſciplinam principiis, impoſsibile eſt dicere aliquid de ipſis, eo quòd prima principia ſunt omnium.Sed per ea,quæ ſunt circa ſingula probabilia, neceſſe eſt de illis tranſigere. Id autem proprium, maximeue peculiare dialecticæ eſt. Cum enim ſit inquiſitiua, ad omnium methodorum principia viam habet.

Hic ponit ſecundam rationem, quod valeat ad diſciplinas, quæ ſunt ſecundũ philoſophiam: & ſyllogiſmus componitur, Valens ad cognitionem veritatis primorũ prĩcipiorũ quę ſunt in vnaquaq; diſciplina,eſt vtilis ad omnes diſciplinas,quæ ſunt ſecundũ philoſophiã: Dialectica valet ad cognitionẽ veritatis primorũ principiorum,quæ ſũt in vnaquaque diſciplina:igitur eſt vtilis ad diſciplinas,

A quę ſunt ſecundum philoſophiam. De ratione affert minorem, & dicit, [Adhuc autē ad prima principia] de numero [eorum, quæ in vnaquaque diſciplina ſunt,] valet dialectica ipſa: hæc eſt minor, quam probat ex eo, quia nulla ſcientia ſpecialis poteſt probare ſua principia. oporteret enim ea probare per principia notiora, & ſic illa non fuiſſent principia prima, & etiam eſſet proceſſus in infinitum. Cum igitur non poſsint probari per ea, quæ ſunt propria ſcientiæ, cuius ſunt prima principia, cum ab aliquo negabuntur, oportebit ea probare per communem facultatem, quæ viam habet ad omnia: hęc autem dialectica eſt, quare vtilis eſt ad cognitionem veritatis primorum principiorum. Probat ergo minorem, & inquit, [Nam ex proprijs principijs,] quæ ſunt [ſecūdum propoſitam diſciplinam,] cuius veritatem principiorum quærimus. [Impoſsibile eſt aliquid dicere] ſyllogizando, aut demōſtrando [de ipſis,] quoniam nullus artifex per propoſitiones ſui generis poteſt demonſtrare principia ſuæ ſcientiæ, & dixit, [Ex principijs] ſui generis, quoniam per propoſitiones à poſteriori demonſtratione ſigni nihil prohibet, vt Auerroes autumat cōtra Auicennā. Sed probatio à ſigno dialectica eſt, cū ſit loco ab effectu. ¶ Quod ad verba attinet, principia ſcientiarum in multiplici ſunt differentia: quoniam quædam ſunt communia omnibus ſcientijs, vt illa quorum termini, ex quibus conſtant, communes ſunt omnibus ſcientiarum terminis: vt de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe, & de nullo ambo: quædam autem quæ pluribus ſcientijs communia ſunt, vt ea, quorum termini, ex quibus cōſtant,

B pluribus ſcientijs communes ſunt. vt ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanent ſunt ęqualia. Hoc enim commune eſt naturali philoſophiæ, quoniam ſi ab æqualibus temporibus æqualia tempora demas, cætera tempora quæ remanent æqualia ſunt: & arithmeticæ, quoniam de numeris ſicut de temporibus verum eſt: & geometriæ, quoniam & de magnitudinibus verum eſt. Quædam ſunt propria vni ſcientiæ, vt in naturali philoſophia, motus eſt, & plura mobilia ſunt: & hæc bifariam ſunt, aut communia omnibus concluſionibus demonſtratis in ea ſcientia, cuius ſunt, & dicuntur ſuppoſitiones, vel petitiones: aut vni concluſioni tantum, & dicuntur propoſitiones immediatæ demonſtratiuæ. Ariſt. igitur intelligit per principia prima, quæ ſunt in vnaquaque diſciplina, prima principia tertio modo, ſiue fuerint ſuppoſitiones, ſiue propoſitiones demonſtratiuæ: hæ enī in ſcientia cuius ſunt, demonſtrari non poſſunt, & aſsignat cauſam, & inquit, [eo quod ſunt prima principia omnium] eorum quæ in ſcientia cuius ſunt, per ipſa demonſtrantur. Sed dices, ſi non poſsint demonſtrari ex proprijs ſcientiæ principijs, cum negabuntur, à quo demonſtrari poterunt, exponit, & reſpondet, & inquit. [Sed per ea quæ ſunt circa ſingula probabilia] hoc eſt circa ſingulas partes omnium problematum probatiua quales ſunt dialecticæ propoſitiones, quæ ſunt communes omnibus communitate applicationis, [neceſſe eſt] neganti, [de illis] principijs [tranſigere. id autem proprium maximeue

C peculiare eſt dialecticæ.] Cuius cauſam ſubdit, & dicit, [Cum enim ſit inquiſitiua] ac cuiuſque contradictionis partis inuentiua, [ad omnium methodorum] hoc eſt facultatum & artium [principia viā] probatiuam [habet]. ¶ Quod vero ad verba attinet, animaduerte Alexandrum aliter exponere verba illa: [ſed per ea, quæ ſunt circa ſingula probabilia,] intelligit enim per inductiones, quę ex ſingularibus probant vniuerſales. Cauſa autem, quoniam maxima fides de principijs per inductionem fit, aut ſaltem ex propoſitionibus, quæ per inductionem probantur: verbi cauſa, in tertio Phyſicæ auſculationis, hoc principium, nullum corpus eſt infinitum, neganti, per dialecticam ſic probat Ariſtoteles, nullum determinatum in terra eſt infinitum: omne corpus determinatum in terra: igitur nullum corpus eſt infinitum. maior & minor per inductionem fidem habent. ¶ Amplius, in geometria hæc vt principia ponuntur, ſuperficies eſt, quæ ſolum longitudinem & latitudinem habet: linea, quæ longitudinem ſine latitudine: punctus vero, cuius nulla pars eſt. ¶ Contra hæc principia aliqui inſtant: contra primum quidem, quoniam impoſsibile eſt eſſe aliquam magnitudinem, quæ ſolum duas diſtantias habeat. Contra ſecundum vero, quia nulla magnitudo ſolam vnam diſtantiam habere poteſt. Contra tertium vero, quoniam punctus nihil eſt, quoniam nihil eſt, à quo non poſsit aliquid minui, vel cui non poſsit aliquid addi & fieri maius & minus, vt Eleates Zeno aſſerebat. ¶ Contra hæc obijcitur ſic, omnis finis eſt aliud quid ab eo, cuius eſt finis, quod

D per inductionem patet, Superficies eſt corporis finis, linea ſuperficiei, & punctus lineæ finis: igitur ſuperficies aliud eſt à corpore, & linea a ſuperficie, & punctus à linea. minor eſt probabilis, quare ſuperficies non poteſt habere profunditatem, quoniam cum ſenſu pateat eam habere longitudinem, & latitudinem, ſi haberet profunditatem, eſſet corpus. nec linea latitudinem, cum ſenſu pateat eam habere longitudinem: ſi haberet latitudinem, eſſet ſuperficies. nec punctus habet longitudinem, eſſet enim linea. igitur punctus eſt, cuius pars non eſt. ¶ Aut fortaſſe Ariſtoteles per ea, quæ ſunt circa ſingula probabilia intelligit omnia loca, quibus probari poſſunt principia contra negantes, vt eſt locus ab omnibus ſingularibus, quo conſtat inductio: locus ab effectu, quo cōſtat demōſtratio ſigni: locus à contrario, quo conſtat ſyllogiſmus hypotheticus: locus à cōditionali, quo etiam conſtat ſyllogiſmus hypotheticus: & per conceſſa ab aduerſarijs, quæ ſunt probabilia ei, ex quibus fiūt ſyllogiſmi dialectici. per omnia enim hæc, quæ dialectica ſunt, probari poſſunt ſcientiarum principia,

cōtra eos qui illa negabunt.Et licet Ariſtoteles loquatur de principijs proprijs cuique diſciplinæ:ta- E
men ampliari poteſt ſermo ſuus de omnibus principijs & primi & ſecundi ordinis: illa ſi negabuntur,dialecticis rationibus probari poſſunt contra negantes,vt Ariſtoſeles fecit in metaphyſica contra eos qui negarunt illud principium,de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe.Recte igitur dicit,cum ait,[Cum enim]dialectica[ſit inquiſitiua,]hoc eſt inuentiua vtriuſque partis cuiuſque problematis,[habet viam]ſcilicet probandi[ad principia omnium methodorum] hoc eſt omnium ſcientiarū,quoniam ex aliquo loco poteſt argumentari cōtra eos,qui negant principia quæcunque.

21 Habemus autem perfecte methodum,quādo perinde habebimus, ac in rhetorica,& medicinali,& huiuſmodi facultatibus.Hoc autem ex iis,quę contingunt facere, quæ eligimus. Nam neque rhetor omni ex modo perſuadebit,neque medicus ſanabit: ſed ſi ex iis,quæ contingunt nihil omiſerit,ſufficienter eum diſciplinam habere dixerimus.

Hic textus vno modo poteſt legi,ꝙ velit Ariſto.ſoluere dubitationem.nam dictū eſt,dialecticum F
eſſe vtilem ad exercitationes:quoniā qui dialecticā methodū callet,facile poterit in exercitationibus deſtruere,vel cōſtruere omne problema:& ad colloquia,quoniā dictum eſt,ꝙ qui dialecticā calluerit,poteſt redarguere in colloquijs eum,qui alterius fuerit ſectæ:& ad diſciplinas ſecūdū philoſophiā, quoniam dictum eſt,ꝙ qui dialecticam calluerit,poteſt probare principia omnium ſcientiarū negāti ex conceſsis ab eo. Modo dubitatur,quoniam videmus dialecticum eum,qui dialecticam callet, non ſemper deſtruere,aut cōſtruere omne problema in exercitationibus,neque ſemper in colloquijs redarguere eum qui eſt alterius ſectæ,neq; ſemper probare principia neganti ex conceſsis ab eo.& hoc propter tres cauſas:aut propter debilitatem propoſitionum,ex quibus dialecticus ſyllogizat: aut propter reſpōdentis proteruitatem:aut propter problematis,quod ſyllogizatur,difficultatem.Soluit, nos poſſe habere perfecte methodū dialecticā quando eam habuerimus,veluti perfectus rhetor habet rhetoricā,& perfectus medicus habet artem medēdi.Modo rhetor poteſt habere perfecte rhetoricam,& perfecte dicere,& non perſuadebit:& medicus poteſt habere perfecte medicinalem facultatem,& ex arte ſufficienter curare aliquem, & tamen non ſanabit:igitur dialecticus poteſt perfecte habere dialecticam methodum,& perfecte ea vti,qui tamen non probabit. Habebit igitur medicus perfecte medicinalem facultatem,& perfecte vtitur arte,& ſi non ſanauerit,ſi in curando nihil præ- G
termiſerit ex ijs quæ fieri poſſunt in arte:& rhetor poterit habere perfecte artem dicendi, & perfecte dicere,& ſi non perſuadebit,quoniam ſi dicit nihil prætermittendo de ijs,quæ fieri poſſunt in arte,perfecte dicit,& artem perfecte habebit.vnde dicit,[Habemus autem perfecte methodum]dialecticam[quando perinde habebimus]eam,[ac]ſi peritus[in rhetorica,& in medicinali, &]in cæteris [huiuſmodi facultatibus,]habet tales facultates,vel harum aliquam.Exponit autem quo modo ſit habere perfecte has facultates,& dicit,[Hoc autem] ſcilicet habere,& vti perfecte talibus facultatibus, [eſt facere,quæ eligimus] id eſt quæ appetimus facere,[ex ijs,quæ cōtingūt,]hoc eſt ex poſsilibus in arte,non autem eſt inducere opus:& explicat cauſam,& dicit,[Nam neq; rhetor omni ex modo ꝑſuadebit,neque medicus ſanabit:ſed ſi ex ijs,quæ contingunt,nihil omiſerit,ſufficienter eū diſciplinā habere dixerimus.] ¶ Quod vero ad verba attinet,per huiuſmodi facultates,intellexit (vt Alexāder inquit) omnes eas facultates,quæ ſunt circa aliqua, quibus ad aliquod opus poſſumus bene,& male vti,vt ſunt rhetorica,medicinalis,dialectica,militaris,nautica, paſtoralis,agricultura,& cæteræ id genus.Hæ enim verſantur circa quædam,quibus bene & male vtendo,aliquando euenit opus,cuius gratia vtimur eis:aliquando etiam ſi recte vſi fuerimus,non accidet opus. Vel (vt Alexādet inquit) per huiuſmodi facultates intelligit omnes artes,quæ ad opus perficiendū ſunt inuentæ. ¶ Sed quæ- H
res,vtrum officium artificis ſit facere ſuum opus,vt medici ſanare,rhetoris perſuadere, & de cæteris id genus,dicit Alexander non eſſe officium medici ſanare,nec rhetoris perſuadere,quoniam accideret,vt qui non eſt medicus ſit medicus, & qui eſt medicus non ſit medicus: quoniam ſanant ſæpenumero & qui non ſunt medici aliquos ægrotos, & medici non ſanant quando ægritudo fuerit maior auxilio medicinali.propter quod recte Alexander innuit diuiſionem,quod ſint artes quędam quæ ſecundum determinatas vias,opus neceſſario faciunt fortuna nullo pacto fauente, vt ædificatiua,& tectoria,& ſtatuaria,& pictoria,& id genus:& artifices, qui agunt ex ijs artibus,non dicuntur habere perfecte artem,niſi cum vtuntur eis quæ ad opus ordinantur, neceſſario opus perficiunt. Et aliæ ſint,quæ licet ſecundum determinatas vias, & ordinatas procedant,non tamen opus perficiūt, niſi fortuna fauente, & in talibus non oportet ſemper ſequi opus, gratia cuius artifices operantur. cauſa autem,quoniam in ijs concurrit fortuna, ex ijs ſequitur finem talium artium non eſſe opus, ſed bene ordinare oīa quæ poſſunt facere ad opus, aut nihil prætermittere de ijs quæ fiunt poſsibilia pro opere. ¶ Vlterius ſequitur,finem dialectici non eſſe inducere opinionem,ac fidem facere,ſi-

A ue probare, sed bene loqui ad inducendam opinionem: sicut finis oratoris non est persuadere, sed bene dicere ad persuadendum.

¶DE PARTIBVS QVIBVS DIALECTICA CONSTET.

22 Primum igitur considerandum ex quibus est methodus: nam si sumpserimus ad quot, & quæ, & ex quibus orationes sunt, & quomodo his abundemus, habebimus sufficienter propositum.

Cum perfecisset prooemium, nũc accedit ad narrationem, in qua, vt mihi videtur, tria facit: nã primo determinat de syllogismo dialectico, quatenus ordinatur ad secũdum philosophiam disciplinas, quod erat tertia vtilitas dialecticæ. Secundo determinat de syllogismo dialectico, quatenus ordinatur ad colloquia, & ad redarguendum in colloquijs, quæ fuit secunda vtilitas: & hæc pars incipiet in pricipio octaui. Tertio determinat de syllogismo dialectico, vt ordinatur ad exercitationes, quæ erat prima vtilitas, & hæc pars incipiet etiam in octauo, ibi [ad exercitationem.] Et differendo de syllogismo quatenus ordinatur ad secundum philosophiam disciplinas, agit de eo dupliciter: vno modo determi-
B nando de ipso in communi, & in suis vniuersalibus principijs non contrahendo eum ad aliquod problema determinatum, & hoc pacto agit de eo theorice magis. Alio modo determinando de eo, contrahendo ipsum ad determinandum diuersa problemata, & hæc determinatio, cum sit secundũ vsum eius, dicitur practica potius, & incipit libro secundo. ¶Circa primã partem, primo præmittit intentionem, & dicit, [Primum igitur] scilicet in hoc primo libro, theorice [considerandum ex quibus est methodus] vna expositio est, quæ mihi placet. [methodus] hoc est syllogismus dialecticus, [ex quibus] scilicet materijs tam ex quibus, quàm circa quas propinquas, & remotas. & quia tacuit formam de qua dictum est libro priorum, quasi asignans causam cur solum de syllogismo dialectico vult agere quo ad materias, scribit, [nam si sumpserimus ad quot] scilicet genera problematum. non enim intelligit ad quot particularia, quia illa sunt infinita, [&] ad [quæ] hoc est ad qualia problemate secundum specificam rationem. non enim qui scit problemata esse quatuor genere, scit qualia sunt specie, per quæ tetigit materias circa quas, quæ sunt problemata. nam sicut materiæ, circa quas est demonstratio, sunt quæstiones, quæ sunt æquales numero his, quæ scimus, & materiæ circa quas est syllogismus sophisticus, sunt sophismata: ita materiæ circa quas est syllogismus dialecticus, sunt problemata: deinde tangens materias ex quibus, subscribit, [& ex quibus orationes] hoc est syllogismi dialecti-
C ci, & inductiones sunt, per quæ tetigit materias ex quibus propinquas, scilicet propositiones, & remotas, scilicet terminos, qui sunt quatuor, genus, videlicet, accidens, proprium & definitio, [& quomodo his,] scilicet syllogismis, vel his propositionibus [abundemus] & tetigit loca, quæ sunt sedes argumẽtorum [habebimus sufficienter propositum] hoc est syllogismum dialecticum quo ad omnia, quæ attinent ad præsentem librum. ¶Et fortasse per methodum, vt Alexan. exponit, intelligit artem dialecticam, quæ dicitur topica: vt sit sensus, [primum] scilicet in primo lib. [igitur, cõsiderandum,] quæ sunt illa omnia, [ex quibus] hoc est per quæ [methodus] hoc est vniuersa topica est, & exponit, quod sunt tria, propositiones & termini ex quibus orationes tã syllogisticę q̃ inductoriæ fiunt, problemata circa quot & qualia orationes tales sunt, & loca quibus abundamus propositionibus & syllogismis. nam per hæc tria propositum, hoc est sufficiẽter omnia requisita ad methodum habebuntur. Hæc est expositio Alexã. quæ satis bona est, per quæ innuit Alexã. tria esse, quibus dialecticus dicitur pfectus in arte sua, vt videlicet sciat, ex quibus dialecticæ orationes, hoc est terminis, & propositionibus constent, circa quot problemata genere & qualia specie orationes dialecticę versentur, & quomodo abũdamus propositionibus, & syllogismis. His enim habetur perfectà methodus, qua dialecticus erit pfectus. nõ enim spectat ad eum scire formã syllogismorũ, de quibus dictũ est in prioribus, veluti nec ad
D perfectũ posterioristicũ spectat scire formam demõstratiuorum syllogismorũ: sed propositiões quot, & quæ, & prædicata ex quibus demõstratio cõstat. ¶Quo vero ad rem attinet, animaduersione dignum, problema bifariam accipi, aut antequã sit ad alterã partem determinatũ, & hoc pacto problema est materia circa quã sylllogismi dialectici, & inductiões fiũt. alio mõ põt accipi, vt determinatũ ad alterã partẽ, & sic est propositio ex qua fiũt orationes dialecticę. dixit autẽ [sufficiẽter,] non quod alij libri superfluãt, sed quoniã erit sufficiẽter dictũ de methodo, quo ad eam ptem, quæ est de dialecticis orationibus, in genere theoretice, nõ autem quo ad vsum, de quo in alijs libris.

23 Sunt ✻ itaque numero æqualia, & eadem ea, ex quibus orationes, & de quibus syllogismi. Fiunt enim orationes, ex propositionibus, de quibus autem syllogismi fiunt, problemata sunt. Omnis autem propositio, & omne problema, aut proprium, aut genus, itaq; ✻ autem ✻

aut accidens indicat. Etenim differentia cum ſit generalis, cum genere E
ordinanda eſt.

Nunc proſequitur, & declarat quid problema ſit de quo dialectici ſyllogiſmi ſunt, & quid propoſitio ex qua fiũt ſyllogiſmi dialectici, & quot ſint propoſitiones atq; problemata, & quonam modo propoſitiones & problemata ſe habẽt inter ſe. ante vero q̃ declaret, quot ſunt problemata & propoſitiones, & quomodo differant, ponit talẽ cõcluſionẽ, Ea ex quibus fiũt orationes, & ſyllogiſmi dialectici, & ea de quibus fiunt orationes, & ſyllogiſmi dialectici ſunt æqualia numero, quoniã quatuor, & eadem quo ad ſubſtãtiam. vnde dicit, [Sunt autem numero ęqualia.] quoniam quatuor. [& eadem, ex quibus orationes, &] ea [de quibus ſyllogiſmi] ſunt. & licet Ariſto. hæc diuiſim protulerit, legenda ſunt copulatim, hoc modo, ea ex quibus, & ea de quibus ſunt orationes & ſyllogiſmi dialectici, ſunt æqualia numero, & ſubſtantia eadem. Et intelligit per ea ex quibus, materiam ex qua: & per ea de quibus, materiã circa quã: & per orationes poſſumus intelligere diſputationes: & per ſyllogiſmos, argumenta, quibus vtimur in diſputationibus. Deinde ſyllogizat cõcluſionem, & facit hũc ſyllogiſmum, Omnis propoſitio, & omne problema, aut propriũ, aut genus, aut accidẽs ſignificat ea ex quibus, & ea de quibus ſunt orationes: & dialectici ſyllogiſmi ſunt problemata, & propõnes: igitur ea ex quibus, & ea de quibus orationes & ſyllogiſmi ſunt ſignificãt aut genus, aut propriũ, aut accidens. F
De ratione primo minorẽ, deinde maiorem aſsignat more Græcorũ, qui minorẽ primo loco afferũt, & dicit, [Fiunt enim orationes] hoc eſt diſputationes, [Ex propoſitionibus, de quibus autẽ ſyllogiſmi fiũt problemata ſunt,] & debet hæc minor legi copulatim hoc modo, ea ex quibus, & de quibus fiũt orationes & dialectici ſyllogiſmi, ſunt problemata & propõnes: quæ eſt minor. Deinde tangit maiorẽ, & dicit, [Omnis autẽ propoſitio, & omne problema, aut propriũ, aut genus, aut accidẽs indicat.] igitur ea ex quibus, & ea de quibus orationes & dialectici ſyllogiſmi ſunt, ſignificant aut propriũ, aut genus, aut accidens. ¶ Sed dices, hic ſyllogiſmus non videtur ad propoſitum: nam cõcluſio erat, ea ex quibus, & ea de quibus ſunt ſyllogiſmi, & orationes dialecticæ ſunt numero & ſubſtantia eadem. At ſyllogiſmus Ariſt. probat ea ex quibus & ea de quibus orationes & ſyllogiſmi ſunt, ſignificare eadem, quoniã aut genus, aut proprium, aut accidens: & ſic concluſio p̃ſentis ſyllogiſmi non conuenit cum propoſita concluſione. ¶ Dicendũ, huic rationi eſſe ſupplẽdum, hoc pacto, quæcũque ſignificãt idẽ, ſunt numero & ſubſtãtia eadem. ſumo concluſionẽ proximi ſyllogiſmi, vel aliquid ei æquiualens, videlicet, ſed ea ex quibus & ea de quibus ſunt orationes dialecticæ, & ſyllogiſmi, ſignificant eadẽ: igitur ſunt numero æqualia, & ſubſtãtia eadem. Et certe hũc textũ pace Alexãdri, & cæterorum expoſitorũ dixerim, pauci intelligunt. Sed remouet dubitationem, quoniã quis poſſet dicere non eſſe verũ, ꝙ G
omnis propoſitio, omneque problema, aut proprium, aut genus, aut accidens ſignificat: quoniã propoſitio in qua p̃dicatur differentia, eſt problema & propoſitio, quę tamen non ſignificat genus, vel proprium, vel accidẽs. Reſpondet, & dicit, [Etenim differentia cum ſit generalis, cum genere ordinãda eſt.] ¶ Quod autem ad rem attinet, animaduerſiõe dignum ꝙ Ariſto. (vt Alexan. innuit) per huiuſmodi diſcurſum probauit numerũ problematum, & ita problemata eſſe tria per inductionẽ ſignificauit: vnde inductio ſecundum Alexandrum eſt hæc, problema omne ſignificat aliquod horũ triũ, & nullum aliud præter hęc tria, igitur tria ſunt problemata. Sed dices, cur potius differentia eſt generalis, & ad genus reducitur, q̃ aliud prædicatũ? Reſpondet Alexander, quoniã differentia eſt in ſubſtãtia eius, de quo p̃dicatur ſicut & genus: & eſt in pluribus, & de pluribus differentibus, ſicut & genus: & ſolum ab ipſo genere differt eo, quia non prædicatur in eo quod quid eſt. ¶ Sed adhuc dubitabis cur de ſpecie nihil dixit. ¶ Reſpondet Alexand. & aſsignat duas cauſas. prima eſt, quoniam hic agit de prædicatis, quatenus ſunt partes definitionis: ex eiſdem enim propoſitio, & definitio eſt: at ſpecies non eſt pars definitionis, ſed illud quod definitur: genus autem & differentia partes definitiõis ſunt, proprium & accidens partes deſcriptionis. Melius autem aſsignat cauſam, quoniam vel ſpecies prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, vel ſolum de differentibus numero. ſi de differentibus ſpecie, H
eſt idem quod genus, vel generale. Si ſolum de pluribus differentibus numero, non eſt prædicatũ ꝓblematicũ, ſed ſubiectũ omnium prædicatorũ. ¶ Sed ego dubito contra Alexandrum, quoniã differentia eſt duplex: quædam, quæ conuertitur cum ſpecie: & quædã generalis, quæ ad genus reducitur: igitur non eſt bene dictũ Ariſto. prætermiſiſſe differentiã, quia reducitur ad genus, cũ ſit aliqua differẽtia quę reducitur ad ſpeciẽ. ¶ Poteſt dici pro Alexãdro, ꝙ ſicut differentia generalis comprehenditur cũ genere, ita differentia ſpecifica conuertitur cum ſpecie ſpecialiſsima: & quia ſpecies non eſt prædicatum, ſed ſubiectum prædicatorũ, ideo prætermiſit differentiam, quæ cum ſpecie conuertitur, quia non eſt prædicatũ. Fortaſſe dici poteſt Ariſto. non accepiſſe hic genus proprie (vt Alexander exiſtimat) ſed pro omni generali prædicato, ſiue pro omni ſuperiori, & ſic inter prædicata continentur ſpecies, ſubalterna ſaltem, & differentia, cum ſint ſuperiora ad aliqua. Melius de his poſtea.

24 Quoniam autem proprii hoc quidem quod quid erat eſſe ſignifi-

A cat, illud autem non significat, diuidatur proprium in vtrasque prædictas partes, & vocetur illud quod significat quod quid erat esse, terminus: reliquum vero secundum communem de ipsis assignatam nominationem, nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex iis, quę dicta sunt quoniam secundum pręsentem diuisionem, quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens.

Sed circa dicta Arist. remouet dubitationes tres, quarum prima est, quia nõ videtur numerus prędicatorum esse sufficienter traditus, & ita nec numerus problematum, quoniam cõmuniter ab omnibus prædicata enumerantur quatuor. ¶ Respondet prædicata esse tria prima diuisione, quatuor vero si diuidatur proprium in duo, & dicit. [Quoniã autem proprij, hoc quidem quod quid erat esse significat, illud autẽ non significat] quod quid erat esse, sed accidens cũ specie cõuertibile: [diuidatur proprium in vtrasq; prędictas partes] hoc est in duo membra, quæ dicta sunt: quod aliud significet quod quid erat esse, aliud vero nõ, [& vocetur illud quod signat quod quid erat esse, terminus,] hoc est de-B finitio, quæ ideo dicitur proprium, quoniã vni soli, omni, & semper competit. [Reliquum vero secũdum communem de ipsis assignatam nominationem nuncupetur proprium.] hoc est alterum membrum, quod est accidens cõpetens omni soli & semper, dicatur nomine cõmuni, quod dicitur de vtroque proprij significato, & dicatur proprium carentia nominis specialis. Tunc ex his concludit solutionem, & dicit [Manifestum igitur ex ijs, quæ dicta sunt, quoniam secundum pręsentem diuisionẽ] quæ est subdiuisio, & nõ secundum primam, quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminũ, aut genus, aut accidens. quare quatuor sunt problemata, & quatuor prædicata. Aristo. igitur probauit quatuor esse problemata, & quatuor esse prædicata inductione, vt Aristo. inquit. ¶ Alexan. hoc idem probat syllogismo, quoniam cũ omne problema habeat prædicatum, quod de subiecto aliquo prædicatur, vel in substantia illius inest, de quo prædicatur, vel nõ. Siquidem quod prædicatur de subiecto, inest in illius substantia, vel vt genus, vel vt definitio prædicatur, & non aliter: sin autem prædicatur, & non inest in substantia eius, de quo prædicatur, prædicabitur aut vt proprium, aut vt accidẽs, & nõ aliter. Quare omne prædicatum erit, aut genus, aut definitio, aut proprium, aut accidens.

25 Nemo autem nos opinetur dicere quod vnumquodque horum secundum se dictum propositio vel problema sit, sed quod ex iis & pro-C blemata & propositiones fiant.

Hic soluit secundam dubitationem, nam cum problemata enumerasset pro numero prędicatorũ, posset quis credere problemata esse prædicata enumerata, remouet hoc dubium, & dicit. [Nemo autem nos opinetur dicere, quod vnumquodque horum secundum se dictum propositio, vel problema sit,] licet pro numero horum sint problemata enumerata, [sed quod ex his & problemata & propositiones fiant,] & propterea pro numero talium enumerata sunt problemata. Causa autem (vt Alexan. inquit.) quia ad hoc vt aliquid horum fiat propositio, vel problema, oportet addere verbũ & subiectum. qui enim dicit, homo, aut animal, aut risibile, nisi dixerimus Socrates est homo, vel homo est animal, vel homo est risibilis, non est propositio, vel problema.

26 Differunt autem problema & propositio modo, nam cum sic dicitur, putas ne animal gressibile bipes, definitio est hominis: & putas ne animal genus est hominis? propositio fit. si autem vtrum animal gressi-D bile bipes, definitio sit hominis, an non, problema fit. similiter autem & in aliis. Quare æqualia numero problemata, & propositiones sunt, nam ab omni propositione problema efficies mutans modum.

Hic soluit tertiam dubitationem, quia primo priorum & primo posteriorum Arist. voluit propositionem esse genus problematis: hic autem dixit propositiones & problemata esse eadem numero, & æqualia. Respondet, quod problema & propositio dialectica idem est secundum rem: & differunt prolatione, quoniam propositio profertur sine coniunctione disiunctiua cadenti inter partes contradictionis: problema vero profertur cum coniunctione disiunctiua cadenti inter contradictionis partes. vnde patet solutio, nam libro priorum & posteriorum accepit propositionem fusius, pro quodam cõmuni ad propositiones omnes syllogisticas, hic accepit propositionẽ pro dialectica tantum, & dicit, [Differunt autem problema & propositio modo,] scilicet proferendi, sed re idem sunt. [nam cum sic dicitur, putas ne animal gressibile bipes, definitio hominis est: & putas ne animal genus est hominis,

propositio fit,] vbi patet talem propositionem sine disiunctione cadenti inter contradictionis partes E proferri. [si autem, vtrum animal gressibile bipes, definitio est hominis, an non, problema fit] vbi patet tale problema proferri disiunctione cadenti inter contradictionis partes [similiter] vt inquit [& in alijs] problematibus & propositionibus dicendum est. Tunc ex ijs concludit quo modo problemata, & propositiones se habeant inter se, ac quo modo inuicem comparentur: & dicit, [Quare merito æqualia numero problemata & propositiones sunt.] cuius causam repetit, & dicit. [Nam ab omni propositione problema efficies, mutans modum & formam interrogandi. Verum vt Alexan. addit, propositio & problema non solum prolationis modo, sed re differunt: quoniam propositio est interrogatio responsionis, vt sumat consensum, ex quo intendit syllogizare. problema vero est interrogatio contradictionis, non vt ex altera parte captata argumentetur, sed vt contra illam partem, quam opinatur ac fatetur, fiant syllogismi. Quare vtrunq; est interrogatiuum, propositio quidem consensum, vt ex illo syllogizet, problema alterius partis contradictionis, vt contra eam argumenta faciat. Arist. autem non curauit facere hanc differentiam, quoniã infra faciet. ¶ Sed occurres, si propositio & problema vtrunq; sit interrogatio, cur propositio est interrogatio incompleta, in qua solũ altera pars explicatur, problema vero interrogatio completa, in qua explicatur vtraq; pars contradictionis. ¶ Secũda dubitatio est, quoniam si dialectica propositio est interrogatio, cum ex interrogatione non fiat syllogismus, tunc ex propositione dialectica, non fiet syllogismus. ¶ Tertia dubitatio, propositio dialectica est propositio interrogata, igitur non interrogatio. ¶ Breuibus vt ex his quę dixit Alexan. patet, primo inter propositionem dialecticam, & problema dialecticum duplex differentia est ex parte rei, & ex parte modi proferendi: ex parte rei, quoniam propositio dialectica est interrogatio responsionis quæ nihil aliud est, quàm interrogatio alterius partis contradictionis, qui enim interrogat responsionem, interrogat consensum alterius partis contradictionis, vt ex ea concessa syllogizet contra opinionem respondentis. Problema vero est interrogatio contradictionis, quæ nihil aliud est, quàm interrogatio vtriusque partis. qui enim interrogat cõtradictionem, interrogat tam hanc quàm illam contradictionis partem, quoniam non interrogat, vt sumat consensum, vt ex concessa syllogizet: sed vt respondens demonstret sibi alteram partem, quam opinatur, nõ vt ex ea cõcessa syllogizet, sed vt contra eam syllogizet. Ex hac differentia secundum rem, patet differentia secundum vocem, & illius causa. cum enim propositio sit interrogatio responsionis, quæ nihil aliud est, quàm interrogatio alterius partis contradictionis eius, videlicet ex qua concessa syllogizat, sequitur quod talis interrogatio sit sine disiunctione cadenti inter partes contradictionis. & hæc est causa, quare propositio interrogatio sit sine disiunctione cadente inter contradictionis partes. qui enim interrogat propositionem, petit à G respondente eam contradictionis partem, quæ facit ad suum propositum, & ex qua syllogizare potest, ideo non cum disiunctione interrogat. quia vero problema est interrogatio cõtradictionis, vt oppositionis habeat à respondente opinionem, ideo opponens interrogat hãc vel illam sub disiunctione cadente inter partes contradictionis: per quæ patet solũmodo ad primam. ¶ Secunda vero soluitur, quoniam (vt Alexan. inquit) licet ex interrogatione responsionis non fiat syllogismus, ex responsione fit syllogismus, quoniã quæ prius est interrogatio, habito consensu ac respõsione remanet propositio syllogistica, & hoc sufficit. ¶ Tertia vero deletur, quoniam Aristo. per interrogationẽ, & propositionem interrogatam idem intelligit, veluti fluxum formæ, & formam fluentem physici pro eodem accipiunt. Animaduerte tamen, quoniam Iuniores alio modo proferendi docent interrogare propositiones, & alio Aristoteles, nam Aristoteles per hoc verbum, putásne, docet interrogare propositionem explicando alteram contradictionis partem tantum, vt sumat consensum eius partis, quę est ad suum propositum. Iuniores vero per hoc verbum propono, proponunt eam cõtradictionis partem, quæ est ad suum propositum, vt ex ea concessa syllogizent: vnde cum dicunt propono hanc, omnis numerus seipsum mouens est immortalis: idem est, ac si quærant, putans ne, omnis numerus seipsum mouens sit immortalis, Si enim detur, tunc syllogizant, omnis numerus seipsum mouens est immortalis, animus est numerus seipsum mouens. igitur animus est immortalis. H Quæ vero differentia sit, inter propono, & pono, in ludicris explicatum est. ¶ Adhuc quæres, cur definitio terminus dicatur, & propter quid dicitur significare quod quid erat esse, & non quod quid est. ¶ Dicendum, vt in ludicris, quod definitio est terminus essentiæ, quoniam per ipsam terminatur rei essentia, sicut per subiectum & prædicatum terminatur propositio, & per agri terminum clauditur ager: & propter hoc triplex terminus est, videlicet rei, qui agri terminus est: essentiæ, qui definitio dicitur: & propositionis, qui subiectum, vel prædicatum appellatur. Dicitur autem definitio significare quod quid erat esse, non quod non significet quod quid est, sed vt per illud præteritum [erat] denotetur esse coæuiternitatẽ definitionis & conuertibilitatẽ cũ re definita: nam quod erat cum aliquo, est illi coæuiternum. Hæc in septimo libro Metaphysicę.

¶ DE TERMINO.

27 Dicendum autem quid terminus, quid proprium, quid genus, quid

A accidens:est itaq; terminus quidẽ, oratio quod quid erat esse significãs.

Cum accepisset problemata & propositiones esse numero æqualia, & substãtia eadẽ, & hoc ex eo quia ꝑdicata, quæ quærũtur sunt quatuor, nũc exponit illa ꝑdicata, quid vnumquodque sit. ¶ Alexã der autem vult, ꝙ cum Aristoteles demonstrasset quatuor esse problematum species, & enumerasset quę sint, nũc proponit dicere de vnoquoque eorũ quid est. Sed hoc qđ Alexãder dicit, nõ videtur bene dictũ, quoniam problema de genere nõ est genus, nec problema de definitione est definitio, igitur nõ recte Alexander continuãdo dicit, nũc Aristotelẽ velle declarare quid sit vnũquodque problema: sed quid sit quæsitum problematicum, quod Aristoteles superius dixit parte illa: [nemo autem nos opinetur] fortasse Alexander, per problema intellexit quæsitũ problematum, quod prædicatũ est ꝓpositionis problematicæ, vt superius dixit ipsemet Alexander: proponit igitur intentionem, & dicit, Dicendũ autem quid terminus, quid proprium, quid genus, quid accidens. proposita intentione exequitur, & definit terminũ, & dicit. [Est itaque terminus quidẽ oratio, quod quid erat esse significãs.] ¶ Asignat autem causam Alexãder, cur prius de termino sermonẽ fecit: & ait hoc esse factum, quia terminus perfectior est cæteris, cũ cætera alia contineat. Nã & genus, & propriũ, & accidens in ipso

B termino continentur. ¶ Amplius, Alexander dicit definitionem à similitudine terminorum agrorũ dici terminum, quibus agri separantur. Et hoc quod Alexander dicit, est scite dictum, quoniam sicut agri terminus est ille citra quẽ nõ est stare, quoniã dominus agri de proprio perderet: nec vltra, quoniam dominus agri acciperet de alieno: ita definitio non ꝑtermittit aliquid de essentia definiti, quoniã nõ cõpeteret soli definito: nec accipit aliquid extra essentiã definiti, quia nõ cõpeteret omni: recte igitur vt Alexander inquit, definitio propter hãc similitudinẽ terminus dicitur. ¶ Dubitatur insuper contra id, quod Alexand. dixit. Ait enim Aristotelẽ ideo prius de definitione sermonem fecisse, quia est perfectior, cum contineat cętera. Contra, quoniã pari ratione in processu debuisset agere prius de definitione, q̃ de cæteris. At in processu contra facit. prius enim de accidente lib. 2. deinde libro 3. de annexo accidenti. deinde lib. 4. de genere. deinde lib. 5. de proprio, at vltimo lib. 6. de definitione. ¶ Quidam dixerunt Aristo. prius egisse de definitione, quo ad intentionem, quoniã videtur definitio finis cæterorũ, at finis primus intentione est. At de cæteris in executione secus agit. Quod (vt mihi videtur) commentũ est, quoniã Aristoteles in præsenti textu proponit prius dicere de termino: & recte, quia est finis cæteris perfectior. & statim exequẽdo quę proposuit, prius de definitiõe agit, q̃ de cęteris prædicatis. propterea mihi videtur Aristo. hic egisse prius de termino, quouiã definiendo alia

C prædicata vtitur definitione, qua vti non posset, nisi terminũ prædefinisset. ¶ Sed adhuc dubitatur, quoniã nõ videtur ꝙ definitio siue terminus posit definiri: quoniã si definiretur, aut procederetur in infinitũ, aut esset deuenire ad definitionem, quæ seipsam definiret, quod videtur absurdũ. ¶ Alexander concedit terminũ definiri per definitionem ab Aristotele hic asignatam, & talẽ non vlterius per aliam definiri: quoniã hæc definitio, quæ termini est, videtur omniũ definitionũ, etiam suimet. & cũ dicis, tunc definitio definiret se, dicerem, hoc nõ esse imposibile per accidẽs: quoniam hęc definitio, quæ asignatur hic, definit definitionem per se in cõmuni, & definiendo per se definitionẽ in cõmuni, per accidẽs definit seipsam, quoniam & ipsa est vna definitionũ. ¶ Quod vero ad verba attinet, Arist. cũ dicit: terminũ esse orationem, quæ significat quod quid erat esse, per quod quid erat esse, nõ intelligit, vt Alexander inquit, pro esse hoc huic inesse, quod est propositionis significatũ: sed incomplexe accepit pro essentia, vt sit sensus, definitionem esse orationem quę significat definiti essentiam, ac quiditatem qua res est. quod & Auerroes in huius loci paraphrasi exposuit. verbum autem [erat] quod græce est, ἦν, vt Alexan. exponit pro est Aristo. accepit. est enim hic vsus familiaris Aristotel. qui persæpe cum dicit, hoc erat, intelligit pro est. vt si quis dixerit, quis erat, qui ianuam pulsat; tantum vult dicere, vt si dicat, quis est, qui ianuam pulsat. Sed dubitatur, quoniam si erat, pro est Ari-

D stoteles sumit, tunc esset sensus, terminus est oratio quod quid est esse significans: modo si ponitur esse: superfluit dicere est: vel si ponitur est, superfluit dicere esse. Hoc argumento & Antisthenes primo, deinde Stoici putauerunt illud verbum erat, cum pro est intelligitur, esse superfluum. Alexander autem defendit Aristotelem & asserit tale verbum non esse superfluum, quoniam genus significet quid est, non tamen quod quid erat esse. ad hoc enim vt aliquid significet quod quid erat esse requiritur vt conuertatur & sit quasi coæuum ei, cuius est: at genus non conuertitur cum specie, & licet propriũ cõuertatur, non significat quid eius cuius est propriũ. verũ de his superius.

28 Assignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione. Posibile enim est, & eorũ quę sub oratiõe significãtur, quædã definiri

Cum descripsisset terminum, nunc vt Alex. dicit. Aristo. declarat, quot modis definitio asignetur & quot sint ea, pro quibus asignatur. & dicit, [Asignatur autẽ, aut oratio] hoc est definitio, quæ est oratio imperfecta pro nomine. verbi gratia, pro hoc nomine homo asignatur hæc oratio imperfecta, quæ est hominis definitio, videlicet, animal rationale [aut] asignatur [oratio] hoc est definitio

pro oratione. verbi gratia, pro hac oratione imperfecta, animal gresſibile, aſsignamus definitionem dicentes animal gresſibile eſſe ſubſtãtiam animatã ſenſitiuam ſuper terrã aptum ambulare: per quæ aliqui acceperũt duplicẽ eſſe definitionem: aliã, quæ aſsignatur de nomine: aliam, quæ aſsignatur de oratione. quod probat, & dicit, [Poſsibile enim eſt, & eorũ, quæ ſub oratione ſignificãtur] veluti ſunt ea, quibus nõ eſt vnum nomẽ impoſitum. vt Alexan. exponit. verbi cauſa, animal gresſibile, animal volatile, animal aquatile. [quædã definiri] quod Auerroes trifariam eſſe poſſe aſſerit, aut cũ oratio gerit vicẽ nominis, & ſic pro hac oratione quæ eſt eclipſis lunæ, aſsignatur hæc definitio, quod ſit luminis priuatio obiectu terræ: aut cum oratio gerit vicem deſcriptionis, & ſic ꝓ hac oratione ſciẽtiæ recepti uũ, aſsignamus hãc, videlicet animal rationale: aut cũ oratio gerit vicẽ definitionis, & ſic pro hac oratione, quæ eſt ebullitio ſanguinis circa cor aſsignatur hæc, quæ eſt appetitio vĩdictæ propter paruipẽſionem. Aſsignatur enim definitio de definitione: cum definitum habet diuerſas definitiones ex diuerſis cauſis conſtitutas. Hæc autem non ſunt à mente Alexandri aliena. E

29 Quicunque autem quolibet modo nomine aſsignationem faciunt: manifeſtum, quoniam non aſsignant ii rei definitionem, eo quod omnis definitio oratio quædam eſt. F

Sed dubitaret iunior, vtrum ſicut definitio aſsignari poſsit de nomine, & de oratione, ita cõtra nomen aſsignari poſsit de nomine & de oratione, quaſi reſpondens dicit, [Quicunq; autem quolibet modo nomine aſsignationem faciũt quolibet modo] hoc eſt, ſiue de nomine, ſiue de oratiõe. [Manifeſtum, quoniã non aſsignãt ij rei definitionem] nec nomen de nomine, nec nomen de oratione aſsignãdo, cuius cauſam repetit, & dicit, [eo ꝙ omnis definitio oratio quædã eſt,] nõ perfecta ex nomine & verbo, ſed ex nomine, & nomine cõſtituta: quare qui oratiõi de bello troiano hoc nomẽ ilias aſsignat, nõ definitioné aſsignat: & qui Alexãdro pelleum, minime definitionem aſsignabit. oportet igitur qui definitionem aſsignat, aut orationem de nomine, aut orationem de oratiõe aſsignare. At cum de nomine nomen aſsignatur, interpretatio, vel per notius expoſitio dicenda eſt.

30 Accommodatum tamen termino, & huiuſmodi ponendum eſt, vt quoniam honeſtũ eſt decens. Similiter auté, & vtrũ idem ſenſus & diſciplina, vel diuerſum ſit. Etenim circa definitiones vtrũ idé aut diuerſum plurima ſit immoratio. Simpliciter itaque accõmodata termino omnia dicãtur, quę ſub eadé methodo cum definitionibus ſunt. Quod auté omnia, quæ nunc dicta ſunt, huiuſmodi ſint, manifeſtum ex his. Potentes enim quod idem, & quod diuerſũ diſputare, eodem modo, & ad definitiones argumentari facile poterimus, nã oſtendentes, quoniã nó eſt idé, interimentes erimus definitionem, nó tamen cõuertitur, quod nũc dictũ eſt. non enim ſufficiens eſt ad aſtruendum definitionem oſtendere idem eſſe: attamen ad deſtruendum ſufficiens eſt oſtendere, quoniam non idem eſt. G

Sed contra dubitabis: quoniam nos aſsignamus pro bono vtile, pro iuſto æquale, pro honeſto decẽs, & nõ aſsignamus hæc de illis vel pro illis, niſi quatenus nobis manifeſtãt ea, igitur ſunt definitiones: quare nomina tanquam definitiones de nominibus aſsignari poſſunt. Reſpondet Ariſt. hæc reduci ad definitiones, quatenus cõtinentur ſub hoc prædicato. idem eſt enim vtile, quod bonum: ideo exponendo bonum ponimus vtile: æquale etiam eſt idem quod iuſtum, & propterea pro iuſto ponimus æquale: decens quoque idem quod honeſtum, & propterea pro honeſto decens aſsignamus, non tanquam definitionem, ſed tanquam annexum definitioni. Cum enim hoc prædicatum idem, annexum definitioni ſit, & hæc ſub hoc prædicato itidem contineantur, non definitiones, ſed annexa problemati de definitione ſunt dicenda. vnde dicit, licet nomen quod pro nomine aliquando ponitur, non ſit dicenda definitio, [horicum tamen] hoc eſt accommodatum vel annexum termino, ſiue definitiuum [& huiuſmodi] nomen pro nomine [ponendum eſt, vt quoniam honeſtum eſt decẽs,] nam decens cõtinetur ſub hoc prædicato idem, quod eſt annexum definitioni. Eſt enim decẽs idem quod honeſtum, & quidẽ notius, igitur eſt annexum definitioni: & propterea fieri poteſt ꝓblema, vtrum decẽs ſit idẽ quod honeſtũ vel nõ, & erit problema de eodem annexum problemati de definitione. [Similiter autẽ & vtrum idem ſenſus & diſciplina, vel diuerſum ſit,] & erit etiã problema de eodẽ, per quæ vult habere talẽ cõcluſionem, quod quãdocunq; ſit problema per idẽ vel diuerſum, H

A vt vtrum decens sit idē quod honestum, & vtrum disciplina sit sensus, vel sit diuersum. tale problema est reducēdum ad pdicatū definitiuum, & sic nomē pro nomine asignari potest, nō vt definitio, sed vt reducibile ad prædicatum quod est definitio. Deinde probat hāc communionem hoc mō, si circa finitionē fit plurima immoratio, vtrū definitio sit idē aut diuersum ab eo de quo asignatur, nō est ꝓpter aliud, nisi quia problema de eodē & diuerso, & problema de definitiōe, sunt annexa sub eadē methodo: tūc addo minorē, sed circa definitionē fit plurima immoratio, vtrū definitio sit idē, aut nō cum suo definito: igitur nō erit talis immoratio propter aliud, nisi quia problema de definitione, & problema de eodē, sunt annexa, ac sub eadē methodo cōtenta. tangit minorē, & dicit, [Etenim circa definitiones vtrum idē aut diuersum] sint cum eis quorū asignātur, [plurima fit immoratio,] hæc est minor. tunc quasi asignat cōmunionem, & dicit, [Simpliciter itaq; accōmodata termino omnia] scilicet hæc problemata de eodē [dicātur, quæ sub eadem methodo cum definitionibus sunt,] quasi dicat, problemata igitur de eodē, & problemata de definitione dicātur annexa, & sub eadē methodo cōtenta, quæ est cōclusio. Deinde probat cōmunionē ex vsu disputādi, & dicit, [Quod aūt omnia quæ dicta sunt] scilicet problemata de definitiōe, & problemata de eodē [huiusmodi sint] cōnexa videlicet sub eadē methodo. [manifestū est ex his,] quæ videlicet sunt in vsu disputandi, & exponit ea. &
B dicit, [Potētes enim ꝙ idē & diuersum disputare,] hoc est habētes loca quibus poterimus disputare, vtrū aliquid sit idē vel diuersum alicui, [eodē modo] ac eisdē locis [& ad definitiones argumētari facile poterimus,] quod exponit, & dicit, [Nā ostēdentes, quoniā] definitio [nō est idem] ei, de quo asignata est, [interimētes erimus definitionē.] ergo problemata de eodē cōnexa sunt sub eadē methodo cū problematibus de definitione, quoniā eisdem locis destruuntur hæc & illa problemata. ❨Sed dubitabis vtrum eisdē locis cōstruātur hæc & illa problemata, quēadmodum eisdē locis destruuntur: remouēdo talē dubitationē respōdet, [nō tamen cōuertitur, quod nunc dictum est, nō enim sufficiēs ad astruēdum definitionē] de re cuius asignatur, [ostēdere idē esse] cū ea re, [sed] solū [ad destruendum sufficiēs est ostendere, quoniā non idē est,] quare problemata de eodē, & problemata de definitione cōnexa sunt sub eadē methodo, saltem quia eisdē locis potest destrui problema de eodē, & problema de definitione. Quod vero ad rationē attinet, animaduertēdum (vt ex verbis Alex. colligitur) idē esse superius ad definitionem, quoniā omnis definitio est idē, & nō omne idem est definitio: & ꝓpterea quibus locis cōstruitur definitio, cōstruitur idem, quoniā à parte in modo ad totū valet argumētū: quibus vero destruitur idē, destruitur definitio, quoniā à toto in modo ad partem destructiue est lo
C cus dialecticus. Recte igitur dictū est, posse nomē ꝓ nomine asignari, quoniā nomē quod asignatur est notius, & idē, non tamē erit definitio, sed definitioni annexū sub eadem methodo. Et de definitione hæc pauca Aristo. dixit: nam vt Alexāder inquit, in posterioribus & in metaphysicis diligētius. sufficit enim ad præsentem doctrinam hæc de definitione esse dicta.

❨DE PROPRIO.

31 Proprium autem est, quod non indicat quod quid erat esse: soli aūt inest, & conuersim prædicatur de re. vt proprium est hominis, grāmatices esse susceptiuum, nam si homo est, grammatices susceptiuum est: & si grammatices susceptiuum est, homo est.

Nunc transit ad propriū, est enim post definitionē iure de ipso differendū, antequā de genere. primo, quia definitio plus cum proprio quàm cū genere cōuenit. primo quidē nomine, quoniā & terminus, & propriū, vtrunq; nomine propriū dicitur, deinde definitio cum proprio cōuenit in genere prędicationis, vtrunq; enim cōuersim prædicatur. Secūdo vero re, nam propriū fluit ex definitione, non
D autē genus. Tertio deniq;, in modo essendi, quoniā vtrunq; inest rei omni, soli, & semper. Quare cum de termino dixisset, nūc de proprio affert. Verū animaduersione dignū, proprium bifariam cōsiderari posse, vno mō quātum ad quid nō est, alio modo quātum ad quid est: & quia ꝓprium nec est terminus, nec genus, ideo definiendo ipsum quātum ad quid nō est, dicit. [Proprium aūt est, quod non indicat quod quid erat esse,] per quā descriptionem habes quid nō est proprium, quoniā neque definitio neq; genus: nam definitio est oratio, quę indicat quod quid erat esse: genus aūt prędicatum, quod significat esse. At proprium prædicatum est, quod non indicat esse rei, neque quod quid erat esse. Differt etiam à definitione, (vt Alexander inquit) quoniam definitio oratio est: at proprium non est oratio. Deinde asignat quid est, & dicit. [Soli autem inest, & cōuersim prædicatur de re,] & Alexander per [soli] intelligit omni: & per conuersim prædicari intelligit hoc modo, quod de quo omni propriū prædicatur, ipsum ecōuerso de omni proprio prædicetur: & sic intelligit semper. erit igitur sēsus, proprium est prædicatū cōuertibiliter de omni eo, cui inest. illa particula prædicatum ponitur loco generis, nā omne proprium est prædicatū, & nō conuertitur. Secūdo dicitur cōuertibiliter ad differētiam generis & accidētis, quæ nō prædicātur cōuertibiliter. Tertio dicitur de eo, cui inest, ad differentiam termini & generis, quæ nō insunt, hoc est nō inhęrēt. Arist. enim per [inest] inhęret, intelli-

git,quod proprio & accidēti cōpetit. ❡Animaduerte tamen,vt Alex.inuit propria quædam esse per E
modum potentiæ,vt risibile,& grāmaticę capax:& hoc pacto,vt arbitror,propria sunt de secūda spē qualitatis,quædā sunt per modū dispositionis vt ridere,& grāmatica vti. & hoc pacto sunt de prima vel de tertia specie qualitatis,deinde Aristo.definitionem per exemplū exponit,& dicit.[vt proprium est homini grāmatices esse susceptiuum.nam si homo est,grāmatices susceptiuus est, &] ecōuerso [si grāmatices susceptiuus est,homo est.] ❡Sed occurret fortasse quispiā, quoniā si propriū prædicatur de specie cōuersim,tūc de specie proprium,& de proprio species prædicaretur. quod falsum est: non enim species prædicatum est. Dixerūt nōnulli per cōuersim prædicari Arist.intellexisse proprium & speciem nō se excedere.alij intellexerūt proprium cōuersim prædicari de specie,secūdum continentiam:quoniā si est propriū,est species,& econuerso.Melius aūt dico speciem prædicari,& esse prædicatū de proprio secūdum rationem analyticā,prædicatur enim propriū de specie per se secūdo modo dicēdi per se,species vero de proprio primo modo dicendi per se,nō aūt secūdū rationem dialecticā: nam propriū est problematicū prædicatū de specie,species autem non de proprio.

32 Nemo enim proprium dicit,quod contingit alii inesse,vt homini dormire,neq; quidem si forsitan per aliquod tempus inest soli. F

Quoniā ex definitione assignata de proprio intelligūtur tres cōditiones,quod videlicet proprium insit omni soli & semper:nam ex ea particula quæ est soli,intelligit omni,& soli : ex ea particula quæ est conuersim prædicari,intelligit semper : propterea cum exposuit illam particulam , quæ est omni inesse,& soli per exemplum,nunc probat hanc particulam soli inesse,& hanc particulam semper inesse per consensum hominum,qui de proprio ipso verba fecerunt , & dicit , [Nemo enim proprium dicit,quando contingit alij inesse,vt homini dormire] igitur per communem hominum consensum patet proprium inesse soli,& non alij.Deinde probat secundam,& dicit, [Neque quidem si forsitan per aliquod tēpus inest soli.] igitur per cōsensum hominū oportet,vt insit semper.

33 Si autem forte dicatur aliquod talium proprium, non simpliciter, sed aliquando,vel ad aliquid proprium dicetur.Nam ex dextris quidē esse,aliquando proprium est.Bipes autem ad aliquid proprium est dictum,vt homini ad equum,& ad canem.Quod autem eorum quæ contingunt alii inesse,nullum conuersim prædicetur, manifestum est. non enim necessarium est,si aliquid dormit,hominem esse. G

Sed occurret aliquis,nā cōsuetudo loquēdi dat,vt quędam propria dicātur,quæ nō semper insunt, & etiā quædam quæ nō soli.Respōdet,& dicit, [Si autem forte dicatur aliquid taliū proprium] videlicet quod nō semper,nec soli inest,respōdet tale esse dicēdum,aut secūdum quid tēporis,aut secundū quid relationis.& hoc exponit,& dicit, [sed aliquādo dicetur propriū] hoc est secūdum quid tēporis, [vel ad aliquid] hoc est vel secundum quid relationis:hæc exponit exēplis,& dicit, [Nam ex dextris quidē esse,aliquādo propriū est] videlicet cum homo magistratū agit,tūc enim sedēdo,& ambulādo ex dextris esse debet,nō autē alio tēpore hoc inerit. [Bipes autē ad aliquid propriū est dictum,] quoniam secūdum quid relationis [vt homini] propriū est esse bipedē,nō simpliciter, sed ratione habita [ad equū,& ad canē,] qui quadrupedes sunt,nō autē cōparatiōe ad aues. Vltimo ostēdit alterā particulā per alteram,hoc est quod propriū insit soli & nō alij,quia prædicatur cōuersim,& dicit, [Quod autē eorum quæ cōtingūt alij inesse,nullum cōuersim prædicetur,manifestū est,] exēplo. [non enim necessarium est,si aliquid dormit,hominem esse.] quare cum proprium conuersim prædicetur,oportet,vt insit soli.Hæc de proprij definitione.

❡DE GENERE. H

39 Genus autem est , quod de pluribus , & differentibus specie in eo quod quid est,prædicatur.

Nūc de genere,& quidem prius quàm de accidēte,quoniā genus cum definitione magis cōuenit, & dicit, [Genus autem est quod de pluribus & differentibus specie in eo quod quid est , prædicatur. ❡Sed dices si prædicatur de differētibus speciebus,igitur de pluribus,quare superfluit dicere de pluribus:propterea verbū,&,tenetur expositiue,videlicet pro,id est,vt sit sensus,de pluribus,hoc est,de differentibus specie:& sic nō superfluit,quoniā alterū alterius est expositiuū. ❡Est autē bona hæc definitio,quoniā vt Porphyrius,& Alexan.exposuerūt,per illam particulā differentibus specie,differt genus à specie specialissima, quæ solū de differētibus numero prædicatur:per illā vero,in eo quod quid est,genus differt à proprio,& ea differentia ab accidente,& à diffinitione. proprium enim & accidēs & differētia in quale prædicatur,definitio autē partim in quid,partim in quale,quoniā constat ex ge-

A nere, quod prædicatur in quid: & ex differentia, quæ prædicatur in quale. Differt etiã à definitione, quoniam definitio prædicatur in eo quod est quod quid erat esse, hoc est coæue, & conuertibiliter de re, cuius est: at genus non prædicatur conuertibiliter.

35 In eo quod quid est prædicari ea dicantur, quęcunq; conuenit eos, qui interrogati sunt, reddere quid est quod propositum est: quemadmodũ de homine conuenit eos, qui interrogati sunt, quid id est, quod propositum est, dicere, quoniam animal.

Nũc probat alteram particulã, quæ ponebatur in definitione generis, videlicet quod genus prædicetur in quid: & syllogismus est, quæ respõdētur ad interrogationẽ factam per quid, in quid prædicãtur: genus respõdetur ad interrogationẽ factam per quid: igitur genus in quid prædicatur. De ratione primo tãgit maiorẽ, & dicit. [In eo quod quid est prædicari ea dicãtur.] hoc est dici cõsueuerunt, & nũc secũdum cosuetudinẽ dicãtur, [quæcũq; cõuenit eos, qui interrogati sunt, reddere quid est, quod propositũ est.] per quæ vult habere maiorẽ, videlicet quæ respõdentur ad interrogationẽ factam per B quid, in quid prædicãtur: quam maiorẽ nõ probat, sed sumit tanquam cõcessam ab omnibus, qui loquuntur de prædicatis. ex vsu enim loquẽtium hæc maior perspicua est. Deinde tãgit minorẽ in exẽplo, & dicit, [quẽadmodum de homine cõuenit eos, qui interrogati sunt, quid id est, quod propositũ est dicere] subaudi de homine, & respõdetur [quoniã] est [animal.] & sic animal quod est genus p̃dicatur in quid de homine, & color in quid de albedine, & quãtitas in quid de linea & superficie: quare patet genus respõderi ad interrogationẽ factam per quid, & ita genus in quid prædicatur. Hæc ratio ex vsu loquẽtium à posteriori est, ratio vero à priori in metaphysica perquiratur.

36 *Generi autem accommodatum est & hoc, vtrum in eodem genere aliud cum alio, an in altero sit, nam & huiusmodi sub eadem methodo cadit cum genere. Disputantes enim quod animal genus hominis, similiter & bouis sit, disputantes erimus, quoniam hęc in eodẽ sunt genere. Sin autem alterius quidẽ ostẽderimus quod genus sit, alterius autẽ C quod nõ sit, disputãtes erimus, quoniã non id eodẽ genere hæc sunt.

* γενικὸν generale generi annexum.

Animaduersione dignũ, quod quẽadmodum cõtigit quæri de aliquo vtrum sit genus respectu aliquorũ, verbi causa, vtrũ animal sit genus hominis & bouis vel nõ, aut vtrum animal sit genus hominis & lapidis, an non, & tunc est problema de genere: ita cõtingit quæri de aliquibus, vtrũ illa sint sub eodẽ genere, verbi causa, vtrum homo & bos sint sub eodẽ genere, vel vtrũ homo & lapis sint sub eodẽ genere, an nõ. Posset igitur esse dubium, vtrũ problema istud, cũ quæritur de aliquibus vtrum sint sub eodem genere an nõ, sit problema de genere, vel nõ: & respondet quod nõ est problema de genere, sed annexũ cum problematibus de genere, quoniã sub eadem methodo, cum problematibus de genere continetur, & eisdẽ locis terminatur, aut cõstruitur, aut destruitur, quibus & problema de genere cõstruitur, vel destruitur. dicit γενικὸν hoc est [generi accõmodatum est & hoc] problema, videlicet [vtrũ in eodem genere aliud cum alio,] vt homo cũ boue. [an in altero sit] & reddit causam, & dicit, [nam & huiusmodi] problema sub eadẽ methodo cadit cũ genere. quod probat rursum, & dicit, [Disputãtes enim quod animal genus hominis, similiter & bouis sit.] & ad partem affirmatiuã problema terminauerimus [disputãtes erimus,] & terminãtes ad partẽ affirmatiuam, [quoniã hæc] scilicet hõ D & bos [in eodẽ sunt genere. Sin autem ostẽderimus, quod alterius sit genus] homo à lapide, [alterius autẽ quod nõ sit] videlicet homo à boue [disputãtes erimus, quoniã non in eodem genere hæc sunt,] vel quoniã in eodem genere hæc sunt. Quare cum eisdẽ locis, & cõsiderationibus terminetur vnum & alterũ, hæc cõnexa sub eadem methodo sunt. ¶Sed quæres, istud quæsitũ, vtrũ homo sit animal, an non, & illud, vtrũ genus prædicetur de speciebus, an nõ, quod quæsitũ est, vtrum problema de genere, vel de proprio, vel aliquod tale? ¶Dicendum quod talia quæsita pro se sunt analytica, quoniam in nullo taliũ quæritur de aliquo prędicatorum, nec de annexo alicui eorum: per accidẽs autẽ possunt cõtineri sub illis, quoniã possum probare hominẽ esse animal, quoniã animal est genus hominis, vt p loca de genere patet: simili ratione & de cæteris. omnia enim per accidẽs problemata topica dici possunt, si aut reduci ad ea poterunt, aut terminari poterunt eisdẽ locis, & cõsiderationibus: quoniã (vt dictum fuit) topica est cõmunis omnibus sciẽtijs per applicationẽ, per se tamẽ problema topicum est in quo quæritur de aliquo illorũ quatuor, aut de aliquo annexo alicui eorum: veluti sunt hæc, vtrũ animal sit hominis & bouis genus, an non: & illud, vtrum disciplinæ capax sit propriũ hominis: rursum vtrũ album sit accidẽs cigno. Amplius vtrũ animal rationale est hominis terminus, præterea vtrum homo & bos sub eodẽ genere sint, & de cæteris id genus: hæc enim per se, & directe per consideratio

nes, & loca topica construuntur, aut destruuntur. Quæcunque vero per reductionem, per talia loca terminantur, per accidens problemata topica dicuntur. E

DE ACCIDENTE.

37 Accidens autem est, quod quidem nihil horum est, neq; terminus, neque proprium, neque genus, inest autem rei.

Cum dixisset de genere, nũc transit ad dicẽdum de accidẽte, & primo ponit duas definitiones de accidẽte, deinde cõparat illas definitiones adinuicẽ. Est autẽ prima accidẽtis definitio, quæ demonstrat accidẽs (vt Alexan. inquit) & cæterorũ prædicatorum, quæ dixerat, negatione: quoniam quod quidẽ inest rei secũdum nullum prædictorũ modorum, hoc accidẽs est. Secunda vero demõstrat accidens ab ipsa accidẽtis natura: nam quod cõtingit eidem inesse, & non inesse, accidẽs est secũdum accidentis naturã. & de prima dicit, [Accidẽs autem est, quod quidẽ nihil horũ] prædicatorum quę dicta sunt. [est, inest autẽ rei,] & addit hoc verbum [inest autem rei,] quoniã non sequitur, accidens nõ est aliquod eorum, quæ dicta sunt, igitur aliquid est. nõ enim ex negatiua sequitur affirmatiua, nisi per constantiam subiecti, vt dicitur libro de interpretatione.

38 Et quod contingit inesse cuius vni & eidem, & non inesse, vt sedere contingit inesse alicui eidẽ, & non inesse. Similiter autem & albũ. nã & idem nihil prohibet quãdoq; albũ, quãdoq; non album esse. F

Hæc est secũda definitio accidẽtis, quæ demonstrat accidens (vt Alexã. inquit) ab ipsa accidẽtis natura: nam quod cõtingit eidem inesse, & non inesse, accidẽs est secũdum accidẽtis naturã, & dicit, [Et quod contingit inesse cuius] rei [vni & eidẽ, & non inesse] subaudi præter subiecti corruptionẽ, hoc supple accidens est ab ipsa accidentis natura. Quã definitionem exponit per exẽpla, & dicit, [vt sedere contingit inesse alicui eidẽ, & nõ inesse] præter subiecti illius corruptionẽ. [Similiter autem & album] accidẽs est, [nam & idẽ nihil prohibet quãdoq; album, quãdoq; non album esse] præter sui corruptionẽ. & dixit, [nihil prohibet] quoniã necessitate materiæ aliquod subiectũ necessario habet accidẽs, vt coruus nigredinem, & cignus albedinẽ. verum nihil prohibet coruum, qua coruus subiectũ est nigredinis, nõ esse nigrum, & cignũ non esse album: quoniã gratia formæ coruus sine nigredine, & cignus sine albedine esse potest. nõ sic subiectum potest esse sine proprio, nõ enim ratione formæ põt subiectum esse siue suo proprio, cum proprium essentialiter formam consequatur in subiecto.

39 Est autem accidentis definitionum secunda melior: nam cum dicitur prima, necessarium est, si debet quis intelligere, præscire quid est terminus, & genus, & proprium. Secunda autem perfecta est ad cognoscẽdum (quid est quod dicitur) per se. G

Nũc comparat has descriptiones accidẽtis adinuicẽ, & vult quod secunda accidentis definitio, sit sufficientior, quoniam se sola sufficit accidẽs explicare. Prima vero cum sit priuatoria, & priuatio intelligitur per habitum, eget cognitione cæterorũ. dicit, [Est autẽ accidẽtis definitionum secũda melior, nam cũ dicitur] de ipso accidẽte definitio [prima, necessarium est, si debet quis intelligere] eam, [pręscire quid est terminus, &] quid est [genus, &] quid est [propriũ,] nõ enĩ potest priuatio intelligi nisi intelligatur habitus cuius fuerit priuatio. Quare prima definitio erit imperfecta. [secunda autẽ perfecta est ad cognoscendũ, quid est quod dicitur] scilicet ipsum accidẽs, quod dicitur esse cõtingẽs inesse, & abesse. dico est perfecta, quoniã [per se] sine alicuius alterius cognitione declarat accidentis naturam. Cum enim nõ detur per priuationem sed per habitũ se sola sufficit demonstrare accidẽtis naturam. Sed occurres, nam si secũda est perfectior, & sufficiẽtior, cur Arist. vtranq; accidentis definitionẽ, & non eam dũtaxat, quã præeligit. Respõdet Alexã. Arist. vtrãq; cõplexum esse, vt innueret, talẽ definitiõis redditionẽ, quæ fit p negationẽ fieri aliquãdo, & nõ esse inutilẽ: vel hoc fecit (vt Alex. inquit) quia de aliquibus terminãtur problemata de accidẽte, p primã definitionẽ, de aliquibus per secũdã. Secũdo quæret quispiã, si accidẽs est, quod cõtingit inesse alicui, & abesse, tũc darẽtur quędã prædicata, quę nec definitio, nec propriũ, neq; genus, nec differẽtia, nec accidens erũt, vt simitas nasi. hæc enim nec accidẽs, nec genus, nec proprium, nec differẽtia, nec definitio nasi est. Erit igitur aliquod prędicatũ præter hæc, & ita numerus problematum, & propositionum nõ erit, vt dictũ est. Et propter hoc argumẽtum, prima definitio videtur melior, quoniã per eam comprehẽditur generatim simitas nasi, & omne accidẽs, nõ enim simitas naso propriũ est, cum sit aliquis nasus nõ simus, vt aquilus: nec est differentia nasi, propter eãdem rationẽ: nec est genus nasi, cum nõ prædicetur in quid de naso: nec est nasi definitio, cũ non sit quod quid erat esse nasi. Respõdet tãdem Alexã. & probe (vt mihi videtur) quod licet ex parte simitatis, simũ non possit inesse & abesse naso, tamẽ dicitur accidens, quoniã est extra essentiã nasi, & extra omne essentiale naso: nam nasus ea ratiõe qua nasus est, H

A nec eſt ſimus, nec aquilus, licet nec ſimum nec aquilũ eſſe poteſt, niſi in naſo. Quare ex parte naſi ſimũ cõtingit ineſſe, & abeſſe naſo. ¶ Tertio adhuc quæret aliquis de albo, vtrũ ſit accidens niui & cigno: & nigrum pici vel coruo. Primo reſpondet. Alex. hic eſſe pro tãto accidentia, pro quãto nõ ſunt de ſubſtãtia eorum, quibus inſunt. nõ enim ſubſtantia niuis eſt eſſe albam, aut picis eſſe nigrã, ſed hæc ſequuntur eorũ naturam inſeparabiliter. Et ſi Alexan. per naturam, intelligit materiã eorum: recte dicit, hæc enim nõ ſunt de ſubſtantia eorum, quibus inſunt, quoniã ea quibus inſunt, ſecundũ ſubſtãtiã, hoc eſt ratione formæ, nihil prohibet nõ eſſe talia: nix enim ratione ſuæ formę ſubſtãtialis, qua nix eſt formaliter nix, nihil prohibet, vt ſit abſque albedine, & pix ratione ſuæ formæ nihil prohibet, vt ſit abſque nigredine. ratione tamẽ materiæ qua nix eſt, & pix, inſeparabiliter nix eſt alba, & pix eſt nigra. At propriũ inſeparabiliter ineſt ratione formę, cum eſſentialiter formã ſequatur. Et quod albũ inſeparabiliter inſit niui ratione materiæ, & ipſi pici nigrũ, Alexan. declarat ex meteorologicis longa oratione, quæ cum dicta ſint à nobis in libris meteororũ, bona fronte prætermittimus. ¶ Simili ratione de maſculino, & fœminino dici poteſt: hæc enim inſeparabilia accidẽtia ſunt eis quorum ſunt, non quidem ratione formæ eorum, ſed ratione materiæ ex qua illa cõſtant. ¶ Adhuc dici poteſt (vt Alexã. inuit) quod quamuis fieri nõ poſſit, vt hæc inſint, & nõ inſit ijs quorum ſunt, hæc tamen eadẽ ſecũdum ſpe-
B ciem poſſunt aliquibus alijs ineſſe, & non ineſſe. quæ vero ſic ſe habẽt, accidẽtia ſunt: non enim propria poſſunt alijs ineſſe, & nõ ineſſe, ſed ſolis ijs, quibus inſunt, neceſſario inſunt, & nullis alijs. Et licet Alexan. diſputet hanc ſolutionem, volo hæc ſufficere, quæ diximus.

40 Annectantur autem accidenti, & quæ ad ſeinuicem ſunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ, vt vtrum honeſtum, an quod confert, expetibilius. Et vtrum, quæ eſt ſecundum virtutem, an quæ ſecundum voluptatem ſuauior vita, & ſiquid aliud ſimiliter his, dicitur. In omnibus enim talibus vtri magis prædicatum accidit, quęſtio fit.

Nunc de annexis accidẽti diſſerit, eſt enim annexũ accidẽti, id omne, quod eiſdẽ locis ac cõſiderationibus cõſtruitur, vel deſtruitur de eo, de quo quæritur, quibus & ipſum accidẽs conſtruitur vel deſtruitur de eo, de quo quęritur, & vult annexa eſſe prędicata quæ quęrũtur de aliquibus ſecũdum cõparationẽ, quę fit per magis & minus. & dicit, [Annectũtur autem accidenti, & quę adinuicem ſunt comparatiões quolibet modo ab accidẽte dictæ] hoc eſt quęcũq; prædicata per comparationẽ quouis modo dictã quęrũtur de aliquo ſubiecto. & hoc per exẽpla exponit, & dicit, [Vt vtrum honeſtum
C an quod cõfert ſit expetibilius.] iſtud enim prędicatũ, quod quęritur de illis ſubiectis, videlicet honeſto & vtili, annexũ accidẽti eſt, quoniã ſenſus eſt, vtrum hoc prędicatũ expetibile magis inſit ei ſubiecto, quod eſt honeſtũ, an ei ſubiecto, quod eſt vtile. Ecce, quod accidẽs illis vtriſq; ſupponitur, & quęritur cui magis inſit. Quare annexũ accidẽti eſt, deinde affert ſecũdum exemplũ, & dicit, [Et vtrum vita quæ eſt ſecũdum virtutem, an] vita [quæ eſt ſecũdum voluptatem ſuauior] ſit. iſtud enim prędicatum ſuaue, quod per comparationẽ quęritur de illis ſubiectis, videlicet de vita ſecũdum virtutem, & de vita ſecũdum voluptatem, annexũ accidẽti eſt: ſenſus eſt, vtrum hoc prędicatũ ſuaue magis inſit ei ſubiecto, quod eſt vita ſecũdum virtutes, an ei ſubiecto, quod eſt vita ſecũdum voluptatem. Ecce quod accidẽs illis vtriſq; ſupponitur, & quærit cui magis, igitur annexum accidẽti eſt, immo eſt ipſum accidens. & dicit nõ modo eſſe ita in talibus, ſed addit, [& ſiquid aliud ſimiliter his dicitur,] etiam annexum accidẽti dicitur. Cuius cauſam reddit, & dicit. [In omnibus enim talibus quęſtio fit prędicatũ] quod [accidit] vtriq;, [vtri] eorum [magis accidit,] & ſic ſupponitur eſſe accidẽs eorum, & quæritur vtri eorũ magis accidat, quare annexũ accidẽti eſſe videtur. ¶ Quod vero ad verba attinet, dixit [comparationes quolibet modo ab accidẽte victæ] quoniã (vt Alex. inquit) & bene, comparationes aut ſunt vnius de duobus, vt ſuauiter viuere vtrũ inſit magis vitæ quę eſt ſecundum virtutem, an vitæ
D quę eſt ſecũdum diuitias. Aut duorum de vno, vt vtrũ principi inſit magis prudentia, an iuſtitia. Aut duorũ de duobus, vt vtrum ſanitati inſit magis bonũ, quàm ægritudini malum. Quolibet enim modo tales comparationes ab accidẽte dictę, ſunt annexę accidẽti. ¶ Vel fortaſſe intelligit nõ ſolum cõparationes eſſe annexas accidẽti, ſed etiam quolibet modo fiãt, etiam eas, quę nõ fiũt per magis & minus, quales fiũt in cõſilijs, vt vtrum ducẽda ſit vxor, aut nõ, & vtrum procreãdi ſint filij, aut non: hæc prædicata, ducẽdum, & procreãdum, annexa accidẽtia dicũtur (vt Alexã. exponit) quoniã ſenſus eſt, vtrum hoc prędicatum ducẽdum inſit vxori, aut nõ. ¶ Sed quæres, quale problema eſt iſtud, vtrũ diuitię ſint bonę vel nõ: & iſtud vtrum dij ſint, aut nõ: & iſtud vtrũ anima eſt, aut nõ. ¶ Dicendum, vt Alex. ſentire videtur, hæc ab aliquibus dici annexa generi, quoniam bonum diuitiarũ genus videtur, & ens videtur genus deorum, & animę. Alexã. autẽ aſsignat pulchram regulã, quod quęſitũ omne quęri poteſt, aut abſolute in propoſitione de ineſſe, & ſic omne tale erit quæſitum annexũ accidẽti, vt iſtud quęſitum, vtrũ diuitiæ ſint bonæ, aut nõ: & illud vtrũ dij ſint, aut nõ: & hoc, vtrum anima eſt, aut nõ: omnia talia quæſita ſunt annexa accidẽti, quoniam in omnibus his, quæritur vtrũ prędicatũ abſolute

inſit ſubiecto,modo ineſſe dicit modũ accidentis,& ita talia omnia erunt annexa accidẽti,& per cõ- E
ſequens iſtud quæſitum vtrum homo eſt ſubſtẽtia,& vtrum homo eſt animal,& vtrum homo ſit ri-
ſibilis,& vtrum homo ſit animal rationale,vel nõ,omne tale eſt quæſitum annexum accidenti, quo-
niam in omni tali quæritur,vtrum prædicatũ inhæret ſubiecto,quod eſt proprium accidenti, vel mo
dus ſe habẽdi illius.nec valet,hoc quæſitũ eſt annexũ accidẽti,igitur eſt accidẽs.ſatis enim eſt,vt ſit ac
cidẽs,vel per modum accidẽtis.Aut quęſitum quęri poteſt de aliquo ſubiecto cum determinatiõe ali
qua,& tũc quęſitum erit de genere illius determinationis:vt ſi quęritur vtrũ animal ſit genus hominis
aut nõ,problema & quæſitũ eſt de genere.Amplius ſi quęritur,vtrum riſibile ſit propriũ homini aut
nõ,problema,& quęſitum eſt de proprio,etiã ſi quæritur vtrũ animal rationabile ſit definitio homi-
nis,aut non,problema eſt de ſignificatione.Rurſum ſi quæritur vtrũ album ſit accidens ligno aut nõ,
quæſitum eſt de accidente.Et ſi quæritur vtrum album ſit genus ligni, aut nõ,quæſitum etiam eſt de
genere,quoniam terminatur deſtructiue.Hæc ex his,quæ Alex.dixit. verum de his aliter ſuperius di-
ximus:tu vero hæc,& illa conſidera,& quæ tibi magis placent,teneas.

41 Manifeſtum eſt autem ex his, quoniam accidens nihil prohibet & quando,& ad aliquid proprium fieri,vt ſedere,cum ſit accidens, quãdo F quis ſolus ſedet,tunc aliquando proprium erit.Solo vero ſedente,ad nõ ſedentes proprium erit: quare & ad aliquid.& aliquando nihil prohi-bet accidens,proprium fieri,ſimpliciter tamen proprium non erit.

Ex ijs infert corollarium(vt Alexander deducit)nam cum accidens contingat alicui ineſſe, & nõ
ineſſe,patet accidẽs quod pluribus ineſt,vni ſoli poſſe ineſſe,& nulli alteri: quod autẽ eſt poſſibile,fu-
turum eſt aliquãdo,igitur aliquãdo erit accidẽs,quod vni ſoli ineſt,& nulli alteri,& ſic poteſt propriũ
fieri,vtputa tũc cum alicui ineſt,& nulli alteri.& dicit,[Manifeſtũ eſt autem ex his,]quę dicta ſunt de
definitione accidẽtis, [quoniam accidẽs nihil prohibet fieri propriũ,& quãdo] ſcilicet ſecũdum quid
temporis, [& ad aliquid] ſcilicet ſecũdum quid relationis [vt ſedere,cum ſit accidẽs , quãdo quis ſo-
lus ſedet,] & nullus alius, [tũc erit] ipſum ſedere proprium illi:cui ſoli ineſt [aliquãdo] hoc eſt ſecũ-
dum quid temporis. [Solo vero ſedẽte] ſequitur vt nõ ſolum ſit proprium ſecũdum quid tẽporis, ſed
etiam [ad non ſedentes proprium erit.] & ſequitur,vt fiat proprium ſecundum quid relationis, quo-
niam reſpectu non ſedentium,tunc concludit propoſitum.& dicit, [Quare nihil prohibet accidens,
proprium fieri , & ad aliquid] hoc eſt ſecundum quid relationis, [& aliquando] hoc eſt ſecundum G
quid temporis , ſedere [tamen] ipſum [ſimpliciter] ac abſolute [proprium non erit.] Hæc de acci-
dente dicta ſufficiant.

QVOD CAETERIS PRAEDICATIS ANNEXA DEFINITIO SIT.

42 Non lateat autem nos,quoniam quę ad proprium,& ad genus,& ad accidens omnia dicũtur,&ad definitiones cõuenit dici.Oſtendentes enim quoniã nõ ſoli ineſt ei,quod eſt ſub definitiõe, (quemadmodũ & in proprio)aut quoniam non genus,quod aſsignatum eſt in definitiõe, aut quoniam non ineſt aliquid eorũ,quæ in definitiõe dicta ſunt (quod quidẽ & in accidente dici poteſt) interimẽtes erimus definitionẽ.Qua-re ſecundum prius aſsignatam rationem omnia erunt quodam modo definitioni accommodanda,quę enumerata ſunt.

Cum diuiſiſſet problemata,demonſtraſſetq; quatuor eſſe problematũ genera, ac declaraſſet quid H
vnũquodq; eorum ſit,quæue ſit eorum inuicem differentia,nunc vt Alexan.dicere videtur,vult oſtẽ-
dere quæſitum ac problema de definitione annexum eſſe quæſitis ac problematibus omnibus. vide-
licet de genere,proprio,& de accidente,ſaltem deſtructiue:quoniam quibus locis ac conſiderationi-
bus vnumquodq; illorum deſtruitur, eiſdẽmet & definitio de eo, de quo aſſignabatur, deſtrui poteſt.
per quæ patet error Iuniorum,qui dixerunt Ariſto. velle demonſtrare ꝙ definitioni annexũ ſit vnũ-
quodq; prædicatorum cæterorum:non enim eſt verum,quoniam non quibus deſtruitur definitio,&
cætera prædicata deſtruuntur.Sed magis contra,quibus cætera prædicata deſtruuntur, definitio de-
ſtruitur,vt Ariſto.& Alexãder declarauerunt. vnde dicit.[Non lateat autem nos quoniã quæ ad pro-
priũ,& ad genus,& ad accidens omnia dicuntur].i.quibus locis,& conſiderationibus deſtruitur pro-
blema de proprio,& problema de genere,& problema de accidente,eiſdem conuenit vti ad deſtruẽ-
dum definitiones. Et hoc declarat exẽplis,& dicit.[Oſtendentes enim quoniam nõ ſoli ineſt ei quod
ſub definitione eſt,]hoc eſt,quoniam demonſtrantes ꝙ definitio non inſit ſoli ei,pro quo aſſignabat.

A vt definitio, ſed alteri ab illo (quemadmodum & in proprio) fit, cum volumus ipſum deſtruere de eo, cui aſsignabatur vt proprium, ſubaudi [interimentes erimus definitionem.] valet enim hoc complexum animal bipes, nõ ſoli homini ineſt, igitur non eſt definitio hominis. ¶[Quod vero ad verba attinet, animaduerſione dignum (vt Alexan. inquit) quæſitum de proprio deſtrui bifariam · generatim, per hoc quod non ineſt, quia valet bipes non ineſt equo, igitur bipes non eſt proprium equo, & ſpeciatim per hoc quod non ſoli & omni ineſt, quoniam quod non ſic ineſt, non eſt propriũ, vt quoniam album non ineſt omni, & ſoli homini, ideo non eſt homini proprium. & eodem modo definitio deſtrui poteſt bifariam. generatim quidem, ſi ea oratio, quæ pro definitione aſsignatur, ei non inſit, cui aſsignatur ineſſe, quoniam valet animal rationale non ineſt lapidi, igitur non eſt definitio lapidis, & ſpeciatim, ſi ea oratio, quæ alicui vt definitio aſsignatur, non omni & ſoli ineſt, quoniam valet animal album non ſoli & omni homini ineſt, igitur non eſt hominis definitio. Hoc idem & de genere declarat, & dicit. [Aut] ſubaudi interimentes erimus definitionem, ſi demonſtrauerimus, [quoniam] illud [quod in definitione] aſsignatum eſt pro genere, [non] eſt [genus.] verbi cauſa. aſsignetur de homine hæc oratio pro definitione, album bipes, in qua pro genere album ponatur, patet quod ſi demonſtrauerimus album non eſſe genus hominis, demonſtratum erit hanc orationem album bipes, non eſſe hominis definitionem. Poteſt autem genus deſtrui (vt Alexan. inquit) bifariam: genera-
B tim, ſi demonſtratur non ineſſe ei, cui aſsignatur ineſſe vt genus, vt ſi demonſtratur album non ineſſe coruo, demonſtratum erit album non eſſe genus corui, quoniam omne genus ineſt. Et ſeparatim ſi demonſtratur non ineſſe in ſubſtantia eius, cui aſsignatur ineſſe vt genus. Hoc enim generi proprium eſt. verbi gratia, ſi album homini non inſit in ſubſtantia, ac in eo quod quid eſt, ſequitur album nõ eſſe genus hominis. Quare dupliciter definitio deſtrui poteſt, aut quia illud quod ponitur in ea vt genus eius, de quo aſsignatur, non ineſt ei, quod definitur: aut quia non ineſt ei in ſubſtãtia, & in eo quod quid. Vtroque enim modo ſequitur, vt talis oratio non ſit definitio illius, cui aſsignatur vt definitio, hoc idem demonſtrat & de accidente, & dicit, [Aut interimentes erimus definitionem, quoniam nõ ineſt aliquid eorum, quæ in definitione dicta ſunt.] Si enim demonſtrauerimus, quod album non inſit coruo, & quod quadrupes non inſit coruo, demonſtratum erit quoniam hæc oratio, album quadrupes, non eſt corui definitio, [quod quidem & in accidente dici poteſt] cum volumus ipſum deſtruere. Cum enim aſsignatur grammaticum accidens ligno, demonſtramus ipſum non eſſe ligni accidens: ſi demonſtratum erit, quoniam grammaticum ligno non ineſt, tunc concludit communionẽ quam intendit, & dicit, [Quare ſecundum prius aſsignatam rationem.] hoc eſt ſecundum hãc exẽplarem rationem, quam in omnibus prædicatis deduximus [omnia] quæſita, [quæ enumerata ſunt,
C erunt quodam modo accommodanda definitioni,] & cum definitio deſtruatur his locis ac conſiderationibus, quibus illa deſtruuntur, fit vt definitio ſit quodam modo annexum omnibus illis, dixit Ariſtoteles [quodam modo,] quoniam vt Alexander dicit, & Ariſtoteles expoſuit in exemplis, ſolum deſtructiue definitio illis annectitur, non autem cõſtructiue, vt ſtatim declarabitur. Hæc Ariſtoteles.

43 Sed non propter hoc vnam in omnibus vniuerſalem methodum quærendum. Neque enim facile inuenire hanc eſt. Et ſi inueniatur, omnino obſcura, & inſuauis plane erit ad propoſitum negocium. propria vero in vnoquoque determinatorum generum aſsignata methodo, facile ex iis, quę circa vnumquodque propria ſunt, decurſus propoſiti fieri poteſt.

Remouet Ariſt. hic tacitam dubitationem, quæ ſecundum Alexã. eſt, definitio, & cætera prædicata, vt dictum eſt, ſunt inuicem connexa, quoniam eiſdem locis & conſiderationibus connectantur,
D vt viſum eſt, igitur hæc omnia continebuntur ſub eadem methodo, & ſic omnium erit vna methodus: quod ſuperius eſſe falſum, oſtenſum eſt. Ariſtoteles ergo, vt ſolueret hanc dubitationem, addidit hæc eſſe quodam modo connexa, & ideo non eſt ſimpliciter vna omnium methodus, ſed quodam modo: nunc igitur hoc declarat, & dicit. [Sed non propter hoc] ſubaudi, quia hæc ſunt quodam modo connexa, vnam vniuerſalem methodum in omnibus quęrendum eſt.] & probat hoc tribus rationibus, primo, quia hæc methodus omnibus communis non facile inueniri poteſt, immo (vt Alexã. inquit) nõ eſt poſsibile vnam omnibus talibus cõmunem inuenire. & dicit, [Neq; enim facile inuenire hãc eſt.] immo impoſsibile. cuius cauſam aſsignat Alexander (& vt mihi videtur) optimam, quam quoq; & Ariſto. innuit, quoniam & ſi eiſdem locis ac conſiderationibus quibus deſtruuntur tria illa prædicata, etiam definitio deſtrui poſsit, non autem eiſdem locis, & conſiderationibus, quibus illa cõſtruuntur, definitio conſtruitur. Qui enim conſtruit accidẽs, non propter hoc cõſtruit definitionem: & qui conſtruit proprium, non conſtruit definitionem: & qui conſtruit genus, non conſtruit definitionem: igitur hæc nõ poſſunt cõtineri ſub vna methodo. Secũdo probat eãdem ſolutionem, quoniã ſi

inueniretur hæc cõmunis methodus, est omnino obscura, & insuauis, & hoc dicit. [Et īueniatur] hæc E
communis oĩbus methodus. [omnino obscura, & insuauis plane erit ad propositum negocium,] per quod omnia possint destrui & construi. ¶ Cuius causam perpulchre exponit Alex. quoniam nec destructiones illorum sunt vtiles omnino ad destruendum definitionem. primo, quia qui demonstrat in eo quod quid erat esse æqualiter ac conuersim prædicatur, genus quidem destruit, definitionem autẽ non destruit. ¶ Amplius, qui demõstrat quoniam est proprium quod accidit alicui, destruit quidem accidens, non tamen destruit definitionem: adhuc qui demonstrat aliquid prędicari conuersim in eo quod est quod quid erat esse, destruit proprium, non tamen destruit definitionem. Quare destructiones illorum non omnino vtiles sunt ad destruendum definitionem, cum non semper per illorum destructionem sequitur destructio definitionis. Et propterea si inueniretur vna communis methodus, qua destructiue destruerẽtur prædicata illa, & definitio, quia non est manifestum, quando, & quibus destructionibus illorum definitio destruitur, ideo ad hoc propositum negocium, quod est definitionẽ destruere, regula illa erit obscura, & insuauis: obscura quidem, quoniam nescimus, quando ex illorum destructionibus destruitur definitio: insuauis vero, quoniam dato quod sciremus quando destructiones illorum vtiles sunt ad destruendum definitionem, & quando non, tamen quia hoc scire est perdifficile, ideo insuauis esset regula illa, si reperiretur. ¶ Huic rei signo nobis est Theophrastus, qui in F
suis topicis studens ac laborans assignare omnibus hanc communem regulam, remouit accidens à regula, quoniam sub communi illa regula existimauit accidens connecti non posse cum definitione ipsa. Vel aliter dicamus, quod si destructiones illorum & constructiones sint vtiles ad destruendum & construendum definitionem, quoniam non similiter, & vno modo sunt vtiles, ideo hæc methodus immanifesta, & insuauis est. Quod autem non omnis destructio illorum sit, destructio definitionis, patet: qui enim destruit accidens, per hoc quod non inest rei, destruit definitionem: sed qui destruit accidens, per hoc quod non inest rei conuersim in eo quod quid erat esse, nõ tamen destruit definitionem. ¶ Amplius, non omnis constructio accidentis est constructio definitionis: nam qui construit accidens, per hoc quia inest præter substantiam, & non conuersim, accidens quidem construit, definitionem tamen non construit, sed destruit, quod enim sic inest, nõ est definitio. Et sic nec omnis destructio accidentis est destructio definitionis, nec omnis constructio accidentis est constructio definitionis. Simili ratione de genere ostendi potest, quod nec videlicet omnis generis destructio est definitionis destructio: nec omnis constructio generis est definitionis constructio. & eodem modo de proprio disserendum est. Quare qui tentat omnia hæc sub vna methodo cõnectere, immanifestum, & insuaue constituet negocium: quoniam licet vno modo sit inuentio possibilis, quatenus secundum G
aliquem modum destructio eorum, est definitionis destructio: quia tamen alio modo est hæc regula immanifesta, ideo relinquenda est. Tertio dici potest, hanc regulam esse obscuram, & insuauem, quoniam si daretur, cum non possit esse vna secundum vniuocationem, erit vna, aut æquiuocatione, aut analogia, & sic erit obscura, & insuauis, cum omnis multiplicitas obscura sit, & laboriosa. Vltimo probat solutionem, quoniam vnicuiq; problemati assignare propriam & peculiarem regulam longe facilius est, & dicit. [Vero] pro &, [assignata propria methodo in vnoquoque generum] problematum [determinatorum, facile ex ijs, quæ circa vnumquodque] prædicatorum enumeratorum [propria] & essentialia sunt, [decursus] hoc est inuentio [propositi] hoc est destructionis, & constructionis [fieri potest.] Facilius enim & manifestius (vt Alexã. inquit) est propria dicere de accidenti, per quæ possibile est ipsum destruere, & construere, & sic de cæteris prædicatis: quàm discernere, quæ sunt accidentis destructiua, & definitionis, & quæ non: vel quę sunt constructiua accidentis & definitionis, & quę non, & sic de cæteris.

44 Quare vtiliter figura quidem (quemadmodum dictum est prius) diuidendum est. Reliquorum autem ea, quæ maxime sunt singulis peculiaria, annectendum, definitioni & generi accommodata ea nuncupantes, pene autem adiuncta sunt (quę dicuntur) ad singula. H

Ex ijs concludit propositum quasi epilogando, vel per viam corollarij, & dicit, [Quare vtiliter diuidendum est (quemadmodum dictum est) problemata & quæsita, assignando propriam vnicuique regulam construendi & destruendi ea, non quidem omnino ad amussim, quoniam hoc est vltra vires nostras, sed [figura] ac quasi superficialiter. [reliquorũ autẽ] scilicet annexorũ, [ea quæ sunt maxime singulis peculiaria,] hoc est cuiq; principali suum propriũ, [nuncupantes ea accommodata] siue annexa. & licet hæc dicantur accommodata, [autem] pro tamen, hæc [quæ dicuntur] annexa, [pene adiuncta sunt ad singula] hoc est ad omnia. dico [pene,] quoniam non cuiq; prædicato datur annexum, quoniam proprium non habet annexum. Et propterea totus hic liber in hæc diuiditur, quoniã in secundo determinabit de accidente, in tertio de annexo accidenti, in quarto libro de genere, & de annexo generi, in quinto de proprio, in sexto de definitione, in septimo vero de annexo definitioni

A Et cum Aristo.dixisset non esse omnibus communem methodum, intelligit vnam secundum rationem vnam, & formam vnam, quoniam bene omnium est vna cōmunis methodus (vt dixit in principio) per aggregationē. ¶ Quæres fortasse, cum propriū habeat cū definitione & accidēte cōueniētiam, cum quo magis habet. Dicendū propriū habere maiorē conuenietiā cū definitione propter tria. Primo, quia cōuenit cū definitione in genere, vt Arist.dixit, quia vtrūq; propriū est. Secūdo quia fluit ab ipsa definitione, vt effectus proximus. Tertio, quia prędicatur cōuersim sicuti definitio. At cū accidēti in vno tātū cōuenit, quoniā præter essentiā prędicatur, vt accidēs hac ratione euenit, vt sępius loco differentię proprium assignetur. ¶ Quæres secundo, quare proprio nullum datur annexum. Dicendum, quoniam proprium duo habet, & quod prædicetur conuersim, & quantū ad hoc, illud quod esset proprio annexum, est definitioni annexum, etiam quod non essentialiter insit: & quantū ad hoc illud, quod esset proprio annexum, est accidenti annexum. vtrum vero aliquo pacto possit concedi annexum proprio, aliàs dicetur. ¶ Quęres & tertio, cum aliqua esse eadem sit, aut genere, aut definitione, aut accidente, cur problema de eodem & diuerso non potest esse annexum accidenti, vt sunt definitioni & generi annexa. ¶ Dicendum ea quæ accidente sunt eadem, sensu esse manifesta, ideo tale annexum non potest esse problema.

B

¶ DE EODEM.

45 Primum autem omnium de eodem determinandum, quoties dicitur. Videbitur autem idem, vt figuraliter sit sumere, tripliciter diuidi. Numero enim aut specie, aut genere, idem solemus appellare. Numero quidem, quorum nomina plura, res autem vna, vt indumentum & vestis. Specie autem, quę cum sint plura, indifferentia sunt secundum speciem, vt homo homini, equus equo. Nam huiusmodi specie dicuntur eadem, quæcunque sub eadem specie sunt. Similiter autem & genere eadem, quæcunque sub eodem genere sunt, vt equus homini.

Cum explicasset generatim de problematibus quot ipsa sint, & quid vnumquodque, nunc primū quot modis idem dicitur, primo assignat. Huius rei causa (vt Alexan.innuit) est, quoniam diuisio de eodem vtilis est ad multa, quæ sunt secundum dialecticam. prædixit autem diuisionem de eodem an C tequam diceret de vnoquoque prædicatorum seorsum, & antequam diceret de problematibus & propositionibus, quoniam aliqua problemata sunt, quæ quærunt de eodē: modo non est possibile quærere si alterum alteri idem vel diuersum est, si ignorabitur diuisio de eodem. Vnde sicut antequam diceret problemata de genere, de accidente, de proprio, de definitione, fuit necessarium intelligere quid sit genus, proprium, definitio, & accidens. eodem modo est necessarium accipere quot modis idem dicitur, antequam problemata de eodem afferat. proponit igitur intentionem suam, & dicit, [Primum autem omnium determinandum de eodem, quoties dicitur.] dixit [primum omnium,] quia antequam diceret de vnoquoq; prædicatorum seorsum, & de problematibus & propositiōibus, prius dicit quot modis idem dicitur, deinde exequitur de proposita intentione, & dicit, [Videbitur autem idem vt figuraliter sit sumere, tripliciter diuidi, numero enim, aut specie, aut genere idem solemus appellare.] & dixit [vt sit figuraliter dicere] vt Alex.exponit, quoniam sub quadam breuitate generatim nō descendendo ad omnia significata, de eodem distinguit: quoniā alibi quartum addere solitus est, scilicet quod est idem secundum analogiam. præterea etiam alibi, vt primo metaphysicę dixit aliqua esse eadē materia, quatenus in fundamento naturæ nihil est distinctum, ac etiam pluribus alijs modis: hic tamē tria significata solum complexus est, quoniā hęc sufficiunt ad ea, quibus vtitur in hoc lib. & dixit [solemus D dicere,] quoniam loquendum est vt plures, sentiendum autem vt pauci. deinde describit vnumquodque horum, & dicit, [Numero quidem ea dicuntur, quorum nomina plura, res autem vna est, vt indumentum & vestis.] huius enim rei, quæ est vna simpliciter, sunt plura nomina: res autem simpliciter vna, & eadem est. ¶ Sed dices, si res vna sit, & nomen vnum, vtrum hoc sit idem numero. Forte Aristoteles loquitur non de eodem, sed quæ eadem dicuntur in plurali, non autem quid idem dicatur in singulari. & quoniam eadem dici non possunt, nisi sint diuersa aliquo modo, & ipsum idem non est diuersum in nomine à se, ideo non loquitur de ipso verum. ¶ Respondet Alexā.etiam tale esse idē numero, quoniam siue nomina plura sint, siue nomen vnum sit, modo res sit simpliciter vna, & indiuisibilis, vnum & idem numero dicitur: hoc autē tacuit, quoniā omnibus patet. Nā si res quę est simpliciter vna, & noīa plura, idem numero est, quanto magis res, quę est simpliciter vna, & nomine vna erit idem numero. Deinde quæ specie eadem sunt, exponit, & dicit, [Specie autem] eadem, [quæ cū sint plura, & indifferentia sunt secūdum speciem,] i. specie eadē solemus appellare, quæ cum sint plu-

ra numero, ſpecie non differũt, ſed ſub vna eademq; ſpecie ſunt, [vt homo homini] videlicet Socrates Platoni, qui ſub homine ſunt, [equus equo,] qui ſub equo ſunt. Cuius cauſam aſsignat, & dicit, [Nam huiuſmodi ſpecie dicuntur eadem, quæcunque ſub eadem ſpecie ſunt] igitur bene dictum eſt, ea eſſe ſpecie eadem quæ cum plura ſint numero, ſpecie non differunt: quippe cum non differre ſpecie, idem ſit nunc ei, quod eſt eſſe eadem ſpecie. Deinde quæ ſint genere eadem definit, & dicit, [Similiter autem & genere eadem, quæcunque ſub eodem genere ſunt, vt equus homini.] ¶ Animaduerſione dignum (vt Alexander animaduertit) eadem & diuerſa hoc ordine ſe habere, vt quęcunque ſunt eadem numero, hæc ſint ſpecie & genere eadem, vt Socrates & Plato, non autem econuerſo. Similiter quæcunque ſunt eadem ſpecie, hæc & genere eadem ſunt, non tamen econuerſo, vt equus & homo. At diuerſa econtrario ſe habent, quoniam quæcunque genere differunt, hæc ſpecie, & numero differunt, & non econuerſo, vt album, & lignum: & quęcunq; ſpecie differunt, hæc eadẽ numero etiã & non econuerſo, vt equus & homo. ¶ Adhuc quæ proportione eadem dicantur (vt Alexander exponit) dicamus, quæcũq; dicuntur eadem analogia. ſunt itaque eadem analogia quæcunque genere differunt, habent tamẽ quandã rationis, atq; cõparationis ſimilitudinem, vt cor, fons, & vnitas, quoniam hæc genere differũt, ſed ſimilitudine communionis eadem ſunt. quoniam ſicut ſe habet fons ad fluuium, ita ſe habet cor ad animal, & vnitas ad numerum: quoniam fons fluuij, cor animalis, vnitas numeri principium eſt. ¶ Amplius, viſus & intellectus analogia eadem ſunt, quoniam differunt genere, & proportione eadem ſunt: ea enim ratione viſus ad oculum ſe habet, qua intellectus ad animam. Simili ratione tranquillitas, & ſerenitas eadem ſunt analogia: nam ita ſe habet in mari tranquillitas, vt in aere ſerenitas, vtrobique quies eſt.

Quo ordine dit eadem ſe habeãt.

Quæ ꝓportiõe eadem.

46 Videbitur autem ab eodem fonte aqua, quæ eadem dicitur, habere aliquam differentiam præter dictos modos. Non tamen, ſed & huiuſmodi in eodem ordinetur iis, quæ ſecũdum vnam ſpeciem quoquo modo dicta ſunt. Omnia enim talia cognata, & affinia ſibiinuicem eſſe videntur. Nam omnis aqua omni aquę eadem ſpecie dicitur, eo quod habeat quandam ſimilitudinem. ab eodem autem fonte aqua, quę eadem dicitur, nullo alio differt quã eo quia vehementior eſt ſimilitudo. Quare non ſeparamus idem ab iis, quæ ſecundnm vnam ſpeciem quoquo modo dicuntur.

Mouet Ariſto. hic dubitationem contra dicta, & quærit, vtrum duæ aquæ ab eodẽ fonte acceptæ, & in diuerſis locis collocatę ſint eadem ſpecie. Videtur enim primo quod non ſint numero eędẽ, quoniam diuerſæ ſunt adinuicem, & in diuerſis locis collocatæ. neq; ſpecie eędem ſimpliciter eſſe videntur. Nam ſpecie eędem ſunt, quæ à diuerſis fontibus ſumuntur, at hæ ab eodem ſumuntur. ¶ Reſpondet Ariſt. & inquit. [non tamen] ſubaudi aqua quæ alia & alia ab eodem fonte ſumitur, habet differẽtiam præter prędictos modos. [Sed huiuſmodi] aqua alia atque alia [ordinetur in eodem] hoc eſt in eo modo ſumendi idem, quo aliqua dicuntur eadẽ [iis, quæ ſecundũ vnã ſpeciem quoquo modo dicta ſunt,] eſt igitur ſolutio, quod aquæ diuerſis temporibus, & in diuerſis locis collocatæ, quæ ab eodẽ fonte colliguntur, ſunt eędem ſpecie, & differunt numero. Cuius cauſam dicit, cum ait, [Omnia enim talia cognata, & affinia ſibijnuicem] & non eadem [eſſe videntur,] & quod affinia atque cognata, & non eadem numero, probat. [nam omnis aqua omni aquæ eadem ſpecie dicitur,] maxime (vt Ale. inquit.) Si eadem qualitate fuerint affecta, vt omnes dulces, vel omnes ſalſæ, & quod ſint ſpecie eędẽ, probat, & dicit. [eo quod] omnis aqua cum omni aqua [habeat quandam ſimilitudinẽ] in natura, omnis enim eſt humida & frigida, & ſic oẽs aquę ſpecie eędẽ ſunt. Deinde reſpõdet ad formã argumẽti: cum enim dicebatur, illæ ſunt eędem ſpecie quæ à diuerſis fontibus ſumũtur, at hæ nõ ſumũtur à diuerſis fontibus, igitur nõ ſunt eędem ſpecie, cum nõ ſint eędem numero, igitur aliquis alius modus erit præter eos, qui dicti ſunt. Reſpondet, & dicit, [ab eodem autem fonte aqua quæ eadem dicitur] ſubaudi alteri aquę, quæ ſumitur ab eodem, [nullo alio differt, quàm eo quia vehemẽtior eſt ſimilitudo] ſcilicet in ſpecie, quàm ſi ſumerentur à diuerſis. & ſic differunt numero, & ſpecie eædem ſunt, licet vehementiori identitate ſpecifica, veluti gemelli vt Caſtor, & Pollux, numero differunt, vehementius autem ſpecie conueniunt quàm Socrates & Plato. & concludit ſolutionem, & dicit, [Quare non ſeparamus idẽ] hoc eſt hunc modũ idemtitatis, vt eſt aqua ab aqua eiuſdẽ fontis [ab ijs] modis idemtitatis, [quæ ſecundum vnam ſpeciem quoquo modo dicuntur,] eſt tamẽ verum quod aliqua ſpecie dicuntur eadem ſecundum magis, vt gemelli: aliqua minus, vt homines eiuſdem ſpeciei, qui non ſunt gemelli. per quæ patet idem ſpecie ſuſcipere magis ac minus, & etiam idem genere. homo enim & pygmeus differunt ſpecie, tamen in genere plus conueniunt, quàm homo, & porcus. Patet etiam ſecundo

A magis & minus non variare ſpeciem, quoniam aliqua poſſunt differre minus, aliqua magis ſub eadem ſpecie.

47 Maxime autem indubitanter, quod vnum eſt numero, idem ab omnibus videtur dici. Solet autē & hoc aſsignari multipliciter, propriiſſime autem & primo, quando nomine, vel termino idem aſsignatum fuerit, vt veſtis, indumento: & animal greſsibile bipes, homini. Secundo autem, quando proprio, vt diſciplinæ ſuſceptibilis, homini, & quod natura ſurſum fertur, igni. Tertio vero, quando ab accidente, vt ſedens vel muſicum. Omnia enim hæc vnum numero volūt ſignificare. Quod autem verum ſit, quod nunc dictum eſt, ex tranſmutantibus nuncupationes quis diſcat. Sæpe enim præcipientes nomine vocare aliquem ſedentium, trāſumimus, quando forte is non intelligeret cui pręceptum
B facimus, tanquam ab accidente, ipſo magis intelligente, & iubemus ſedentem, vel diſputantem vocare ad nos, manifeſtum quod vt eundem opinantes, & ſecundum nomen & ſecundum accidens ſignificare. ergo idem (quemadmodum dictum eſt) tripliciter diuidatur.

Nunc comparat hos modos inter ſe, & ſubdiuidit eum modum, qui maxime talis dicitur, & dicit, [Maxime autem indubitanter quod vnum eſt numero, idem ab omnibus videtur dici,] quoniam (vt Alexan. inquit) in his, quæ ſecundum genus & ſpeciem eadem ſunt, non illico idemtitas cadit, ſed indiget ratione ad concedendum aliqua eſſe huiuſmodi, vt ad inuicem ſint eadem. Non enim aliquis illico concederet Socratem & Platonem eſſe idem, cum ſenſu manifeſte ſint diuerſi: nec aliquis illico concederet hominē & equum eſſe idem, cum etiam patet eſſe diuerſos, niſi ratione hæc cognouerit: at ea quæ ſunt vnum numero, eſſe eadem ab omnibus conceditur. Deinde ſubdiuidit eadem numero in tria, & dicit, [Solet autem & hoc aſsignari multipliciter] & dixit [ſolet,] quoniam loquendum eſt, vt plures. & cum iſta multiplicitas ſit ab vſu loquentium, ideo dixit [ſolet] proprijſsime autem & pri-
C mo, [quando nomine, vel termino] hoc eſt definitione [idem aſsignatum fuerit] ſcilicet in ſignificādo [vt veſtis] eſt idem numero [indumento,] quoniam ab illo differt nomine, ſed idem in ſignificādo eſt, cum veſtis & indumentum eādem rem omnino ſignificent. [& animal greſsibile bipes, homini.] Hæc enim oratio animal greſsibile bipes, nomine differt ab illa voce homo, ſed re omnino eadem ſunt. & ea quæ dicuntur hoc pacto eadem numero, ſed primo & proprijſsime in primo gradu identitatis numeralis, quoniam talia ſunt ſola voce differentia, re autem omnino eadem, cum definitio ſignificet ea quæ ſunt eſſentialia primo modo dicendi per ſe illi rei, quam ſignificat homo. [Secundo autem] quaſi in ſecundo gradu idemtitatis dicuntur eadem numero [proprio,] vt quoties voce differūt ſed alterum nominum ſignificat ſubiectum, alterum proprium illius ſubiecti. Hæc enim dicuntur eſſe, & ſignificare idem numero, quoniam illud quod ſignificat nomen proprium, eſſentialiter accidit in ſecundo modo dicendi per ſe ei, quod ſignificat nomen ſubiecti: & ideo accidit quaſi vt per ſe ſignificet rem illam, quā homo ſignificat. Cum enim illud quod ſignificat hoc nomen diſciplinabile accidat per ſe ei, quod ſignificat hoc nomen homo, accidit, propter hoc, vt nomē diſciplinabile eſſentialiter ſignificat idem, quod hō [vt diſciplinæ ſuſceptibile, homini: & quod natura ſurſum fertur, igni.] Nam illud quod ſignificat hæc vox homo, & illud quod ſignificat hæc vox diſciplinabile idē eſt ꝓ-
D prio, cum alterum alteri inſit per ſe, & ſecundo modo, & ſic vnum numero eſſe videntur. Eſt autē hic modus ſecundo gradu conſtitutus, quoniam quæ inſunt ſecundo modo per ſe ſecūdo modo, ſunt minus eadem eis quibus inſunt, quàm quæ inſunt per ſe primo modo. [Tertio vero] ac in tertio gradu, quando ab accidente eſt idem, [vt ſedens, vel muſicum] ipſi [Socrati,] hæc enim nomina ſedens, & Socrates diuerſa ſunt, ſed quoniam Socratis nomen ſignificat ſubiectum, & hoc nomen ſedens ſignificat accidens, quod ineſt ei, ideo hæc dicuntur eadem numero accidente, eo modo, videlicet, quo accidens vnitur ſubiecto, & eſt ratione vnionis idem numero cum eo. Eſt autem hic modus minimus, quatenus ſignificant diuerſa, ſed quoniam inter ſe habent vnionem, cum alterum alteri inſit, fit, vt eadem ſignificent, & ita erunt eadem in ſignificando, vel hæc, Socrates & ſedens ſunt accidente eadem, quoniam accidit, vt idem ſignificent: nam id quod ſignificat hoc nomen Socrates, accidit, vt ſignificet hoc nomen ſedens, propter vnionem qua ſedens vnitur rei, quam ſignificat Socrates. Et quia hoc vltimo modo eadem numero, non ab omnibus conceduntur, ideo probat hæc, quæ ſic ſe habent dici eadem numero, & dicit, [Quod autem verum ſit, quod nunc

dictũ est] scilicet quod nomen significans accidens, videlicet sedens, & nomen significans subiectũ, E
videlicet Socrates, sint numero eadem [ex transmutantibus nuncupationes quis discat,] & exponit quomodo, & dicit, [Sępe enim] nos [pręcipientes] famulo nostro proprio [nomine aliquem sedentium vocare,] vt Socratem, dato quod Socrates sit nomen proprium personæ sedentis, quam voluimus alloqui, si famulus per hoc nomen Socrates personam, quam quærimus, non intellexerit, [transsumimus quando forte is] famulus, [non intelligit, cui præceptum facimus,] personam illam vocari illo nomine, & [iubemus sedentem, vel disputantem vocare ad nos, tanquam ipso intelligente magis ab accidente,] cum enim famulus intelligat personam, quam volumus magis sub nomine accidentis, ideo sub illo nomine iubemus vocare. [Manifestum quod] nos sic facimus, [vt eundem opinantes & secundum nomen] proprium & secundum accidens significare. [Ergo idem] scilicet numero [quemadmodum dicendum est, tripliciter dicitur.] ¶ Quæritur hic primo, vtrũ ea quæ sunt eadem numero, sint eadem numero quia significant idem numero, an quia sunt eadem numero. Dicendum quod ad modum loquendi logicorum illa sunt eadem numero, quæ significant eandem rem numero, & hoc pacto hoc nomen homo, & illa oratio animal rationale bipes, sunt eadem numero: & vestis & indumentum similiter, significant enim eandem rem numero, vt illam rem, quæ veste ac indumẽto significatur. Et hoc potest esse trifariam, Aut nomine vel definitione, vtputa cum nomina F
sunt, quorum alterum significat rem, quæ definitur, alterum vero rem, quam significat definitio: & cum res: quam significat definitio, sit idem cum re, vel insit rei, quam significat nomen definiti, primo modo per se, fit vt essentialiter alterum nomen significet eẽdem rem ei, quam significat alterum. Aut proprio, vt quando nomen aliquod significat rem, quę est subiectum, & alterum nomen significat rem, quæ est proprium. cum enim res, quam significat proprium, sit aut res, quam significat nomen subiecti, aut ei accidat per se secundo modo, fit vt alterum nomen essentialiter significet eandem rem ei, quam significat alterum: Aut accidente, vt cum nomen aliquod significat rem, quæ est subiectum, & alterum significat accidens, quod inhæret subiecto per accidens: & cum res, quam significat nomen accidentis, accidat per accidens rei, quam significat nomen subiecti, ideo accidit, vt alterum nomen significet per accidens eandem rei ei, quam significat alterum. At si loquimur metaphysice, eadem numero sunt, quorum alterum alteri inest: & hoc est trifariam, quoniam si alterum vt definitio inerit alteri vt definito, hæc sunt eadem numero primo modo: si alteri inerit per se secundo modo, hæc sunt eadem numero proprio: sin autem alterum alteri accidat per accidens, hæc sunt eadem numero accidente. ijs enim omnibus modis dicuntur eadem numero apud metaphysicos, pro quanto alterum pro altero accipi potest. ¶ Sed quæres, cur non dantur eadem numero genere, vt Socrates, & animal: nam Socrates significat rem, cui inest animal vt genus: & animal significat aliquid, G
quod inest Socrati vt genus, ergo Socrates & animal dici possunt eadẽ numero genere. Fortasse, quia ea, quæ dicuntur eadẽ numero genere, reducuntur ad ea, quæ dicuntur eadem numero definitione. Aut fortasse, quoniam hæc acceptio non fuit secundum vsum loquentium, quia cum difficultate per hoc nomen animal intelligi potest Socrates. Est enim nomen commune, quo non discrepat Socrates ab alijs animalibus. ¶ Adhuc quæritur, sedens & musicum possunt dici eadem. ¶ Dicendũ quod possunt dici eadem numero accidente, quoniam accidunt eadem, & sic alterum per alterum intelligi potest. Et vt Alexander inquit, quot modis idem dicitur, tot quoque & diuersum vel alterum dici potest. Aut enim numero, vt Socrates, alter à Platone est: aut specie, vt homo ab equo: aut genere, vt sciẽtia ab animali. Et differunt hæc ab illis, quæ dicuntur eadem ordine, quoniam quæcunq; sunt eadem numero, sunt eadem genere & specie: & quæcunque specie sunt eadem, hæc & genere sunt eadem, non tamen conuertuntur. Non enim quæ genere eadem sunt, hęc specie, vel numero eadem sunt. nec quæ specie eadem sunt, hæc numero eadem. At altera modo econtrario se habent: nam quæ genere diuersa vel altera sunt, hæc & specie, & numero diuersa sunt: & quæ specie altera, hæc numero altera sunt, & non conuertuntur. H

¶ DIALECTICAS DISPVTATIONES ET SYLLOGISMOS NON ESSE EX ALIIS PRAEDICATIS, QVAM EX DICTIS.

48 Quoniam autem ex prius dictis sunt orationes, & per hęc, & ad hæc, vna quidem fides est per inductionem. Si enim quis cõsideret vnã quanque propositionum & problematum, apparebit aut à termino, aut à proprio, aut à genere, aut ab accidente facta.

Cum superius dixisset quatuor esse prædicatorum genera, in quibus videlicet, problemata atque propositiones consistunt, vt sunt definitio, proprium, genus, & accidens, demonstraueritque vnumquodque horum quid sit, quoue modo propositiones, ac problemata ab ipsis fiant, nunc demonstrat ex his, & ad hæc esse disputationes & syllogismos, & non ex alijs, & ad alia pręter hęc, & ponit primo intentionem & argumenti speciem, qua probare intendit suam intentionem, & dicit, [Quoniam au-

A ex prius dictis sunt orationes] scilicet ex quatuor prędicatis,& nõ pluribus,nec ex alijs[sunt oratiões] hoc est disputationes dialecticę & syllogismi,dico subaudi ex prius dictis,quoniã [& ꝑ hæc,& ad hęc vna quidẽ fides est ꝑ inductionẽ] verbũ enĩ,&,expositiuũ est:nam cum dixisset ex his orationes esse, quasi expositiones,quomodo subdit. [&] pro.i.per hęc,intelligẽs propositiones,ꝑ quas syllogismi & disputationes fiũt, [& ad hęc] intelligẽs problemata,ad quę disputationes,& syllogismi fiũt. Et cum proposuisset intẽtionem,subdit speciem argumẽti,qua vult vti ad probãdũ intẽtionem.& dicit, [Vna quidem fides est ꝑ inductionẽ.] & vna fides,quoniã alia fides erit ꝑ syllogismũ.vtitur autẽ (vt Alex. inquit) proprie inductione & syllogismo ad hoc probãdum,quoniã inductio & syllogismus proprie fides sunt in dialecticis,etenĩ exẽplũ,inductio est rhetorica,& enthymema syllogismus rhetoricus.ꝓposita intẽtione & argumẽti specie,qua vult vti,mox exequitur probationẽ,& dicit, [Si enim quis cõsideret vnãquamq; propositionũ,& problematũ, apparebit] illud esse [aut à termino, aut à proprio, aut à genere,aut ab accidẽti,] & à nullis alijs præter hęc,quæ dicta sunt.verbi causa, vtrũ tempus est cœli motus,an nõ,definitiuũ problema est:quęrit enim si hæc oratio cœli motus,sit tẽporis definitio & vtrũ honestum in substãtia est,an nõ, genericũ problema est,quęrit enim si honesti genus sit substãtia:& vtrũ soli igni secundũ naturã insit motus sursum an nõ,quęsitũ est de proprio:hoc vero,vtrũ ignis sursum mouetur,aut nõ,de accidẽti quæsitũ est,quęrit enim si igni inest motus sursum:omne igi

B tur problema,& omnis propositio ex aliquo prędictorũ est,& ex nullo alio pręter hæc. ¶Sed dubitatur,quoniã hoc est problema,videlicet cur magnes trahit ferrũ,& hoc,quę natura est aquarũ vaticinatarũ,& tamẽ sub nullo talium est. ¶Respõdet Alexã.hęc non esse problemata dialectica,quoniã ꝓblemata dialectica,& propositiones dialecticę eædem sunt.At propositiones dialecticæ sunt interrogationes cõtradictionis,& cum hæc quæsita non sint interrogationes cõtradictionis, non ergo erunt problemata dialectica, quemadmodum nec dialectica interrogatio est, quærere quid est homo, aut quæ natura aquarum vaticinatarum,non enim principia horum sunt propositiones,quæ dicũtur interrogationes cõtradictionis. Quare huiusmodi quęsita non dialectica,sed physica problemata dicũtur.Hæc enim problemata dicuntur,quoniam causæ ignorãtur,& quęrũtur. Physica vero, quoniam ignorãtur causæ à physicis.Et propterea Aristo.confecit librum problematum physicorum,quę sunt quæsita à physicis propter ignorantiam causæ.& licet sint problemata physica,quæruntur per modum problematum dialecticorum propter ignorantiam causæ.Sunt etiam & quæsita scientifica,quę non sunt problemata nec physica,nec dialectica, vt sunt quæsita enumerata in principio secundi libri posteriorum.si est,quid est,quale est,& propter quid est. Ex ijs colliguntur trifariam esse ea, quæ quæruntur,aut problemata dialectica,& hæc sunt,quorum principia sunt propositiones dialecticæ,

C quæ sunt contradictionis interrogationes:aut problemata physica,& hæc sunt quorum causæ ignorantur à physicis,& propterea ab eis assignantur variæ causæ. Alia sunt quæsita scientifica, quæ sunt quatuor,si est,quid est,quia est,& propter quid est,quæ habent veras & proprias causas.

fallit dicendo non esse problemata logica. sed phisica. nam logica inquisitiua omnium scientiarum. 2° quia etiam intrant & habet locum in logica & topicas questiones scientiales & phisicae. ad dubi. dico quod tales ques[...] sunt proprij. & nota quod illa questio valet forma[...] duobus modis. vel aptitudinale tunc erit proprii questio vel actu[...] tunc accidentis.

49 Alia autem fides per syllogismum,necesse est enim omne,quod de aliquo prædicatur,aut conuersim de re prędicari,aut non. Et si conuersim prędicatur,terminus erit, vel proprium.Nã si significat quid est esse, est terminus.Si autem non significet,proprium.Hoc enim erit propriũ quod conuersim prędicatur,non significans quid est esse. Si autem non conuersim prædicatur de re , aut ex eis , quæ in definitione subiecti dicuntur,est,aut non.Et si est ex iis,quę in definitione dicuntur, aut genus,aut differentia erit, eo quod definitio ex genere, & differentiis est.

D Si vero ex iis non est, quæ in definitione dicuntur,palam est,quoniam accidens erit.Nam accidens dicebatur,quod neque terminus,neque genus,neque proprium,inest autem rei.

Nunc secundo loco probat eãdem conclusionem syllogismo,quem Alexander suo modo,ego vero sic compono,Omne quod prædicatur conuersim vel non conuersim,prædicatur vt definitio,aut vt proprium,aut vt genus, aut vt accidens : omne quod prædicatur, prædicatur conuersim, aut non conuersim. igitur omne quod prædicatur,aut vt proprium,aut vt definitio, aut vt genus, aut vt accidens prædicatur . vnde dicit, [Alia autem fides] est [per syllogismum,] cuius maior quam non explicat , debet esse hæc,omne quod conuersim aut non conuersim prædicatur , aut vt proprium , aut vt definitio , aut vt genus , aut accidens prædicatur . explicat autem minorem , & dicit, [Necesse est enim omne , quod de aliquo prædicatur , aut conuersim de re prædicari , aut non] conuersim. Hæc est minor, cuius conclusio , quam non expresit , debet esse hæc , igitur omne quod

conuersim, aut non conuersim prædicatur, erit aut proprium, aut definitio, aut genus,aut accidens. E Et licet cæterę partes omnes possint syllogismis probari,vt Alexan.enititur,non curo:explicat igitur, quæ conuersim,quęue non conuersim prædicantur, & dicit,[Et si conuersim,terminus erit vel proprium] hæc potest esse conclusio,cuius probationem subdit, & dicit,[Nam si significat quid est esse, est terminus: si autem non significet,]est[proprium.hoc enim erat propriũ,quod conuersim prædicatur]de re,[nõ significans quid est esse.]Est autẽ syllogismus,Omne significans quid est esse,aut nõ quid est esse, est proprium, aut terminus : omne quod conuersim prædicatur de re,significat quid est esse,aut nõ quid est esse:igitur omne prędicatum conuersim de re,est aut proprium,aut definitio.Deinde ponit tertiam conclusionem,& dicit,[Si autem non conuersim prædicatur de re, aut ex ijs,quæ in definitione subiecti dicuntur est,aut non.]Exponit autem membra,& dicit.[Et si est ex ijs,quæ in definitione dicuntur,aut genus,aut differentia est,eo quod definitio ex genere& differentijs est.Si vero ex ijs non est,quæ in definitione dicuntur, palam est quoniã accidens erit.[cuius causam assignat, & dicit,[nam accidens dicebatur quod neq; terminus, neq; genus,neq; proprium : inest autem rei.] Alexander autem componit hic alium syllogismum,quem non curo componere.Alij vero per syllogismum,intellexerunt sufficientiam,quæ potius est congeries mista partim ex syllogismis hypotheticis disiunctiuis, partim etiam ex continuis : qui dicuntur conditionales etiam , vt patet consideranti F verba Aristotelis.

DE PRAEDICAMENTIS.

50 Post hæc autem oportet determinare genera prædicamentorum, in quibus sunt dictæ quatuor differentiæ.

Cum demonstrasset problemata & propositiones esse in quatuor prædictis generibus prædicatorum,& cum quæ dicta sunt,non suprema genera sint,sed rursum ipsa sunt in alijs (sunt enim in entibus,quorum suprema genera sunt decẽ,quæ consueuit Arist.prædicamenta proprie vocare)hic ostẽdit quatuor illas differentias esse in prædicamentis, & propter hoc breuibus quædã de prædicamentis percurrit.& dicit,[Post hæc autem oportet determinare genera prædicamentorum,]quę sunt suprema genera entium, [in quibus sunt dictæ quatuor differentiæ] subaudi propositionum & problematũ.

51 Sunt autem hæc numero decem,quid est,quãtum,quale,ad aliquid, vbi,quando,situm esse,habere,facere,pati.Semper enim accidens,& ge- G nus , & proprium, & definitio in vno horum prædicamentorum erit. Nam omnes ab his propositiones, aut quid est,aut quale est, aut quantum,aut aliorum aliquod prædicamẽtorum significant.Manifestum est autem ex eisdem,quoniam quod quid est significans , quãdoq; quidem substantiam significat , quandoq; autem quale, quandoq; vero aliquod aliorum prædicamentorum.

Enumerat autem nunc prædicamenta,dicens,decem genera prædicamentorum,de quibus locutus est in libro proprio:exponit autem & nunc ipsa,& simul hæc exponẽdo illius libri vtilitatem,quæ est ad dialecticam,per hæc demõstrat,& per[quid est] substantiam intelligit:proprie enim substantia ens est,& definitio substantiæ proprie est ipsum quid est, quãuis ipsum quid est pluribus modis dicatur.& dicit,[Sunt autẽ hæc numero decem,quid est,quantum, quale,ad aliquid]hoc est relatio,[vbi, quãdo,sitũ esse]hoc est positio,[habere,]qui & habitus dicitur,[facere,]quod & actio dicitur,[pati,] H quod & passio appellatur.transiuit autem breuibus de his, quoniam satis ample in libro prędicamentorum disseruit.& enumerauit hæc potius, vel quia proprie concreta sunt in genere, nam formæ potius generum rationes sunt,quàm ipsa genera:aut quia concreta sunt notiora abstractis.Et cum accepisset quatuor differentias prædicatorum esse in prædicamentis tanquam in supremis entium generibus,hoc probat,& primo proponit cõclusionem,& dicit,[Semper enim accidens,& genus,& proprium,& definitio in vno horum prædicamentorum erit,]hæc est conclusio,quam proposuit,& nũc replicauit.& cũ dicit Arist.accidens,genus,propriũ,& definitionẽ esse in vno horũ prædicamentorũ, intelligas aut ipsa,aut res suas,quas hæc significant.definitio vero est in aliquo horũ prędicamentorũ non per se,sed per partes suas,ex quibus constat,vt propter genus,& differentiam quorum res sunt in prædicamento.Posita conclusione Arist.probat eam non in omnibus,sed in definitione,sumit tamen in omnibus ita esse,& dicit,[Nam omnes ab his]scilicet prædicatis factæ[propositiones,]& problemata, [aut quid est] hoc est substantiam, [aut quale est , aut quãtum , aut aliquod aliorum prædicamentorum significat] hoc est prædicatum habet , vt Alexander exponit. & ꝙ ita sit ostendit de de-

A finitione per exempla in omnibus prædicamentis,quæ quaſi vim inductionis habēt.& dicit, [Mani-
feſtum eſt autē ex eiſdem] ſcilicet prædicatis diſcurrendo,quoniam quod quid eſt ſignificās,] cū fue-
rit problematis,aut propoſitionis prędicatum, [quādoq; quidem ſubſtātiam ſignificat,quādoq; autē
quale,quādoq; vero aliquod aliorū prędicamētorū.] hoc eſt quādoq; ſignificat genus & differētiam,
quę ſunt res generis ſubſtātię,quādoq; generis qualitatis,quandoq; vero alterius cuiuſuis prędicamen
ti.Omnis enim definitio alicuius eſt,quod omnino aut ſubſtātia,aut quātū,aut quale,aut aliquod de-
cem prędicamētorū eſt:igitur & partes definitionis eſſe debēt,aut ſubſtātia,aut quātū,aut id genus: &
ita tota definitio oportet,vt ſit,aut ſubſtātia,aut quātū,aut id genus.Et propter hoc (vt Alexā.inquit)
definitio,& problema definitiuū in vno quoq; prędicamento eſt, quoniam poſsibile eſt definire ali-
quod eorum,quæ ſunt in vnoquoq; prædicamentorum.

52 Nam quando poſito homine dixerit quod poſitum eſt hominem
eſſe vel animal,& quid eſt dicit,& ſignificat ſubſtantiam.Quando colo
re albo poſito,dixerit quod poſitum eſt album eſſevel colorem,quid eſt
B dicit,& quale ſignificat.Similiter autem & ſi cubitali magnitudine po-
ſita,dixerit quod poſitum eſt cubitalem eſſe magnitudinem,& quid eſt
dicit,& quantum ſignificat.ſimiliter autem & in aliis. Vnumquodque
enim talium ſiue idem de eodem dicatur,ſiue genus de hoc,quid eſt ſi-
gnificat:quando autem de alio,non quid eſt ſignificat,ſed quātum, aut
quale,aut aliquid aliorum prædicamentorum.Quare de quibus ſunt di
ſputationes,& ex quibus,hæc & tanta ſunt.

Quia accepit quod quid eſt ſignificare aliquādo ſubſtātiam,aliquādo accidēs,hic oſtēdit quid eſt
ſignificare omne prędicamētū:nam ſi quid eſt ſignificat rē cuiuſq; prędicamēti, & ipſum quod quid
eſt (quod eſt ipſa definitio) eſt quid eſt:igitur quod quid eſt,poterit ſignificare rē cuiuſq; pdicamēti.
Nec iniuria hoc facit:nā ex mō prędicādi quo definitio prędicatur,accepit definitionē eſſe in vnoquo
q; prędicamētorū:nūc ex modo prędicādi,quo tā genus quā definitio pdicatur,probat illud quod ac
cepit,hoc eſt & definitionē & genus eſſe in vnoquoq; pdicamētorū,cuius ſyllogiſmus eſt,quid eſt cir
cuit omne prędicamētū quod quid eſt: & gen⁹ eſt quid eſt:igitur quod quid eſt,& genus circuit omne
C pdicamētū.vnde dicit, [Nam quādo poſito homine] verb.gra.Socrate,de quo fiat interrogatio quid
eſt,ſiquis reſpondēdo [dixerit,quod poſitū eſt] ſcilicet Socratem,qui ponebatur, [eſſe hominem vel
animal,] hic ſic reſpondēs duo dicit,& [quid eſt dicit,& ſignificat ſubſtātiam,] hoc eſt dicit ſubſtā-
tiā ſecūdum rem& modū.Eſt enim,vt Boetius inquit,in prędicamētis ſubſtātia triplex.Alia quidē ſe-
cūdum rem tātum,vt differentia,quæ eſt in genere ſubſtātię,hæc re ſubſtātia: quia vero prędicatur in
quale,modū accidētis habet.Alia ſecūdum modum tātum, & ſic omne accidēs genericum reſpectu
ſuæ ſpeciei habet modū ſubſtātiæ,quoniā dicit quid reſpectu ſuæ ſpeciei,vt color reſpectu albi, & ni-
gri.Eſt enim color re quidem ſubſtātia,modo autē prædicādi ſubſtātia,quoniam reſpectu ſpecierum
cōparatur vt quid & ſubſtātia.Alia vero ſubſtātia eſt re & modo,vt genera ſubſtātię reſpectu ſuarum
ſpecierū:ſunt enim re ſubſtātiæ,quia in prędicamēto ſunt ſubſtantiæ : modo vero,quia prędicātur in
quid.Deinde exēplum affert in qualitate,& dicit, [Quādo colore albo poſito] videlicet niueo , quis
interrogauerit quid ſit,& [dixerit] reſpondēdo alius,tale [quod poſitū eſt,albū eſſe vel colorem.] hic
duo dicit,videlicet [quid eſt dicit] & ſic ſubſtātiam ſecūdum mediū, [& quale ſignificat] hoc eſt &
qualitatem ſecūdum rem. [Similiter autē & ſi cubitali magnitudine poſita] videlicet ea, quæ eſt tri-
podæ meæ,poſt interrogationē quis [dixerit quod poſitum eſt.] hoc eſt talem poſitam magnitudinē
D [cubitalē] eſſe magnitudinem,hic reſpondens, [& quid eſt] ſcilicet ſubſtātiam ſecūdum modū [di-
cit,& quātum ſignificat] videlicet ſecūdum rem. [Similiter autē & in alijs]per quæ habetur hęc ma-
ior,videlicet,quid eſt circuit omne prędicamētum:cui ſi addatur,ſed definitio & genus eſt quid eſt,igi
tur definitio & genus circuūt omne prędicamētum.¶Sed occurret forte quiſpiā his quæ Ariſto. di-
xit,accepit enim in vnoquoq; prædicamētorum accidentium idem eſſe ſubſtātiam ſecūdum modū,
& ſecūdum rem accidēs illius prædicamēti,cuius accipitur:cōtra quęret,an reſpectu eiuſdem idē ac-
dens ſit ſubſtātia ſecūdum modum,& ſecundū rem,an ſecūdum diuerſa? ¶Reſpōdet Ariſt. & dicit,
[Vnūquodq; enim talium] ſcilicet enumeratorum in prædicamētis accidētium [ſiue idē de eodē di-
catur] hoc eſt ſpecies de indiuiduo, [ſiue genus de hoc] id eſt,de ſpecie, [quid eſt ſignificat,] & dici-
tur ſubſtātia ſecūdum modum.omnia enim genera & ſpecies reſpectu ſuorum inferiorum habēt mo
dum ſubſtātię,& ſignificant quid, [quādo autem de alio] vt de Socrate vel ligno, [nō quid eſt ſigni-
ficat] & ſubſtātiam, [ſed quātum,aut quale,aut aliquid aliorum prædicamētorum] hoc eſt accidens

secundum rem, & ita vnum & idem prædicatum est substantia secundum modum: & accidens secundum rem, non quidem respectu eiusdem: sed respectu diuersorum. & per idem prædicari de eodẽ Arist. speciẽ prædicari de indiuiduo intellexit, quoniam species ad indiuiduum totum est, genus autẽ partem. Tunc epilogat, & dicit, [Quare de quibus sunt disputationes] tanquam de problematibus [& ex quibus] tanquam ex propositionibus, [hæc & tanta sunt:] hoc est quatuor prædicata, & decẽ prædicamenta, sunt enim prædicata in prædicamentis. ¶ Quod vero ad verba attinet, animaduersione dignũ plures esse modos prædicãdi, nam aliquid prædicatur in quid, aliquid in quale, aliquid in quãto, vel quoto, & in cæteris alijs modis. ostendit autem solum ipsum quid circuire omne prędicamentum. primo, quia nullus alius modus prædicandi circuit omne prædicamentũ. secundo, quia per hoc vult habere definitionem & genus circuire omne prædicamẽtũ, quod proposuerat. Ex ijs plane patet cõcreta esse genera prædicamentorũ, non abstracta: alioquin non esset idem substantia secundũ modum, & accidens secundum rem respectu diuersorum. At si prædicamẽta essent abstracta, solũ essent quid, & respectu nullius accidentia. Albedo enim de nullo subiecto prædicatur, nõ enim lignũ est albedo, sed album. ¶ Quæres fortasse, primò, cũ problema & propositio habeat subiectum & prędicatũ, an cognoscatur problema esse de aliquo genere ratione prædicati, an ratione subiecti. Alex. discurrendo post verba prolixa, dicit: non magis a subiecto, quàm a prædicato genus in quo problema est cognosci. Et licet ipse enitatur hoc probare, tamen hoc mihi ambiguum est, quoniã idem subiectum potest esse omnium prædicatorũ, igitur ex parte subiecti non cognoscitur genus problematis. Et propterea Arist. docuit a prædicato cognosci genus problematis. ¶ Sed adhuc quæres, cũ Arist. accepisset quatuor prædicata esse in decẽ prædicamentis: & demonstrasset hoc ita esse de definitione, & de genere, cur nõ demonstrauit hoc idẽ de accidente & proprio. Alexan. innuit solutionẽ & asserit Arist. hoc de accidente indicasse, cum ostenderit accidens respectu substantię esse secundum rẽ accidẽs, sed respectu indiuiduorum sui generis se habere, vt quid: & ita innuit problemata quæ sunt de accidente in alijs generibus a substantia esse, quoniã in substantia nihil est accidẽs alterũ alteri. De proprio vero respõdet Alex. hoc nõ demonstrasse, quoniã proprium vel est de genere eius, cuius est suum subiectũ, & sic propriũ erit in omnibus generibus: aut est solũ in generibus accidentium, & sic quod dixit de problematibus accidentiũ voluit esse intelligẽdum de proprio. ¶ Ex ijs patet quatuor esse prima problematũ & propositionum genera, quoniã tot quot sunt prædicata, subalterna vero decẽ: quoniam cũ hęc prędicata sint in prædicamentis, & decẽ sint prædicamenta, etiam decem erunt problematum, & propositionũ subalterna genera. ¶ Sed quæres si acciderit substantia accidenti vt in propositionibus præternaturalibus, vt est hoc, albũ est corpus, vtrum tale problema sit de genere substantiæ, an de genere accidentis. Alexan. respondendo asserit huiusmodi problema esse accidentis, quoniam accipitur substantia, vt accidens ipsi accidenti, licet sit propositio præternaturalis: per quæ patet librũ prædicamentorũ vtilẽ esse ad dialecticam, non enim posset sciri in quo genere entium est problema, nisi in libro prædicamentorum declarata essent prædicamenta.

¶ DE PROPOSITIONE DIALECTICA ET PROBLEMATE.

53 Quomodo autem sumemus, & per quæ copiosi erimus, post hæc dicendum.

Cum dixisset de integralibus, & simplicibus principijs syllogismorũ dialecticorũ, qui sunt termini & materia remota dialecticorũ syllogismorum, hic proponit determinare de propositionibus, & problematibus. nam propositiones sunt cõplexa principia dialecticorũ syllogismorũ, & materia propinqua: problemata vero sunt causa finalis & forma eorum, & dicit, [Quomodo autẽ sumemus] subaudi propositiones dialecticas: quæ sunt principia cõplexa syllogismorum dialecticorum [& per quæ copiosi erimus,] hoc est, & per quæ facile erimus copiosi in syllogizando, & disputando [post hæc dicẽdum] & horũ duorum, quæ proponit, primum est gratia secundi. Non enim doceret quomodo propositiones dialecticæ, & quales sint sumendæ, nisi vt in disputationibus, & syllogismis copiosi euadamus, & faciles ad disputandum fiamus. quare proponit hæc duo, vt per primum assequamur secundum. hoc de intentione.

54 Primum igitur determinetur quid est propositio dialectica, & quid problema dialecticum. Nõ enim omnẽ propositionem, nec omne problema, dialecticũ ponendum. Nullus enim offeret, qui mentem habeat, quod nulli videtur, nec proponet, quod omnibus est manifestum, vel plurimis. Nam hæc quidem non habent dubitationem, illa autem nemo ponet.

Nunc prosequitur, & prosequendo intentionem propositam, primo assignat ordinem & causam

A ordinis: & aſſignãdo ordinẽ, & cauſam ordinis, innuit intentionẽ adhuc in ſpeciali, & dicit, [Primum
igitur determinetur, quid eſt propoſitio dialectica,] vt cognoſcamus propoſitiones, ex quibus ſyllo-
giſmi dialectici fieri poſſunt, & quid problema dialecticum] vt cognoſcamus, quæ problemata opor-
tet quærere. Huius ordinis Alexan. bonam rationẽ aſſignat, quæ enim (vt inquit) oportet quærere pro
methodi facultate, hæc prædefinire oportet, & primum nota eſſe. Hæc de intẽtione in ſpeciali, & or-
dine. Deinde aſſignat cauſam intentionis & ordinis, & dicit, [Non enim omnem propoſitionẽ, nec
omne problema dialecticũ ponendum.] Oportet igitur definire dialecticã propoſitionẽ, & dialecticũ
problema: quoniã non omnis propoſitio eſt propoſitio dialectica, nec omne problema eſt problema
dialecticum. Et aſſignat cauſam, & dicit, [Nullus enim offeret qui mentẽ habeat,] & ſani capitis eſt,
[quod nulli videtur,] Iuniores de propoſitione & problemate intelligunt, vt ſit ſenſus, ꝙ nullus offeret
propoſitionẽ quæ nulli videtur: aut problema, quod nulli videtur: [nec proponet quod omnibus eſt
manifeſtum vel plurimis] quod ſimiliter de vtroq; intelligit. q. d. nec aliquis proponet propoſitionẽ,
vel problema, quod omnibus eſt manifeſtum vel plurimis. Alexander autẽ rationabilius primã partẽ
de propoſitionibus intelligit, ſecundã autẽ de problematibus hoc modo, [nullus enim offeret qui mẽ-
tem habeat, quod nulli videtur.] hoc eſt propoſitionẽ quæ nulli videtur: nã propoſitio dialectica, quæ
B proponitur ad ſyllogizandũ cõtra reſpondendẽtẽ, non debet eſſe dubia, aut falſa apud omnes, quoniã
non poſſet aſſumi, vt propoſitio ſyllogiſtica in diſputatione dialectica [nec proponet quod omnibus
eſt manifeſtum vel plurimis] pro problemate, quoniã problema non debet eſſe omnibus manifeſtũ,
ſed pro vtraq; parte dubiũ. nullus enim pro problemate proponet, vtrum oportet iniuria proſequi pa-
rentes, aut non: nec quiſpiam proponet, vtrum oportet eſſe impios erga deos, aut non: nec vtrum ſole
exiſtente ſupra terra dies eſt, aut non. Cuius cauſam Ariſtote. aſſignat, & dicit, [Nam hæc quidem]
ſcilicet problemata [non habent dubitationem.] cum omnibus ſint manifeſta, & ita non ſunt pro-
blemata, quoniam problemata & quęſita de aliquibus dubijs & ignotis ſunt: [Illa autem] quę nulli vi-
dẽtur, [nemo ponet:] vt propoſitiones, cũ ſint apud omnes falſa. ¶ [Sed dubitatur, quoniã ſuperius di-
xit propoſitiones & problemata eſſe eadẽ ac numero æqualia, & ſolũ differre in modo proferendi: nã
problema interrogat de vtraq; contradictionis parte ſub diſiunctione per hanc particulã vtrũ: Pro-
poſitio vero interrogat de altera parte cõtradictionis tantũ per illã particulam ne, vel id genus. At hic
dicit problema eſſe, quod dubitationẽ habet: propoſitionem vero, quæ eſt nota. Alexan. reſpondet, ſu-
perius Ariſt. locutũ eſſe de propoſitionibus & problematibus vniuerſaliter nõ cõtrahendo illa ad dia-
lectica: ſed generatim aſſeruit ea ſola ratiõe differre. At hic cõtrahit hæc ad dialectica, & aſſerit ea, quę
ſunt probabilia, eſſe propoſitiones: quæ vero ſunt quæſita, eſſe problemata. Et fortaſſe ſi verba Ariſt.
conſiderentur, non apparet differentia aliqua præter eam, quã ſuperius dixit: nam hic aſſerit ꝙ nullus
C ſanę mẽtis, vt propoſitionẽ proponet, quod nulli videtur, hoc eſt ignotũ, vel aperte falſum: nec oportet
vt problema, quod omnibus eſt manifeſtũ: & ſic innuit ꝙ problema nõ debeat eſſe omnibus notum:
nec propoſitio omnibus ignota. modo hęc nõ differunt: idẽ enim problema poteſt nõ omnibus notũ,
& nõ omnibus ignotum eſſe: quare hæc differentia, nõ tollit conuenientiam quam ſuperius expoſuit.

55 Eſt autem propoſitio dialectica, interrogatio probabilis, aut omni-
bus, aut plurimis, aut ſapientibus: & his vel omnibus, vel plurimis, vel
maxime famigeratis, & non inopinabilis. Ponet enim aliquis, quod vi-
detur ſapientibus, niſi id contrarium ſit multorum opinionibus.

Nunc de intentione propoſita exequitur, & primo deſcribit propoſitionẽ dialecticam: ſimulq; cũ
illius deſcriptione innuit diuiſionẽ in quinque gradus: nã ſicuti ipſum probabile eſt quinque modis, ita
quoq; propoſitio dialectica eſt quinque modis. & dicit, [Eſt autem propoſitio dialectica interrogatio
probabilis.] Iuniores verbum probabilis in genitiuo legũt, vt ſit ſenſus, dialectica propoſitio eſt inter-
rogatio eius quod eſt probabile: mouentur ex eo, quoniã probabile eſt determinatũ ad alterã contra-
D dictionis partem: interrogatio vero, non. Quæ expoſitio eſt contra verba Græca, ſcribitur enim
ἐρώτησις ἔνδοξος, vbi conſtat verbũ probabilis in græco codice legi in nominatiuo, vt ſit ſenſus, pro-
poſitio dialectica eſt interrogatio probata: & quoniã probatũ eſſe poteſt, quod in ſe veriſſimũ, & ne-
ceſſarium eſt, ſubſcribit, probata [aut omnibus] vt innuat primum gradum propoſitionum dialectica-
rum [aut plurimis,] qualis eſt ſecũdus gradus dialecticarũ propoſitionũ, [aut ſapientibus, & his vel o-
mnibus,] qualis eſt tertius gradus dialecticarũ propoſitionũ, [vel plurimis ſapiẽtibus] qualis eſt quar-
tus gradus [vel maxime famigeratis] qualis eſt quintus dialecticarũ propoſitionũ gradus. & addit, [&
non inopinabilis] cuius cauſa eſt, quoniã non omnis propoſitio, quæ apparet maxime famigeratis erit
probabilis. oportet enim vt appareat maxime famigeratis, & nõ ſit contra opinionẽ cõmunem mul-
torum. Sunt enim aliquæ propoſitiones probatæ à maxime famigeratis, quæ ſi nec ſint cõtra opinio-
nem multorum, nec ſecundum opinionẽ multorum, probabiles erunt: at vbi erunt contra multorum
opinionem, nõ erunt abſolute probabiles, ſed ſolũ ſectatoribus eorum ſapientiũ, quorum ſunt propo-

ſitiones probabiles.verbi cauſa,hęc propoſitio,nihil fit ex nihilo,apud Ariſtotelem probata eſt,& erit E
probabilis omnibus ſectatoribus Ariſtotelis, non tamen ſimpliciter probabilis, quoniam eſt contra
opinionem multorum.Eſt enim cõtra veritatẽ chriſtianam & iudaicã, &mahumetanam.& hoc di-
cit,[Ponet enim aliquis,quod videtur ſapientibus]vt propoſitionẽ dialecticam,[niſi id contrariũ ſit]
expreſſe[multorũ opinionibus.]nã in hoc caſu illa propoſitio erit probabilis ſecũdum quid,quoniam
ſolũ in ſecta eorum ſapientiũ,à quibus propoſitio probata eſt, nõ autẽ ſimpliciter ab omnibus.In hac
definitione ponitur interrogatio loco generis, quoniã omnis dialectica propoſitio eſt interrogatio:&
nõ ẽ cõuerſo:nam(vt Alex.& Eudemus dixerunt,)ſunt nõnullę interrogationes,quæ quæruntur,nõ
vt habeatur cõſenſus reſpondentis,ex quo poſtea ſyllogizẽt:ſed diſcẽdi gratia,cũ aſſignata eſt defini-
tio,& quæritur de proprijs accidentibus rei definitæ:aut cũ quæritur de ſubſtantia, ac rei definitione.
vt definito igne, hæc interrogatio fieri ſolet,quis ſecundũ naturã ignis motus eſt,aut quid accidit So-
crati: vel definito accidente,quæritur aliquando,cui accidat,vt definito ipſo diſcere,quæritur,cui ac-
cidat.hæc eſt vna ſpecies interrogationis ſcientificæ. ¶ Amplius quæritur aliquando, quid eſt homo,
vbi quæritur definitio hominis,& eſt ſecunda ſpecies interrogationis ſcientificæ.ſunt & aliæ,vt ſecũ-
do poſteriorum patet.At tertia ſpecies inte[illegible]rogationis eſt,quando aliquis,interrogat de propoſitione,
petens de ea cõſenſum reſpõdentis,quæ eſt altera pars contradictionis,vt putas ne mundus eſt ſphæ- F
ricus. Adhuc ſicut nõ omnis interrogatio eſt propoſitio dialectica:ita etiã nõ omnis propoſitio eſt in
terrogatio:ſunt enim propoſitionũ aliæ immediatę & primæ,vt demõſtratiuæ:alię litigioſę,ac ſophi-
ſticę:aliæ vero dialecticæ,quales ſunt probabiles:& tales ſunt omnes interrogationes. ¶ Quęres for-
taſſe,ſit aliqua propoſitio probata à ſapientibus,vt ex nihilo nihil fieri,&ſit contra multorũ opinionẽ,
vtrum ſit ſumẽda vt propoſitio dialectica.Alexan.verba Ariſt. conſiderando,dicit ꝙ non:nã Ariſt.
dicendo propoſitionẽ probabilẽ eſſe,quę apparet maxime famigeratis,ſubſcribit,[& nõ inopinabilis]
hoc eſt propoſitio probata à ſapientibus erit dialectica propoſitio,& abſolute probabilis,modo nõ ſit
inopinabilis,hoc eſt contra multorum opinionẽ:nã vbi opinio multorum pugnat,illa propoſitio,quę
multorum conſenſu probata eſt,erit magis probabilis.multorum enim ſapientum eſt,ꝙ ſanitas nõ ſit
bonum,quia vero eſt contra opinionẽ multorum,nullus hanc vt probabilẽ diceret,quoniã eſt contra
opinionẽ multorum. Quòd enim ens eſt immobile & vnũ,eſt Parmenidis:& ꝙ contraria ſint eadẽ,
Heracliti:& ꝙ nõ eſt cõtradicere,eſt Antiſthenis:poſitiones quidẽ ſunt apud hoſce,nõ tamen diale-
cticę propoſitiones. ¶ Sed quęritur,vtrum dialectica propoſitio ſit interrogatio:& videtur ꝙ non:nã
omnis interrogatio inter extrema contradictoria vertitur,propoſitio autẽ nõ:cũ ſit propoſitio maior,
vel minor ſyllogiſmi dialectici,quæ eſt altera pars cõtradictionis.Præterea,omnis propoſitio eſt vera
vel falſa:at interrogatio,nec vera,nec falſa eſt.Ad hæc interrogatio eſt actus animæ interrogãtis,pro- G
poſitio autẽ eſt res interrogata,ſiue oratio interrogata,igitur nõ eſt interrogatio.Pro dilucidatione au-
tem accipiendum primo,interogationẽ bifariam accipi poſſe aut pro motu animæ:quo anima in diſ-
putatione interrogat:& pro cõplexo per verbũ copulato:cuius conſenſus petitur a reſpondente,ſecũ-
do modo.idẽ eſt interrogatio,quod propoſitio interrogata.primo vero modo eſt actus intellectus cõ
poſitiuus vel diuiſiuus,quo propoſitio ipſa interrogatur, vtrum vero ſint, quæſtio eſt præter hunc li-
brum. Secũdo accipiendũ vnã & eandem propoſitionẽ eſſe vni conſenſum, alteri vero dubitationẽ:
nam propoſitio quã proponit opponens,quãq; interrogat,opponenti quidẽ altera pars cõtradictio-
nis eſt,reſpõdenti vero dubitatiovidetur.Tertio accipiamus dialecticã propoſitionem eſſe orationem
cõpoſitam ex ſubiecto & prædicato,atq; interrogandi ſigno,vt hæc,putaſne mater omnis diligit filiũ
ſuum,vel hæc propoſitio,omne bonũ eſt indolẽs.Signa quidẽ interrogãdi ſunt propono,& putas ne.
Propoſitio vero,quæ eſt oratio ex ſubiecto,& prædicato,eſt,omnis mater diligit filiũ ſuum, & omne
bonũ eſt indolens : propoſitio autẽ interrogata erit,propono tibi,omne bonũ eſt indolens,quæ oppo
nẽti ac interrogan ti propoſitio eſt,quę in mente ſua eſt actu ſyllogiſmi maior,vel minor. Reſpondẽti
vero eſt propoſitio,quę potentia eſt maior,aut minor,natura:captato reſpondentis conſenſu,erit op-
ponenti,& reſpondẽti ſyllogiſtica propoſitio. ¶ Ex ijs colligitur dialecticam propoſitionẽ eſſe inter- H
rogationem, que vertitur inter contradictoria, magis tamen ad vnam quàm ad alteram partẽ prola-
pſa,quoniam ad illam,quam interrogans explicat.Problema vero vertitur inter cõtradictoria vel cõ-
traria, in quo vtra explicantur:nã quęſtio,quæ pro vtraq; ſui parte argumenta habet,problema dici-
tur,vt vtrũ mundus ſit æternus,aut nõ. ¶ Ex ijs patet quid ſit dialectica propoſitio.Eſt enim interro
gatio, hoc eſt propoſitio interrogata, quæ aut omnibus videtur probata, aut pluribus, aut ſapiẽtibus.
Obiecta vero nulla ſunt:primũ quidem nihil eſt,quoniã propoſitio dialectica propoſitio interrogata
eſt inter contradictoria,licet ſit prolapſa ad alterã partem,quã quærit opponẽs.Secundum etiam re-
fellitur.nam dialectica propoſitio vera vel falſa eſt,pro altera ſui parte,nõ tamen patet ad conſenſum
reſpondentis quæ pars ſit vera, cum pars quæſita apud ipſum dubia ſit.tertium reprobatũ eſt,quoniã
hic interrogatio pro propoſitione interrogata accipitur.

56 Sunt autem propoſitiones dialecticæ, & ea, quæ probabilibus ſunt

A ſimilia:& contraria iis,quæ videntur probabilia,ſecundum tamen con-
tradictionem protenſa , & quæcunque opiniones ſunt ſecundum artes
inuentas.Si enim probabile eſt eandem eſſe contrariorum diſciplinam,
& ſenſum eundem eſſe contrariorum,probabile apparebit: & ſi vnam
numero grammaticam eſſe , & tibicinariam vnam:ſi autem plures grã-
maticas,& plures tibicinarias. Omnia enim ſimilia, & cognata vidẽtur
hæc eſſe. Similiter autem & ea, quæ probabilibus ſunt contraria ſecuu-
dum contradictionem protenſa,probabilia videntur.Si enim probabile
eſt, quoniam oportet amicis benefacere, & quoniam non oportet ami-
cis malefacere, probabile eſt. Eſt autem contrarium quidem , quoniam
B oportet malefacere amicis:ſecundum cõtradictionem autem, quoniam
non oportet amicis malefacere.Similiter autem & ſi oportet amicis be-
nefacere , inimicis non oportet. Eſt enim hoc ſecundum contradictio-
nem contrarium.ſimiliter autem & in aliis.

Cum determinaſſet,quæ ſit propoſitio dialectica principalis,ac primaria,hic declarat propoſitio-
nem dialecticam ſecundariam.Dicitur autem dialectica propoſitio principalis,ac primaria, quæ per
ſeipſam eſt interrogatio probabilis,& non ratione ſimilitudinis,nec ratione contrarietatis.Secundaria
vero dicitur , quæ probabilis eſt , quia eſt ſimilis propoſitio principaliter probabili : & quia contra-
ria ſecundum contradictionem enunciata : & quia contraria econtrario protenſa : & quæ ſecundum
inuentas artes eſt probabilis.Quare quinque modis propoſitio probabilis eſt,vno modo,quæ ſecun-
dum ſe probabilis eſt.ſecundo modo,quæ eſt per ſimilitudinẽ ad probabilẽ,quæ eſt ſecundum ſe pro-
babilis. tertio,quæ eſt probabili cõtraria ſecundũ contradictionẽ protenſa.quarto,quæ eſt probabilis,
quia cõtraria econtrario protẽſa.quinto eſt, ea quæ eſt probabilis ſecundũ inuẽtas artes. primo modo
propoſitio dicitur probabilis in ſe,& principaliter, ac primarie:alijs autem modis omnibus ſecũdario
probabilis dicitur.Ariſt.igitur cũ dixiſſet de primis,nunc de ſecũdario probabilibus vult exponere. Et
C primo proponit diuiſionẽ, & dicit,[Sunt autẽ propoſitiones dialecticæ]vltra principales, quæ dictæ
ſunt,[& ea quæ probabilibus ſunt ſimilia,& cõtraria ijs, quæ vidẽtur eſſe probabilia, ſecũdum tamen
contradictionẽ protenſa,]hoc eſt probata,ac enunciata, [& quæcũq; opiniones ſunt ſecundũ inuẽtas
artes,]& poteſt addi modus quartus,vt ipſe addet,eorũ,quæ ſunt contraria probabilibus ſecundũ cõ-
trarietatẽ. Erit igitur propoſitio dialectica probabilis quatripliciter:nã alia eſt probabilis , quia eſt per
aliquod ſimile alicui probabili per ſe.Alia eſt probabilis quoniã aſſumitur cõtrariũ alicuius per ſe pro-
babilis cũ cõtradictione vel negatione. Alia eſt probabilis,quia accipit cõtrariũ alicuius per ſe proba-
bilis cũ contrarietate.Alia eſt probabilis propter opinionẽ alicuius experti in aliqua arte,qui probatus
eſt in illa.❡Ex ijs ſequitur quid ſit propoſitio dialectica principaliter probabilis.Eſt enim aut quę eſt
probabilis,ac probata ab omnibus,aut à plurimis, aut à ſapientibus , vt per inductionẽ vel alio modo
probata,vt cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina:hæc enim probatur,quoniã medicinalis eſt ſalubriũ & inſa-
lubriũ,& arithmetica pariũ& impariũ,& ſic de cæteris.Deinde exponit,quæ ſit propoſitio dialectica
probabilis propter analogiã atq; ſimilitudinẽ,& dicit,[Si enim probabile eſt eandẽ eſſe cõtrariorũ di-
ſciplinã,& ſenſum eundẽ eſſe contrariorũ probabile apparebit.]Quòd autẽ probabile ſit eandem eſſe
cõtrariorũ diſciplinã,manifeſtũ eſt inductione. Quòd autẽ ita ſit de ſenſu reſpectu cõtrariorũ, patet:
D quoniã vt ſcientia ad ſcibilia ſe habet, & ſenſus ad ſenſibilia ſe habebit . Vtrũq; enim horũ indiciũ eſt
eorũ,quæ ſub ipſis ſunt.Amplius,ſenſus eſt ſub habitu,& ſcientia etiã.Ad hæc,ſenſus ad aliquid eſt,&
ſciẽtia etiã.❡Quod autẽ ad exẽplum attinet,vt recte Alex. animaduertit,manifeſtius eſt ſenſum eſſe
cõtrariorum quàm ſcientiã:verũ Ariſt.accepit pro exemplo,cuius nõ veritas quæritur , ſed expoſitio.
Deinde ponit aliud exẽplum in eodẽ genere probabiliũ,& dicit,[Et ſi vnã numero grãmaticam eſſe]
probabile eſt.[& tibicinariã,]vnã erit probabile.[Si autẽ plures grãmaticas]eſſe probabile eſt,[& plu
res tibicinarias]eſſe probabile erit.cuius cauſam dicit,[Omnia enim ſimilia & cognata videntur eſſe]
hæc quæ dicta ſunt,quoniã ſunt ſpecies ſub eodẽ genere . Hic eſt primus modus propoſitionũ diale-
cticarũ probabiliũ,quæ dicuntur per analogiã,ac ſimilitudinẽ probabiles,quoniam ſunt ſimiles alicui
propoſitioni ſecundũ ſe probabili.Deinde exponit aliũ modũ,& dicit,[Similiter autẽ & ea probabilia
vidẽtur,quæcũq; probabilibus ſunt cõtraria ſecundũ contradictionẽ protẽſa]ac enunciata. ❡Quod
vero ad verba attinet,animaduerte Ariſtotelem nõ accepiſſe contraria,vt in libro de interpretatione,

quales ſunt vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua ex eiſdē ſubiectis, ac prædicatis cōpoſitę, vt E omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus. Intelligit igitur p cōtrarias, quarũ aut ſubiecta, aut prędicata, aut vtraq; ſunt cōtraria. Exēplũ primi eſt, albũ currit, nigrũ currit. Hæ enim ratione ſubiectorũ cōtrariæ dicuntur. Exēplum ſecundi, equus currit, equus quieſcit. hæ enim cōtrariæ ſunt ratione prædicatorum. Exēplum tertij, albũ currit: nigrum quieſcit. hæ enim dicuntur cōtrariæ ratione ſubiecti & prædicati. Et per cōtrarias ſecundũ contradictionē protenſas intelligit propoſitiones de ſubiectis, vel prædicatis, aut de vtriſq; cōtrarias, ſecundũ negationē enunciatas: quarũ quidē primum exēplum eſt, Album currit, non nigrum currit: hæ enim ratione ſubiectorũ contrariæ ſunt, ratione vero negationis cōtradictorię, cũ altera affirmatiua, altera negatiua ſit. Exēplũ vero ſecũdũ, albũ currit, nō albũ quieſcit. Hæ enim ratione prædicatorũ contrariæ ſunt, propter negationē vero ſecundum contradictionē dicuntur prolatæ. Exēplum vero tertiũ, album currit, non nigrum quieſcit. Sunt enim hæ ratione extremorum vtrorũq; contrariæ, propter negationē autē ſecundum contradictionē protenſę. Affert igitur Ariſt. exēpla, & dicit, [Si enim probabile eſt, quoniã oportet amicis benefacere, & quoniã nō oportet amicis malefacere, probabile eſt. Eſt autē contrariũ quidē, quoniam oportet malefacere amicis. malefacere enim ipſi benefacere contrarium eſt. igitur ſunt cōtrariæ ratione prædicatorũ,]ſecundum cōtradictionē[autem protenſę, [quoniã nō oportet amicis malefacere,]quoniam oportet & nō oportet F ſecundum contradictionē ſunt. Hæ igitur ſunt contrariæ ſecundum prędicata, ſed ſecundum contradictionem protenſæ. Deinde aſſignat exēplum ſecundũ, & dicit,]Similiter autē ſi oportet amicis benefacere, inimicis non oportet]ſubaudi benefacere. Hę enim ſunt contrarię ex parte ſubiectorũ: ſecũdum tamē cōtradictionem protenſę. quarum prima per ſe probabilis eſt, ſecunda autē, quia eſt ei cōtraria ſecundum contradictionē protenſa. Et ideó ſubdit, [eſt autē & hoc ſecundum contradictionem contrarium]ſubaudi ſubiectorum. [nã contrariũ eſt, quoniam oportet inimicis benefacere. & videlicet, oportet amicis benefacere, ſecundum tamen contradictionē enunciatũ. [ſimiliter autē & in alijs,] exēplis poteſt deduci, quæ breuitatis cauſa ſubticuit. ¶ Cauſa autē probabilitatis exponit Alex. nam ſi eſt probabile amicis benefacere, non poteſt eſſe probabile contrarium: nam ſi alterum contrariorum fuerit probabile, nō eſt rationi conſentaneum, vt alterum etiã ſit probabile: quare negatio cōtrarij erit probabilis. Hæc regula vniuerſalis eſt, & maxima duorum contrariorum ſi alterum eſt probabile, negatio alterius erit probabilis. Tacuit autem contrariam de vtroq; extremo ſecundum negationē protenſam, quoniam hæc non eſt probabilis ſecundariæ, quia non dicit ordinem ad aliquam probabilem ſecundum ſe.

57 Probabile autem & in ſimilitudinē. apparet etiam contrarium de G contrario, vt ſi oportet amicis benefacere, & inimicis oportet male. Apparebit enim & contrarium hoc quod eſt amicis benefacere ei, quod eſt inimicis male. Vtrum autem ſecundum veritatem ſe habeat, vel non, in iis quæ de contrario dicentur, oſtendetur.

Hic aſſignat quartum genus propoſitionũ probabilium, quod etiã per ſimilitudinē eſt, vt ſi probabile eſt aliquod prædicatum ineſſe alicui ſubiecto, probabile erit contrariũ prædicatum ineſſe contrario ſubiecto, & dicit, [Probabile autē & ſimilitudine apparet etiã contrariũ de contrario.]ſi enim aliquod prædicatum probabile eſt ineſſe alicui ſubiecto, probabile erit contrarium prædicatũ ineſſe cōtrario ſubiecto, [vt ſi oportet amicis benefacere,]fueritq; probabile: [& inimicis oportet malefacere,] & probabile erit. Reddit cauſam, & dicit, [Apparebit enim & contrarium hoc, quod eſt amicis benefacere, ei, quod eſt inimicis malefacere:]apparebit dico contrarium de contrario: hęc enim amicis benefacere, & inimicis malefacere apparent contraria. [Vtrum tamen ſecundum veritatē ſe habeat]ita vt ſint vere contraria, [vel non, in ijs, quæ de contrario dicentur, oſtendetur]videlicet ſecundo huius. ¶ Quod ad verba attinet, hæc dicuntur per ſimilitudinē, & apparenter contraria: per ſimilitudinem H quidem, quoniã ſecundum proportionē, quoniam ita benefacere ad amicos ſe habet, vt malefacere ad inimicos: quare ſi id eſt probabile, & hoc erit probabile. apparent autē cōtraria, quoniã benefacere, & malefacere contraria ſunt: non tamen ſunt contraria, quando cum contrarijs coniunguntur. Verum de ijs dicet libro ſecundo huius: & dictum eſt libro periherme. differt autem hoc probabile tertio modo à primo, quoniam illud fuit ſecundum ſimilitudinem, hoc autem eſt ſecundum proportionem.

58 Palam autem quoniam & quæcunque opiniones ſecundum artes ſunt dialecticę propoſitiones ſunt. Ponet enim aliquis ea, quæ videntur iis, qui in eis probati ſunt, vt de iis quidem, quę in geometria, vt geometer, de illis autem, quæ in medicinali, medicus.

Nunc ponit propoſitionem probabilē quarto modo, & dicit, [Palam autē quoniam & quæcũque

A opiniones secundum artes sunt, dialecticæ propositiones sunt,] cuius rationem assignãs, dicit, [Ponet enim aliquis ea: quæ videntur ijs, qui in eis probati sunt: vt de ijs quidem, quæ in geometria] ea ponet quę ponit [medicus] inuenta itaq; arca artis, quæ ponunt periti in talibus artibus (vt Alex. inquit) sunt propositiones probabiles, quoniam qui ea ponunt, probati sunt: & quia probati sunt, credũtur probabilia esse, quæ ipsi ponunt: nam communis opinio est, vt qui nescit aliquam rem, credat ex parte sapientibus in ea re. vnde in medicinali, ea, quæ Hippocrates ponit in aphorismis, probabilia sunt: vt illud, labores spontanei indicant morbos: & illud, humidæ diætæ conueniunt febricitantibus. Amplius in geometria ea, quæ Euclides ponit, probabilia sunt, vt illud, tres anguli trianguli duobus rectis sunt æquales: & illud, supra datã lineã contingit triangulum ęquilaterũ collocare, & cętera id genus, & non intelligit Arist. has inuentiones, quæ secundum scientias sunt, aut artes esse probabiles, & nõ demonstratiuas, quoniam sunt demonstratiuæ: sed dicit hęc, quoniã multi concederent huiusmodi propositiones ab his inuentas, etiam si non fuerint demonstratæ: quoniam communis opinio est, vt nesciẽtes rem aliquam, credant expertis in ea re, vt medicis in medicinalibus, & in geometricis, geometris. Sed videtur ꝙ talia sint probabilia secundum se, quoniã sapientibus videntur. Potest dici hæc, vna ratione esse probabilia secundum se, quatenus videntur sapientibus. probabilia autẽ per accidens, qua-
B tenus probantur solis auctoritatibus expertorum in talibus. Nõ enim de se sunt probata, sed quatenus probati sunt, qui ea ponunt: & sic eadem sunt probabilia secundum se, & probabilia secundum aliud. hæc enim probabilia sunt secũdum se, quoniam non sunt probata propter aliud probabile, cui sunt similia, aut contraria secundum negationem protensa, aut secundum cõtrarietatem enunciata: sunt tamen probabilia propter aliud, quoniam qui ea ponit, est communiter probatus in arte, in qua ponũtur: quare & propter aliud probabilia sunt. Hic possunt quatuor loca annotari, videlicet à simili, à cõtrario secundum negationem enunciato, à contrario secundum proportionẽ de contrario enunciato, & ab inuentis opinionibus secundum artes, quæ non curo exponere, quoniam postea repetentur.

¶ DE PROBLEMATIBVS DIALECTICIS.

59 Problema autem dialecticum est speculatio intendens vel ad electionem & fugam, vel ad veritatem & cognitionem, aut per se, aut vt amminiculans ad aliquid aliud taliũ, de quo aut neutro modo opinantur, aut contrariæ plerique sapientibus, aut sapientes plerisque, aut vtrique iidem eisdem.

C Cum dixisset de dialectica propositione, nunc de problematæ dialectico: ordinis autem causa est, quoniã propositiones ordine doctrinę controuersionibus priores sunt. Definit autẽ simul problema, & in species diuidit (vt Alexander inquit) & quidẽ non iniuria: nam vt Alexan. inquit in libro priorũ, & in libro de interpretatione, cũ genus fuerit æquiuocum, aut analogum, nullã habẽs naturam præter specierũ naturas, simul definitur: per species diuiditur. Diuiditur autẽ problema, aut ex parte finis, quæ diuisio est ex parte rei, aut ex parte nostrâ: si ex parte finis, sic est triplex morale, cuius finis est electio boni, & fuga mali. Aut naturale, cuius finis est veritas, & cognitio, quod est aut physicum, aut mathematicum, aut metaphysicum. Aut est rationale, quod est logicũ, quod est aut rhetoricum, quod quæritur gratia moralium problematum: quærimus enim ex quibus est exẽplum, aut enthymema, & quid sit locus: & propositio rhetorica non propter se, sed vt his vtamur ad problematum moraliũ disputationem. Aut est analyticum problema, vt cum in prioribus quæritur de conuersione, & syllogistica, & asyllogistica coniuiugatione. Hæc enim non quæruntur per se, sed quia seruiunt ad disputationẽ, quæ fit de problematibus naturalibus. At si diuiditur ex parte nostra, etiam quadruplex, aut quoniã neutro modo opinãtur, aut de eo vulgares sapientibus aduersantur, aut sapiẽtes vulgaribus, aut de eo vulgares vulgaribus, vel sapientes, sapientibus aduersantur. Arist. igitur simul problema ipsum dialecticum de-
D scribẽs in species dissecuit, & dicit, [Problema autẽ dialecticum, est speculatio intendens] hoc est quęsitum propositum in controuersia (vt Alexãder exponit). [vel ad electionẽ] boni, [& fugam] mali, & hoc est problema morale & de hoc agitur in cõsilijs, & cõtionibus, & in cæteris disputationibus moralibus, [vel ad veritatẽ & cognitionem] & hoc est problema naturale: quod est triplex. s. metaphysicum, physicum, & mathematicum, [aut per se, aut vt amminaculans ad aliquid aliud taliũ,] vt rhetorica & analytica problemata, quæ non per se, sed horum gratia quæruntur. vnde vt Alexã. annotauit, per hæc Arist. aperte declarauit logicã esse instrumentum cæterarum scientiarum, quo vtimur in alijs scientijs: quoniam quæ in ea quærimus, non per se quærimus, vt illa sciamus, sed vt eis vtamur in alijs scientijs. Deinde addit diuisionẽ ex parte nostra, & dicit, [De quo aut neutro modo opinantur] & est primũ mẽbrum, [aut cõtrarię sapientibus pleriq;] hoc est vulgares opinãtur, [aut] contrarie [plerisq;] opinantur [sapientes, aut vtrique ijdem eisdem] hoc est sapientes sapientibus, vel vulgaribus vulgares opinantur. igitur problema diuisione sumpta ex parte nostra erit quadruplex. ¶ Quæres fortasse, cum dialectica propositio & problema sint idem, & circa idem, cur non diuisit ac descripsit propositionẽ

dialecticam per moralem, naturalem, & logicam: & etiam ex parte nostra in quadruplicem, vt fecit E
de ipso problemate. ¶ Assignauit huius rei causam Alexander, si verba eius recte percepi, quoniam
propositio cõsideratur vt probabilis: problema, vt quæsitum. & quoniam probabile vt probabile nõ
intelligit nisi respectu nostri, ac respectu consensus hominum, quæsitum vero respectu materiæ, ideo
his diuisionibus in propositis dialecticę ratione non est vsus. ¶ Quod vero ad verba attinet, nõnulli
sic legunt [problema autem est speculatio dialectica] hoc est proposita in cõtrouersia, & disputatio-
ne. Alexander autem legit modo quo diximus, cui est credendum: quoniam cum prius propositionẽ
dialecticam descripsisset, consentaneum est, vt describat problema dialecticum. Hæc de definitione.

60 Quędam enim problematum vtile est scire tantum ad eligendum,
vel fugiendum, vt vtrum voluptas sit eligenda, aut non: quædam autem
ad sciendum tantum, vt vtrum mundus æternus sit aut non. Quædam
vero ipsa per se quidem ad neutrum horum, adminiculantia autẽ sunt
ad aliqua talia. Pleraq; enim ipsa per se quidẽ non volumus cognoscere, F
sed aliorum gratia, vt per illa aliud quippiam cognoscamus. Sunt autem
problemata & de quibus contrarii sunt syllogismi. Dubitationem enim
habent, vtrum sic se habent, an non sic: eo quòd de vtrisq; sunt rationes
suasibiles. Et de quibus rationem non habemus, cum sint magna, diffi-
cile arbitrantes esse propter quid assignare, vt vtrum mundus sit æter-
nus, aut non: nam huiusmodi quæret aliquis, problemata ergo & pro-
positiones (vt dictum est) determinata sint.

Nunc declarat ea quę sunt posita in definitione, & primo declarat mẽbra diuisionis problematis,
quæ accipitur ex parte finis. secundo ibi, [Sunt autẽ problemata] declarat mẽbra diuisionis, quæ acci-
pitur ex parte nostra. De prima parte declarat tria mẽbra, & primo per exẽplum exponit quid sit pro-
blema morale, & dicit, [Quędam enim problematũ vtile est scire tantum ad eligendum] bonum [vel
fugiendum] malum, [vt vtrũ voluptas sit eligenda an non,] hoc est problema morale, quod quæritur
non vt sciamus, sed vt boni fiamus. Deinde exponit problema naturale, & dicit, [Quædã autem ad G
sciendum tantũ] verbi causa, in naturali philosophia, [vt vtrũ mũdus æternus sit, an nõ,] in metaphy-
sica, vt quæsiuit Protagoras vtrum dij sint, aut non. in mathematicis, vtrum stellæ sint pares vel im-
pares, quod quærit in astrologia. aut vtrum diameter sit cõmensurabilis costæ, an non. Deinde expo-
nit problemata logica, quæ quæruntur in logica, & dicit, [quædam vero ipsa per se quidẽ ad neutrum
horum] quæruntur, [adminiculantia autem sunt ad aliqua talium] vt ea problemata, quæ quæruntur
in logica: vt vtrũ quatuor sint oppositiones an nõ. vtrum figuræ sint tres, an non. Assignat causam, &
dicit, [Pleraq; enim ipsa quædã per se nõ volumus cognoscere, sed aliorũ gratia, vt per illa aliud quip-
piam, aut in morali philosophia, aut in naturali [cognoscamus.] non enim finis logicæ est vt sciamus
ea, quæ quæruntur in logica, sed vt illis vtamur in alijs scientiis. Est enim logica, vt Alexan. annotauit
organum sciendi, non sciẽtia propter se. Deinde declarat mẽbra diuisionis problematis, quæ accipitur
ex parte nostra, & dicit [Sũt autem problemata] vno modo [& de quibus cõtrarii sunt syllogismi] pro
vtraq; parte, & hoc exponit, & dicit, [Dubitationẽ enim habent, vtrũ sic se habent, an nõ. sic eo ꝙ de
vtrisq;] hoc est vtraque parte [sunt rationes suasibiles] sunt dico rationes suasibiles spectãtes ad genus
scientiæ, cuius sunt: & quia sunt rationes suasibiles in scientia, cuius sunt, ideo aliquando vulgares cum
vulgaribus econtrario se habent, & sapientes cum sapientibus, & aliquando sapientes cum vulgaribus H
econtrario se habent. deinde exponit problemata, de quibus neutro modo opinantur: quia nõ sunt ra-
tiones in scientia cuius sunt, rationes accipiuntur in dialectica. & dicit, [&] subaudi sunt alia proble-
mata, [de quibus rationem non habemus] in ea scientia cuius sunt, [cum sint magna, difficile arbitrã-
tes esse propter quid assignare, vt vtrum mundus sit æternus, aut nõ. nã huiusmodi quęreret aliquis in
naturali philosophia, sed nõ habet rationes naturales pro vtraque parte, sed occipit eas ex logica. De-
mum epilogat, & dicit, [Problemata ergo & propositiones (vt dictũ est) determinata sint.] hęc Arist.
ex quibus potest colligi hæc diuisio, ꝙ problemata sint alia, de quibus neutro modo opinãtur, alia de
quibus sunt contrariæ opiniones: eorũ vero quorum opiniones contrariæ sunt, alia sunt, in quibus sa-
pientes, & vulgares econtrario se habent, illa in quibus vulgares cum vulgaribus: alia in quibus sapiẽ-
tes cũ sapiẽtibus cõtrarie se habẽt in opinionibus. problemata de quibus neutro modo opinãtur: sunt,
quorum in scientia cuius sunt, nõ sunt rationes pro vtraque parte: sed adducuntur rationes ex logica.
verbi causa, in naturali philosophia, vtrũ stellę sint pares, an nõ. nõ enim in naturali philosophia habe-

A mus rationes pro vtraque parte, sed à logica eas accipimus, probamus enim pares esse, ex logica sic, quod in numeris est optimum, est stellis peculiare. Par est in numeris optimum, igitur peculiare est stellis. Impares vero ex logica sic, quod in virtutibus est optimum in stellis peculiare est, impar in virtutibus est optimum, igitur peculiare est stellis. Amplius, problema neutrum est, vtrum mundus sit æternus, an non: & vtrum sphæricus, an non. Non enim pro vtraque parte argumẽtatur philosophus naturalis, sed dialecticus. Amplius in morali problemata de quibus neutro modo opinãtur sunt, vt vtrum virtutes sint connexæ, an non, & vtrum virtutes sint in parte rationali animæ, an in parte concupiscibili. hæc enim neutra sunt, quoniam pro vtraque parte ex dialecticis argumentamur. Adhuc in logica problemata neutra sunt, vt vtrum quatuor sint oppositiones, an non, vtrũ sint tres figuræ, an non. horum enim non sunt rationes pro vtraque parte, nisi ex dialectica. Problemata vero, de quibus sunt opiniones contrariæ, sunt quidẽ in quibus vulgares & sapientes differunt, vt vtrũ bona animi magis quàm corporis bona eligenda, an nõ, & vtrum voluptas sit maximum bonorum, an non. Nam vulgares bona corporis & fortunæ eligibiliora esse opinautur, sapientes contra. Amplius, esse maximum bonorum vulgares, sapientes contra opinantur, in quibus vulgares à vulgaribus differunt: vt vtrum vires magis q̃ diuitiæ sint eligibiles, an non, in quibus sapientes a sapientibus: vt vtrum animus sit mortalsi, an non v trum vacuum sit, an non. ¶ Sed occurres, quoniam illud proble-
B ma, vtrum mundus sit æternus, an non, non videtur problema, de quo neutro modo opinamur, quoniam est problema naturale, de quo Platonici aliter, & Peripatetici aliter opinantur & contrario modo inter se. ¶ Dicendum, ꝙ licet de eo contrarie opinentur, tamen non opinantur contrarie per rationes naturales, sed per dialecticas rationes. Et ideo dicitur problema neutrũ neutralitate argumentorum naturalium. At problema, de quo contrarie opinantur, est de quo sunt opiniones cõtrarie per rationes oppositas, quæ spectant ad eam scientiam, cuius est. Istud est problema neutrũ in metaphysica, vtrum dij sint an non, quoniam non sunt rationes pro vtraque parte spectãtes ad metaphysicã, sed ad alias scientias, vnde Protagoras sophista per sophisticas rationes neutro modo opinabatur de illo problemate. Hæc de problematibus.

¶ DE POSITIONE.

61 **Positio autem est opinio * extranea alicuius * famigeratorũ in philosophia, vt quoniam non est contradicere, quemadmodum dixit An-**
C **tisthenes: aut quoniam omnia mouentur, secundum Heraclitũ, aut quoniam vnum est ens, quemadmodum Melissus dixit.**

* παράδοξος admirabilis.
* γνωρίμων notiorum.

Cum dixisset de problemate, nunc dicit de positione, quæ est quędam problematis species. Sumitur enim positio multifariam (vt Ammonius inquit) libro de interpretatione, nam vno modo positio est vnum decem prædicamentorum. Alio modo positio est propositio immediata, qua non est altera prior, cuius duæ sunt species, videlicet suppositio, & definitio. Alio modo positio accipitur pro quacunque responsione cuiuscunque respondentis. Quarto verò modo recipitur pro opinione, quæ est contra consensum multorum, alicuius tamen philosophi eorum, qui sunt noti in philosophia, vel aliqua arte: & hoc quarto modo eam describit, & inquit, [Positio autem est opinio alicuius famigeratorum in philosophia extranea] tamen hoc est contra consensum multorũ: & hãc exponit exemplis, & dicit, [Vt quoniam non est contradicere, quemadmodum dixit Antisthenes,] qui tenebat contradictionem nihil esse. [Aut quoniam omnia mouentur, secundũ Heraclitum,] qui dixit oĩa moueri, & nihil quiescere. [aut quoniã vnum est ens, quemodmodũ Melissus dixit,] & Parmenides, qui dixerunt omnia esse vnum ens. Zeno vero dixit, nihil moueri, Chrysippus dixit sanitatẽ esse opti-
D mum. Omnes enim hæ positiones sunt, quoniam sunt opiniones alicuius sapientis, vel aliquorum sapientum notorum in philosophia, contra tamen cõsensum multorum.

62 **Nam de quouis contraria opinionibus proferente, curá habere stultum est.**

Hic locus vno modo exponitur, vt dicamus Aristotelem soluere tacitam quæstionem: nam cum opiniones extraneæ talium sapientum habeant argumenta, quibus probarunt huiusmodi positiões, posset quis dicere, cur tu Aristoteles non adduxisti illa argumenta, & soluere illa enixus es? Respondet igitur Aristoteles, & dicit, [Nam de quouis proferente contraria opinionibus] multorum [curam habere stultum est,] non adduxit igitur argumenta opinionum, ne stultitiæ notam incurreret. Alij exponunt Aristotelem reddere causam, cur positio debeat esse opinio extranea eorum qui in philosophia sunt famigerati. quasi dicat, diximus [famigeratorum,] quoniam si aliquis stultus proferat contrarium opinionibus multorum, non debemus curare, sed si sapiens poneret

contrarium opinioni multorum, est curandum. Melius autem dico Aristotelem velle asignare causam, cur positio extranea alicuius sapientis sit problema dignũ quæsito, & vult hoc esse propter auctorem, qui in philosophia est famigeratus. nã licet talis positio extranea per se non sit problema dignum quæsito, tamen propter authoris celebritatem est dignum quæri. nam (vt inquit) [de quouis proferente contraria opinionibus] multorum [curam habere, stultum est,] non autem de sapiente cõtraria opinionibus proferente, est stultum curam habere. E

63 Aut de quibus rationem habemus contrariam opinionibus, vt quoniam non omne, quod est, vel factum est, vel ęternum, quemadmodum sophistæ dicunt. Nam musicum vel grammaticum esse, neque factum, neque esse æternum. Hoc enim & si alicui non videatur, videbitur vtique eo quòd rationem habeat suasibilem.

Quidam, vt Albertus, copulãt hæc verba ad proxime dicta, hoc pacto. [Nã de quouis contraria opinionibus proferente curam habere stultum est, aut] & stultum est esse solicitũ de quibus rationem habemus contrariam opinionibus, & reliqua. Quæ expositio non cõsonat vltimis verbis textus, vbi Arist. reddit causam, cur de talibus opinionibus sophistarũ debeamus curã habere, nõ propter opinionem in se, sed propter rationem, quæ sit pro opinione. ❡Melius igitur cũ Alexand. dicamus, ꝙ cum Arist. ostendisset positionem alicuius sapientis in philosophia, esse dignum problema quæri, nõ propter se, sed propter authoris dignitatem, nunc ostendit aliquam positionem esse problema dignum quæri, nec propter se, nec propter dignitatẽ authoris, sed propter difficultatẽ rationis, qua extranea positio ponitur, & dicit [aut] subaudi positio est extranea opinio de numero illarũ opinionũ extranearũ, [de quibus rationẽ habemus cõtrariam opinionibus] multorũ. est enim opinio multorũ ꝙ omne qđ est, aut sit factum, aut æternum: at sophistæ enituntur probare contrariũ, [vt quoniam non omne, qđ est, vel factum est, vel æternum est,] probant autem hoc per exemplum in accidẽtibus, in quibus nullũ est factum, aut æternum, & dicit, [Nam musicum vel grammaticum esse, neque factum, neque æternum esse] probarunt. Alexander autẽ sophistas intelligit probare non omne quod est factum vel æternum esse, quoniam musicum esse grammaticũ, nec est factum, nec æternum. æternum quidẽ nõ est, quia musicus factus est grãmaticus de nouo, factum vero minime, quia si musicus fit grammaticus, aut fit ex materia grammatici, vel ex contrario grãmatico, quorum nullum datur. Si quis autem verba legerit cum disiunctione, sensum verborũ clariorem efficit, sed de exemplis nõ est curandum. Tunc Aristo. ostendit qua ratione positio sophistarũ, possit dici problema dignũ queri, & dicit, [Hoc enim] id est, hæc enim positio sophistarum, videlicet ꝙ non omne ens sit factum vel æternum, [& si alicui non videatur] nec sit positio digna. quæri per se, videbitur vtique] problema dignum queri ꝓpter rationem, [eo ꝙ rationem habeat suasibilem.] Qua ratione fit, vt problema aliud sit, quod ꝑ se est dignum quæri, vt propter quid noctes in plenilunio sunt calidiores. aliquod aliud, quod per se non est dignum quæri, sed propter authorem, vt vtrum omne ens sit vnum, aut nõ: aut vtrum omnia quiescant, aut non. quoddam vero, quod non est dignum quæri, nec propter se, nec propter dignitatem authoris, sed propter rationem qua probatur, vt nõ omne quod est, factum est vel æternum. Est igitur positio secundo & tertio modo. primo vero modo non positio dicitur, sed quæsitum per se. F G
❡Alexander respondet ad cauillum sophistarum, dicit enim musicum fieri grammaticum non ꝑ se, sed ratione subiecti, quia homo fit grammaticus. non enim musicum est factum grammaticum, quo musicum, sed quo homo fit grammaticus, nec oportet, vt fiat ex alia materia, quàm ex materia in qua nec ex alij contraria quàm ex ignorantia grammaticæ.

64 Est igitur & positio quidem problema, non autem omne problema positio: quoniã quædam problemata talia sunt iam, de quibus neutro modo opinamur. Quòd autem est, & positio problema, manifestũ est. Necesse est enim ex iis, quæ dicta sunt, aut plures cũ sapientibus circa positionem dubitare, aut vtroslibet cum semetipsis, eo quòd opinio quædam extranea positio est. H

Nunc comparat problema ad positionem, & vult ꝙ positio sit vna ꝓblematis species, & asignat cõclusionẽ, & dicit, [Est igitur & positio quidẽ ꝓblema, non autẽ omne problema positio,] Est igitur conclusio, oĩs positio est problema, & non omne problema est positio. circa quã cõclusionẽ prĩo ꝓbat scđam partẽ, vcȝ ꝙ nõ oẽ problema sit positio, deinde probat primã ꝑtẽ, vcȝ ꝙ omnis positio sit problema. de prima parte dicit, [quoniã quædã ꝓblemata talia sunt iam, de quibus neutro modo

A opinamur,] vt vtrũ stellę sint pares, vel impares. Hoc enim problema est, & nulla sui parte est positio. nemo enĩ asserit alterã partẽ eius pro opinione. Amplius, vtrũ guttæ pluuiæ cum cadant, numero pari vel impari cadant. Hoc enim problema neutrũ est, quoniã pro nulla sui parte est positio alicuius sapientis. Hæc similia, sunt problemata neutra, propter latẽtiã partiũ. sunt & alia problemata neutra, propter probabilitatẽ vtriusq; partis, vt vtrũ mũdus sit æternus, aut nõ. quod nõ dicitur positio, quoniam neutra pars est extranea opinio, cũ vtraq; probabilis sit, vt de eo neutro modo opinemur. Patet igitur non omne problema esse positionẽ, & sic patet secũda pars cõclusionis. Deinde probat primã partẽ, & rõnẽ cõponit, id in quo vulgares, & sapientes cum sapientibus certant ac dubitant, est ꝓblema, vt ex definitione problematis superius assignata patet. Sed circa positionem certant tales inuicẽ, igitur positio est problema, de ratione tãgit vim minoris tantum, & dicit, [Quia autem est & positio problema,] hæc est prima pars cõclusionis, [manifestum est, necesse est enim ex ijs quę dicta sũt, aut plures] hoc est vulgares [cũ sapientibus circa positionẽ dubitare, aut vtroslibet cũ semetipsis] hoc est vulgares cũ vulgaribus, vel sapientes cũ sapientibus, & ꝙ necesse est circa positionẽ dubitare, probat, & dicit, [eo ꝙ positio est opinio quędã extranea,] alicuius sapientis cõtra multorum opinionem, erit igitur disputabilis saltẽ propter excellentiã auctoris. ergo erit problema. ¶ Sed occurres, quoniam problema complectitur vtraque partem, positio vero alteram tantum problematis partem. ¶ Dicen-
B dum, ꝙ expresse positio alteram partem problematis ponit, tamen apud intellectum est dubitatio de vtraque parte, saltem propter authoritatem ponentis.

63 Pene autem nunc omnia dialectica problemata positiones vocantur. Differt autem nihil quomodolibet dicatur, non enim nomen effingere volẽtes, diuisimus sic ea: sed vt non lateant nos, cũ quędã eorũ sint differentiæ.

Sed dubitat cõtra se, quoniã suo tpe oĩa problemata dialectica erãt põnes, & ecõuerso, igitur non bene assignata fuit horũ differẽtia, vnde dicit, [Pene autẽ nunc]. s. tpe suo [oĩa dialectica problemata põnes vocãtur,] at tu inter hęc posuisti differẽtiã, dicẽdo problema esse genus ad põnẽ. & dixit, [Pene] propter problemata de quibus neutro modo opinamur, quæ nec suo tẽpore etiã dicebãtur põnes. Respõdet ad dubitationẽ, & dicit, [Differt aũt nihil quõlibet dicatur] quo ad vocis rõnẽ, siue enĩ ꝓblemata vocẽtur põnes, & ecõuerso, siue in plus dicatur problema q̃ positio, nihil differt. [nõ enĩ nomẽ effingere volẽtes diuisimus sic ea] hoc est problemata à põnibus, quia cũ noĩa sint ad placitũ, non
C debemus curare de noĩbus [sed] ideo problemata esse genera põnũ, diximus [vt non lateãt nos] differẽtię problematũ, [cũ q̃dã eorũ.]. s. problematũ [sint differẽtiæ.] igitur posuimus differẽtias inter problema, & põnẽ, vt intelligatur differẽtia problematum, quæ est multiplex: veluti si diceremus hoĩem esse aliud ab aĩali, vt annotetur aĩal dici multipliciter, nõ solũ de brutis, sed de hominibus.

66 Non oportet aũt omne problema, nec oẽm positionẽ considerare, sed quã dubitabit aliquis eorũ, qui ratione egent, & nõ pœna vel sensu: nam qui dubitant, vtrum oportet deos honorare & parẽtes diligere, an non, pœna indigent: qui vero vtrum nix alba, an non, sensu.

Nũc ostẽdit quę problemata sunt quęrẽda, & disputãda, & quę nõ, & põt intelligi quod dicit duobus modis, vno modo, vt dicamus ꝙ sunt quædã problemata, quæ quærere & disputare, est cõtra leges, & pœnale, vt fuit problema Protagoræ, videlicet vtrũ dij sint. hoc enĩ apud Athenienses disputare, pœnale erat. & propterea Protagoras qui de eo disputauit, pœna multatus est ab Atheniensibus, & libri vsti. Quoddã est problema, qđ quærere, demõstrat eum qui quærit, egere sensu, vt si quærere-
D tur, vtrum nix sit alba, an nõ. Asserit hęc nõ esse quęrẽda, & dicit, [Nõ oportet autẽ omne problema, nec omnẽ põnẽ cõsiderare] & proponere in disputatione, [sed quam dubitat aliquis eorum] philosophorum, [qui rõne indiget] vt problema appareat, [& nõ] aliquis eorum, qui si disputaret de eo, indigeret [pœna vel sensu.] exponit qđ dixerat, & dicit, [Nã qui dubitãt, vtrum oportet deos honorare, & parentes diligere, an non, pœna indigent] quia sunt digni pœna, quoniam contra leges peccãt [qui vero] dubitant [vtrum nix sit alba, an non.] indigent [sensu] quoniam non vident niuem esse albam. si enĩ viderẽt, nõ quærerẽt. ¶ Sed occurres, nam in theologia catholici quærunt multa contra dei dignitatem, & disputant pro vtraque parte. Dicendum quòd de illis nõ dubitant problematice, sed scientifice, vt veritas elucescat, non enim dubitant de vtraque parte, sed de altera quærunt, vt pateat.
¶ Adhuc quæres, Aristot. tales propõnes vocat problemata. igitur sunt quæsita. ergo possunt quæri. Dicendum ꝙ loquitur ad hominem, videlicet ad eũ, qui vellet hæc putare esse problemata. dicit enĩ Aristoteles ꝙ etiam si hæc ab aliquibus dicerentur problemata, non debeant quæri, quoniam alterũ esset contra legem, alterum contra sensum.

67 Neque vero,quorum propinqua eſt demonſtratio,neque quorum E
valde longe. Nam illa quidem non habent dubitationem,hęc autē ma
gis quàm ſecundum facultatem exercitatiuam.

Amplius oſtēdit ſecūdo loco,quę problemata ſint quærēda,& quæ nō,ex parte demonſtrationis.
& dicit nec eſſe quærēda ꝓblemata,quorū demōſtratio eſt manifeſta & nota:nec ea,quorū demon-
ſtratio eſt procul,& valde immanifeſta.& dicit,[Neq; vero]ea ꝓblemata ſunt quærēda [quorū de-
monſtratio propinqua eſt.] hoc eſt nota & per ſe manifeſta.[neque] ea problemata[quorum]de-
mōſtratio[valde longe]eſt,& valde immanifeſta. Cuius cauſam affert,& dicit,[Nam illa quidē]quo
rū demōſtratio eſt propinqua,ac valde manifeſta,[nō habēt dubitationē:hæc autē]problemata,quo-
rū demōſtratio procul eſt,& valde immanifeſta[magis]dubitationē habēt[q̃ ſecundū facultatē exer-
citatiuā]ac dialecticā ſit.Problemata quorū demonſtratio eſt propinqua,ac manifeſta (vt Alexand.
exponit)ſunt,vt problemata friuola,de quibus diſputāt Stoici ſophiſtæ.Sunt autē hæc , vtrum deceat
cū aliquibus cœnare,aut nō:vtrū oportet auditores philoſophorū mutare pedes,aut non:vtrum viri-
le virilitatē habeat,aut non:vtrū iuſtus iniuſta faciat,aut nō.vtrū ſapiēs ſit indoctus,aut non.Hæc enī
problemata ſunt apud ſophiſtas,quoniā cauillis enitūtur hæc probare.probāt enī iuſtū eſſe iniuſtum, F
quoniā qui iniuſta facit,iniuſtus eſt:iuſtus iniuſta facit aliquādo.igitur eſt iniuſtus.probāt ſapientē eſ-
ſe indoctū,quia docet indoctū. probāt virile nō virilitatē habere, quia palliū virile,& nō habet virili-
tatē.hæc igitur cū ſint facilia,ſuperficialia,& habētia fallaciā propter duplicitatē dictionis,quærenda
nō ſunt,quoniā facilē habēt demōſtrationē.Sūt etiā problemata(vt Alexāder inquit) quæ habēt cau
ſas & demōſtrationes proprias,nō ex propōnibus probabilibus conſtructas,ſed ex per ſe,& proprijs
quorū nullū eſt problema dialecticū.cū cauſa ſit immanifeſta dialectico,& procul à doctrina diale-
ctica,vt vtrū omne trigonū habeat tres angulos æquales duobus rectis,aut nō.vtrū vna omniū ſit ma
teria,aut non.vtrū materia ſit ens perfectū,an imperfectū. vtrū atomi ſint rerū principia,aut nō.vtrū
omne mouēs motū moueat,aut nō.vtrū motus ſit ſempiternus,aut nō.hęc quidē quæſita non diale-
ctica ſunt,ſed altioris ſciētiæ,quoniā hæc ſunt quæſita ſciētifica,quæ demōſtrationibus altioribus ꝓ-
bantur,& non dialecticis ſyllogiſmis,quare ſophiſtica problemata non eſt dignū quæri , quoniā ſunt
facilia,& de facili reprobantur. Scientifica vero,minime,quia ex probabilibus non probantur,ſed ex
eis,quæ tranſcendunt dialecticam.

DE SPECIEBVS DIALECTICARVM RATIONVM.

68 Determinatis autem his,oportet diuidere quot dialecticarū ratio- G
num ſunt ſpecies. Eſt autem alia quidem inductio,alia aūt ſyllogiſmus.
Et ſyllogiſmus quidem quid eſt,dictū eſt prius. Inductio vero,eſt à ſin-
gularibus in vniuerſalia acceſſio, vt ſi eſt gubernator eruditus,optimus:
& auriga,& omnis qui eſt eruditus in vnoquoque,optimus.

Proponit nūc dicere,quot,& quę ſunt ſpecies rōnū dialecticarū,quibus dialecticū certamē fieri ſo
let & dicit,[His determinatis,oportet diuidere quot dialecticarū rōnū ſunt ſpecies.]Sūt enī rōnū dia
lecticę plures ꝑtes,aliæ quidē integrales:aliæ ſpecies,ꝙ ꝑtes ſubiectiuę dicūtur partiū integraliū.aliæ
ſunt remotę vt termini,quæ ſunt quatuor p̄dicata.aliæ ꝓpinquę,quę ex his cōponūtur:quarū alię vt
principia ſunt,propōnes,vcʒ dialecticę:alię vt cōcluſiōes,ꝓblemata videlicet & pōnes.cū igitur di-
xiſſet de partibus integralibus rōnū dialecticarū,nūc de ſubiectiuis,quę ſpecies dicūtur,dicere propo
nit,& inquit,[Eſt aūt alia quidē inductio,alia aūt ſyllogiſmus.]reddit cauſam cur de ſyllogiſmo tace-
re vult,ſed de inductiōe dicere,& inquit,[Et ſyllogiſmus quidē quid eſt,dictū eſt prius.]Exponit aūt
inductionē,& dicit,[Inductio vero,eſt à ſingularibus in vniuerſalia acceſsio,]ſiue ꝓgreſsio,per quæ H
patet eos nō recte ſentire,qui aſſerunt ꝓgreſſum à ſimili ad ſimile eſſe inductionē. non enī eſt ſimile
vniuerſale ijs ſingularibus quę ſub ipſo ſunt.Potius enī(vt Alex.inquit)ea ꝓgreſsio,quę a ſimili ad ſi-
mile,exēplū eſt.nā ratio,in qua ꝓceditur a ſingularibus ad vniuerſale,inductio eſt. Et ꝙ ita ſit,exem
plo oſtēdit,& dicit,[Vt ſi eſt gubernator nauis vel exercitꝰ[eruditus,optimus,& auriga] gubernator
carri eruditus,optimus,& ſic de ſingulis,[&] pro igitur [oīs,qui eſt eruditus in vnoquoque,]erit[o-
ptimus.]eſt igitur inductio, hic eruditus eſt optimus,demōſtrato nauis vel exercitus gubernatore, &
hic eruditus eſt optimus,demōſtrato auriga:& hic eruditus eſt optimus,demonſtrato medico.& hic
eruditus eſt optimus,demonſtrato agricola:igitur omnis eruditus,eſt optimus.

19 Et autem inductio veriſimilior,& planior, & ſecundū ſenſum no-
tior,& pluribus communis . Syllogiſmus autem valentior,& ad cōtra-
dicendum efficacior.ergo genera,de quibus diſputationes,& ex quibus

A (quemadmodum dictum est antea) determinata sint.

Nũc comparat inductionem & syllogismũ adinuicem, & dicit,[Est autem inductio verisimilior, & planior, & secundũ sensum notior, & pluribus commuis. Syllogismus autem valentior, & ad contradicendum efficacior.] ❡ Quod vero ad verba attinet, animaduersione dignum, ꝙ quãdo aliquod prædicatum inducitur prædicari vniuersaliter de aliquo subiecto. verbi causa, omnẽ eruditũ esse optimum, tripliciter inducitur: vna ratione secundum similitudinem, nam qua ratione prædicatur optimum de gubernatore, eadem ratione de auriga, & qua ratione de auriga, eadem ratione de medico: & sic verisimiliter de omnibus alijs. Secundo modo æqualiter de omnibus prædicãdo. nam æqualiter hoc prædicatum, optimum, prædicatur de gubernatore, de auriga, & de medico. Tertio per sensum de omnibus singularibus vere prædicari. per sensum enim accipitur hoc prædicatum optimũ prędicari de gubernatore, de auriga, de medico. Hac ratione Aristoteles dicit, ꝙ inductio sit verisimilior, ratione habita ad verisimilitudinem prædicationis, & clarior, hoc est planior, ratione habita ad æqualitatem prędicationis, & secundum sensum notior, ratione habita ad modum cognoscendi quo cognoscitur dici prædicatũ de oĩbus singularibus. Addit autẽ[& pluribus cõmunibus] quoniã vulgares sunt plures, qui vtuntur sensu, & inductione, sapientes, pauciores, qui vtuntur syllogismo. [Syllogismus autem valentior, & ad contradicendum efficacior,] dixit[valentior] quantum ad syllogismum ostensiuum, dixit[ad contradicendum efficacior] quo ad syllogismum, qui ducit ad impossibile. Tunc epilogat, & dicit, [Ergo genera] problematum, [de quibus] tanquam de conclusionibus. [sunt disputationes, & ex quibus] tanquam ex propositionibus [quemadmodum dictũ est antea, determinata sint.] subaudi in hunc modum. ❡ Sed circa hæc dubitatur de numero rationum. primo, quoniam ratio dialectica est argumentum (vt Boetius autumat.) argumenti autem quatuor sunt species, vt idem Boetius enumerat, vt syllogismus, inductio, enthymema, & exemplum. præterea Aristoteles libro Priorũ addit inter rationes, rationem necessariam nõ syllogisticã, de qua in libro Priorum satis. Iuniores addunt inter rationes, eam, quã consequentiã vocant, igitur non tantum duæ sunt dialecticæ rationes. ❡ Alexander reducit enthymema ad syllogismum, exemplum ad inductionem, & nos consequentiã reducere possumus ad inductionem: rationẽ necessariam non syllogisticam, ad syllogismũ. ❡ Aut dici potest Aristo. enumerasse rationes dialecticas completas, quæ sunt duæ tantum, videlicet inductio & syllogismus. non autem incompletas, vt patet. ❡ Deinde dubitatur circa definitionem inductiõis, primo, quia cum inductio sit oratio, non videtur bene definita per accessionẽ, vel progressionẽ. Secũdo dato, ꝙ recte definiatur per progressionẽ, vel accessionẽ, cũ accessio & progressio sit motus, & oĩs motus sit ab vno termino invnũ terminũ, male dictũ est inductionẽ esse progressionẽ à singularibus

C ad vniuersalia in numero plurali. Tertio dato, ꝙ inductio sit à pluribus singularibus, Arist. videtur diminutus, quoniã nõ declarauit ab oĩbus singularibus, an ab aliquibus. Quarto, cũ eadẽ sit via ab Athenis ad Thebas, & ecõuerso, quæritur vtrũ progressio ab vniuersalibus ad singularia sit inductio, quod cũ Arist. nõ exposuisset, videtur diminutus. Quinto dubitatur, cũ inductio sit oratio, quęritur, vtrũ sit vna oratio, an plures: & si vna, qua vnitate est vna. Sexto quæritur, dato ꝙ sit vna: vtrũ sit hypothetica, an categorica. Hæc enim sunt, quæ dubitationẽ faciũt quantũ ad definitionẽ. ❡ Quantũ vero ad vim probatiuã, quæritur primo, quę virtus aĩæ est, quæ inductionẽ facit. secũdo quis est medius terminus, per quẽ fit inductio. tertio quę & quot requirũtur ad perfectã inductionem, si debet esse ratio dialectica. ❡ Ad hęc respõdetur per ordinẽ, & primo ad primã rationẽ, dico ꝙ inductio potuit per orationẽ describi, verũ propter duas causas ꝑ motũ descripta est. primo, quia inductio vi nominis annotat magis motũ, q̃ syllogismus. Nã inducere motũ dat intelligere, secũdo quoniã ex parte rei etiam motũ annotat. nã in inductione terminus à quo, & terminus ad quẽ valde differũt, quoniã singulare, & vninersale plus differũt, q̃ vniuersale & vniuersale, quę sunt termini in syllogismo. ❡ Ad secũdam dico, ꝙ licet terminus a quo sint plura singularia, tamen virtute copulationis subeunt vicẽ vnius, terminus vero ad quẽ, est vniuersale: nõ qđ est opus intellectus agẽtis, sed quod est vniuersale secũdum

D modũ enũciãdi, & sic est propositio vniuersalis. ❡ Ad tertiã dicamus, ꝙ triplex est inductio, vt Auerroes inquit. 2. Priorũ. demõstratiua, & in hac nõ oportet inducere in oĩbus singularibus, vt dicit secũdo physicę auscultationis. Est enim in propõnibus ꝑ se, quę sunt de omni dialectica, quę est in ꝓpõnibus probabilibus. & quoniã in talibus idẽ est iudiciũ de vno singulari, & de oĩbus, ideo non oportet inducere in omnibus singularibus. Alia est sophistica, de qua ad sophistas, hac ratione dixit, à singularibus, & nõ ab omnibus singularibus. ❡ Ad quartam solutio patuit in ludicris, diximus enim ꝓgressum ab vniuersali ad singularia esse descẽsum, qualis fit sub termino, qui supponitur in propositione distributiue: modo descensus, non inductio, sed potius syllogismus est. ❡ Ad quintam & sextam dicamus, quòd inductio est vna propositio composita vnitate consequentis, qui est finis inductionis, & vnitate signi illatiui, & vnitate medij termini, de quo secũdo Priorum diximus, etiam dicimus inductionem non esse propositionem hypotheticam, nec simplicem, sed orationem cõiunctiuam, in qua ꝓpositiones scilicet antecedẽs & cõsequẽs cõiungũtur signo ratiõis, ad alia quęsita, quę quęrũtur circa vim ꝓbatiuã. ❡ Ad primã, nõnulli dixerũt virtutẽ, quæ inducit, esse sensum, qui singulariũ est. qđ

falsum est, quoniam virtus, quæ inducit, est discursiua, at sensus non discurrit. Alij dixerunt virtutem illã esse intellectũ, quod dubium est, quoniam intellectus non cognoscit singularia. Isaac inter virtutes animæ posuit vnam, quam vocauit collatiuam: & hanc voluit esse virtutem, quæ inducit. Quod nisi aliter exponatur, res noua est hæc Peripateticis. ¶ Philoponus vero asserit virtutem quæ inducit, esse dianœam, quæ latine dicitur rationatiua, quæ si inducit ad vniuersale quod est in intellectu, facit inductionem demõstratiuam. si ad vniuersale, quod est in opinatrice, facit inductionem dialecticam, si ad vniuersale, quod est in phantasia, facit inductionem sophisticam. Verum de re hac in libro priorũ. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd medius terminus est hoc quod dicitur, & sic de singulis, vel aliquid huic æquiualen s. hoc enim est medius terminus, quia copulat antecedens, cũ consequẽte, & tu quære secundo priorum. ¶ Ad tertium quidam dixerunt requiri, primo quòd sumantur omnia singularia, quoniam nõ valet, iste homo est musicus, & ille homo est musicus, ergo omnis homo est musicus. secundo quòd tales singulares non repugnent, quoniam non valet, corpus potest esse sine isto loco, & sine isto, & nullus est locus quin sine illo possit stare, igitur sine omni. est enim vnus locus nobis indeterminatus sine quo stare repugnat alijs. nec valet materia, potest stare sine hac & sine illa forma, igitur sine omni forma: propter eandem rationem. Sed hæc sunt superflua, quoniam in inductione demonstratiua non oportet inducere in omnibus, quoniam cum propositio sit per se, est de omni: in dialectica, minime, quoniam est in propositionibus probabilibus, in quibus idem iudicium est de vno singulari, & de omnibus singularibus.

¶ DE INSTRVMENTIS, QVIBVS ABVNDAMVS IN SYLLOGISMIS, QVI FIVNT AD DISSERENDVM.

70 Instrumenta autem, per quæ abundamus in syllogismis, sunt quatuor, vnum quidem propositiones sumere. Secundum autem, quadrupliciter vnumquodque dicitur, posse distinguere. Tertium differentias inuenire. Quartum autem similitudinis consideratio.

Cum dixisset de speciebus rationum dialecticarum: nunc dicit, de instrumentis, quibus in syllogismis abundamus in disputationibus, & dicit, [Instrumẽta autem, per quæ abundamus in syllogismis,] subaudi in inductionibus, hoc est instrumenta per quæ facultatem habebimus faciendi rationes dialecticas: [sunt quatuor.] Tacuit autem inductionem: quia est minus principalis ratio dialectica. Alexã. autem suppleuit. Exponit hæc per ordinem, & dicit, [Vnum quidem est propositiones sumere: appellat autem instrumentũ, per quod poterimus syllogismis abundare: sed quoniã instrumenta non sunt partes syllogismorum & inductionum, propterea dixit instrumentum esse nõ propositiones, sed propositiones sumere: vt recte animaduertit Alexan. Secundum vero, quod iuuat ad facultatem propositionum, est [quotupliciter: vnumquodque dicitur, posse distinguere,] siue in nominibus fuerit hæc multiplicitas, siue in orationibus. Qui enim distinguit vnum nomen subiectum vel prædicatum propositionis, vel qui distinguit propositionem syllogisticã efficit & sic in propositionibus abũdat. [Tertium] instrumentum est [differentias inuenire,] qui enim inuenit differentias inter aliqua, abundat in propositiones, qui enim distinguit, & differentias inter distincta exponit syllogisticam facit propositionem. [Quartum autem] est [consideratio similitudinis] quæ reperitur in rebus differentibus. nam etiam qui similitudinem ponit inter ea, quę differunt propositionem dialecticam constituit, quare sumere propositiones est instrumentum, quo abundamus in syllogismis, sed posse distinguere, & inter distincta differentias inuenire, & inter differentia considerare similitudinem instrumenta sunt, quibus sumimus abundanter propositiones, & consequenter quibus abundamus in syllogismis. Quòd quidem (vt Alexan. inquit,) propositiones sumere vtile sit ad syllogismorum abundantiam, patet, quoniã cum dialecticas propositiones habuerimus, facile poterimus de omni propositio problemate syllogizare. Cætera autem instrumenta habere, vt considerare diuisionem eorum, quæ multipliciter dicuntur, & posse cognoscere differẽtias eorum, quæ distincta sunt, & differentium similitudinem considerare, instrumenta sunt, quibus principaliter in propositionibus abundamus, & consequenter in syllogismis. & hoc subdit Aristo. in textu proximo.

71 Sunt autem & modo quodam etiam tria horũ, propositiones. Est enim vnumquodque eorum propositionem facere, vt quoniam eligendum est honestum, vel delectabile, vel vtile, & quoniam differt sensus à disciplina, eo quòd amittenti eam, possibile est rursum sumere. Illum autem impossibile, & quoniam similiter se habet salubre ad sanitatem,

A & habile, ad bonam habitudinem. Est autem prima propositio ab iis, quæ multipliciter dicuntur. secunda à differẽtiis. tertia vero à similibus.

Docet hic Arist. quomodo diuidens, & differentias faciens, & similitudines considerans propositiones syllogisticas efficiat: & hoc primo proponit, & dicit, [Sunt autem & modo quodam etiam tria horum, propositiones, cuius causam assignat, & dicit, [Est enim vnũquodque eorum propositionem facere, vt quoniam eligẽdum] trifariam est. Est enim vno modo [honestum, vel delectabile, vel vtile,] ideo qui distinguit ipsum eligendum facit hanc propositionem syllogisticam omne eligẽdum est honestum, vel delectabile, vel vtile, per quam possumus argumentari ad hoc problema, vtrum tyrannis sit eligenda, aut non. [Et quoniam differt sensus à disciplina, eo quod amittenti eam: possibile est rursum sumere, illum autem] scilicet sensum amittẽti, [impossibile] est sensum rursum sumere, ex hac differentia accipere hæc propositio, quod amissum potest resumi differt ab eo quod amissum non potest resumi. ex hac propositione dialectica possumus argumentari ad hoc problema, vtrum disciplina sit sensum, aut non. hoc pacto quod amissum potest resumi differt ab eo quod amissum non potest resumi: disciplina amissa potest resumi, sensus amissus non potest resumi: igitur disciplina non est sensus. [Et quoniam similiter se habet salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinem.] Ex hac propositione possumus argumentari ad hoc problema, vtrum causæ effectiuæ bonæ habitudinis, sint habiles, aut non. hoc pacto, sicut se habent causæ effectiuæ sanitatis ad sanum, ita causæ effectiuæ bonæ habitudinis ad habile, sed causæ effectiuæ sanitatis sunt sanæ, igitur causæ effectiuę bonæ habitudinis sunt habiles. maior patet, quoniam sicut se habet sanum ad sanitatem: ita habile ad bonam habitudinem. exponit autem concludendo propositiones, & dicit, [Est autem prima propositio] sumpta [ab his: quæ multipliciter dicuntur] videlicet illa, omne eligendum, aut vtile, aut honestum, aut delectabile. [Secunda à differentijs] videlicet illa: quæ fuit minor, disciplina amissa potest resumi, sensus amissus non potest resumi: hæc fuit propositio minor syllogismi secundi, quę accipiebatur à differentia inter sensum, & disciplinam. [Tertia vero a similibus] videlicet illa, sicut sanum ad sanitatem, ita habile ad bonam habitudinem, quæ fuit probatio maioris in tertio syllogismo: igitur diuidens, & differentias assignans, & similitudinem considerans propositiones dialecticas facit. Plura alia exempla assignari possunt, quæ Alex. satis explicat, ideo hæc sufficiant. Quidã enituntur reducere hæc quatuor ad normam hoc pacto, omne instrumẽtum ordinatur ad hunc finem: vt argumentemur, quando volumus: & fieri hoc non possit, nisi per propositiones: igitur omnia hæc instrumenta ordinantur ad propositionem. aut igitur ad totam propositionem: aut ad partem, si ad totam, habetur primum instrumentum: si ad partem, aut ex parte vocis, aut ex parte rei. si ex parte vocis: habetur multiplicis distinctio: si ex parte rei, aut quo ad differentiam. & habetur inuentio differentiæ: aut quo ad conuenientiam & habetur similitudinis consideratio. Hæc tamen sufficientia friuola est, quoniam omnia tria sunt propositionum sumptio, vt declarauit Aristo. & sic propositiones sumere non ponit in numero: est enim quid communius ad illa tria.

DE PROPOSITIONVM SVMPTIONE.

72 Ergo propositiones quidem eligendum quotquot modis determinatum est in propositione, aut omnium opiniones proponenti, aut plurium, aut sapientium, & horum vel omnium, vel plurimorum, vel notissimorum.

Nũc determinat de quatuor his instrumẽtis in speciali, & primo de propositionũ sumptione, & determinãdo de propositionum sumptione primo docet sumere propositiones ex parte illius particulæ: quę ponebatur in definitione propositionis dialecticę videlicet ex parte definitionis ipsius probabilis, & quoniã probabile est duplex, primarium, quod ratione sui est probabile, & secundarium, ideo primo docet sumere propositiones ex parte definitionis probabilis primarij, & dicit, [Ergo propositiones quidem eligendum quotquot modis determinatum est in propositione] ipsa dialectica ipsum probabile, & primo probabile primarium: nam ipsi proponenti] propositiones dialecticę sunt opiniones omnium, hoc est hæ propositiones, quæ videntur omnibus [aut] hæ propositiones, quæ sunt [plurium, aut] quæ sunt [sapientum] & horum [vel] hæ quæ sunt [omnium sapientum, [vel] quæ sunt [plurimorum, vel] quæ sunt [notissimorum] sapientum. omnibus enim istis modis dialecticæ propositiones sunt, verbi causa propositio sapientum quæ est omnium, vt omne quod fit, ex ente fit, vel hęc, nihil fit ex nihilo. Hęc est plurium sapientum, ventus est aer velociter motus, quoniam est Democriti, & Senecæ: hæc notissimorum, intellectus est quid diuinum & immortale. Præterea hæc est omnium, sanitas, & robur, & diuitiæ sunt bona. Hæc vero plurium, diuitiæ sunt meliores virtutibus. hæc est, sapientum virtutes sunt meliores diuitijs. Omnes enim hæ propositiones dialecticæ sumuntur ex definitione probabilis primarij.

73 Aut etiam contrarias apparentibus, aut quęcunque opiniones secũdum artem sunt, aut contrarias apparentibus probabilibus quascunque oportet protendere secundum contradictionem, quemadmoudm dictũ est prius. E

Nunc docet sumere propositiones ex parte probabiles secundarij, quod, vt dictum est, dicitur in ordine ad aliud, hoc est, aut contrarium de contrario: sed simile in qualitate, vt si amicis est benefaciẽdum, inimicis est malefaciendum. & hoc dicit, [Aut etiam] oportet sumere [contrarias] propositiones [apparentibus] hoc est probabilibus, quod intelligo secundũ vtrũq; extremum. vt si amicis sit benefaciendum: inimicis erit malefaciendum. aut quod est secundum opiniones, & dicit, [Aut] eligendum quæcunq; opiniones secundum artem sunt.] nam si opinio vnius artis probabilis est, opinio similis in alia arte probabilis erit: vt si in geometria probabile est, si ab æqualibus æqualia demas, cętera quæ remanent esse æqualia, in naturali philosophia erit probabile, si ab æqualibus temporibus æqualia tempora remoueas, cætera tempora esse æqualia, & in geometria, in numeris etiam. item (vt Alex. inquit) ponet vt probabile, quod ab Hippocrate in medicina, & quod ab Archimenide in geometria, & quod ab Aristoxene in musica ponitur: aut quod est secundum cõtrarium in contradictione, & dicit, [Aut contrarias] eligendum [apparentibus probabilibus quascũq; oportet protendere secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius] nam si amicis est benefaciendum, inimicis non est benefaciendum, & si amicis est benefaciendum, amicis non est malefaciendum. F

74 Vtile autem & facere eas in eligendo, non solum, quę sunt probabiles, sed & similes eis, vt quòd contrariorum idem sit sensus, quoniam & scientia contrariorum est eadem. Et quòd videamus suscipientes aliquid, non emittentes, quoniam & in aliis sensibus sic est: nam & audimus suscipientes aliquid, non emittentes, & olfacimus eodem modo. similiter autem & in aliis.

Tertio docet sumere propositiones ex parte similitudinis, & ponit exempla quomodo à simili accipiantur propositiones, & dicit, [Vtile autem] subaudi dico [& facere eas in eligendo, non solum, quæ sunt probabiles] secundum se, & in ordine ad aliud [sed & similes eis,] quę sunt secundum se probabilia: & affert exempla, & dicit, [Vt quòd contrariorum idem sit sensus] sumitur vt probabile, [quoniam & scientia contrariorum est eadem,] que erit probabilis secundum se, [& quòd videamus suscipientes aliquid non] extra [emittentes] vt Plato dixit. Hoc enim accipimus tanquam probabile, [quoniam & in alijs sensibus sic est,] & apud omnes probabile secundum se, [nam & audimus suscipientes aliquid non] extra [emittentes, & olfacimus eodem modo] intus suscipiendo, & non extramittendo. [similiter autem & in alijs] videlicet gustu & tactu. Quare cum sit probabile in cæteris sensibus: & in visu erit probabile. G

75 Amplius quæcunque in omnibus vel plurimis videntur, sumendum, vt principium, & apparentem positionem: nam ponunt, qui non conspiciunt in aliquo non sic.

Nunc tertio docet sumere propositiones, ex quibusdam accidentalibus, & hoc est quando instantia non apprehenditur contra propositionem assumptam, vt sit propositio vniuersalis probabilis, in qua non apparet instantia, licet reuera sit instantia, & dicit, [Amplius quæcũq;] probabilia accipiuntur [in omnibus vel pluribus sumendum, vt principium, vel positio,] & maxima, pro dialecticis propositionibus, [nam] respondentes [ponunt] ea & concedunt, [qui non conspiciunt in aliquo non sic,] hoc est, qui in promptu non habent instantiam. sunt huius generis, maiori bono maius malum opponitur. Hęc licet videatur vniuersalis, tamen habet reuera instantiam, quoniam bona habitudo est maius bonum, quàm sanitas, & tamen bonæ habitudini opponitur mala habitudo, & sanitati ægritudo: & tamẽ maius malum est ægritudo quàm mala habitudo. Quòd autem bona habitudo sit maius bonum quàm sanitas, patet. quoniã includit sanitatem, & aliquid vltra. Amplius & hæc si aliquod prædicatum de aliquo subiecto dicitur, & contrarium de contrario dicetur: nam si de dulci dicitur suaue, de amaro dicetur austerum, & tamen habet instantiam, quoniam de bona habitudine dicitur sanitas, & tamen de mala habitudine non semper dicitur ægritudo. Similiter hæc propositio, cor est principium animalium, vt in omnibus videtur, quæ tamen habet instantiam de animalibus insectis, in quibus non est cor. H

A 76 Eligere autem oportet & ex ſcriptis diſceptationibus. Deſcriptiones autem facere in vnoquoque genere ſupponentes ſeorſum, vt de bono, aut de animali, & de bono omni incipiendo à quid eſt. Annotare autem & ſingulorũ opiniones, vt quòd Empedocles quatuor dixerit elementa corporum eſſe. ponet enim aliquis, quod ab aliquo probato dictum eſt.

Cum docuiſſet ſumere propoſitiones dialecticas in prompta electione, nũc docet ſumere propoſitiones in præparata electione, vt Alexã. exponit, quæ præparata electio fit aut per ea, quæ in diſceptationibus ſunt ſcripta ab alijs aut per deſcriptiones quas quis à ſe facit, antequã veniat ad certamen de vnoquoq;, aut per opiniones aliorum, & dicit, pro præparata electiõe propoſitionũ, [eligere oportet] eas [ex ſcriptis diſceptationibus,] factis ab alijs, nam diſceptata ab alijs ſumẽda ſunt, vt propoſitiones dialecticæ in præparata electione, quæ præparata electio fit antequam cõgrediamur in ludo li
B terario. Amplius pro præparata electione propoſitionum dialecticarum oportet [facere deſcriptiões in vnoquoq; genere,] hoc eſt in vnoquoq; prædicamento, [ſupponentes] eas [ſeorſum, vt de bono, aut de animali, &] ſupponentes [de bono omni,] quod eſt in vnoquoq; prædicamẽto, [incipiendo à quid eſt,] hoc eſt à ſubſtantia. vel incipiẽdo à quid eſt, hoc eſt à definitione vniuſcuiuſq; boni, vel entis, poſtea quid vnicuiq; ineſt, vt quid animal ſit prius, poſtea, quod ſit aut greſsile, aut aquatile, aut volatile. Amplius, oportet ſcire ſi aliquod contrarium eſt illius, & quid ſit illud contrarium, & quid ſequitur ad tale contrarium: & hæc eadem fieri debent de prudentia, præſciendo prudentiam eſſe coniectura in tẽpore inconſiderato, & quid ſequitur ad prudẽtiam, & contrarium prudentiæ, quid ſequitur ad illud contrarium. Simili ratione præſciẽdo quod ſol ſit ſtella lucens de die, & quid ſequitur ad ſolẽ, & cõtrarium, & ad quid ad cõtrarium ſequitur. Amplius, præſciẽdo quod bonum ſit eligibile, & quod virtus ſit optimus habitus, & quod felicitas ſit ſufficiẽtia in vita. In pręparata igitur propoſitionũ ſumptione oportet, vt opponẽs hæc habeat electa. Amplius [annotare] oportet in ꝑparatione electa [& ſingulorum opiniones,] eorũ qui ſunt in diſciplina præcipui, [vt quod Emped. quatuor dixerit elemẽta corporum eſſe, ponet enim aliquis] ac concedet, [quod ab aliquo probato dictum eſt,] hæc igitur tria (vt Alexã. expoſuit) neceſſaria ſunt in præparata electione propoſitionum dialecticarũ, quæ vero prius dixit, ſunt vtilia in præparata & prompta propoſitionum dialecticarum ſumptione.

C 77 Sunt autem (vt figuraliter ſit complecti) propoſitionum & problematum partes tres: nam alię ſunt morales propoſitiones, aliæ naturales, alię rationales. Morales quidem ſunt huiuſmodi, vt, vtrum oporteat parentibus magis, an legibus obedire. rationales vero, vt, vtrum cõtrariorum eadem diſciplina ſit, an non. naturales autem, vt vtrum mundus ſit ęternus, an non. Similiter autem & problemata.

Cum docuiſſet ſumere propoſitiones non cõcernendo materiã, nunc docet ſumere propoſitiões cõcernendo materiã, & repetit diuiſionem propoſitionũ, & problematum, quam (vt Alexan. inquit) prius fecit, & dicit, [Sũt autem, vt figuraliter ſit cõplecti, propoſitionum & problematũ partes tres,] hoc eſt genera tria, dixit [vt figuraliter ſit complecti,] quoniã per hæc tria genera omnia vult eſſe cõpręhendẽda in quadã generalitate: & enumerat ea, & dicit, [nam aliæ ſunt morales propoſitiões, aliæ naturales, aliæ rationales. morales quidem ſunt huiuſmodi, vt vtrũ oporteat parẽtibus magis, an legibus obedire. rationales vero, vt vtrũ cõtrariorũ eadẽ ſit diſciplina, an nõ. naturales autẽ, vt vtrum mũ
D dus ſit æternus, an non, & ſicut de propoſitionibus hæc exempla ſunt, [ſimiliter autẽ & problemata] trifariam ſunt. ¶ Quod autẽ ad verba attinet, animaduertit hæc exempla eſſe accepta in forma ꝓblematũ, videlicet per verbum vtrum, inter oppoſita collocatum, ad denotãdũ omne problema eſſe propoſitionem, & ecõuerſo, quoniam ſolum differũt mutatione verbi vtrũ, quod græce ἄρα dicitur, non autẽ re: & intellexit per moralia problemata, omnia ea, quę ſpectãt ad praxim: & per naturalia, omnia quæ ſpectant ad cognitionem veri: & per rationalia, omnia ea, quæ ſunt ad hæc vtilia.

78 At vero quales ſint ſingulæ earum, quæ dictę ſunt, definitione quidem non facile aſsignare eſt ipſas: ea vero aſſuetudine, quæ per inductionem eſt, tentandum cognoſcere vnamquamque earum in dictis exemplis conſiderando. Ad philoſophiam igitur ſecundum veritatem de his

E

negociandum, dialectico autem modo ad opinionem.

Vna expositio esse potest, quod Aristo. se excusauerit, & dicit. [At vero quales sint singulæ] propositiones, & qualia singula problemata, [earũ] trium partiũ [quę dictæ sunt, definitione quidem nõ facile assignare est ipsas,] quid enim sit vnaquęq; propositio moralis, & quid vnaquęq; naturalis, & quid vnaquęq; rationalis, hoc nõ est facile per definitionem cuiq; propriam determinare, & in specie vnumquodq; taliũ definire, [ea vero assuetudine, quæ per inductionẽ est, tentãdum cognoscere vnãquamq; earũ,] in dialectica, vt patet cõsideranti in dictis exemplis: nam in vnaquaq; sciẽtia discurrẽdo dabatur propriæ definitiones omniũ. Alexã. autẽ, si recte verba eius intellexi, exponit aliter, & vult Aristo. se excusare pro tanto, quoniam problemata & propositiões, esse moralesvel naturales, vel dialecticas, non cognoscitur definitione, quoniã qui definit propositiones, & problemata moralia, & dicit ea esse, quæ spectãt ad fugam, vel persecutionem, per hãc generalem definitionem non cognoscit propositiones, & problemata moralia in specie. similiter qui dicit naturalia problemata esse, quæ spectant ad inquisitionem veri, nõ cognoscit problemata naturalia in specie. similiter qui dicit problemata rationalia esse, quæ ad hęc sunt vtilia, nõ nouit in specie problemata & propositiões rationales. Sed tenendum est cognoscere hæc ea assuetudine, quæ per inductionẽ fit in singulis in vnaquaq; scientia seorsum · cõsiderando in dictis exemplis, hoc est specificando ea, vt cõsiderauimus in dictis exemplis. F Ex ijs cõcludit differẽtiam inter cõsiderationem, quæ spectat ad philosophiã de his, & cõsideratioñe, quæ spectat ad dialecticam, & dicit. [Ad philosophiã igitur secũdum veritatẽ de his] propositiõibus & problematibus [negotiãdum.] & per philosophiã intelligit moralem, naturalẽ, & omnem philosophiam. verbi causa, quoniã in politicis & moralibus. de moralibus negotiũ est, ideo propositiones eligẽdæ sunt, quæ vere ad fugam persecutionẽ faciũt. In theoreticis autem, & naturalibus, propositiones eligẽdę sunt, quæ vere ad veri inquisitionẽ faciũt. In analyticis vero & in his, quæ de propositiõe sunt, eligendæ sunt propositiones, quæ vere faciũt ad electionem logicã, ac rationalem. [dialectico autem modo] hoc est per dialecticam autem negotiandum est de propositionibus & problematibus moralibus, naturalibus, & rationalibus quo [ad opinionem,] quia per probabilia.

79 Sumendæ autem sunt quàm maximevniuersales propositiones omnes, & de vna multæ faciendę sunt, vt quod oppositorum eadem est disciplina, deinde quod contrariorum, & quod ad aliquid. Eodem modo, & ipsæ rursus diuidendæ, quousq; cõtingere potest diuisio, vt quod G boni & mali, & albi & nigri, & frigidi & calidi, similiter autem & in aliis, de propositionibus igitur sufficiant prædicta.

Nunc dat vnum documẽtum ad magnam facultatem in propositionibus & syllogismis habẽdam (vt Alex. exponit) & dicit. [Sumẽdæ autẽ sunt quàm maxime vtiles propositiones omnes,] pro maxima facultate propositionũ habẽda, [&] cnm fuerit necessarium [de vna multæ faciendæ sunt,] & sic per ipsum poterimus syllogizare per multos syllogismos, assignat exemplum, & dicit. [Vt quod oppositorum eadẽ est disciplina,] hæc enim propositio sic generatim sumẽda est, [deinde] si oportet sumatur [quod cõtrariorum, & quod ad aliquid] hoc est, & quod relatiue oppositorum, eadem est disciplina, & simili modo de priuatiue oppositis, & de cõtradictorie oppositis, omniũ enim talium disciplina eadem est, eodẽ modo, [& ipse rursus diuidendæ quousq; contingere potest diuisio] videlicet illa cõtrariorum eadem est disciplina, diuidẽda est, [vt quod boni & mali] eadem est disciplina, [& albi & nigri] idẽ est visus, [& frigidi & calidi] idem est tactus, [similiter autẽ & in alijs,] vt quod dulcis & amari idẽ sit gustus. grauis & acuti idem sit auditus. Amplius in oppositionibus priuatiuis cæci & videntis eadem est disciplina, in oppositionibus relatiuis, vt dupli & dimidij eadem sit disciplina, & in cõtradictione, eiusdem disciplina est, quod altera pars contradictionis vera sit, altera falsa. Sunt & H aliæ rationes, quibus oportet in disputationibus sumere propositiones vtilissimas, primo quia notiores, secundo quia conueniunt dialecticis, quæ sunt per communia.

DE MVLTIPLICI DISTINCTIONE.

80 Ipsum autem quotupliciter negotiandum est, non solum quæcunque dicuntur secundum alium modum, sed & rationes eorum tentandum assignare, vt non solum, quoniam bonum alio quidem modo dicitur iustitia & fortitudo, euecticum autem aut & sanatiuũ alio, sed quoniam & illa quidem eo quod ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eo quod effectiua alicuius, & non eo quod qualia quędam illa sunt simili-

A ter autem & in aliis.

Secundum inſtrumẽtum erat poſſe illud quod multipliciter dicitur, diuidere, & cognoſcere, cum igitur declaraſſet primũ inſtrumẽtum, videlicet propoſitionum ſumptionem, nũc accedit ad ponẽdũ loca, & cõſiderationes, per quas poterimus cognoſcere ipſum quotupliciter dicitur, quot modis dicitur. & quoniã ipſum quotupliciter dicitur, duplex eſt, in nominibus, & oratione, primo exponit illud in nominibus, & dicit. [Ipſum autem quotupliciter] dicitur [negociandũ eſt, nõ ſolum quęcũq; dicũtur ſecũdum aliũ modum, ſed & rationes eorum tentãdum aſsignare,] hoc eſt nõ ſolum tẽtandũ eſt aſsignare ſignificata quæ diſtinguũtur, ſed quibus rationibus diſtinguũtur. Cum enim in ludo literario occurrit tibi aliquod multiplex, non ſolum ſufficit dicere, quoniã illud dicitur de hoc, & de illo, ſed aſsignare rationes, quibus de hoc & de illo dicitur, & exponit per exẽplum, & dicit, vt ſi occurrat in literario ludo ipſum bonũ quod dicitur multipliciter [nõ ſolum] ſufficit dicere, quoniã bonum, alio quidem modo dicitur iuſtitia & fortitudo, eue&ticũ autem & ſanatiuum [alio, ſed] oportet dicere [quoniã & illa quidem] eſſe bona [eo quod qualia quædã ſunt,] hoc eſt bona per ſe formaliter, [hæc autẽ] videlicet eue&ticũ, & ſanatiuum eſſe bona [eo quod effe&tiua alicuius] boni formaliter. [Et nõ eo quod
B qualia quædã illa ſunt] & per ſe bona, [ſimiliter autẽ & in alijs] quæ ſecũdum nomen multipliciter dicũtur, ſemper enim oportet diſtinguere quot modis dicitur, & ratiões multiplicitatis aſsignare. Qui enim diſtinguit bonũ, quod dicatur de virtutibus, & de cauſis effe&tiuis boni, nõ ſufficit ſic dicere, ſed oportet dicere hæc ideo differre, quoniã virtutes ſunt bonę p ſe formaliter, quia reddũt homines, quibus inſunt, bonos. cauſæ vero virtutum ſunt bonæ, quatenus efficiunt illas. Similiter ſanum dicitur de corpore, & de cauſis, ſed de corpore per ſe, de cauſis per attributionem ad corpus ſanum.

81 Vtrum autem multipliciter ſpecie dicitur, aut vno modo, per hæc conſiderandum. Primum quidem in contrario perſpiciendum ſi multipliciter dicitur, ſiue ſpecie tantum, ſiue nomine & ſpecie diſſonet. Quędam enim ſtatim & nominibus alia ſunt, vt acuto in voce contrarium eſt graue. In magnitudine autem, obtuſum. Patet igitur, quoniam contrarium acuto multipliciter dicitur. Si autem hoc, & acutum. nam ſecũdum vtrumque horum aliud erat contrarium. Non enim idem acutum erit obtuſo, & graui contrarium, vtrique autem acutum contrariũ. Rur-
C ſum graui in voce quidem, contrarium acutum, in * corpore vero leue.
Quare multipliciter graue dicitur, quoniam & contrariũ. Similiter autem & pulchro, ei quidẽ, quod in animali turpe, ei vero, quod eſt in domo, pernitioſum. Quare æquiuocum pulchrum.

* ἐγκῳ magnitudine.

Cum dixiſſet ad negocium de multiplici nõ ſufficere ſolũ ea, de quibus multipliciter ipſum dicitur, ſed etiã rationes, quibus illa differũt, nunc aſsignat loca, & cõſiderationes, per quas ſcire poterimus aliquod nomen eſſe multiplex, & primo proponit hoc, & dicit, [Vtrũ autẽ multipliciter ſpecie] aliquid dicitur, hoc eſt ſignificatione, vt Alexã. exponit [aut vno modo] hoc eſt vna ſignificatione [dicitur, per hæc] ſcilicet loca quæ dicẽtur, cõſiderandum, & per ſpecie multiplex. Alexan. expoſuit multiplex ſignificatione, quod eſt multiplex æquiuocatione & per vno modo di&tũ, expoſuit, ſecũdum vniuocationẽ. Deinde exponit primũ locum, & dicit, [Primũ quidem in contrario perſpiciẽdi] eius, quæſiti vel propoſiti, de quo ſermo eſt, [ſi multipliciter dicitur] ſpecie. nam ſiue ſpecie hoc eſt ſignificatione multiplex dicatur, ſiue ſpecie, & nomine, propoſitũ erit multiplex ſemper. Eſt enim hæc maxima, p-
D poſitũ, cuius contrarium eſt ſignificatione multiplex, ipſum eſt multiplex, ſiue contrariũ ſit multiplex ſignificatione tantũ, ſiue ſignificatione, & nomine, etiã. Primũ ergo declarat propoſitum dici multiplex, quando contrarium dicitur multiplex ſignificatione, & nomine, & hoc per exempla exponit, & dicit, [Quædam enim] cõtraria, quæ ſignificatione differũt, [etiam nominibus alia ſunt, vt] acutum eſt multiplex ſignificatione, quoniã ſuum contrarium eſt ſignificatione, & nomine multiplex. Nam [acuto in voce, cõtrarium eſt graue,] quod etiã eſt in voce. [In magnitudine autẽ] acuto, videlicet in gladio contrarium eſt [obtuſum, patet igitur, quoniam contrariũ acuto multipliciter dicitur] ſignificatione, & nomine. [Si autem hoc] dicitur multipliciter ſignificatione, & nomine [& acutum] dicitur multiplex ſignificatione, nõ autem oportet nomine multiplex dici, quoniam tũc non eſſet vnum nomen. Et reddit cauſam quare oportet acutum dici multipliciter ſignificatione, ſi ſuum cõtrarium dicitur multiplex ſignificatione. & dicit, [Nam ſecũdum vtrũq; horum aliud erat cõtrarium, non enim idem acutum, erat obtuſo & graui cõtrarium,] ſed eſt vnum nomẽ [acutum] quod [vtriq; eſt cõtra-

rium,] ſignificatione vero multiplex. Deinde affert exēplum de graui, & dicit. [Rurſum graui in vo- E
ce quidē contrarium acutum] eſt etiam in voce, [in corpore autem] graui cōtrarium eſt [leue. quare
multipliciter] ſignificatione [graue dicitur,] quoniā & cōtrarium dicitur multipliciter ſignificatione
licet diuerſis nominibus appelletur. Tertio exēplum affert, de pulchro, & dicit, [Similiter autē & pul-
chro, ei quidē quod in animali eſt turpe] contrariū eſt, [ei vero, quod eſt in domo, pernicioſum] ſiue
fœdū contrarium eſt. [Quare æquiuocum] hoc eſt ſignificatione multiplex eſt ipſum [pulchrū.] p
hęc patet propoſitum dici multiplex, ſi ſuum contrarium dicatur ſignificatione multiplex, etiam ſi cū
multiplici ſignificatione ſit nominum multiplicitas.

82 In quibuſdam autem nominibus nullo modo diſſonat, ſpecie autem manifeſta in eis ſtatim differentia eſt, vt de claro, & obſcuro. Vox enim clara, & obſcura dicitur. Similiter autem & color. ergo nominibus quidem nihil diſſonant, ſpecie autem manifeſta in eis ſtatim differentia eſt. Non enim ſimiliter & color clarus dicitur & vox clara. Ma- F
nifeſtum autem hoc eſt per ſenſum: nam eorum, quæ eadem ſunt ſpecie, idem ſenſus eſt, at clarum quod eſt in voce, & in colore, non eodem ſenſu iudicamus. Sed hoc quidem viſu, illud autem, auditu. Similiter autem & acutum & obtuſum in ſaporibus, & in magnitudinibus. Sed hoc quidem tactu, illud autem guſtu. Nam neq; hæc diſſonant nominibus, neq; in ſeipſis, neq; in cōtrariis. Obtuſum enim contrarium eſt vtrique.

Cum declaraſſet propoſitū dici multiplex, quando cōtrariū dicitur ſignificatione, & nomine multiplex, nūc oſtendit propoſitum dici multiplex, quādo contrariū ſignificatione dicitur multiplex, etiā ſi cōtrarium non dicitur nomine multiplex. Et hoc oſtēdit duobus exemplis, quorum primum eſt de claro, cui opponitur obſcurū: alterum eſt de acuto, cui cōtrarium eſt obtuſum, & dicit, [In quibuſdā autē] multiplicibus, ipſum multiplex [nominibus nullo modo diſſonat, ſpecie autem] ac ſignificatione manifeſta in eis ſtatim differētia eſt, vt de claro, & obſcuro. clarū enim dicitur multiplex, quoniam obſcurū ſignificatione eſt multiplex, quod exemplo declarat, & dicit, [Vox enim] vna genere exiſtēs G
[clara & obſcura dicitur, ſimiliter autē & color] dicitur clarus, & obſcurus, ergo clarum in voce & clarum in colore nominibus nihil diſſonāt, quēadmodum nec obſcurum in voce, & in colore, [ſpecie autem] & ſignificatione [manifeſta in eis ſtatim differētia eſt. nō enim ſimiliter & color clarus dicitur, & vox clara. manifeſtū autem hoc eſt per ſenſum,] & exponit rationem, & dicit. [Nam eorum quæ eadem ſunt ſpecie, idem ſenſus eſt, vt clarū quod eſt in voce, &] clarū quod eſt [in colore, non eodem ſenſu iudicamus, ſed hoc quidem] quod eſt clarū in colore [viſu, illud autem] clarū quod eſt in voce, [auditu] iudicamus. deinde exponit exemplū in ſaporibus, & magnitudinibus de obtuſo, & acuto, & dicit. [Similiter autem & acutum & obtuſum in ſaporibus, & magnitudinibus] dicuntur multiplicia ſignificatione, ſed ſub vno nomine. [ſed hoc quidem] ſcilicet obtuſum & acutum iudicamus [tactu] ſcilicet in magnitudinibus [illud autem] acutum & obſcurum in ſaporibus iudicamus [guſtu.] & reddit cauſam, & dicit. [Nam nec hæc] ſcilicet obtuſum & acutum [diſſonant nominibus, neq; in ſeipſis] propoſitis, [neq; in ſuis contrarijs, quoniam obtuſum] quod eſt in ſaporibus & magnitudinibus [eſt contrarium vtriq;] ſcilicet acuto in magnitudine, & ſaporibus. Iuniores amplificant hanc maximam, non ſolum ad contraria, ſed etiam ad oppoſita: nam etiam de oppoſitis, ſi alterum oppoſitorū dicitur multipliciter ſignificatione, & alterum etiam. ſed vtrum ita ſit, aliàs dicemus. ¶ Sed quæres cū propoſitum cognoſci eſſe multiplex poſsit & per conueniens, & per contrarium, propter quid non do H
cuit propoſitum eſſe multiplex ex multiplicitate conuenientis, ſicut ex multiplicitate contrarij. Dicendum Ariſto. hoc docere poſt modum, ideo ad illud tempus differatur.

Locus ab ijs in quibus reperitur alterū cōtrariū.

83 Amplius ſi huic quidē eſt aliquid contrarium, illi autem ſimpliciter nihil, vt ei, quæ eſt à potu delectationi, ea, quæ eſt à ſiti triſtitia, contrarium. Ei autem, quę eſt ab eo, quod eſt conſiderare, quoniam diameter eſt coſtæ incommenſurabilis nihil. quare multipliciter delectatio dicitur, & ei quidem, quod eſt ſecundum mentem amare, odiſſe contrarium eſt: ei autem, quod eſt ſecundum corporalem actum, nihil. manifeſtum, quoniam amare ęquiuocum.

A Hic ponitur sec͂dus locus, quo cognoscitur aliquod esse multiplex, & quidam volũt hunc locum accipi à significatis propositi, cuius maxima est, si aliquod propositũ in vno significato habet contrarium, in alio nõ, tale propositum est multiplex. Quæ expositio nõ placet, quoniam petit principium, supponit enim propositũ habere plura significata, quorum vnũ habet contrarium, aliud nõ. Dicimus igitur hũc locum accipi à subiectis, vel ab ijs, in quibus reperitur: cuius maxima est, si aliquod propositum reperitur in pluribus, in quorũ vno habet cõtrarium, in altero non, hoc propositum est multiplex, & hoc dicit. [Amplius si huic quidẽ,] quod reperitur in vno, [est aliquid cõtrarium, illi autem] quod reperitur in alio [nihil simpliciter] est cõtrarium, subaudi tale propositũ est multiplex, [vt] delectatio multiplex est, [quoniã ei delectationi, quæ est à potu, ea quæ est à siti tristitia, cõtrarium est. ei autem,] delectationi, [quæ est ab eo, quod est cõsiderare, quoniã diameter est costæ incõmensurabilis, nihil] omnino est contrarium, & non modo ei delectationi nihil cõtrarium est, quæ est in speculatione rei geometricæ, sed etiã in quauis alia scientia. [quare multipliciter delectatio dicitur.] ¶ Sed occurres, quoniã delectationi, quæ est speculando aliquam cõclusionem, videtur contraria ea tristitia, quæ non speculãdo. Tristamur enim dum non possumus aliquam conclusionem geometricam, aut physicã speculari. ¶ Vno modo dici potest Aristo. hic per contrarium intellexisse contrarium presse,
B quod destruit corpus: modo delectationi, quæ est in potu, ea tristitia contraria est, quæ est in siti, per quã non solum delectatio destruitur, sed corpus. ¶ Aut dici potest tristitiam, quæ est in nõ posse speculari, nõ esse contrariã illi delectationi, quæ est in speculando nisi per accidens, propter sensus ipsos, qui seruiunt speculationi. intellectus enim per se nõ recipit contraria, sed cõtrariorum species, ac intentiones, quæ non sunt cõtrariæ, cum compossibiles sint in eodem subiecto. Deinde ponit secundũ exẽplum de ipso amare, quoniam amare reperitur in actibus animæ, & sic habet cõtrarium odisse, & reperitur in actibus corporeis, & delectationibus, & sic non habet cõtrarium, & dicit. [Et ei quidẽ quod est sec͂dum mentem amare, odisse cõtrarium est, ei autem quod est sec͂dum corporalẽ] actum, [nihil] contrarium omnino est, [manifestũ, quoniam amare æquiuocũ est,] & multiplex. ¶ Quod vero ad verba attinet, per amare, quod attinet ad animã, intelligit amare quod attinet ad animam rationalem sec͂dum Alexandrũ, hoc enim modo ipsi amare contrariũ est odisse. Et per amare, quod est sec͂dum corporalem actũ, intelligit illud, in quo assueuimus osculari, & cõcũbere: & huic nullum cõtrarium positiuum est, nisi forte priuatio, quod est nõ delectari corporaliter. ¶ Sed videtur hic locus contrarius priori, quoniã per primum habetur, quod si alterum cõtrarium sit multiplex, & alterũ etiã multiplex sit, per hunc habetur posse esse aliquod cõtrarium multipliciter dictum, cuius contrarium nõ multipliciter dicitur. Odiũ enim quod ipsi amare cõtrarium est, nõ dicitur multipliciter, at amare
C dicitur multipliciter. ¶ Alexãder asserit hunc locum nõ destruere priorẽ locum, quoniam in primo loco per cõtrarium intellexit illud quod est contrarium ipsi proposito. At hic per contrarium intelligit non illud, quod est ipsi proposito contrarium, sed alicui significato illius. Posset etiam concedi hũc locum esse destructiuum prioris, quoniam topica habet loca contraria, quoniam habet vim syllogizandi pro vtraque parte problematis.

84 Præterea in mediis, si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si vtrisque quidem est, non idem autem, vt * clari & * obscuri, in coloribus quidem aliquid est medium, fuscum: in voce autem nihil. Aut si forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam vocẽ medium esse. quare ęquiuocum clarum, similiter autem & obscurum. Insuper si horum quidem plura media, illorũ autẽ vnũ, vt in claro & obscuro. Nam in coloribus plura media: in voce autem vnum, raucum.

Locus à medijs tertius.
* λευκοῦ albi.
μελανὸς nigri.

D Hic ponitur tertius locus, qui sumitur à medijs, cuius accipit tres maximas: quarum prima est, si reperitur aliquod propositũ in aliquo, in quo nõ habet medium, in aliquo vero alio, habet mediũ, hoc est multiplex, vt quoniam clarum in coloribus habet mediũ, videlicet fuscũ, quod est medium inter clarũ & obscurũ, in vocibus autẽ non habet medium. nã inter claram vocem, & obscurã nihil est medium, igitur clarũ est multiplex. Simili ratione de obscuro dici potest, vnde dicit, [Præterea in medijs] subaudi respiciendum est pro multiplicis distinctione, hic est locus. tũc ponit primã maximã, & dicit, [Si huic est aliquid mediũ,] hoc est si aliquod propositum reperitur in aliquo, in quo habet medium, [illi autem nihil] hoc est in alio autẽ, non habet medium, hoc est subaudi multiplex. Deinde ponit secundam maximã: quæ est, si aliquod propositum reperitur in diuersis, in quibus nõ habet idem mediũ, tale propositũ est multiplex. & dicit, [Aut si vtrisq; quidem est] medium, videlicet in quibus reperitur, [non idem autẽ] tale propositum multiplex est, tunc ponit exẽplum primæ maximę, & dicit. [Vt clari & obscuri in coloribus quidẽ aliquid est medium] videlicet [fuscũ. In voce autem nihil] igitur tam clarum, quã obscurum est multiplex. ¶ Quod vero ad verba attinet, clari græce est λευκὸν, latine al-

bi, verũ hic pro claro intelligendũ est, obscuri vero græce μέλανος, latine nigri, quod pro obscuro intelligit: sic enim coloribus, & vocibus cõmunia sunt. Et quia aliqui volunt, etiã clari, & obscuri, tam in vocibus quã in coloribus reperiri mediũ, ideo hoc accipiendo affert exemplum secundæ regulæ, & dicit. [Aut si forte raucum quẽadmodum quidã dicunt raucam vocem mediã esse] claræ & obscuræ, cum nõ sit idem medium in coloribus & in vocibus, ideo cõcludit, [quare æquiuocũ clarum, similiter, & obscurum] æquiuocũ est propter eádem causam. Tertia vero maxima est, si aliquod propositũ reperitur in pluribus in quorum altero nõ habet nisi vnum mediũ, in altero vero plura, tale propositũ est multiplex: vnde dicit, [Insuper si horũ] propositorum [quidem plura media] sunt in aliquibus in quibus reperiuntur, [illorum aũt vnum] subaudi in alijs, in quibus reperiuntur, hæc subaudi sunt multiplicia, [vt in claro, & obscuro: nam in coloribus plura media,] habent, [in voce autem vnum, raucum.] hæ sunt tres maximæ, quæ ab eodem loco accipiuntur. E

85 Rursum in eo, quod secundum contradictionem est, considerandũ si multipliciter dicitur: nam & si hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur, multipliciter dicetur, vt nõ videre, multipliciter dicitur, vnũ quidem non habere visum, alterum autem non operari visu. Si aũt hoc multipliciter dicitur, necessarium est, & videre multipliciter dici. Vtrique enim non videre opponitur, vt ei quidem, quod est non habere visum, habere. Illi autem, quod est non operari visu, operari. F

Cum dixisset loca inuẽtionis multiplicis quæ accipiebãtur à cõtrarijs, nũc dat loca inuẽtionis multiplicis in cõtradictorijs respiciendo ad cõtradictoriũ, & hoc proponit, & dicit. [Rursum in eo, quod secundum cõtradictionem opponitur, cõsiderandum, si dicitur] tale cõtradictorium [multipliciter,] est igitur locus respiciẽdo ad cõtradictorium propositi, tunc ponit maximam, & dicit. [Nam si hoc] scilicet cõtradictorium propositi [multipliciter dicitur, &] propositũ [quod huic] cõtradictorie [opponitur, multipliciter dicetur.] Hæc est maxima, & affert exẽplum, & dicit. [Vt nõ videre multipliciter dicitur,] dicimus enim aliquẽ non videre bifariam, [vnũ quidem nõ habere visum,] hoc est vno modo quia nõ habet visum, videlicet per negationẽ actus primi, [alterum autẽ non operari visu,] hoc est alio modo, quia habet visum, sed eo nõ vtitur, vel quia dormit, vel quia oculos habet clausos. Tunc cõcludit etiam propositum esse multiplex, scilicet ipsum videre, & dicit, [Si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est, & videre multipliciter dici, vtriq; enim] ipsi videre, [nõ videre opponitur, vt ei, quidem quod est non habere visum,] opponitur [habere] visum, [illi autem quod est nõ operari visu,] opponitur [operari] visu, quare ipsum videre multiplex est, quemadmodũ ipsum non videre. & Alexã. dicit, hoc idem habere veritatem in alijs similibus cõtradictorijs, quæ opponuntur secundum affirmatiõem, & negationem, vt in ipso sentire, & intelligere, & velle, & ceteris id genus. Amplius hic locus (vt Alexan. inquit) est communis tam cõtrarijs, quàm contradictorijs, non tamen conueniunt in alijs locis, non enim alicui affirmationi particulari opponi potest negatio particularis, cum negatio neget totum: nec locus qui accipitur ab immediatis, vel mediatis, conuenit contradictorijs, cum inter contradictoria nullibi media reperiri possint. G

86 Amplius in iis, quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, perspiciendum: nam si alterum multipliciter dicitur, & reliquum. vt si sensibile multipliciter dicitur, & secundum animam & corpus, & insensibile multipliciter dicetur, & secundum animam, & corpus. Quod autem secundum priuationem & habitum opponantur, quæ dicta sunt, manifestum, eo quòd nata sint vtrumque sensum habere animalia, & secundum animam, & secundum corpus. H

Consequenter in priuatiue oppositis assignat locum inueniendi multiplex, & dicit, [Amplius in ijs, quæ secunuum priuationem & habitũ dicuntur, pspiciendum,] & assignat maximã, & dicit. [Nã si alterum] priuatiue oppositorum [multipliciter dicitur, & reliquũ] etiam multipliciter dicetur. Hoc exponit per exemplum, & dicit. [vt si sensibile] hoc est sensitiuum se habens p modum habitus, multipliciter dicitur, & secundũ animã & secundum corpus: sumus enim sensitiui anima & corpore, [& insensibile] hoc est insensitiuum [multipliciter dicetur,] & secundum animã, & secũdum corpus, est enim brutum animal anima quidem insensitiunm, corpore vero sensitiuum. Deinde probat exemplũ & dicit. [Quod autem secũdum priuationem & habitum opponantur] sensitiuum, & insensitiuum,

A [quæ dicta sunt, manifestum, eo quod animalia nata sunt habere vtrunq; sensum] hoc est vtranq; sen
sationem, [& secũdum animã, & secundum corpus,] ergo vtranq; insensationem, & secundum ani-
mam, & secundum corpus. & dixerunt nõnulli per sensationem secundum animã, intellexisse ipsum
intelligere, quod anima solum fit. per sensationem vero secundum corpus, intellexisse proprie sensatio
nẽ ipsam. Quam expositionẽ attulit Alexan. tamen si dici posit Aristo. hæc dixisse secũdum opinio
nes eorum, qui inter intellectum & sensum nullã posuerunt differentiam, apud enim istos ipsum sen-
tire secundũ animam intelligere dicitur, ipsum vero sentire secundum corpus, proprie sentire appella
tur. Potest etiã dici, quòd Aristo. per sentire secundum animã intellexerit sentire ipsum, quod fit sensi-
bus interioribus, per sentire vero secundum corpus, ipsum sentire quod fit sensibus exterioribus. Quã
expositionem probo, quoniã Aristo. dixit animalia habere vtrunq; sensum, vbi patet animalia nõ ha-
bere ipsum intelligere, etiã secundum veteres. Tacuit autẽ opposita relatiue, quoniã (vt Alexã. inquit)
in talibus perspicuum est alterũ oppositorũ multiplex esse, si alterum fuerit multiplex: & hoc ab ipsa re
latiuorũ ratiõe, quoniam relatiuorum ratio est se habere quodam modo ad aliquid, & propterea quia
amatum dicitur pluribus modis, dicitur & amicitia etiã pluribus modis: nam esse amicitiæ ad amatũ
est. Amplius, quoniam sciẽtia est dupliciter, actu, & potẽtia, & scibile etiã dicetur dupliciter. Ad hęc &
B de sensu & sensibili eodẽ modo. Præterea si excedens dicitur multipliciter: nã & secundum quãtum,
& secundũ potentiã, aut secundum habitum vel actionẽ, & excessum etiã dicitur multipliciter. demũ
quia mobile dicitur multipliciter secundum qualitatem, vel quantitatem, vel vbi, & motus etiã. Habi-
tus etiam quia multipliciter dicitur, & habens multipliciter dicetur. Quare in omnibus perspicuum
est, quoties alterum oppositum dicitur multipliciter, & alterum etiam dici.

87 Amplius autem in casibus considerandum: nam si iuste multiplici
ter dicitur, & iustum multipliciter dicetur, secundum vtrumque enim
iustorum est iustum, vt si iuste dicitur & secundum sui ✳ cognitionẽ iu- γνώμη
dicare & vt oportet, similirer & iustum. Eodem autem modo & si salu arbitrium
bre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dicitur, vt si salubre conſciẽtiã
dicitur, hoc quidem sanitatis effectiuum, illud autem conseruatiuum,
quoddam vero significatiuum, & salubriter, vel effectiue, vel cõseruati-
ue, vel significatiue dicetur. Similiter autem & in aliis, quando ipsum
C multipliciter dictum fuerit, & casus ab eo multipliciter dicetur, & si ca
sus, & ipsum.

Nũc docet sumere multiplex p locũ qui sumitur à casibus. Alexã. distinguit casum, quod sit casus,
qui refertur ad denominatiuũ, & hoc pacto iustitia est casus, iustũ vero denominatiuũ. secũdo modo
dicitur casus per cõparationẽ ad illud, cui subordinatur, vt sensus & sciẽtia casus sunt, quoniã ita se ha
bẽt sensibile & sensatũ, vt se habent sensus & sciẽtia. Tertio modo casus accipitur vt distinguatur cõtra
principale, quod Aristo. appellat αὐτὸ, hoc est ipsum, & sic iuste dicitur casus ab ipso iusto, & salubri-
ter à salubri. Dicamus igitur quòd cum Aristo. docuisset sumere multiplex prospiciendo ad oppositũ, Cõueniẽs
nunc docet sumere multiplex respiciendo ad cõueniens. est autem conueniẽs duplex, essentiale, & hoc duplex est
spectat ad posterioristicum. & cõmune, & hoc spectat ad topicum: docet igitur accipere multiplex p
conueniẽs in casibus. ¶ Quod vero ad verba attinet, verbũ casibus græce est πτώσεων, & in veteri-
bus translationibus, cõiugatis legitur, verum coniugata sunt, quorum alterum dicitur ipsum, siue prin-
cipale, alterum dicitur casus, & sic in idem venit expositio. Primo igitur ponit locũ, & dicit, [amplius
D autem in casibus considerãdum,] maximam vero per exempla exponit, quæ est duorum coniugato-
rum, si casus est multiplex, & ipsum, scilicet principale, est multiplex: & cõuertitur maxima, nã si prin
cipale est multiplex, & casus etiam multiplex erit. exponit hanc per exempla, [nam si iuste] pati, aut
iudicare, aut agere [multipliciter dicitur, & iustum] factum, aut iudicatum, aut passum [multipliciter
dicetur, secundum vtrunq; enim iustorum,] hoc est secundum vtrunq; modum quo aliquid iuste fie-
ri dicitur, [est iustum] factum. [vt si iuste dicitur, & secundum sui cognitionem, iudicare, & vt opor-
tet] hoc est secundum rationẽ, & per allegata & probata, & per leges. Alexan. per cognitionem, opi-
nionẽ intelligit: aliquis enim potest iudicare secundum suã opinionẽ non recte. Alij per cognitionem
conscientiam intellexerunt. Ego vero per cognitionem arbitrium intelligo. est enim dupliciter iuste iu Dijudica
dicare, per arbitrium, & per leges, vt oportet. & quia iuste dijudicare dupliciter dicitur, similiter iustum re iuste du
duplex, quod est iudicatum per arbitrium, & per leges. & hæc maxima cõuertitur: nam [eodẽ modo pliciter di
& si salubre multipliciter dicitur] quod dicitur ipsum, siue principale, [& salubriter multipliciter dice citur.
tur, vt si salubre dicitur hoc quidẽ sanitatis effectiuum] videlicet pharmacum, aut phlebotomia, [illud

autem cõseruatiuum] vt diȩta, [quoddam vero significatiuum,] vt vrina, & cȩtera signa [& salubri- E ter vel effectiue, vel cõseruatiue, vel significatiue dicetur, similiter autẽ & in alijs.] conuertitur enim regula, quoniam [quando ipsum] scilicet principale [multipliciter dictum fuerit, & casus,] qui cadit[ab eo, multipliciter dicetur:& si casus] dicitur multipliciter, [& ipsum] scilicet principale etiam.& sic nõ modo quod dictum est verum in his exemplis, sed in alijs. sunt enim alia vt musicum, virile, quorũ casus sunt musice, viriliter. sit tamen hæc regula, vt Alexan.monet, in quo apparuerit quod pluribus dicitur modis, ab isto demõstrãdũ esse, alterũ dici multipliciter, quoniã à notiori est doctrina. ¶ Quod vero ad verba attinet debes scire maximam conuerti de casu, & ipso principali, non autem de casu & habitu, quoniam stat, sane, & sanum multipliciter dici, & nõ ipsam sanitatẽ, vt Alexã.demonstrauit.

88 Consideranda autem & genera in iis, quȩ sunt secundum nomen prædicamentorum si eadem sint nominibus. Nam si non eadem, manifestum quoniam æquiuocum est, quod dicitur. Vt bonum in cibis quidem effectiuum, est voluptatis: in medicina autem, effectiuum sanitatis: in anima vero qualem esse, vt castam, vel fortem, vel iustam. similiter au F tem & in homine. Aliquoties autem & quando, vt in tempore bonum. bonum enim dicitur in tem pore. plerunque autem quantum in mediocri, dicitur enim & mediocre bonum, quare æquiuocum bonum. Similiter autem & candidum, in corpore quidem color, in voce autem bene audibile. Similiter autem & acutum, non enim similiter idem in omnibus dicitur: nam vox acuta quidem velox, sicut dicunt, qui secũdum numeros harmonici sunt: angulus autem acutus, qui minor est recto: gladius vero, qui est anguli acuti.

Nunc docet sumere multiplex p cõueniens in primis generibus, cuius loci maxima est, omne propositum cuius significata sunt in diuersis prædicamentis, est æquiuocũ, & multiplex. Vnde dicit, [cõsideranda autem & genera prædicamentorum in his] significatis [quæ sunt secundũ] idem [nomẽ, si eadem sint nominibus] prædicamentorum, hoc est si sunt in eodem, vel diuersis prædicamẽtis, hic G est locus. tunc affert maximã, & dicit, [nam si non eadem] sunt prædicamenta significatorũ eiusdem nominis, [manifestum, quoniã æquiuocum est, quod dicitur.] deinde assignat tria exempla, quorum primũ est de ipso bono, & dicit, [Vt bonum in cibis quidem effectiuum est voluptatis.] At efficere est in prædicamento facere: in medicina autẽ effectiuum sanitatis, & sic iterum est in prædicamento facere. [in anima vero] bonum ipsum est in prædicamento qualitatis: nam [qualem esse vt castam, vel fortem, vel iustã] significatur eum accipere in anima. [similiter autẽ in homine] eum accipere vt est in homine, est in prædicamento qualitatis: nam (vt Alexan.inquit) cum dicimus esse hominẽ bonũ, significamus ipsum esse prudentem, iustum, virilem, & ita qualem esse hominẽ dicimus. igitur hoc pacto bonũ in prædicamento qualitatis est, [aliquoties autẽ] bonũ dicitur[& quando] & sic est in prȩdicamento quando, [vt in tempore bonũ, bonũ enim dicitur in tempore,] & hoc pacto est in prædicamento, quando [plerunq; autẽ] bonũ dicitur [quantũ in mediocri, dicitur enim] omne mediocre, esse [bonũ,] nam virtus in medio est, & sic est in prȩdicamento quanti. Alexã.autẽ addit bonum esse in prædicamento pati, vt curari & doceri: & in prȩdicamẽto vbi, vt in Græcia esse, & in salubribus locis esse: & in prȩdicamento situs, vt sedere bonũ est & vtile, & iacere bonum est febricitantibus [quare æquiuocum] est[bonum] ipsum, quoniam est in decẽ prædicamentis. Dat secundũ exemplũ, & di- H cit, [Similiter autẽ & candidũ, in corpore quidem, color] & sic est in prædicamento qualitatis, [in voce autẽ bene audibile,] bene vero audibilis vox est, quæ cito, & valde auditũ penetrat, igitur est in prædicamento facere ipsum candidũ quod est in voce. Deinde ponit tertium exẽplum, & dicit, [Similiter autem & acutum, non enim similiter in omnibus idẽ dicitur: nam vox acuta quidem velox, sicut dicunt qui secundũ numeros harmonici sunt, hoc est vt tradunt Musici, qui de numeris scribunt, & sic est sub facere quoniam vox acuta est, quæ cito secat. & diuidit: quare in facere est. Per harmonicos vero Pithagoricos intelligit, isti enim dixerũt sonũ fieri & vocẽ percussiõe & motu aeris. Quare motu velociter facto vox erat acuta. tarde vero facto, vox erit obtusa. Si igitur velociter vel tarde mouere aerẽ, vt exponit Alex. facere est, vox acuta erit in facere. [Angulus aũt acutus qui minor est recto,] & sic est ad aliquid, [gladius vero qui est anguli acuti,] & sic in quali est. nã figura ensis qualitas est, quare acutum æquiuocum est, quoniam in prædicamento facere, & relationis, & qualitatis est.

69 Consideranda etiam & genera eorum, quæ sunt sub eodem nomi-

ne, si diuersa, & nõ subalterna sint, vt * onus, quod & animal, & vas est. Diuersa enim, quæ secundum nomen, horum ratio est. Nam hoc quidẽ animal, quale quid significat, illud vero, vas quale quid.

* ὄνος asinus.

Secundus vero locus est à generibus subalternis, cuius propositio maxima est, quando propositum est in diuersis generibus eiusdem prædicamenti non subalternatim positis, est ęquiuocum. & dicit, [cõsideranda etiam] sunt, [& genera eorum quæ sunt sub eodem nomine] prædicamenti [si diuersa, & non subalterna sint,] cuius propositio maxima est, si aliquod propositum fuerit sub diuersis generibus eiusdem nominis, hoc est eiusdem prædicamenti. Tale propositum est multiplex. Affert exemplum de ono, ὄνος enim græce, latine significat asinum animal, & vas, quæ est mola infera, in qua detinetur frumentum. & dicit, [vt onus, quod & animal & vas est. diuersa enim ratio est, quæ secundum nomen] onus est, [illorum] videlicet quæ onus significat. [Nam hoc quidem] oni significatũ, videlicet asinus [animal quale quid significat,] hoc est vniuersale animal, quod est communis substãtia ad omnes asinos, significat. per quale enim vniuersale, per quid, substantiam intelligit, [illud vero] scilicet mola infera, [vas quale quid] hoc est molam inferam communem ad omnes molas inferas significat, in quibus reponitur frumentum. ergo onus est æquiuocum.

B

90 Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse rationes, vt corui, animal, & auis, genus est. Quando enim coruum dicimus auem esse, & animal: quale quid dicimus eundem esse. quare vtraque genera de eodem pręd icantur. Similiter autem & quando animal volatile bipes coruum dicimus, auem dicimus eundem esse. & sic ergo vtraque genera de coruo prædicantur, & ratio eorum. In non subalternis generibus, non accidit hoc, neque enim, quãdo vas dicimus, animal dicimus, neque quando vas, animal.

Remouet dubium, quod est, vtrum si idem propositum sit sub diuersis generibus inuicem subalternis, sit æquiuocum. Respondet quod nõ, & dicit. [Si autem subalterna sint genera,] sub quibus idẽ propositum ponitur, [non necessarium] est [esse diuersas rationes,] & ita nõ necessariũ est, esse ęquiuocum. æquiuocum enim est, quod sub eodem nomine, secũdum diuersas rationes prædicatur de suis significatis. Affert exemplum, & dicit, [corui, genus] est [animal,] & genus [est auis,] cuius rationem dicit, [quando enim coruum dicimus esse auem, & animal, dicimus eũdem esse quale quid.] hoc est eundem dicimus esse substantiam vniuersalem ad omnes coruos, [quare vtraque genera] scilicet animal, & auis [de eodem prædicantur] scilicet coruo communi substantia ad omnes coruos. Asignat de eodem coruo aliud exemplum, & dicit. [Similiter autem & quando dicimus coruum animal, volatile bipes, auem dicimus eundem esse,] qui est animal, volatile bipes, [& sic ergo vtraque genera] scilicet animal, & volatile, bipes de coruo prædicantur, [& ratio eorum] generum, quare coruus non erit multiplex. [In non subalternis generibus non accidit hoc] scilicet vt ratio eadem sit, cuius causam repetit, & dicit, [neq; enim quando vas dicimus, animal dicimus] secundũ eam rationem, quæ animalis est, [neq; quando animal] dicimus, [vas] dicimus secundum eam rationẽ, quæ vasis est.

C

91 Considerandum autem non solum, si in proposito diuersa sint genera, & non subalterna, sed in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur, manifestum quoniam & propositum.

D

Tertius locus est à contrario, cuius propositio maxima est, si propositi est contrarium, quod est in diuersis prædicamentis, vel in eodem pręd icamento, sub diuersis generibus illius, non subalternis, tale propositum est æquiuocum. & dicit, [considerandum autem non solum, si in proposito diuersa sint genera, & non subalterna, sed in contrario,] & ponit propositionem maximam, & dicit, [si enim cõtrarium] propositi [multipliciter dicitur,] secundum prima genera, & secundũ genera secũda, [manifestum quoniam & propositum] erit æquiuocum. verbi causa. secũdum prima genera, quia bonũ est in decem pręd icamentis, & æquiuocum: malum, quod est propositum bono. contrarium, ęquiuocũ erit Amplius quia acutum est æquiuocum, quoniam in diuersis generibus: nam vt est in voce est in prædicamento actionis, vt est in gladio, in prædicamento qualitatis, ideo obtusum acuto contrarium, ęquiuocum erit.

92 Vtile autem ad definitionem inspicere quæ de composito fit, vt

candidi corporis & candidæ vocis:nam sublato proprio, eandem ratio E nem oportet relinqui,hoc autem non accidit in æquiuocis,vt in iis,quę nunc dicta sunt: nam hoc quidem erit corpus habens talem colorem, illud autem vox bene audibilis.Sublato igitur corpore & voce,non idē in vtraque relinquitur.At oportet,si vniuocum esset albū,quod in vtraque dicitur, esse idem.

Aliqui,vt nos longo tempore,arbitrantur Aristotelem afferre locum accipiendi multiplex in accidentibus, vt exemplum quod affert demonstrat. Melius autem (vt Alexander exponit) dicendum Aristotelem afferre quartum locum in omnibus, qui accipitur a definitionibus propositi compositi, cum eis de quibus prædicatur. verbi causa. Sit propositum in substantijs homo, de quo quæratur sit æquiuocus ne ad masculum & ad fœminam,an non.Et tunc erit maxima propositio.Si alicuius propositi compositi,cum ijs de quibus prædicatur,à definitionibus dematur propria differentia,& remanet aliqua adhuc commnnis ratio,tale propositum est vniuocum: sin vero illa dempta, nulla rema- F net communis ratio,tale propositum erit æquiuocum.verbi causa.Componatur homo cum masculo & cum fœmina,& definiatur homo masculus,quod sit animal bipes habens potentiam agendi in alio.& definiatur homo fœmina,quod sit animal bipes,habens potentiam patiendi ab altero.Ab his igitur definitionibus dempta propria differentia,quæ est potentia agendi in alio,& potentia patiendi ab altero,adhuc remanet hæc communis ratio,quæ est animal bipes,quę homini competit,igitur homo est vniuocus.Amplius componatur candidus cum corpore & cum voce,& definiatur cādidum corpus,quod sit corpus disgregatiuum visus,& candida vox,quod sit vox bene audibilis, si ab ijs definitionibus propriæ differentiæ demantur,videlicet corpus,& vox,nihil remanet,quod candido cōpetat, igitur candidum in voce, & in corpore æquiuocum est, dicit. [Vtile autem ad definitionem] propositi [inspicere,] non eam quæ est de ipso proposito in se,vt de homine in se, vel de candido in se,sed ad eam, [quæ de composito fit,] hoc est ad eam,quæ est propositi compositi cum eis de quibus dicitur,[vt candidi corporis,& candidę vocis,]vel hominis masculi,& hominis fœminæ:[nam] hæc est differentia inter æquiuocum & vniuocum,quoniam à definitione vniuoci [sublato proprio,] hoc est propria differentia, [eandem] communem [rationem oportet relinqui: hoc autem non accidit in æquiuocis,vt in ijs,quæ dicta sunt nunc,] & quod non accidit remanere rationem commu- G nem sublata propria differentia à definitionibus compositorum in æquiuocis,probat, & dicit, [nam hoc,] scilicet corpus candidum [erit corpus habens talem colorem,]scilicet disgregatiuum visus.[Illud vero,] videlicet candida vox, erit [vox bene audibilis, sublato igitur corpore, & voce,] ab huiusmodi definitionibus, quę sunt proprię differentię,quibus candidum corpus,& candida vox dicūtur, [non idem] hoc est non eadem communis ratio [in vtraque relinquitur,] imo nihil remanet. [At] (vt diximus) [oportet si vniuocum esset album,quod in vtraque dicitur] subaudi remanere [esse idē] hoc est, esse communem rationem. Quare candidum, quod dicitur de corpore & de voce, ęquiuocum est.

93 Sæpe autem & in ipsis definitionibus latet assequens ęquiuocum, quapropter & in definitione considerandum, vt si quis significatiuum, vel effectiuum sanitatis,quod mediocriter se habet ad sanitatem, dicat esse,non refutandum.Sed inspiciendum, quid mediocriter quidem secundum vtrunque dixit, vt si hoc quidem tale significat, vt facere sani- H tatem,illud autem tale,vt significare,qualis quidem sit habitus.

Cum docuisset accipere ęquiuocum per conueniens in definitionibus, cum interdum de definitionibus sit ęque ambiguum, sicuti de ipsis definitis Ideo docet locum per quem poterimus cognoscere definitionem,sit ne equiuoca,an vniuoca.& locus est respicere ad prędicata quę in definitione ponuntur,cuius propositio maxima est,si prędicata quę in definitione propositi ponuntur sunt ęquiuoca,ipsa definitio erit equiuoca.verbi causa.Sit definitio sani,id, quod mediocriter se habet ad sanitatem.Si igitur vis videre an hęc definitio sit ęquiuoca,accipe illud prędicatum, videlicet mediocriter se habens ad sanitatem, cum igitur hoc prędicatum sit ęquiuocum ad effectiuum, & significatiuum,& conseruatiuum sanitatis,fit vt tota definitio sit ęquiuoca.vnde dicit. [Sępe autem & in ipsis definitionibus latet assequens ęquiuocum,] assequens hoc est conueniens,latet dico an ipsa sit ęquiuoce competens definitis, [quapropter & in definitione considerandum,] & supponens definitionem sani,videlicet quod sit mediocriter se habens ad sanitatem, tangit propositionem maximam in

A exemplo,& dicit. [vt si quis significatiuum, vel effectiuum sanitatis dicat esse] id [quod moderate se habet ad sanitatem,] quæ erat sani definitio, competit enim mediocriter se habere ad sanitatem, quod est definitio sani, omnibus illis, videlicet signo, & causæ sanitatis. est enim signum sanitatis id, quod mediocriter se habet ad sanitatem: & causa sanitatis similiter. Siquis hoc [dicat esse, non est refutandum, sed inspiciendum, quod mediocriter secundum vtrunque dixit, vt si hoc quidem tale significat] videlicet mediocriter se habere ad sanitatem significat, [vt facere sanitatem] quod competit causę, [illud autem tale, vt significare,] & signum significans, [qualis quidem sit habitus] hoc est sanitas. quasi dicat, considerandum est illud commune, videlicet mediocriter se habens ad sanitatem, vtrum secundum vnam rationem dicatur de signo, & de causa: & si non secũdum eandem rationem dicitur de signo, & de causa, quoniam de signo dicitur, quia signum est, mediocriter se habens ad sanitatem, vt significans: de causa vero, vt efficiens: de corpore autem, vt subiectum, cum hæ sint diuersæ rationes, definitio sani erit æquiuoca. secundum vero Alex. Aristo. remouet dubium hoc, componatur sanum cum signo: & sanum cum causa, & sanum cum corpore, deinde definiatur sanum, signum quod sit mediocriter se habens ad sanitatem in significando: & sana causa, quod sit mediocriter se habẽs ad sanitatem in efficiendo, & sanum corpus quod sit mediocriter se habens ad sanitatem in habendo. Si igitur remoueantur propriæ, quibus hæ definitiones differunt, vt à prima remoueatur illa particula, videlicet in significando, à secunda vero illa, videlicet in efficiendo, à tertia autem illa, videlicet in habẽ-
B do, quæ sunt proprię differentię, quibus hæc differunt, remanebit communis ratio illa, videlicet mediocriter se habens ad sanitatem, quæ competit sano signo, sanæ causæ, & sano corpori, igitur sanum erit vniuocum. cuius contrarium patet per alias regulas. Hæc est dubitatio secundum Alexandrũ. Respondet Aristoteles, quod quando ita est, debemus considerare illud commune, quod remanet, videlicet mediocriter se habens ad sanitatem. Nam si illud commune significat res diuersorum prædicamentorum, erit æquiuocum, & sic est in proposito, quoniam in causa, videlicet in ipso cibo mediocriter se habere, intelligitur in quanto, in ipso vero signo, significatur quale: nã quale est signum, talis est sanitas. Igitur illud commune erit æquiuocum, vt patet per locum acceptum à primis generibus. vnde dicit, [Sæpe autem & in ipsis definitionibus latet] propositum, quod est [assequens æquiuocum] ad ipsam definitionem, ita latet, vt per locum a definitione non sciatur vtrum propositum sit æquiuocum. [quapropter & in definitione considerandum] ea, videlicet, quę est de sano composito, cum his de quibus dicitur, assignatur, [vt siquis] sanum [significatiuum, vel] sanum [effectiuum sanitatis, dicat esse] id, [quod mediocriter se habet ad sanitatem,] istud dictum [non est refutandum, sed inspiciendum, quod mediocriter secundum vtrunque dixit, vt si hoc quidem tale significat vt facere sanita-
C tem,] & ita significat quantum, [illud autem tale, vt significare, qualis quidem sit habitus,] & significat quale, igitur illud commune erit æquiuocum, & per consequens propositum erit æquiuocum.

94 Adhuc si non comparabilia sunt secundum magis & minus, vel similiter, vt clara vox, clara vestis, & acutus sapor, & acuta vox. Hæc enim nec similiter dicuntur clara vel acuta, neque magis alterum, quare æquiuocum clarum & acutum: nam vniuocum omne comparabile, aut enim similiter dicetur, aut magis alterum. Loc⁹ a cõparatione significatorum.

Quartus locus est inspicere (vt Alexander inquit) ad significata proposita, quæ sub ipso proposito sunt, sint ne comparabilia an non. ergo secundum Alex. locus est inspicere ad comparationẽ significatorum ipsius propositi, cuius propositio maxima est, si significata alicuius propositi nec secundum magis & minus, nec secundum similitudinem comparabilia sunt, secundum nomen illius propositi, propositum est ęquiuocum. huius causam assignat Alex. per rationem à contrario, quoniã omnia, quę aliquo eodem vniuoco participant, aut similiter eo participant, & sunt comparabilia secundum simi-
D litudinem, vt circuli omnes secundum similitudinem comparabiles sunt, quoniã omnes similiter circuli sunt, quoniam omnes circuli ratione similiter participant. similiter & homines, & generatim ea, in quibus non est magis, & minus, hæc secundum similitudinem aliquo communi vniuoco participant, aut aliquo vniuoco participant secũdum magis & minus, & secundũ similitudinem, vt sunt ea, in quibuscunq; sunt magis & minus, vt in albis est videre. Alba enim quę colore participant, aut secundum similitudinem colore participant, aut secundum magis, & minus: nam quo colore participãt secundum magis & minus, comparabilia sunt secundum magis & minus: quo vero colore participant æqualiter, comparabilia sunt secundum similitudinem. ex ijs patet ratio propositionis maximæ: nam si significata propositi nec secundum similitudinem, nec secundum magis & minus comparabilia sunt, non erit propositum vniuocum, quare erit æquiuocum. dicit. [Adhuc si] significata propositi [non comparabilia sunt secundum magis & minus, vel similiter] hoc est, nec secundum similitudinem, subaudi propositum erit æquiuocum, declarat propositionem maximam exemplis, & dicit, [vt clara vox, clara vestis, & acutus sapor, &] acuta vox. [Hæc enim,] scilicet

vox, & vestis [nec similiter] hoc est secũdũ similitudinẽ dicuntur clara. nõ enim vox & vestis dicũtur similiter clara, aut obscura, [neq; alterũ] altero dicitur [magis,] nõ enĩ vestis est magis clara quá vox, nec cõtra. Igitur clarum æquiuocũ est ad vocem & ad vestẽ. Similiter acutũ, æquiuocũ est ad saporẽ & ad vocẽ. [Hęc enim nec similiter dicũtur acuta, nec magis alterũ] altero, igitur acutũ ęquiuocũ est ad sapores, & ad voces, [quare æquiuocũ est clarum & acutum,] cuius causam assignat à suo cõtrario, & dicit, [Nam vniuocũ omne] est [comparabile.] hoc est omne vniuocũ est, in quo significata sunt cõparabilia, cuius causam assignat, & dicit, [aut enim similiter dicetur] de suis significatis, vt in substãtijs, & in ijs in quibus nõ est magis & minus, [aut magis alterum] altero, vt in quibus est magis & minus: nam in quibus est magis & minus, est etiam comparatio secũdum similitudinem. Quare si vniuocum est, cuius significata sunt comparabilia, æquiuocum erit, cuius significata nõ sunt comparabilia, quæ fuit propositio maxima. ¶ Quod vero ad verba attinet, dixit [vniuocum omne comparabile] nõ in omnibus eodem modo, quoniam in substãtijs est comparabile secũdum similitudinẽ. in accidẽtibus (vt Alexã. inquit) in quibus est magis & minus, comparabile est & secũdum magis & minus, & secũdum similitudinem. ¶ Sed occurres, quoniam in quibus est magis & minus, vt Alexãder inquit, est simile, igitur in quibus est simile, erũt magis & minus: nã similiter, & ęqualiter idem. At cõstat in quibus est æquale, in eis esse magis & minus: & cum simile sit æquale, igitur in quibus est simile, erit magis & minus. & cum in substãtijs sit simile, igitur æquale & magis & minus. ¶ Nõnulli dixerũt in omnibus in quibus est simile, esse aut magis & minus, aut prius & posterius: at æquale differt à simili, quoniam in quibus est æquale, est magis & minus, & prius & posterius: & quia in substãtijs est simile, ideo in substãtijs erunt aut prius & posterius, aut magis & minus. & sic in plus est simile, quàm æquale, cum simile sit, in quibus nõ est æquale. ¶ Sed hæc solutio nõ est vera, nõ enim in quibuscunque est simile, in eis est prius & posterius, vel magis & minus: in hominibus enim est simile, quoniam omnis homo omni homini similis, est in homine, & tamẽ nullus homo est prior aut magis homo altero homine. ¶ Propterea rectius dicendum Aristote. & Alexandrum accepisse, simile, cõfuse, pro quodam cõmuni ad idem in substãtia, vel pro ęquali in quãto, & pro simili in qualitate. simile enim pro cõmuniter acceptũ reperitur in omnibus, & in substãtijs, & in accidẽtibus: simile vero secũdũ qualitatẽ est simile proprie, quod nõ reperitur nisi in eis, in quibus est magis & minus, vel quę sunt qualia. secus autem accipit in metaphysicis, vbi æquale proprie in quãtis, simile in qualitate, idẽ in substãtia accepit: nam eadem sunt, quorum substãtia est vna: quorum vero quantitas vna est, hæc æqualia sunt: quorum autem qualitas, hæc similia. At hic per simile intellexit quid commune ad idẽ secũdum substantiam, & ad simile secundum qualitatem, & ad æquale secundum quantitatem, & tũc patet solutio ad dubitationem.

Idẽ in ante prędicamẽ. c. 4.

95 Quoniam autem diuersorum generum, & non subalternatim positorum, diuersę species sunt, & differentiæ, vt animalis, & scientiæ (diuersæ enim horum differentię) considerandum, si quæ sub eodem sunt nomine, diuersorum generum & non subalternorum, diuersę differentiæ sint, vt acutum vocis, & magnitudinis: differt enim vox à voce, eo quod acuta sit. similiter & magnitudo à magnitudine. quare æquiuocum acutum. diuersorum enim generum & non subalternorum diuersæ differentiæ sunt.

Hic est quintus locus, qui accipitur à differẽtia, cuius propositio maxima hæc est, si aliquod propositum est differẽtia diuersorum generum, nõ subalternatim positorũ, tale propositum æquiuocum est. Secũdum vero Alexã. propositio maxima hæc est, si propositũ prędicatur de pluribus, quæ sunt differẽtię diuersorũ generum nõ subalternatim positorũ, propositum tale erit æquiuocũ. & tũc, vt Alexander innuit, iste locus nõ à differẽtia accipitur, sed demõstrat, quæ differẽtia sit multiplex, per locum acceptum à significatis differẽtiæ, per comparationẽ ad genera in quibus ponũtur. & dicit. [Quoniam autem diuersorũ generum, & nõ subalternatim positorum, diuersæ species sunt, & differẽtiæ, vt animalis, & sciẽtiæ, (diuersæ enim horũ differẽtiæ) cõsiderãdum, si quæ sunt sub eodẽ] differẽtiæ, [diuersorũ generũ, & nõ subalternorũ, diuersæ differẽtię sint,] nã si sic, talis differẽtia erit æquiuoca, & hoc demõstrat exẽplis, & dicit. [Vt acutũ vocis] differẽtia est [& magnitudinis] ẽt differẽtia est. [differt enim vox à voce, eo ꝙ acuta sit] aliqua subaudi, aliqua vero obtusa, [similiter & magnitudo à magnitudĩe] differt, quia magnitudo aliqua est acuta, vt gladius, aliqua vero obtusa, [quare acutũ] erit [ęquiuocũ. nã diuersorũ generũ & nõ subalternorũ] significata acuta [diuersę differẽtię sunt.] similiter de obtuso. ¶ Sed occurres, quoniã ꝓpõ maxima, ꝙ dicta est, nõ est vera in oĩbus: nã bipes est differẽtia volatiliũ & pedestriũ, quæ sunt diuersa genera & nõ subalternatĩ posita, & tamẽ bipes nõ ẽ ęquiuocum. Rñdet

A Alexander & ſatis, vt mihi videtur, ad propoſitum, & vult Ariſtotelē per diuerſa genera, quę non ſub alternatim ponuntur, intellexiſſe ea, de quibus ſermonem fecit, cum dixit, vt animal & ſcientia, vox & magnitudo, quæ diuerſa genera ſunt, & nec ſubalterna ſunt inuicem, nec ſub aliquo cōmuni, ſed ſunt diuerſorum prædicamentorum: modo volatile, & pedeſtre, quorum differentia eſt bipes, licet non inuicem ſubalterna, tamen ſunt ſubalterna in eodem genere animali, & ſic inſtantia non valet.

96 Rurſum ſi eorundem, quæ ſunt ſub eodem nomine, diuerſæ differentiæ ſunt, vt coloris qui eſt in corporibus, & in melodiis: nam eius, qui eſt in corporibus, congregatiuum, & diſgregatiuum viſus: eius vero, qui in melodiis, non eędem differentiæ, quare æquiuocum color: nā eorundem eædem differentiæ.

Hic eſt ſextus locus, per quem oſtenditur aliquod propoſitum eſſe multiplex, verum (vt Alexāder innuit) hic locus quaſi conuerſus eſt loci quinti, quoniam cum demonſtraſſet differētiam ęquiuocum eſſe, quando ſignificata differentiæ, fuerint diuerſorum generum differentiæ: nunc demonſtrat genus
B æquiuocum eſſe, ſi differentiæ ſignificatorum generis fuerint omnino diuerſæ, & dicit. [Rurſum ſi eorundem] ſignificatorum, [quæ ſunt ſub eodem nomine] generis [diuerſæ ſunt differentiæ,] ſubaudi genus eſt æquiuocum. hæc eſt maxima, affert exemplum. & dicit [Vt coloris, qui eſt in corporibus, & in melodijs,] differentiæ ſignificatorum diuerſorum generum ſunt non ſubalternorum, ergo color eſt æquiuocum, eſt enim color in melodijs, qui & chroma dicitur, cum tetrachorda procedunt per duo hemitonia, & trihemitonium, cuius differentię ſunt aliæ à differentijs colorum corporalium, [nam eius] coloris [qui eſt in corporibus, congregatiuum & diſgregatiuum viſus] differentiæ ſunt, quibus differunt colores corporei, [eius vero] coloris, [qui eſt in melodijs, non eædem differentiæ] ſunt, quæ erant colorum corporalium, [quare æquiuocum color] eſt, [nam eorundem] colorum corporalium [eædem ſunt differentiæ,] quæ colorum differentiæ, eædem non ſunt, quæ ſonorum. igitur erunt, diuerſæ diuerſorum.

97 Amplius quoniam ſpecies nullius eſt differentia, inſpicere oportet ſi eorum, quæ ſub eodem ſunt nomine, hoc quidem ſpecies eſt, illud autem differētia, vt clarum, quod in corpore quidem, ſpecies coloris, quod
C aūt in voce: differentia, differt enim vox à voce, eo quòd clara ſit. de eo igitur, quod multipliciter dicitur, per hæc & huiuſmodi preſpiciendū.

Septimus locus eſt inſpiciēdo ad ea, in quibus reperitur propoſitum, cuius maxima propoſitio eſt, ſi propoſitum, quod reperitur in pluribus, in aliquibus illorum eſt ſpecies, in aliquibus vero differētia, tale propoſitum eſt æquiuocum. & dicit. [Amplius, quoniam ſpecies nullius eſt differentia, inſpicere oportet, ſi eorum, quæ ſub eodem nomine ſunt, hoc quidem] in aliquibus [ſpecies eſt. illud vero] in alijs ſit [differentia,] ſubaudi nam tale propoſitum eſt æquiuocum ad illa, exemplum affert, & dicit. [Vt clarum, quod in corpore quidem] eſt, [ſpecies coloris eſt, quod autem] eſt [in voce,] eſt [differentia,] cuius cauſam affert, & dicit. [Differt enim vox, à voce, eo quod clara ſit] aliqua vox, aliqua vero, obſcura. huius loci, & maxime Ariſtoteles, in textu cauſam dedit ex eo, quoniam ſpecies nullius eſt differentia. Quod Alexander probat primo, quia differentia eſt ſpeciei cōſtitutiuum, quod autem à differentia conſtituitur, ſpecies eſt, non igitur ſpecies alicuius differentia eſt. deinde quod prædicatur in eo quod quid eſt, ſpecies eſt, differentia vero in quale, non igitur ſpecies differentia eſt. adhæc ſpecies eſt, quæ aliquando & genus eſt, differentia autem nunquam genus eſt, ſed generis differentia.
D demum ſpecies ſunt in quas genus diuiditur, differentiæ vero, quibus genus in ſpecies diuiditur, igitur ſpecies nullius eſt differentia. Quod ſi ita eſt, fit vt æquiuocum ſit propoſitum, quando in aliquibus ſpecies, in aliquibus differentia eſt. ¶ Sed occurres, quoniam naturalis potentia eſt ſpecies qualitatis, & eſt differentia potentiæ, & tamen eſt vniuoca. Adhuc mortale & immortale (vt Boetius inquit) differentiæ ſunt, quibus animal genus diuiditur, & tamen hæc eadem vniuoca, ſunt ſpecies. ¶ Dicendum per nullam rationem ſpeciem eſſe differentiam, per rationem logicam quidem, vt probauit Alexander, per rationem vero naturalem, quia ſpecies compoſitum eſt ex materia & forma, differentia eſt forma. per rationem denique metaphyſicam, quoniam ſpecies eſt compoſitum ex actu, & potentia, differentia vero actus eſt. ſi igitur intelligatur maxima propoſitio ſimpliciter, tunc dicendum ad rationes, quod naturalis potentia, vt eſt ſpecies qualitatis, eſt accipere pro aptitudine, vt vero eſt differentia potentiæ, eſt accipere pro reſpectu, & ſic eſt æquiuocum. Ad ſecundum dicendum, mortale, & immortale diuidere genus ratione differentiarum, quas includunt: eſſe vero ſpecies pro compoſitis ex generibus & differentijs, & ſic videntur æquiuoca. Poteſt autem

maxima propositio etiam intelligi hoc pacto, si aliquod ꝓpositum reperitur in diuersis generibus nõ E subalternis, & in aliquibus illorum differentia est, in aliquibus vero species, tale propositum est ęquiuocum, & sic remouetur omnis quæstio, atq; scrupulus. Tunc epilogat, & dicit, [De eo igitur, quod multipliciter dicitur,] per [hæc] loca, quæ dicta sunt numero octo, [&] per [huiusmodi] hoc est per alia, quæ sunt similia ijs, quæ dicta sunt, [perspiciendum:] nam potest quis cognoscere aliquod propositum esse æquiuocum, quãdo idem propositum est species, & indiuiduum. Vt Anthropus, hoc enim nomen speciei est, & nomen proprium olympij pugilis, de quo in moralibus meminit Aristo. Amplius, Çorax, non solum auis speciem, quæ latine dicitur coruus, significat, sed fuit nomen cuiusdam rhetoris, qui dicebatur Corax: etiam fuit nomen cuiusdam gentilis mei, qui fuit miles validissimus, dicebatur enim Corax Niphus, quem Hieronymus ad pietatem christianam cõuertit, vt extat epistola. Ad hæc alius locus est, vt si aliquod propositum de aliquo dicitur, quod est quod quid erat esse, de aliquo vero, quod est quale, vt proprium, quod de definitione dicitur, & de accidente. Amplius iustitia dicitur de tota virtute, & de iustitia, quæ contra virtutes diuiditur, & ideo est æquiuocum. Amplius, Atrum de eo nigro dicitur, quo scribimus, etiam de eo, quod in corpore color est: & multa alia loca addi possunt, quæ breuitatis causa reticuit, propterea (vt Alexã. annotauit) addit, [& huiusmodi,] quoniam non solum illa loca quæ dixit, sunt ad accipiendum multiplex, sed & alia plurima. F

¶DE DIFFERENTIARVM INVENTIONE.

98 Differentias autem in ipsis generibus ad se inuicem perspiciẽdum, vt quo differt iustitia à fortitudine, & prudentia à tẽperantia, hæc enim ex eodem genere sunt, ex virtute. Ex alio in aliud, vt in iis, quæ non nimium differunt, vt in quo differt sensus à scientia. Nam in iis, quę multum differunt, manifestę omnino sunt differentię.

Tertia instrumentorum species ad facultatem abundandi in syllogismis, est differentiarum sumptio, de qua nunc proponit dicere. Est autem differentiarum sumptio (vt Alexan. exponit) ad plura vtilis, sed quoniam Aristoteles, vtiles asignat, nunc vero de differentiarum sumptione loquens, non loca, & considerationes asignat, quibus possumus differentias cognoscere, veluti in propositionibus, & in æquiuocorum diuisione attulit, sed ea declarat, in quibus oportet differentias quærere, & dicit. G [Differentias autem ad se inuicem,] hoc est earum rerum, quæ ad se inuicem differunt, [in ipsis generibus] proximis [perspiciendum,] vt verbi causa, quærendæ sunt differentiæ, quibus differunt ea, quæ sunt sub animali, quod est genus proximum: etiam quærendum est, [vt quo differt iustitia à fortitudine, & prudentia à temperantia, hæc enim ex eodem genere sunt] videlicet [ex virtute,] quæ est genus proximum omnium virtutum in specie. Deinde ponit genera, in quibus non sunt quærendæ differentiæ, & dicit. [Et] perspiciendum differentias, quæ sunt [ex alio in aliud] genus, hoc est quæ sunt in diuersis generibus, [vt in ijs] generibus, [quæ non nimium differunt,] genera quæ nimium differunt, sunt prima genera, quæ generalissima dicuntur: quæ vero non nimium differunt, sunt genera, quæ non sunt inuicem subalterna, sed sunt diuersa, sub vno tamen primo genere posita, [vt] illud, videlicet, [in quo differt sensus à scientia.] Nam scientia & sensus sunt eiusdem generis qualitatis, verum scientia est in genere habitus, sensus vero in genere potentiæ naturalis. At habitus & potentia, licet non sint inuicem subalterna genera, tamen sunt sub eodem genere qualitatis. Asignat autem causam Aristoteles huius secundi, & dicit, [Nam in ijs, quæ multum differunt] scilicet genere primo, [manifestæ sunt omnino differentiæ.] vnde (vt Alexander inquit) nemo quærit, qua differentia lignum differt ab homine, sed de his quærit, quæ prope inuicem sunt, in quibus error accedere potest, H vt puta, quæ videntur eadem esse. hæc autem sunt, quæ sub eodem genere sunt, vel sub diuersis proximis, quæ sub eodem genere proximo continentur. quæret enim quispiam in quo fortuna & casus differunt, in quo generatio & corruptio, in quo etiam abstinentia & modestia, in quo proprium & definitio, nec hæc omnia sub vno proximo genere continentur. ¶Sed dices, scientia & sensus sunt in generibus diuersis, igitur non sunt quærendæ differentiæ illarum. Antecedens patet: nam sciẽtia est in genere apprehensionis: at sensus non est in genere apprehensionis, sed potentiæ. ¶Alexander dicet, quod licet scientia & sensus differant, tamen conueniunt proxime, quoniam ambo sunt iudicium. per sensus enim de sensibilibus, per scientiam autem de scibilibus iudicamus. Quot vero differentijs differant Alexander enumerat, quas non oportet narrare. satis autem sit accipere differentias non esse sumendas in his, quæ multum differunt, cum ad has inueniendas non sit necessaria ars, sed in ijs, quæ aut maxime conueniunt, vel in ijs, quę non multum differunt. Tacuit autem loca, quibus differentias inuenire possumus, vel quia rem hanc postea dicet, cum requirat maius opus, vel quia est interimere definitiones, de quo post dicet.

A ¶DE SIMILIVM CONSIDERATIONE.

99 Similitudinem autem considerandum in iis, quæ sunt in diuersis generibus, vt sicut alterum ad alterum quidem, sic aliud ad aliud, vt sicut scientia ad scibile, sic sensus ad sensibile. Et vt alterum in altero aliquo, sic aliud in alio, vt quemadmodum visus in oculo, mens in anima, & vt tranquillitas in mari, serenitas in aere, vtrunque enim quies.

Nunc docet ea, in quibus est quærenda similitudo, erat enim quartũ instrumentum similiũ consideratio, & primo (vt Alexã. vult) docet ea, in quibus reperitur similitudo secundũ analogiã. Secundo loco ea, in quibus reperitur similitudo secundũ aliquid cõmune, de prima parte dicit. [Similitudinem autẽ,] quæ est secundũ analogiã, [considerandũ in ijs, quæ sunt in diuersis generibus,] verbi causa, vt inter scientiã & sensum, in his enim similitudo est secundũ analogiã, sunt enim in diuersis generibus, & exponit quo modo secundũ analogiã, & dicit. [Vt sicut alterũ, ad alterũ quidẽ, sic aliud ad aliud,] hoc pacto est similitudo analogiæ in ijs, quæ sunt genere diuersa, & per alterum & aliud, idem intelligit, est tamen vsus nominibus diuersis, ne accidat obscuritas, tamẽ per alterum intelligit aliud. Quod B exemplis exponit, [vt sicut scientia ad scibile, sic sensus ad sensibile,] igitur sensus & scientia similes sunt secundum analogiam, licet differant generibus. Affert secundum exemplum, & dicit, [& vt alterum in aliquo altero, sic aliud in alio, vt quemadmodum visus in oculo,] sic [mens in anima,] ergo licet visus & mens differant generibus, tamen sunt analogia similes. Affert tertium exemplum, & dicit. [Et vt tranquillitas in mari] sic [serenitas in aere,] ergo licet serenitas & tranquillitas differant generibus, tamen sunt secundum analogiam similes, [quoniam vtrunq; quies] in vtroque quies est. multa alia exempla affert Alexander, quæ breuitatis causa omitto.

100 Maxime autem in iis, quæ multum distant, exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus similia inspicere. Considerandum autem & ea, quæ sub eodem sunt genere, siquid inest omnibus idem, vt homini, & equo, & cani: nam si inest aliquid eis idem, in eo sunt similia.

Nunc docet ea, in quibus reperitur simile secundũ aliquid cõmune, & duo facit, quoniã primo assignat vnũ præceptũ, quod est obseruandũ in ijs, in quibus est similitudo secũdũ analogiã, & dicit. [Maxime autem in ijs, quæ multum distant, exerceri oportet] si velimus facile inuenire simile secundũ analogiam: nam ex quo multum distant, nisi exercitio reddamur potẽtes, non poterimus esse prompti ad inuentionem similitudinis, quæ secundum analogiam. Assignat tamen ipse etiam aliam rationem, & dicit. [Facile enim in reliquis,] quæ nõ ita distant, [poterimus similia inspicere,] qui enim in arduis se exercet, in paruis erit promptissimus. assignato præcepto, docet ea, in quibus inuenitur simile secundum aliquid commune, & dicit. [Considerand autem & ea, quæ sub eodem sunt genere, siquid inest omnibus idem, vt homini, equo, & cani,] quibus inest esse pedestre, [nam si inest aliquid eis idem,] vt pedestreitas, [in eo sunt similia,] hæc de secundo.

C

¶DE VTILITATE MVLTIPLICIS.

101 Vtile autem ipsum quidem, quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatem. Maxime enim quis sciet quid ponatur, manifesto facto quotupliciter dicitur.

D Hactenus de instrumentis, nunc de vtilitatibus instrumentorum loquitur, tacuit autem vtilitatem propositionum, quoniam (vt Alexander inquit) vtilitas propositionum est euidentissima: nam cum propositiones sint materię ac partes syllogismorum, (ex propositionibus enim fiunt syllogismi) perspicuum sumptionem propositionum non modo vtilem esse ad syllogismos, verum etiam necessariam. est & alia ratio, quoniam cum hæc tria instrumenta reducãtur ad propositionum sumptionem, fit, vt assignando vtilitates horum, etiam sumptionis propositionum vtilitatem assignet. De multiplicis vero distinctione tres affert vtilitates, quarum prima est propositæ propositionis diluciditas, qua dilucidum fit, quo sensu proposita propositio accipiatur: nam hoc patefacto, opponens & respondens ad idem referent, alter quidem opponendo, alter vero respondendo, vnde dicit. [Vtile autem ipsum quidem quod quotupliciter dicitur, considerasse, ad diluciditatem] propositæ propositionis aut opinionis. [maxime enim quis sciet quid ponatur] in opinione, [manifesto facto] ipso [quotupliciter dicitur.] ¶ Alexander autem hanc vtilitatem dicit esse ad manifestationem opinionum, quæ de quæsitis ponuntur à Philosophis, vnde quia Parmenides & Melissus non

diuiſerunt quot modis dicitur ens, ideo opinio eorum, qua dixerunt vnum eſſe ens, non eſt manife- E
ſta, & quod Ariſtoſteles ſic intellexerit patet, dicit enim [maxime quis ſciet quid ponatur,] & intel-
ligit in opinione.

102 Et ad fieri ſecundum rem eandem, & non ad nomẽ ſyllogiſmos,
ſi enim immanifeſtum ſit quotupliciter dicitur, contingit non ad idem
etiam qui reſpondet, & qui interrogat, ferre intellectũ. Manifeſtato au-
tem quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus videbitur
interrogans eſſe, ſi non ad hoc ſermonem faciat.

Secunda vtilitas inuentionis multiplicis eſt ad dialecticã diſputationem ſecundũ rem (vt Alex. in-
quit) eſt enim duplex diſputatio, vt dicitur in elenchis, altera ad nomen, altera ad rẽ. diſputatio ad no-
men eſt quando interrogans opponit ad vnũ, & reſpondens reſpondet ad aliud, & ſolũ in nomine, &
non in ſignificato conueniunt, & hæc diſputatio dicitur ſophiſtica. Diſputatio vero ad rẽ, eſt quoniã
interrogans, & reſpondens referuntur ad vnũ & idẽ, & eſt dialectica, ad veritatis inuentionem vtilis.
Ariſto. igitur dicit, quod multiplicis diſtinctio eſt vtilis ad ſyllogiſmos, hoc eſt ad diſputationẽ dialecti F
cã, quæ fit ad rẽ, non ad nomẽ, dicit. [Et] ſubaudi multiplicis diſtinctio eſt vtilis [ad fieri ſyllogiſmos]
in diſputatione dialectica [ſecundũ eandẽ rem, & non ad nomen,] ad quod nomẽ fiunt ſyllogiſmi in
diſputatione ſophiſtica, & aſsignat cauſam, & dicit. [Si enim immanifeſtũ ſit quotupliciter dicitur, cõ
tingit non ad idẽ etiam qui reſpondet, & qui interrogat ferre intellectũ:] nã interrogans intellectum
fert ad vnũ ſignificatũ æquiuoci, ſuos ſyllogiſmos dirigendo. Reſpõdens fert intellectũ ad aliud ſigni-
ficatũ, ſuas reſponſiones afferendo, & ſic laborando in æquiuoco non dialectice, ſed ſophiſtice diſpu-
tabunt. Deinde exponit qualẽ ſe habeat opponens habita diſtinctione, & dicit. [Manifeſtato autẽ quo
tupliciter dicitur] ab ipſo reſpondente, [& ad quid ferens ponat,] hoc eſt ad quod ſignificatũ ferẽdo
intellectũ, reſpondens ponat, [ridiculus videbitur interrogans eſſe, ſi non ad hoc] ſcilicet ſignificatũ,
[ſermonẽ] ac ſyllogiſmũ [faciat.] verbi cauſa, vt Alexã. affert, aſſerat Peripateticus ſcientiã nõ eſſe na
turalem animæ, pro ſua propoſitione, & Platonicus ſyllogizet ſic, inſeparabile ab anima eſt animę cõ
naturale, ſcientia eſt inſeparabilis ab anima, igitur ſcientia eſt animæ connaturalis. diſtinctio hæc eſt,
inſeparabile eſt duplex: quoddã, quod eſt in ſubſtantia eius, cuius eſt, vt riſibile eſt inſeparabile ab ho-
mine: quoddam quod non poteſt per ſe ipſum eſſe, quin ſit in alio, quoniam ſeparatio ab eo cuius eſt,
corruptio eius eſt. Dicet igitur Peripateticus ad maiorem, inſeparabile ab anima, ſecundum primam G
rationem eſſe animæ connaturale, ſecundum vero alteram ſignificationem, non eſt connaturale. Sic
enim omne accidens erit connaturale ſubſtantiæ. Si igitur Platonicus adhuc opponendo refert intel-
lectum ad inſeparabile ſecundo modo, ridiculus erit.

193 Vtile etiam & vt non falſa ratione decipiamur, ſed decipiamus po
tius: nam ſcientes quotupliciter dicitur, non allucinamur, ſed ſciemus, ſi
non ad idem ſermonem faciat is, qui interrogat. Et ipſi interrogãtes po
terimus apparenti ratiocinatione fallere, niſi is qui reſpondet, agnoſcat
quotupliciter dicitur. Hoc autem non in omnibus ſemper poſsibile eſt,
ſed quando fuerint eorum, quę multipliciter dicuntur, alia quidem ve-
ra, alia autem falſa. eſt autem proprie non conueniens modus hic diale-
cticę: quare omnino vitanda dialecticis huiuſmodi ad nomen diſputa- H
tio, niſi quis aliter non poſsit de propoſito diſſerere.

Nunc affert tertiam vtilitatem, & vult quod diſtinguere multiplex etiam vtile ſit ad hoc, quoniam
qui ſcit multiplex diſtinguere, poterit alios decipere, & ab alijs non decipi. Nam ſi eum interrogat, qui
multiplicis diſtinctionem ignorat, poterit ipſum fallere. Si autem ab alio interrogetur, ſciens multipli-
cis diſtinctionem, ſtatim intelligit ad quid refert intellectum is, qui eum interrogat, & ſic non decipie
tur, dicit. [Vtile etiam & vt non falſa ratione decipiamur, ſed decipiamus potius.] igitur ſcire multipli
cis diſtinctionem vtile eſt ad decipiendum alterum, nõ autem ad decipi ab altero, & aſsignat cauſam,
& dicit. [Nam ſcientes quotupliciter dicitur, non allucinamur] ab alijs, [ſed ſciemus] reſpondere, [ſi
is, qui interrogat, non ad idem] ſignificatum, [faciat ſermonem,] ad quod nos propoſitum ſuſtine-
mus. [Et ipſi interrogantes] reſpondentes, [poterimus apparenti ratiocinatione fallere] eos, niſi is
qui reſpondet, agnoſcat quotupliciter dicitur,] verbi cauſa (vt Alexã. inquit) qui ponit diuitias eſſe bo
num, ſi ſciuerit boni æquiuocationem, non concedet opponenti hanc, videlicet, bonum bonos facit.
quoniam poſſeſsio, & potentia bona ſunt, quæ tamen bonos non faciunt. Amplius qui ponit motum

A mutare locum, si sciuerit moti æquiuocationem, non concedet alteratum esse motũ. Deinde (vt Alexander exponit) Aristo. ostendit in quibus hæc vtilitas potest fieri, & dicit, [Hoc autem] scilicet decipere alios, & nõ decipi ab alijs, [non in omnibus semper possibile est, sed quando fuerint eorum, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem vera, alia quidem falsa,] nam si in omnibus propositum verũ est, aut in omnibus sensibus falsum, non erit vtile ad decipiendum alios, quoniam in ambobus Aiacibus verum fuit, Aiacem ad Ilium militasse, ideo ex hoc nullus fieri potest paralogismus. Affert Alexãder alia exempla, quæ clara sunt, deinde ostendit Aristo. quibus hæc vtilitas competit, & dicit, [Est autẽ proprie non conueniens modus hic dialecticę,] sed sophisticis, [quare omnino] (vt inquit) [vitanda dialecticis huiusmodi ad nomen disputatio, nisi quis aliter nõ possit de ꝓposito disserere,] in hoc enĩ casu conceditur non per habitum dialecticæ, sed per habitum sophisticum. Cõuenit aũt hoc fieri (vt Aristot. inquit) octauo huius, & secundo elenchorum, quando respondens negaret per se notum, nã cum ipse cauillat, licet interroganti cauillare.

❡DE VTILITATE INVENTIONIS DIFFERENTIARVM.

104 Differentias autem inuenire vtile, & ad syllogismos de eodem & B diuerso, & ad cognoscendum quid est vnumquodque. Quòd autem ad syllogismos de eodem, & diuerso vtile, manifestum. Inuenientes enim differentiam propositorum quãlibet, ostendentes erimus, quoniã non est idem. Ad cognoscendum autem quid est vnumquodque, eo quod propriam substantiæ cuiusque rationem iis (quæ circa vnumquodque sunt) accommodatis differentiis separare solemus.

Cum dixisset de vtilitate diuisionis multiplicis, nunc ad quæ vtilis sit differentiarum inuentio, exponit, & primo proponit vtilitates duas, secundo loco eas per ordinem probat, de prima parte dicit, [Differẽtias autem inuenire vtile] est, [& ad syllogismos de eodem, & diuerso,] hæc est prima, [& ad cognoscendum quid est vnumquodque,] & sic est vtilis ad definitionum assignationem, quæ est secunda vtilitas. Deinde probat has vtilitates per ordinem, & primo probat primam, & dicit, [Quòd autem] inuenire definitiones [vtile] sit [ad syllogismos de eodem, &] de [diuerso, manifestum.] & declarat solum quomodo sit vtile ad syllogismos negatiuos, qui sunt de nõ eodem, quod idem est q̃d diuersum, & dicit, [Inuenientes enim propositorum quãlibet differentiam, ostendentes erimus quo- C niam] tale propositum [non est idem,] sed diuersum ab eo omni, à quo differt per talem differentiã, & hoc per syllogismos negatiuos. verbi causa, vt Alexand. exemplificat, inuenientes, quoniam continentia differt à modestia, ꝙ modestia quieta habeat desideria, continentia vero vehementia, ostẽdemus quòd modestia non sit continentia hoc syllogismo, virtus, quæ quieta habet desideria, non est virtus quæ vehementia desideria habet, modestia quieta habet desideria, continentia autem vehementia, igitur modestia non est continentia. Quòd autem sit vtile ad syllogismos de eodem, nec Aristoteles nec Alexander probauit, quia est manifestum, & potest exemplum afferri tale, omne disciplinæ capax risibile, omnis homo est disciplinæ capax, igitur omnis homo est risibilis. Deinde declarat quomodo sit vtile ad definitionum assignationem, & dicit, [Ad cognoscendum autem quid est vnumquodque, eo ꝙ propriam cuiusque rationem ijs differentijs accommodatis, quæ circa vnumquodque sunt,] hoc est. quæ pertinent ad rem definitam, assignantes, ac cõstituentes [solemus separare] rem definitam ad omni non ipsa. vel construe hoc modo, [eo ꝙ separare solemus propriam cuiusque] rei definitæ [rationem, accommodatis ijs differentijs] vnicuique definito, [quæ] constitutiuę sunt [circa vnumquodque.] ❡Quod verò ad vtilitates attinet, differẽtię duplicem rationem subdit, quoniam est generis diuisiua, & speciei, quæ sub genere est constitutiua, ea quidẽ ratione qua est diui- D siua generis, diuidit speciem quam constituit, ab omnibus alijs, quæ non sunt ipsa. & sic est vtilis ad syllogismos de eodem, & de diuerso. Ea vero ratione, qua constitutiua speciei est, valet ad definitionũ assignationem. Alexan. addit inuentionem differentiarum vtilem esse ad diuisionem generum, & ad ferendam instantiam rationum inductiuarum, & ad alia, quę Aristo. tacuit, quoniam hæ duæ vtilitates propriæ sunt, quas ipse posuit.

DE VTILITATE CONSIDERATIONIS SIMILIVM.

105 Similitudinis autem consideratio vtilis est ad inductiuas rationes, & ad syllogismos ex suppositione, & ad assignationem definitionum.

Nunc de vtilitate considerationis similium proponit, & primo enumerat eas, quas dicit esse tres. Deinde per ordinem probat eas. de prima parte dicit, [Similitudinis autem consideratio vtilis est ad

inductiuas rationes]hoc est ad inductiones efficiendas,quas (vt Alexander inquit) demõstrauit ꝓ- E prias esse dialecticæ,[& ad syllogismos ex suppositione,] & per syllogismos ex suppositiõe, vt inquit Alexander intelligit eos,qui dicuntur ex cõcessione,de quibus patebit exemplum, [& ad assignationem definitionum·] Hæ sunt tres vtilitates.

106 Ad inductiuas quidem rationes,eo quòd circa singula in similibus inductione,vniuersale existimamus inducere.Non enim facile est inducere,ignorantibus similia.

Nunc per ordinem probat illas vtilitates,& primo probat cõsiderationem similiũ vtilem esse ad inductiones faciẽdas,per hoc,quia inductione vniuersalé propositionem existimamus inducere,hoc autem fieri non potest(vt Alexander inquit)nisi accipiendo plura singularia,& addẽdo,& sic de similibus.At istud addere non poterimus,nisi considerata similitudine in eis , igitur cõsideratio similium vtilis est ad inductiones conficiendas.dicit,[Ad inductiuas quidem rationes, eo ꝙ circa singula,] hoc est circa singularia[inductione in similibus]facta per particulam illam, quæ est & sic de similibus,[vniuersale] hoc est vniuersalem propositionem,quæ est suppositio, [existimamus inducere.] modo hoc fieri non potest,nisi cognouerimus in illis esse simile. [Non enim facile est inducere, F ignorantibus similia] in talibus in quibus inducimus.verbi causa, vt Alexander exemplificat,si voluerimus inducere ꝙ omne quod fit,ex contrario fiat,inducemus ex hoc,quia album ex nigro fit, & hoc,quia musicum ex immusico fit,& ex hoc quia calidum ex frigido,& in alijs similiter , modo nõ poterimus dicere & in alijs similiter,nisi considerauerimus in talibus similitudinem,quare similium consideratio vtilis erit ad inductiones conficiendas.

107 Ad syllogismos vero ex suppositione,eo quod probabile est,quẽadmodum in vno similium se habet,sic & in reliquis . Quare ad quodcunque eorum facultatem habebimus disputandi, profitebimur,quemadmodum in his se habet,sic & in proposito se habere . Id enim ostendentes,& propositum ex suppositione ostendentes erimus. Supponentes enim quo modo in his se habet,sic & in proposito se habere,demõstrationem faciemus. G

Nunc declarat secundam vtilitatem,videlicet quod sit vtilis ad syllogismos ex suppositiõe,vbi annotatione dignum multifariam (vt diximus lib.priorum) syllogismus ex hypothesi est, nam & conuersiuus,& per impossibile,& circularis,& per trãsumptũ,omnes ex suppositione syllogismi dicuntur. At hic,vt Alexã,exponit,per syllogismum ex suppositione,intelligit syllogismum ex concessione, sed quid sit concessio in tali syllogismo,dicamus (vt Alex.inquit) & apparet ex verbis Arist. quod concessio est hæc maxima , vt se habet aliquid in vno similium , ita est in cæteris similibus, & propterea cũ in vno ostẽsum erit ita esse,& in alijs etiam erit ostensum,vt cum in contrariis ostensum erit,quoniam impossibile est ea esse in eodem subiecto,erit demõstratum in omnibus oppositis illud idem. Et cum demonstratum est in vna anima,quoniam est immortalis,& in omnibus animabus demonstratum erit. vt cum erit demonstratum rationalem animam esse immortalem, & omnem animam esse immortalem demonstratum erit.Est enim concessio,sicut est in vno similium, ita est in omnibus.dicit. [Ad syllogismos vero ex suppositione,eo quod probabile est,quemadmodum in vno similium se habet,sic & in reliquis]se habere.per probabilem intelligit maximam,quę est concessio.Propterea cõcludit quomodo ex illa concessione syllogismus ex suppositione fit, & dicit. [Quare ad quodcũq; eorum]similium [facultatem habebimus disputandi,profitebimur quemadmodum in hisse habet,sic & H in proposito se habere.Id enim ostendentes,] vt quod in contrariis non est idem subiectum, [& propositum ex suppositione ostendentes erimus]videlicet in omnibus oppositis.nunc dat concessionem, & dicit. [Supponentes enim quc modo in his se habet,sic & in proposito se habere , demõstrationẽ faciemus,]& fortasse per concessionem intelligit nõ illam maximam (vt Alexander dixit)sed intelligit in vno similium ita se habere,quoniam maxima propositio ab omnibus concessa est., probabile est,si in vno similium est aliquid,ita esse.verbi causa hæc est concessio, Contraria non possunt inesse eidem simul,ex hac concessione infertur,igitur ita est in omnibus oppositis,per illam maximã propositionem,vt est in vno similium,est in omnibus.& hæc expositio cõsonat verbis Aristotelis, dicit enĩ [supponentes enim quomodo in ijs]videlicet cõtrarijs[se habet,sic & in ꝓposito]videlicet in omnibus oppositis[demonstrationem faciemus.] Quare alia est concessio,alia est maxima . Maxima enĩ est,vt est in vno similium,ita est in omnibus. Concessio vero est hæc,videlicet contraria nõ possunt eidem subiecto simul inesse.

A 108 Ad definitionum autem aſsignationem,eo quòd potentes cõſpi-
cere quod in vnoquoque idem, non dubitabimus in quo genere opor-
teat (cum definiemus) propoſitum collocare . Nam communium
quod maxime in eo quod quid eſt,prædicatur,genus erit. Similiter au-
tem & in multum diſtantibus vtilis ad definitiones ſimilitudinis con-
ſideratio , vt quoniam idem tranquillitas in mari,& ſerenitas in aere,
vtrunque enim quies: & quoniam punctum in linea,& vnitas in nume
ro,vtrunque enim principium. quare commune in omnibus genus aſ-
ſignantes,arbitrabimur non extraneè definire . Pene enim definiẽtes,
ſic ſolent aſſignare.nam & vnitatem principium numeri dicunt eſſe,
B & punctum principinm lineæ.Manifeſtum igitur,quoniam vtrorũque
genus collocant.Inſtrumenta itaque per quę ſunt ſyllogiſmi,hæc ſunt:
loci vero ad quos vtilia ſunt prædicta,ii ſunt.

Nunc declarat tertiam vtilitatem:& primo,quõ cõſideratio ſimiliũ ſecundum aliquid commune
ſit vtilis ad definitionum aſsignationem , & oſtendit hanc ſimilium conſiderationem eſſe vtilem ad
inuentionem generis,& dicit,[Ad definitionum autem aſsignationem , eo quòd potẽtes conſpicere,
quid in vnoquoque idem.] hoc eſt potentes conſpicere omnia communia, in quibus ſunt ſimilia,vt
omnia ea,in quibus homo,& equus,& canis ſunt ſimiles . vt quoniam ſunt corpora,& animata , &
colorata,& in loco,& ſenſitiua,& animalia,[non dubitabimꝰ in quo genere oportet propoſitũ collo-
care,cum definiemus.Nam omnium]talium[communium]prędicatorum,[quod maxime in eo qđ
quid eſt prædicatur,genus erit,] ergo ſimilium conſideratio,quæ ſunt ſecundum aliquid commune,
vtilis ad inuentionem generis.nam enumeratis omnibus ſimilibus in quibus conueniunt,eligemus ꝓ
genere illud commune,quod prædicatur de eis in quibus.& dixit,[Communiũ,] (vt Alexander an-
notauit)quoniam ſpecies non eſt genus,licet in ea ſimilia ſint indiuidua,quoniam non eſt commu-
ne,ſed proprium prædicatum,cum non diuidatur per differentias eſſentiales. Deinde declarat quo-
modo ſimilium conſideratio,quæ ſecundum analogiam ſunt, ſit vtilis ad definitionum aſsignatio-
C nem: & vult quòd ſit vtilis ad totam definitionem aſsignandam.(vt Alexander exponit) Nõ enim
poſſumus conſiderare aliqua eſſe ſimilia ſecundum analogiam,niſi conſideremus ea in quibus repe-
riuntur hæc ſimilia,& illud in quo ſunt ſimilia . Non enim poſſumus conſiderare tranquillitatem &
ſerenitatem ſimiles eſſe,niſi conſideremus mare,in quo eſt tranquillitas , & aerem in quo eſt ſereni-
tas.Amplius & niſi conſideremus quietem , in qua ſunt ſimiles,modo ex conſideratione eorum in
quibus hæc reperiuntur,videlicet maris & aeris,differentia colligitur . ex conſideratione vero eius,in
in quo ſunt ſimiles,videlicet quietis,genus habetur.eſt tranquillitas maris quies , ſerenitas verò aeris .
quies.dicit, [Similiter & in multum diſtantibus,] quæ ſunt ſimilia ſecundum analogiam, [vtilis eſt
ad definitiones] aſsignandas,[ſimilitudinis conſideratio.] non ſolum ad generis inuentionem , ſed
ad totius definitionis aſsignationem.& hoc exponit,& dicit, [Vt quoniam idem tranquillitas in ma
ri,& ſerenitas in aere,vtrunque enim quies,] ideo conſideratis illis , in quibus ſunt,& eo,in quo ſunt
ſimiles,tota definitio habebitur.Deinde dat alia exempla,& dicit,[Et quoniam punctum in linea,&
vnitas in numero,] ſimiliter ſe habent, [vtrunque enim principium . quare commune in omnibus
genus aſsignantes] addendo ea in quibus reperiuntur loco differentiæ,[arbitrabimur nõ extraneè,]
ſed conuenienter definire punctum & vnitatem:punctum,quòd ſit principium lineæ:vnitas vero,
D numeri.probat has definitiones eſſe bene aſsignatas authoritate mathematicorum ; & dicit, [Pene
enim] omnes ſcilicet Mathematici [definientes] punctum & vnitatem,[ſic ſolent]aſsignare, [nam
& vnitatem principium numeri dicunt eſſe,] & punctum principium lineæ . igitur ſimilium conſi-
deratio ſecundum analogiam vtilis eſt ad aſsignationem totius definitionis.& hoc dicit, [Manifeſtũ
igitur,quoniam vtrorumque genus collocant,] etiam & differentiam. Tunc epilogat,& dicit, [In-
ſtrumenta itaque,per quæ ſunt ſyllogiſmi,hæc ſunt:loci vero ad quos prædicta] inſtrumenta [vtilia
ſunt,ij ſunt.]

HAEC DE PRIMO LIBRO.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER Secundus, Cum Auguſtini Niphi Medicis Commentariis. E

¶ DE DIVISIONE PROBLEMATVM ET ORDINE EORVM.

SVnt autem problematum hæc quidem, vniuerſalia, illa verò, particularia. Vniuerſalia quidem, vt omnis voluptas bonum eſt, & nulla voluptas bonum. Particularia vero, vt aliqua voluptas bonũ, & aliqua voluptas non bonum.

CVm dixiſſet in primo libro ea, quæ neceſſaria erant ante locorũ traditionẽ, quibus terminantur F
omnia problemata, in hoc libro ſecundo accedit ad tradẽda loca vtilia ad vnumquodq; ꝓble-
ma. ¶ Verum anteq̃ ad rem veniamus prius dicendum quid ſit locus, & quid maxima, ſiue digni-
tas dialectica. Alexander itaque definiens locum, dicit, locus eſt principium & occaſio argumen-
ti: vocant autẽ argumentum, dialecticũ ſyllogiſmum. Propterea Theophraſtus dicit, locus eſt princi
pium quoddam, & elementum, à quo accipimus principia ſyllogizandi vnumquodq; problema, cir
cũſcriptione quidẽ ac quãtitate determinatũ, contractione ad ſpecies indeterminatum. verbi cauſa,
hic eſt locus, ſi cõtrariũ contrario ineſt, & contrario contrariũ. Eſt autem hic locus propoſitio vni-
uerſalitate quidem determinata, quoniã de contrarijs vniuerſaliter enunciatur, contractione verò ad
ſpecies, indeterminata, quoniam non de his, vel illis contrarijs dicitur, ſed nos à tali propoſitione oc-
caſionem accipientes, argumentari de vnoquoque cõtrariorum poterimus. Si enim quæratur de bo-
no ſi prodeſt, an non, nos occaſionom ſumẽtes ab illo vniuerſali ac indeterminato loco accipiemus
propoſitionem, quæ ſequitur ad locum vniuerſalem, hanc videlicet, ſi malum lædit, bonum prodeſt,
ſed malum lædit, igitur bonum prodeſt. Amplius, ſi quæſitum fuerit, vtrum albũ ſit color diſgregati-
uus viſus, an non, accipientes propoſitionem, quæ ſequitur ad locum vniuerſalem, hanc videlicet, ſi
nigrum eſt color congregatiuus viſus, & album color diſgregatiuus viſus: Sed nigrum eſt color con-
gregatiuus vi ſus: igitur album erit color diſgregatiuus viſus. Adhuc ſi de voluptate quæratur, vtrum G
voluptas ſit bonum, an non, accipientes propoſitionem ab vniuerſali loco, quem diximus, hanc, ſi
triſtitia malum, voluptas bonum, ſed triſtitia malum, ergo voluptas bonum. ¶ Præterea alius locus
vniuerſalitate quidem determinatus, contractus ad ſpecies indeterminatus hic eſt, ſi magis videtur
alicui ineſſe, & non ineſt, neque quod minus videtur ineſſe, inerit vtique. Hæc enim propoſitio vni-
uerſalitate quidem determinata eſt, quoniam vniuerſaliter de ente magis & minus accipit. ad ſpe-
cies verò maioris & minoris indeterminata eſt. Non enim accipit in quo magis vel minus. nam &
in colore, & in ſapore, & in bono eſt reperire magis & minus, quæ non accipit propoſitio. Poſſumus
tamen in omnibus problematibus, in quibus magis & minus ſunt, abundare propoſitionibus ab vni-
uerſali illo loco occaſionẽ ſumentes. Si enim quæritur, vtrũ diuitiæ bonum ſint, an non, ſiquis volue-
rit ſyllogizare diuitias non eſſe bonum, accipiendo occaſionem ab vniuerſali loco, accipiet propoſi-
tionem, quæ ſequ tur ad illum, hanc videlicet, ſi ſanitas magis diuitiis bonum exiſtens non eſt bonũ,
diuitiæ quæ ſanitate minus bonũ ſunt, nõ erũt bonũ: ſed ſanitas nõ eſt bonũ, eſt enim cauſa aliquibus,
vt ſint mali, igitur diuitiæ nõ ſunt bonum. Hęc Alexander & Theophraſtus dixerunt de loco. ¶ Sed
dubitatur primo, quoniam, vt dicitur primo Rhetoricorum, locus eſt terminus ad quem reſpicimus,
vt fiat maxima. Vnde & definitur à M. Tullio locus, ꝙ ſit ſedes argumenti. At ſedes terminus eſt, à H
quo propoſitio conſtat, quove propoſitio patet. Vnde primo huius docens multiplicis diuiſionẽ, di-
xit inſpiciendum eſſe ad contrariũ, ex quo accipiebatur hæc maxima, ſi propoſiti contrarium eſt mul
tiplex, ipſum propoſitum erit multiplex, igitur locus eſt terminus, in qua ſedet maxima. ¶ Dicen-
dum locum eſſe bifariam. eſt enim locus terminus, & locus propoſitio. locus terminus, eſt omne il-
lud ad quod reſpicitur vt maxima accipiatur. Vt enim hæc maxima ſumatur, ſi propoſiti contrarium
eſt multiplex, ipſum propoſitum eſt multiplex: reſpiciẽdum eſt ad contrarium, igitur contrarium
eſt locus terminus · illa vero propoſitio vniuerſalis & illimitata, quæ accipitur, dicitur locus propo-
ſitio, quæ à iunioribus eſt dicta maxima, per quæ patet concordia & quid ſit maxima. ¶ Secundo
quæritur, propoſitio quæ ab Alexandro dicitur contigua maximæ ſiue vniuerſali loco, quid eſt. Di-
cendum, ꝙ eſt maxima ſiue propoſitio contracta ad ſpeciem aliquam earum quæ continebantur po
tentia in maxima. In illa enim vniuerſali, ſi contrarium contrario ineſt, & contrario inerit, multæ cõ-
tinentur propoſitiones, quarum vna eſt, ſi nigrum color eſt viſus congregatiuus, album erit color

A visus disgregatiuus. Hæc igitur contracta ad speciẽ cõtrariorum, videlicet albi & nigri, dicitur maxima cõtracta: & hæc est propositio, quæ est pars syllogismi dialectici, vnde ex hac dialecticus syllogismus fit hypotheticus à constructione antecedẽtis, videlicet, si nigrum est color congregatiuus visus, albũ erit color disgregatiuus visus, sed nigrũ est color cõgregatiuus visus, igitur albũ est color disgregatiuus visus. ¶ Tertio quęritur quo modo hæc propositio, quæ est pars syllogismi dialectici, est loco vniuersali, siue maximę vniuersali cõtigua, vtrũ illatiue. ¶ Respõdet AEgidius primo rhetorico, quod tales propositiones particulares hoc est contractæ, continentur in vniuersali propositione, quæ maxima dicitur, & locus, potentia & virtute, quatenus propositio vniuersalis est occasio, vt accipiatur hęc contracta pro vera. quod Alex. hic asserit. dicit enim omnes has & tales contractas propositiones, potẽtia & indeterminate cõtineri in vniuersali loco, & hac ratiõe dicitur illi cõtigua. quũ si vniuersalis locus verus est, occasio est, vt hęc particularis propositio sit vera, quoniã nõ differt ab illa, nisi cõtractione, & ĩcõtractiõe: nõ enim particularis hæc ꝓpositio, aliud est, nisi illa vniuersalis cõtracta ad speciẽ: quare si illa est vera, hęc erit vera. Patet igitur hãc particularẽ nõ esse cõtiguã vniuersali illatiue, sed potius occasionaliter, & cõtractiue. Vel dicendũ, hãc esse illi vniuersali cõtiguã per idẽtitatẽ, quoniã hęc particularis est, illa vniuersalis, sola cõtractiõe differẽs: nã cõtracta ad speciẽ est illamet, q̃ erit vniuersa

B lis. Et Arist. incipiẽdo de locis, quibus terminãtur problemata, incepit à locis, quę sunt ad problemata de accidente: quoniã cõsiderando accidens quãtum ad inesse, problema de accidẽte omnibus problematibus prius est. ad omne enim problema sequitur inesse: nam destructo ipso inesse, omnia destruũtur, quoniã omnia insunt. igitur problema de inesse, quod accidẽti magis propriũ est, cõmunius cęteris est. Asignat alias rationes, quas nõ curo adducere, quoniã magis ad rem, quàm ad cõtingentẽ ordinem attendẽdum est. Et volendo de locis ad problemata de accidẽte vtilibus pertractare, asignat diuisionem problematũ, & dicit, [Sũt autem problematum, hæc quidem vniuersalia, illa vero particularia.] Exponit membra, & dicit, [Vniuersalia quidem, vt omnis voluptas bonum est, & nulla voluptas bonũ est.] hæc sunt vniuersalia, & contraria. deinde exponit particularia, & dicit, [Particularia verò, vt aliqua voluptas bonũ, & aliqua voluptas non bonũ,] hæc sunt particularia, & subcontraria. ¶ Sed quæres, vtrũ hæc diuisio habeat locũ in alijs problematibus. & videtur ꝙ sic, nã dicimus animal genus esse alicuius animati, & dicimus aĩal rationale esse definitionem alicuius animalis, & dicimus risibile esse proprium alicuius animalis, quæ sunt particularia. Alexander considerando proprie verba Aristo. asseruit hanc diuisionem, per se, & proprie non habere locum, nisi in problematibus de accidente. quoniam licet in alijs asignari possint vniuersale, & particulare, tamen non asignatur in illis particulare, quin includat aliquid vniuersalitatis. Nam qui dicit animal genus esse alicuius anima

C ti, particulare quidem dicit, non tamen simpliciter particulare, quoniam etiam dicit animal esse genus ad omne animatum. Et propterea in alijs problematibus proprie accipiuntur, aut omnibus, aut nullis inesse, quæ insunt. Accidens autem solum potest alicui indiuiduo inesse, alicui vero non inesse, vt album homini, nam alicui inest, alicui vero non inest. Similiter de musico, & de alijs accidentibus dicendum est.

2 Sunt autem ad vtraque genera problematũ cõmunia vniuersalia, & constructiua, & destructiua. Ostendentes enim quoniam omni inest, & quoniam alicui inest ostendentes erimus. Similiter autem & si quoniã nulli inest, ostenderimus, & quoniam non omni inest, ostendentes erimus. Primũ ergo de vniuersalibus destructiuis dicendũ, eo quod cõmunia sint huiusmodi ad vniuersalia & particularia: & quia magis positiones afferant in eo quod inest, quàm non: disputantes autem destruant.

D Hic remouet dubitationem, quoniam posset quis dicere, vtrum problematũ particularium particularia loca sint afferenda, per quæ terminẽtur. Respondet quod nõ, quoniam per ea loca, per quæ terminantur vniuersalia problemata, terminantur & particularia. nõ ergo oportet ponere alia loca ꝓ particularibus, cum illamet quæ valent ad vniuersalia, etiam ad particularia valeant. dicit, [Sunt autem ad vtraque genera communia vniuersalia,] & per [communia vniuersalia] intelligit (vt Alexãd. exponit) loca, & per [vtraque] intelligit particularia & vniuersalia. q. d. non oportet quærere loca particularia ad problemata particularia, quoniam cõmunia vniuersalia tota, ad vtraque genera sunt, scilicet ad particularia, & vniuersalia. dico ad vtraque genera particularia & vniuersalia, [Et constructiua, & destructiua,] ea enim loca, quę valent ad destructiua & constructiua vniuersalia, valent ad destructiua & constructiua particularia. Et hoc probat & dicit, [Ostendentes enim quoniam omni inest] hoc est vniuersale affirmatiuum, [& quoniam alicui inest, ostendẽtes erimus.] hoc est particulare affirmatiuũ illi subalternũ. [Similiter aũt, & si quoniã nulli inest, ostẽderimus] hoc est vniuersale negatiuum, [& quoniam non omni inest] quod est particulare negatiuum illi subalternum [ostendẽtes

erimus.]quare loca vtilia ad vniuersalia erunt etiam vtilia ad particularia. Nam qui demonstrat oẽm hominem respirare, demonstrat aliquem hominem respirare: & qui demonstrat omnem voluptatem esse bonum, demonstrat aliquam voluptatem esse bonum: & cum demonstratũ fuerit nulli homini inesse quadrupes, demonstratum erit, alicui homini non inesse. ¶Quod verò ad verba attinet, cum Aristo. dixit vniuersalia destructiua esse vtilia ad particularia destructiua, non intelligit per vniuersalia destructiua ea, quæ sunt destructiua vniuersalitatis, quoniam qui demonstrat non omnem voluptatem esse bonum, non destruxit aliquam esse bonum. stant enim simul. Ex ijs concludit ordinem, & dicit, [Primum ergo de destructiuis dicendum,] quàm subaudi de particularibus destructiuis, cuius causam subdit, & dicit, [Eo quòd communia sint huiusmodi] loca[ad vniuersalia] scilicet problemata,[&]ad[particularia] subaudi, & prius de destructiuis q̃ de affirmatiuis dicẽdũ, & assignat causam, & dicit, [Et quia] respondentes[magis] hoc est pro maiori parte [positiones]quas in ludis literarijs sustinẽt [afferant in eo quod inest.] hoc est affirmatiuas [q̃ non] hoc est q̃ negatiuas. [disputantes autem] hoc est opponentes autem, magis [destruant,]q̃ construant. Et cum oppositio prior sit responsione, fit vt negatiua problemata sint priora affirmatiuis, modo quo opponens prior est respondente. Eudemus autem in suis analyticis, assignat aliam causam, quia videlicet peculiarius est dialectico destruere, quàm construere, quare & prius. E F

3 Est autem difficillimum ab accidente conuerti propriam nominationem. Nam aliquo modo & non vniuersaliter in solis contingit accidentibus. A definitione enim & proprio, & genere necessarium est conuerti, vt si inest alicui animal greßibile bipes esse, conuertentem verum erit dicere, quoniam illud animal greßibile bipes est. Similiter autem à genere: nam si animal inest alicui, animal est. eodẽ modo & in proprio est. Si enim alicui inest grammatices susceptiuum esse, grammatices susceptiuum erit. Nam nihil horum contingit secũdum quid inesse, vel non inesse, sed simpliciter vel inesse vel non inesse. In accidentibus autẽ nihil prohibet secundum quid inesse, vt albedinem, vel iustitiam. Quare non sufficit ostendere, quoniam inest albedo, vel iustitia, ad ostendẽdum, quoniam albus vel iustus est, propterea quia non necessarium est in accidentibus conuerti. G

Iuniores arbitrantur Arist. hic velle comparare prædicata ad ipsum esse, & inesse, & asserit in accidentibus esse & inesse non conuerti, quia non valet, hoc accidens huic inest, igitur hoc est illud: sed bene valet econuerso. in tribus alijs prædicatis conuertuntur, quoniam ad inesse sequitur esse, & ecõuerso. Quam expositionem affert Adinolphus. ¶Melius autem dicamus Aristo. velle declarare ꝙ ad terminandum problema de accidente non sufficit probare accidens insse, quia non valet, accidẽs inest alicui, igitur illud est tale. Ad cuius euidentiam accipit in accidentibus fieri non posse conuersionem secundum propriam nominationẽ. Vbi annotatione dignum, Aristo. hic accepisse conuersionẽ aliter q̃ in Prioribus, vbi conuersionem aliam in terminis, aliam in parte distinxit. hic autem conuersionẽ secundum propriam nominationem vocat, quando aliquod accipitur inesse alicui, quod postea proprio nomine subiectum illius vocamus, vt si animal inest alicui, conuertẽtes dicamus illud cui inest, esse subiectum animali: nam accipientes animal inesse homini, hominem subiectum dicimus animalis, & dicitur hæc conuersio, vt Alexãder inquit, quatenus primo incipientes à prædicato, postea à subiecto principium facimus: nam cum dicimus animal inest homini, conuertendo dicemus homo est animal. Sumit igitur Aristo. primo in accidentibus nõ fieri semper conuersionem secundum propriam nominationem, & dicit, [Est autem difficillimum ab accidente cõuerti propriam nominationem.]& hoc exponit, & dicit, [Nam aliquo modo & nõ vniuersaliter,] hoc est, nam in aliquibus & non vniuersaliter in omnibus [accidẽtibus]hæc conuersio secũdum propriam nominationẽ, [solis contingit accidentibus,] & ꝙ in alijs hæc cõuersio fieri poßit, affert & dicit, [A definitione enĩ & proprio, & genere necessarium est conuerti] & hoc exemplis primo declarat, & dicit, [Vt si inest alicui animal greßibile bipes esse,] quæ est definitio hominis, [conuertẽtem verum erit dicere, quoniam illud] videlicet, homo[animal greßibile bipes est. similiter autem a genere, nam si animal inest alicui] videlicet homini, homo [animal est. eodem modo & in proprio est. Si enim alicui inest grãmatices susceptiuum esse] videlicet, homini, homo[grammatices susceptiuum erit.] Secũdo declarat hoc idem ratione, & dicit, [Nam nihil horum] hoc est, neque genus, neque proprium, neque definitio[contingit secũdum quid inesse, vel nõ inesse] cum nullũ horum cõtingat esse in aliqua parte sub- H

A iecti,non enim animal capiti inest,nec risibile inest capiti,nec definitio parti inesse dicitur.[Sed simpliciter vel inesse,vel non inesse]subiecto. [In accidentibus autem nihil prohibet secundum quid inesse,] quoniam potest inesse in aliqua subiecti parte,& non in toto subiecto, [vt albedinem vel iustitiam.] albedo enim potest inesse in aliqua parte alicuius subiecti,non in toto subiecto : nam æthiops secundum quid albus est,quoniam secundum dentes,non tamen est albus.causa est,quoniam albedo est in aliqua parte.Similiter iustitia potest alicui inesse secundum quid,si alicui insit secundum naturalem aptitudinem,non tamen propter hoc dicetur simpliciter iustus,cui iustitia hoc modo inest.Ex ijs concludit propositum,videlicet quod ad terminandum problema accidentis nõ sufficit per loca probare hoc inesse alicui,vel hoc esse accidens alicui,& dicit. [Quare non sufficit ostendere] per loca in problematibus de accidente, [quoniam inest albedo,vel iustitia,ad ostendendum quoniam albus,vel iustus est] aliquis homo,cuius causam repetit, & dicit. [propterea quia non necessarium est in accidẽtibus conuerti] secundum propriam nominationem.Alexã.colligit hic ea,quæ sunt propria problematibus de accidenti,antequam veniat ad loca,vt habeatur differentia inter problemata de accidente,& alia problemata.& asserit primum proprium esse,vniuersale & particulare, quoniam in accidentibus,quædam vniuersalia,quædam particularia sunt problemata.Secundum est non conuerti secun-B dum prædictum modum conuersionis in accidentibus problemata,hoc autem vtile est ad argumentationes:nam qui demonstrat quòd homo nõ sit animal,aut animal rationale mortale,autrisibile,demonstrauit simul,quoniam nec genus,nec definitio,nec proprium est ipsius,quod concessum fuit:cõuertebatur enim in illis. At qui demonstrauerit, quoniam homo non est albus, aut niger, aut aliquod aliud eiusmodi,nõ destruxit aliquod horum accidere ipsi.Potest enim aliquid eorum in aliqua parte, & secundum quid accidere ipsi.Tertium proprium est,quoniam in accidentibus sicut est vniuersale & particulare,sic est in illis secundum quid siue in aliqua parte & simpliciter, quæ habent quandam analogiam.quoniam vt simpliciter ad vniuersale,ita secundum quid vel in aliqua parte ad particulare.Nam ei quod est in aliqua parte,& secũdum quid,opponitur esse simpliciter,sicuti particulari vniuersale,per quæ Alexã.exponit exemplum.cum enim dixit, [vt albedinem vel iustitiam,] per albedinem voluit habere exemplum eius,quod est in aliqua parte,& secundum quid:per iustitiam vero voluit habere exemplum eius,quod est particulare,quod licet exemplum eius quod est particulare sit, tamen vsus est eo pro exemplo eius,quod est secundum quid,quoniam vt Alexander inquit,hæc analogiam habent.

C 4 Determinare autẽ oportet & peccata, quæ sunt in problematibus: nam sunt duo,vel quo falsum dicunt,vel quo transgrediuntur positam locutionem.Falsum enim dicentes,& qui quod non inest,inesse dicunt mentiuntur:& qui extraneis nominibus res appellant(vt platanum hominem) transgrediuntur positam nominationem.

Nunc declarat quæ oportet determinare ante locorum traditionem,& dicit. [Determinare autẽ oportet & peccata,quæ sunt in problematibus,] hoc est,quæ accidunt in problematibus ante locorũ traditionem,cuius causam assignat Alexã.quoniam problematum destructiones,secundum peccata quæ sunt in ipsis fiunt,quare oportet hæc nota,ac concessa esse.Nam ea secundum quæ oportet elenchum fieri,hæc ipsa oportet præcognoscere ante traditionem locorum,& dicit. [Nam sunt duo, vel quo falsum dicunt,vel quo transgrediuntur positam locutionem,] mentitur enim qui voluptatem finem ponit.quod enim nõ inest,voluptati inesse dicit.Similiter mentitur qui dicit motum fieri per vacuũ,& qui ponit magnitudines atomas,& qui ex nõ solidis generat corpora.transgreditur autẽ dictionem positam, qui quidem cognoscit subiectam naturam, quæ & qualis est, & non consueto nomine D eam vocat,sed circumscribit,& improprijs nominibus vtitur,vnde dicit. [Falsum enim dicentes, & qui] hoc est, [qui quod non inest,inesse dicunt,] aut quod inesse dicunt non inesse,hi sic dicentes mẽtiuntur,& qui extraneis nominibus res appellant,vt platanum hominem,] veluti Diogenes hominẽ dixit esse plantam euersam,hic sic dicentes [transgrediuntur positam nominationem.]In hũc modũ transgrediuntur,qui dicunt solum sapientem diuitem esse,vel solum pulchrum,vel solum nobilẽ.non enim qui sic dicunt,ignorant ea quæ sapienti insunt sed quòd dicũt ea quæ sapienti insunt, esse diuitias,transgrediuntur dictionem.diuitiæ enim non in virtutibus,sed in pecunijs & possessionibus sunt. Pulchritudo etiam in commẽsuratione partium dissimilarium est.¶Quod vero ad exemplũ attinet, qui dicit platanum hominem,accipiendo platanum pro arbore,mentitur:quoniam esset primum peccatum.qui vero hominem nominauerit eo nomine,quo arbor vocatur,hic transgreditur positam appellationem.hac ratione accipit hoc exemplum secundum Alex.quoniam hoc potest esse exemplum ipsius mentiri,& transgressionis.recte ergo Iuniores dixerunt primum peccatũ,quod est mentiri,esse peccatum secũdum rem.Secũdũ vero,quod est trãsgredi cõsuetã appellationem,esse peccatum secundum vocem.Multæ dubitationes fieri possent hic,quas breuitatis causa prætermittimus.

¶DE PRIMO LOCO TERMINANDI PROBLEMA ACCIDENTIS, ET DE PECCATIS IN EO. E

5 Vnus igitur locus est inspicere, si secundum aliquem alium modum inest, quod vt accidens assignauit.

Anonymus Latinus interpres asserit Aristo. hic assignare loca errandi circa accidens, quorũ primũ assignando, dicit. [Vnus igitur locus] quo erratur in assignãdis accidentibus [est inspicere, si qđ] quispiã [assignauit vt accidẽs, secũdũ aliquẽ alium modũ inest] vt vel secũdum genus, vel secundum propriũ, vel secundũ definitionẽ: nã si sic fuerit, error erit in accipiẽdis accidentibus. Alexand. verò dicit, ꝙ cũ Aristo. dixisset oportere ab vniuersalibus destructiuis incipere in problematibus de accidente, primũ talem locũ tradit, per quẽ demõstrat nõ esse accidens, quod vt accidens est assignatũ. & dicit, [Vnus igitur locus] quo videlicet, aliquod prædicatum destruitur esse accidẽs, si vt accidẽs fuerit assignatum [est inspicere si secundum aliquem aliũ modũ inest, quod] quis [vt accidẽs assignauit.] nã sic erratur, & destruitur problema de accidente, & intelligit [secundũ aliquem aliũ modũ] prædictorũ modorum. demõstratum est enim omne quod inest, inesse alicui, aut vt genus, aut vt definitio, aut vt propriũ, aut vt accidens. Et sic secundũ Alexãdrũ hic est primus locus, quo destruitur problema accidentis. F ¶Aduerte tamen, vt Alexan. refert, Theophrastum fecisse differentiam inter præceptum, & locum. præceptum, quod dicitur ab eo parangelma, est cõmunius, simplicius, & vniuersalius, à quo locus accipitur. Principiũ enim loci apud Theophrastũ ꝑceptũ est. verbi causa, præceptũ est (si velimus propositũ cognoscere, vtrũ sit multiplex an nõ,) respicere ad cõtrariũ. respiciendũ esse ad contrariũ, ꝑceptũ est: locus verò est, si contrariũ est multiplex, ꝓpositũ est multiplex. Amplius, sit problema, vtrum album color sit disgregatiuus visus, præceptũ est, esse respiciendũ ad cõtrarium: locus vero est, si contrariũ inest cõtrario, cõtrarium inerit. Alexander vero, quod Theophrastus vocat præceptum, locum præceptiuum appellat, nos vero vocauimus locũ terminum, dicitur enim locus præceptiuus, quoniam per ipsum præcipitur ad quid sit respiciendũ pro inuentione propositionis maximę. Dicitur autem locus terminus, quoniam est quid communius, simplicius, & vniuersalius, a quo accipitur locus maxima. Est enim principium loci maximę, quatenus ex ipso maxima accipitur. Nunc ad rem venio. Aristo. ergo assignando loca destructiua accidentium, assignat locum præceptiuum, & dicit, [Primus igitur locus est inspicere,] hoc est, primus locus præceptiuus est, vt debeamus inspicere, si quod] quispiam [assignauit, vt accidens, secundũ aliquem alium modum insit,] hic est locus præceptiuus, siue locus terminus. Maximam non posuit, quoniam ex loco patet. est enim maxima, si aliqđ propositum inest alicui secundum aliquem modũ aliorum prædicatorũ, tale propositum non est accidens. hic est locus maxima. G sed quoniam hic locus licet sit destructiuus accidentium, est etiam (vt Alexand. inquit) locus fallaciæ accipiendi accidens. qui enim accipit aliquid inesse alicui, vt accidẽs, quod inest secundum aliquem modũ aliorum prædicatorum, hic peccat, errat, & fallitur. & quoniam peccatum (vt dictum est) duplex est, aut in mentiendo, aut in transgrediendo, quæritur quale peccatum hoc fuerit. Alexander respondet hoc peccatum magis esse in transgrediendo. potest etiã dici peccatũ in mentiendo, si aliquis existimaret illud quod inest, accidere. nam existimaret inesse quod non inest, quia accidere existimaret, quod non accidit, igitur est peccatum in mentiendo.

6 Peccatum autem maxime id circa genus, vt si quis albo dicat accidere colorem esse. Non enim albo colorem esse accidit, sed genus eius color est.

Nunc exponit ea circa quæ magis accidit hæc fallacia, siue peccatum, & dicit, [Peccatur aũt maxime id] hoc est, committitur autem maxime error ille [circa genus,] hoc autem accidit, quoniã genus videtur habere quandam similitudinem cum accidente (vt Alexander inquit) magis quàm alia. H proprium enim & definitio soli & omni insunt, propterea conuertuntur cum rebus, quorum sunt: sed genus, & accidens in plus sunt, quam illud cui insunt, ideo cum eo non conuertuntur. quare qui dicit aliquod inesse alicui vt accidens, quod inest vt genus: arguetur vt mentiens, quoniam peccauit in mẽtiendo. sed qui inter genus, & accidens differentiam sciuerit, & in ipso accidente vtetur dictione generis, hic peccat in transgrediendo, quia circa positam dictionem peccat. ¶Sed occurres, quoniam videtur accidens magis cum proprio q̃ cum genere conuenire, igitur magis errabitur circa proprium quàm circa genus. Dicendum quòd dialecticus magis modos prędicandi, quàm res ipsas cõsiderat. sed quia accidens plus cum genere in modo prædicandi cõuenit quàm cum proprio, fit vt error magis circa genus committatur. Proprium enim conuersim prædicatur, ideo cum definitione magis cõuenit: genus autem & accidens non conuersim. vnde dicit, [Vt si aliquis albo dicat accidere colorẽ.] hic errat. Nõ enim albo colorem esse accidit, sed genus eius color est.

7 Contingit autem & secundum nominationem determinare eũ, qui

A ponit,vt quoniam accidit iuſtitiæ virtutem eſſe. Sæpe autem & cum non determinat, manifeſtum quoniam genus vt accidens aſsignauit, vt ſi albedinem colorari dixerit, vel ambulationem moueri. A nullo enim genere denominatiue prædicatio de ſpecie dicitur, ſed omnia vniuoce genera de ſpeciebus prædicantur. Nam & nomen, & rationem generum ſuſcipiunt ſpecies. Qui igitur coloratum dixit album, neque vt genus aſsignauit, quoniam denominatiue dixit, neque vt proprium, vel definitionem. Nam definitio, & proprium nulli alii ineſt. Sunt autem & colorata & plæraque aliorum, vt lignum, lapis, homo, equus. manifeſtum igitur,quoniam vt accidens aſsignauit.

B Cum aſsignaſſet genus eſſe id,circa quod peccatum prædictum accidit,nunc vt Alexandro videtur,aſsignat quando magis, & quando minus peccatum huiuſmodi deprehenditur: & ait tale peccatum deprehendi magis,quando genus accipitur ſecundum nominationem, quæ ſibi conuenit,vtputa cum accipitur per eum modum, quo prædicatur de ſpeciebus. Quando verò accipitur ſecundum eum modũ prædicandi,quo accidens prædicatur de ſubiectis,hoc eſt ſecundũ modũ prædicandi denominatiue,tũc maxime accidit error talis.Eſt enim duplex prædicatio altera denominatiua,qua accidens de eo prædicatur, cuius eſt accidens; altera eſt prædicatio non denominatiua; quæ eſt generis de ſpeciebus, quæ potius eſt abſtracti de abſtractis, vt ita loquar, & hæc propria generibus eſt. dicit, [Contingit autem & eum qui ponit] ſubaudi aliquod vt accidens,quod eſt genus [ſecundum nominationem,]ſubaudi,quæ generibus conuenit,[determinare,]hoc eſt id quod eſt genus,accidens aſsignare [vt quoniam accidit] vel ineſt[iuſtitiæ virtutem eſſe,] quod peccatũ eſt in mentiendo, & hoc ſubaudi modo,id quod genus eſt,vt accidens ponere, facilè cognoſcitur non eſſe accidens, quoniam accidens denominatiue dicitur de eo,de quo dicitur. genus autem non dicitur denominatiue. deinde exponit, quando maximè prædicatum ſupradictũ, ac deceptio antedicta accidit, & dicit,[Sæpe autem & cum non determinat,]hoc eſt,& cum non ponit id quod eſt genus,accidẽs eſſe, contingit error C propter nominationem quæ dicebatur tranſgreſsio, vt cum cognoſcitur differentia, tranſgreſsio fit in conſueto nomine. Hic enim non eſt error in mentiendo, ſed in tranſgrediendo nomen conſuetum,quod declarat, & dicit, [manifeſtum quoniam genus vt accidens aſsignauit,] non mentiendo, ſed nomen tranſgrediendo,[vt ſi quis albedinem colorari dixerit,vel ambulationẽ moueri.] hic enim peccat in tranſgrediendo,quoniam vtitur prædicatione denominatiua in genere, quando de ſuis ſpeciebus prædicatur, quare qui denominatiue genus de ſpecie prædicat, ob hanc prædicationem accidens vtique eſſe diceret genus rei,cuius eſt genus. Genus autem nullo pacto diceret. Deinde probat quòd hic ſic dicens tranſgrediatur,& dicit,[A nullo enim genere prædicatio denominatiue de ſpecie dicitur,ſed omnia vniuoce genera de ſpeciebus prædicãtur,] cuius rationem aſsignat,& dicit, [Nam & nomen & rationẽ generum ſuſcipiunt ſpecies] ex ijs cõcludit hunc ſic dicentem peccare in tranſgrediendo,& dicit,[Qui igitur coloratum dixit album,neque vt genus aſsignauit,quoniam denominatiue dixit,neque vt proprium,vel definitionem.nam definitio & proprium nulli alii ineſt] & quoniam non ſolum album eſt coloratum, ſed alia plura, ne quis credat ſolum alba eſſe colorata, addit, [Sũt autem colorata,& pleraque alia,vt lignum,lapis,homo,equus,]ideo concludit, [Manifeſtũ igitur,quoniam vt accidẽs aſsignauit.]ille qui dixit album eſſe coloratum, vel albedinem colorari, igitur D peccauit in tranſgrediendo. Quare qui ponit aliquod eſſe accidens, quod non eſt accidens ſeruando nomen prædicationis, hic peccat in mentiendo: qui verò ponit aliquod eſſe accidens, quod non eſt accidens,propter prædicationem denominatiuam,hic errat in tranſgrediendo. ¶ Quęret quiſpiam, vtrum ex propriis fiat prædicatio denominatiua, & videtur quòd ſic:quoniam riſibile, & diſciplinæ capax ſunt prædicata denominatiua. ¶ Quicquid Alexander voluerit, dicendum veriſsima prædicatione denominatiua proprium non prædicari de ſubiecto, quoniam requiritur vt ſit in plus quod prædicatur denominatiue, & ſit extra eſſentiam illius: de quo prædicatur,& ſic proprium non prædicatur denominatiue. ¶ Quod verò ad verba attinet, animaduerte illa verba [qui igitur coloratum dixit album]aliter legi, quàm nos legimus. nam Ariſtoteles videtur inferre ex dictis, quaſi corollarie ſpeciẽ nec de genere prædicari,vt accidens,nec generi ineſſe vt accidẽs,& dicit[Qui igitur coloratũ dixit album,neque aſsignauit album vt genus]colorati,[quoniã denominatiue dixit] de colorato al-

bũ[neq; vt proprium,vel definitionem.nã definitio & propriũ]omnibus ineſt,&[nulli alij.]At albũ E eſt in minus quàm coloratum.quod exponit,& dicit,[Sunt autem colorata,& pleraque aliorum]ergo album eſt in minus,[vt lignum,lapis,homo,equus.] ideo concludit. [Manifeſtum igitur quoniã] aſsignando album de colorato,[vt accidens aſsignauit,] licet non ſit accidens.prima tamen expoſitio melior eſt,quoniam genus plus generi,quàm ſpeciei ſimile eſt.Et ſi dicetur,hæc eſt vera & denominatiua,linea eſt quanta,motus eſt quantus.Dicendum,hanc eſſe veram,ſed non denominatiuam, quoniam non omnis prædicatio in concreto eſt denominatiua,oportet enim illud quod prædicatur in concreto,eſſe extra eſſentiam ſubiecti,& in plus: modo quantitas non extra eſſentiam lineæ,nec motus.

¶DE SECVNDO LOCO.

8 Alius locus eſt inſpicere ea,quibus ineſſe,aut omnibus, aut nulli dictum eſt.Conſiderare vero ſecundum ſpecies,& non in infinitis: nã via magis,& in paucioribus conſideratio. F

Iſte eſt ſecundus locus præceptiuus,vt Alexander exponit,cuius non ponit locum preceptum,eſt autem locus præceptiuus,vt reſpiciamus in problemate vniuerſali affirmatiuo vel negatiuo ad omes ſpecies ſubiecti: vt ſi problema ſit,coloratum vt accidens ineſt omni animali, an non. vel hoc,coloratum vt accidens ineſt nulli elemento, an non.locus præceptiuus in his problematibus eſt, vt debeamus reſpicere ad omes ſpecies animalis, vel ad omnes ſpecies elementi.locus vero preceptus & maxima hæc erit,ſi quod aſsignatur omnibus ineſſe,vt accidens,omnibus ineſt,problema eſt con ſtruendum: ſi vero non omnibus,problema eſt deſtruendum. Deſtruitur enim vniuerſale affirmatiuum(vt Alexander inquit) per particulare negatiuum, & per vniuer ſale negatiuum.dicit, [Locus alius eſt] ſcilicet præceptiuus [inſpicere ea] ſcilicet ſpecies, [quibus ineſſe,vt accidens]accipitur,aliquod propoſitum, [aut omnibus] in problemate vniuerſali affirmatiuo, [aut nulli] in problemate vniuerſali negatiuo. Et quoniam ſub ſubiecto problematis continentur indiuidua & ſpecies,exponit quæ reſpici debent,dico reſpiciendum eſſe ea,quibus ineſſe accipitur, [conſiderare autem ſecundum ſpecies,& non in infinitis,] hoc eſt,& non in indiuiduis, quæ ſunt infinita.Cuius duas aſsignat rationes.prima eſt,[nam] conſiderare indiuidua [via] ac tranſitu [eſt magis,] quoniam eſt ire ad infinita.Secundã aſsignat,& dicit, [Et in paucioribus conſideratio,] hoc eſt,ſecunda ratio eſt,quoniã conſideratio debet eſſe ad pauciora,quæ artificialis eſt.Conſideratio enim quæ fit ad plura,non eſt artificialis. vtrum vero in huiuſmodi problematibus debeamus reſpicere aliquo pacto indiuidua ac ſingularia ſpecierum,poſtea dicemus. G

9 Oportet autem conſiderare, & incipere a primis, deinde conſequenter vſque ad indiuidua: vt ſi oppoſitorum eandem diſciplinam quis dixerit eſſe, perſpiciendum ſi eorum quæ ſunt ad aliquid, & contrariorum, & quæ ſecundum priuationem & habitum, & quæ ſecundum contradictionem dicuntur, eadem ſit diſciplina. Et ſi in his nondum manifeſtum eſt, rurſum ea diuidendum vſque ad indiuidua, vt ſi iuſti & iniuſti, vel dupli & dimidii, vel cæcitatis & viſus, vel eſſe & non eſſe. Nam ſi in aliquo oſtendetur quod non ſit eadem, interimentes erimus problema. Similiter autem & ſi nulli ineſt. Iſte enim locus conuertitur ad conſtruendum, & deſtruendum. H

Nunc exponit ordinem & modum(vt Alexander aſſerit) quo oportet propoſiti diuiſionẽ facere, hoc eſt quo oportet ſub ſubiecto problematis,quod dicitur ab Ariſto. & Alexand. propoſitum,deſcendere ad partes ſubiectiuas,quæ dicuntur contenta ſub illo.& vult ꝙ deſcẽſus primo fiat ad primas,ac propinquiſsimas,& contiguas ſpecies illius ſubiecti propoſiti.Deinde ſi in his quæſitum non fuerit notum,ſecundo loco diuiſio,ac deſcenſus fiat rurſum,ad eas partes ac ſpecies,quę fuerint ſub

A ipſo primo,& ſi adhuc non fuerit quæſitum notum,iterum & tertio oportet fieri deſcenſum vſque
ad indiuidua huius ordinis.& modi deſcendendi affert exemplum in vniuerſali problemate de eo-
dem .nam licet loquatur in problemate accidentis,exemplum affert in problemate de eodem , quo-
niam exemplorum ſola requiritur manifeſtatio , in quo exemplo ipſe non deſcendit , niſi vſque ad
ſpecies vltimas,quas ſpecialiſsimas vocamus.verum quo pacto deſcenſus fieri poteſt ad indiuidua,
poſtea dicemus,dicit, [Vt ſi oppoſitorum eandem diſciplinam quis dixerit eſſe.] Si voluerimus ſcire
vtrum omnium oppoſitorum diſciplina ſit eadem.[Perſpiciēdum ſi eorum] oppoſitorum [quę ſunt
ad aliquid,] diſciplina ſit eadem [&] ſi [contrariorum,&] ſi eorum oppoſitorum[quæ]ſunt [ſecun
dum priuationem,& habitum,&] ſi eorum oppoſitorum [quæ ſecundum contradictionem dicun-
tur,eadem ſit diſciplina.] Non enim oportet ſtatim ad indiuidua diuiſionem facere,vt Alexander au
tumat,hic per indiuidua vltimas ſpecies dicit.Non enim oportet ſtatim deſcendere ad album & ni-
grum,quæ ſunt ſpecies contrariorum , nec ad duplum & dimidium,quæ ſunt ſpecies contrariorum,
nec ad duplum & dimidium,quæ ſunt ſpecies vltimæ relatiuorum,ſed oportet deſcendere primo ad
genera oppoſitarum .nam ſi quod dicitur eſt verum,problema eſt vniuerſaliter inferendum.[Et ſi in
his] primis generibus [nondum manifeſtum eſt,rurſum ea diuidendum vſque ad indiuidua,]hoc eſt
vſque ad vltimas ſpecies.verbi cauſa,contraria ſeorſum ad indiuiduas ſpecies contrarij, & rurſum ſe-
B orſum relatiue oppoſita,ad indiuiduas ſpecies talium . Similiter & quæ ſunt ſecundum priuationem,
& habitum,& quæ ſunt ſecundum contradictionem etiam vſque ad vltimas ſpecies talium , exem-
pla ponit contrariorum diuiſionis,& dicit, [Vt ſi iuſti,& iniuſti.] hoc eſt exemplum diuiſionis con-
trariorum ad ſpecies indiuiduas.Deinde ponit exemplum diuiſionis oppoſitorum ſecundum relatio
nem,& dicit,[Vel dupli & dimidij,]quæ relatiue opponuntur,[vel cæcitatis & viſus,] quæ opponū-
tur priuatiue,[vel eſſe,& non eſſe,] quæ opponuntur ſecundum cōtradictionem.[Nam ſi in aliquo]
horum [oſtendetur quòd] diſciplina[non ſit eadem,interimentes erimus problema.] hoc videlicet,
omnium oppoſitorum eadem eſt diſciplina.Quòd autem non in omnibus ſit eadem diſciplina,per-
ſpiuuum.non enim finiti & infiniti eadem eſt ſcientia,quæ opponuntur contrarie,vel priuatiue,quo-
niam de infinito non eſt ſcientia.Amplius nec ſcientia eadem eſt entis,& non entis , quæ ſecundum
contradictionem opponuntur,quoniam de non ente non eſt ſciētia.Adhuc neque noti & ignoti ea-
dem eſt ſcientia,quæ priuatiue opponuntur,cum de ignoto nulla prorſus ſcientia habeatur . Præter-
ea neque eadem ſcientia eſt veri & falſi,quæ ſunt contraria , quoniam de falſo non eſt ſcientia .inſup
neque eadem ſcientia eſt poſsibilis & impoſsibilis,cum de impoſsibili nulla ſit ſcientia . Sed omnium
oppoſitorum ſecundum relationem eadem eſt ſcientia,quoniam non poteſt alterum relatiuorum co
C gnoſci,quin cognoſcatur & alterum.Hoc igitur pacto illud problema,omnium oppoſitorum eadem
eſt ſcientia,deſtruitur.Aliud exemplum afferri poteſt,vt Alexander inquit,vt ſi quis dixerit,omne ani
mal ſpirat,diuidemus enim animal in pedeſtre,volatile,& aquatile : & rurſum vnumquodque horū,
& cum inuenerimus in volatilibus inſecta videlicet,muſcas,tabanos,cicadas non ſpirare: in aquati-
libus verò piſces,qui branchias habent,non ſpirare,deſtruemus problema videlicet,omne animal ſpi
rat. Adhuc ſi quis dixerit omnis virtus eſt ſciētia,diuidemus virtutem in intellectiuam & moralem,
& cum demonſtrauerimus moralem virtutem non eſſe ſcientiam,deſtruemus problema illud,omnis
virtus eſt ſcientia.Deinde hoc idem exponit in negatiuis,& dicit, [Similiter autem & ſi nulli ineſt,]
hoc eſt eodem modo conſtruitur & deſtruitur problema vniuerſale negatiuum . cuius cauſam aſsi-
gnat,& dicit.[Iſte enim locus conuertitur] hoc eſt iſte locus qui accipitur à ſufficienti partium enu-
meratione[conuertitur]ac communis eſt,[ad cōſtruendum & deſtruendum.]ad conſtruēdum qui-
dem,modo quo diximus:ad deſtruēdum vero , quoniā ſi reperiemus in nullis ita eſſe,inferemus vni-
uerſaliter nulli ineſſe: ſin autem reperiemus in aliquibus ſic eſſe,non aſſeremus nulli ineſſe . ergo iſte
locus valet etiam in negatiuis vniuerſalibus . vt ſi quis dixerit hoc problema , nullus amor eſt ciuilis,
(hoc enim problema vniuerſale negatiuū eſt) diuidemus amorem ad appetitum , quem Epicurus
D ſyntonon dicit,quem impoſsibile eſt eſſe ciuilem: & ad inſidias amicitiæ ob apparentem pulchritu-
dinem,qui nec ciuilis eſt: & ad reminiſcentiā pulchri,quod aliquo tempore fuit viſum,vt Plato dicit,
qui amor eſt ciuilis,quare aliquis amor ciuilis eſt,igitur problema illud negandum eſt,videlicet,nul-
lus amor eſt ciuilis.Et addit Alexander & quidem probe,non ſolum ſubiectum terminum in proble
mate eſſe diuidendum,ſed multoties prædicatum .vt ſi problema fuerit , ſapiens in Repub.verſatur,
vel hoc,ſapiens ſeditione non participat.Nam verſari,quod eſt prędicatum primi problematis,apud
philoſophum non eſt ſimplex,ac vno modo dictum.Et ideo ſi fuerit diuiſum,demonſtrabitur ſecun
dum aliquod ſignificatum,ſapientem in Repub.verſari debere:ſecundum aliquod vero non . Simili-
ter & illud prædicatum ſecundi problematis,ſeditione non participat,multipliciter dicitur.aut enim
quoniam oportet dum patria patitur aliquem morbum,eo participare,vt Solon putabat.Politici enī
eſt nō lōge ſe habere à cōi calamitate.aut qm̄ oportet eū ſedare ſeditionē,cū in patria fuerit,ſi videbi-
tur vtile vt ipſe ſedet,vt Dęmonax fecit Athenis,aut quoniā non oportet dominari,nec ducem fieri
& ſic non debet in ſeditione participare . Patet igitur problema non modo ex parte ſubiecti , ve-

rum etiã ex parte prædicati diuidendum esse. & cum dixit, [Similiter autem & si nulli.] Alexander E
hæc verba aliter exponit, vult enim problema vniuersale affirmatiuũ non modo destrui ꝑ particulare negatiuum, sed etiam per vniuersale negatiuum. Vniuersale enim negatiuum est vtriusque destructiuum, & vniuersalis affirmatiui, & particularis affirmatiui, & tunc lege sic, [nam si in aliquo ostendetur quod non sit eadem] disciplina contrariorum, [interimẽtes erimus problema. similiter autem] interimentes erimus problema, [& si nulli inest,] hoc est, si nullius generis oppositorum est eadẽ sciẽtia, similiter problema destruitur. Exponit etiam Alexander & aliter (vt diximus) quod quemadmodum vniuersale affirmatiuum destruitur, si aliquod inuenitur eorum quæ sunt sub vniuersali, non sic se habere: sic etiam similiter si fuerit positum vniuersale negatiuum, destruetur, si inuenietur inesse alicui eorum quæ sub vniuersali sunt. Consonat autem hæc expositio ei quod proposuit. Proposuit enim esse respiciendum quibus inest, omnibus aut nulli, vt si problema fuerit, nullum animal est rationale, cũ enim facta diuisione ostẽderimus aliqđ aĩal esse rationale, videlicet hominẽ, problema destruitur. deinde verba ista [Iste enim locus cõuertitur] legi possunt cum verbo [enim,] & tunc reddit causam, vt diximus. vel cum verbo [autem] vt legit Alexander, & tunc est sensus quod iste locus non solum vtilis sit ad destructionẽ problematis vniuersalis affirmatiui: sed etiã ad cõstructionẽ vniuersalis affirmatiui. nã facta in omnibus diuisiõe, si sic se habere videbitur, cõstruemus vniuersale affirmatiuum. Et F
si non sic videbitur in omnibus, destruemus vniuersale affirmatiuum. Et hoc pacto etiam bona est expositio.

10 Si enim in omnibus videbitur, cum diuisionem proferemus, vel in pluribus, postulandum est aut vt vniuersaliter ponat, aut vt instantiã ferat in aliquo non sic esse. Nam si neutrum horum faciat, absurdus apparebit, qui non ponet.

Sed quoniam in problemate vniuersali de accidente, non solum ad species sed ad singularia oportet descendere, & cum dixisset ad illa fieri non posse descensum, quia sunt infinita, quasi respondendo dicit. [*Si enim in omnibus*] singularibus [videbitur, cum diuisionem] ad illa [proferemus, vel in pluribus, postulandum est] à respondente [aut vt vniuersaliter ponat,] ac concedat problema [aut] saltem, [vt instantiam ferat: in aliquo non sic esse. Nam si neutrum horum faciat] ipse respondens [absurdus apparebit, qui non ponet] problema vniuersale, vnde accipitur locus præceptus hic, ab singularibus omnibus vel pluribus sine ablata instantia, ad vniuersale valet argumentum, tam ad negatiuum, vt Alexander exponit, quàm ad affirmatiuum. Hæc de secundo loco. ¶ Sed occurres, primò, G
quia hæc est vera, omne animal fuit in arca Noe, vbi non licet descendere. adhuc etiam ista est vera, omnis homo necessario est animal, vbi minime licet descendere, quoniam quælibet singularis est falsa, & contingens. ¶ Prima deletur, quoniam descensus debet fieri ad genera singulorum, & non ad singularia generum, vt Sorticolæ tradunt. Deletur secunda, quoniam Aristoteles loquitur in propositionibus & problematibus de inesse, & de accidente. In problematibus enim necessarijs, descensus fit ad singularia cum nota reduplicationis: non autem absolute. nam licet Socrates non necessario sit animal, necessario tamen Socrates est animal, vt homo. de his primo Priorum diximus satis, & in Ludicris.

¶ DE TERTIO LOCO.

11 Alius est, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut vtrisque per vtrunque, aut alterius. Deinde considerare, si quid non verum in definitionibus perinde ac verum sumptum sit, vt si est deum iniustitiam facere, quid iniustitiam facere. Si enim nocere spõte, manifestum H
quoniam non est deum iniustitiam facere. Non enim contingit nocere deum. Et si inuidus sit studiosus, quis inuidus, & quę inuidia. Nam si inuidia est tristitia in apparenti prosperitate alicuius proborum, manifestum est quoniam studiosus non est inuidus: prauus enim esset. & si indignans inuidus, quis vterque eorum. Sic enim manifestum erit, vtrum verum an falsum sit, quod dictum est: vt inuidus quidem sit, qui tristatur bonorum prosperitatibus, indignans autem, qui in malorum prosperitatibus tristatur, manifestum quoniam non erit inuidus indignans.

A Hic est tertius locus, quo præcipitur esse inspiciendum ad definitiões subiecti, & prædicati problematis. Cum enim, vt Alex. inquit, problema accidẽtis ꝓpõ sit categorica ex subiecto termino, & ꝑdicato constãs, & in ꝓblematibus accidẽtis terminus ꝑdicatus significat accidens, ideo primo assignat locum præceptiuum, dans intelligere maximas ac præcepta. Secundo assignat exempla. de prima dicit, [alius autem] locus [est definitiones facere accidentis] scilicet prædicati, [& eius, cui accidit,] scilicet subiecti, & hoc dupliciter, vt subscribit, [aut vtriusque,] videlicet subiecti, & prædicati [per vtrunque] hoc est simul, [aut alterius,] & hoc dupliciter, aut subiecti tantum, aut prædicati seorsum. sic igitur inspicere ad definitiones prædicati & subiecti est tribus modis, aut subiecti tantum, & seorsum, aut prædicati seorsum, aut vtriusque per vtrunque simul. [Deinde considerare, si quid non verum in definitionibus perinde ac verum sumptum sit.] Est enim tunc problema destruendum, per quæ dat intelligere tres propositienes maximas. Prima, si definitio prædicati competit subiecto, cui assignatur accidere, problema est construendum. Si autem non competit, problema est destruẽdum. Secunda, si prædicatum competit definitioni subiecti, problema est construendum. Sin autem non competit, problema est destruendum. Tertia, si definitio prędicati competit definitioni subiecti, problema est construendum, si autem non competit, problema est destruendum. Deinde assignat exempla, & prima duo sunt, quando definitio prædicati nõ competit subiecto, & dicit. [Vt si est deum in-
B iustitiam facere,] hoc est, vtrum deceat deum iniustitiam facere, in tali oportet considerare [quid sit iniustitiam facere. si enim] iniustitiam facere sit [nocere sponte, manifestum, quoniam nõ est deũ iniustitiam facere, non enim contingit nocere deum] aliqua ratione. hoc ergo problema destruendũ est, quoniam definitio prædicati non competit subiecto. Deinde assignat secundum exemplũ etiam ex parte definitionis prædicati, & dicit, [Et si studiosus sit inuidus,] in hoc problemate considerandum est, [quis inuidus, & quæ inuidia. nam si inuidia est tristitia] ac dolor [in apparenti prosperitate alicuius proborum, manifestum, quoniam studiosus nõ est inuidus, prauus enim esset] studiosus ipse. hoc problema est destruendum, quoniam definitio prædicati non competit subiecto. Sunt qui intelligunt istud exemplum ex parte definitionis subiecti, quod stare non potest, vt patet consideranti verba Aristotelis. assignat tertium exemplum ex parte definitionis vtriusque, & dicit, [Et si indignans inuidus,] in hoc problemate considerandum est, [quis vterque eorum] sit. [Sic enim manifestum erit, vtrum verum, an falsum sit, quod dictum est,] & probat quod sit falsum, & dicit, [Vt si inuidus qui dem scit, qui tristatur in bonorum prosperitatibus: indignans autem, qui in malorum prosperitatibus tristatur, manifestum, quoniam indignans non erit inuidus,] nec contra inuidus indignans: hoc igitur problema est destruendum, quoniam definitio prædicati non com-
C petit definitioni subiecti. Alexander autem hic dicit has demonstrationes omnes, esse in secunda figura, vniuersale negatiuum concludentes. Et quoniam Aristoteles non dedit exemplum ex parte defintionis subiecti, Alexander assignat, vt si problema sit, vtrum tyrannus sit fœlix, an non. nam si tyrannus est princeps iniustus, tyrannus non potest esse fœlix. hoc ergo problema est destruendum, quoniam prædicatum nõ competit definitioni subiecti. ¶ Quod vero ad problema attinet, annotatione dignum, problema accidentis dupliciter fieri, aut simpliciter nulla specificatione aut determinatione addita: & hoc iuniores vocant de simplici inhęrentia prædicati ad subiectum, quoniam prædicatum absolute sumitur, & non cum specificatione prædicati: vt vtrum diues sit sapiens, an non hoc enim simplex problema est, quoniam prædicato nulla additur determinatio, qua denotetur esse accidens magis quàm genus, vel proprium, vel definitio. Aut fit cum prædicati determinatione, vt vtrum iustum insit deo, vt accidens, an non. Qua ratione fit, vt Aristoteles locutus sit in simplici, & absoluto problemate, non autem in specificato, vt omnibus patet.

12 Sumere autem & pro iis (quæ in definitionibus sunt) nominibus, definitiones, & non destruere donec ad notum deuentum sit. Nam sæ-
D pe cum tota quidem definitio assignata sit, non manifestum est, quod quæritur: pro aliquo autem eorum (quæ in definitione sunt) nominum definitione dicta, manifestum fit.

Quia tamen accidit quandoque in assignationibus definitionum, vt aliqua eius pars sit ignota, ideo docet quid agendum, tradens vtile documentum in casu. Alexander vno modo exponit hoc definitionibus accidere, quoniam aliqua pars illius est nomen æquiuocum: ideo Aristoteles secundum hanc expositionem asserit, non esse quiescendum, sed rursus talium nominum rationes accipere, & diuidere, donec tollatur æquiuocatio. Probat Alexander, hanc expositionem per verba Aristo. quæ dixit lib. 1. cũ assignauit loca accipiẽdi multiplex, vbi dixit, sæpe quidẽ in ipsis orationibus latet ęquocatio assequẽs, idcirco inspiciẽdũ in oratiõibus, & reliqua. Quare hęc obscuritas accidit ꝓpter ęquiuocationẽ, & tũc remediũ est diuidere donec tollatur ęquiuocatio. Meli⁹ aũt dicẽdũ, in defi-

nitionibus hoc accidere, quoniam aliqua pars illius est ignota, quia differentia vel genus non est notũ, sed immanifestum· & tunc hortatur non quiesçere, sed ipsa nomina, ac ipsas definitionis particulas definire, vt totũ. & hoc dicit, [Sumere autẽ, & pro ijs nominibus] ignotis, (quæ in definitionibus sunt) [definitiones, & non desistere, donec ad notũ deuentum sit.] reddit causam, & dicit, [Nã sæpe cum tota quidem definitio assignata sit,] prædicati vel subiecti, vel vtriusque in problemate accidentis [non manifestũ est] problema, [quod quæritur,] quoniam in definitionibus ponuntur nomina immanifesta, quibus & definitio & problema redditur immanifestũ. ideo assignans remedium, dicit, [Pro aliquo autem eorũ nominũ, quę in definitione sunt] ignota videlicet, & immanifesta, [definitione] assignata, ac [dicta,] tale nomen [manifestũ fit,] & hoc pacto problema redditur apertũ, vt si problema sit, vtrũ voluptas sit bonum vel non. Siquis hoc voluerit destruere, & accipiat, quod voluptas sit motus λεῖα, hoc est leuis, & suauis, nihil notum erit per hanc definitionem. sed si rursum motum definierimus, qui accipiebatur in definitione voluptatis, & dicemus motũ esse actum imperfectum, tunc poterit ostendi voluptatem nõ esse bonũ, eo ꝙ nullum bonum est imperfectum, voluptas est imperfecta: nam est motus, & omnis motus actus imperfectus est. In hoc exemplo non opus est, nisi definire vnum terminum, est autem aliud exemplum vbi opus est habere plures definitiones (vt Alexan. exponit) vt problema sit, vtrum sapiens debeat amore capi, an non: si quis hoc voluerit destruere, definiemus quid sit amore capi, & dicemus amore capi esse amore alicuius accipi: & quia nõ est propositũ adhuc notũ, veniemus ad definiendum amorem. nam si dicemus amorem esse desiderium irrationale proueniens ex alicuius corporis pulchritudine, destruemus vtique problema, quoniã perspicuum est hæc sapientibus non conuenire. Si autem definierimus amorẽ, ꝙ sit vehemens desiderium, quoniam adhuc ipsum vehemens est immanifestũ, rursum hoc ipsum definientes dicemus vehemens desiderium esse, quod contrariatur rectę rationi, & sic rursum problema destruemus. At si amorem definimus ꝙ sit desiderium amicitiæ propter imaginẽ visæ pulchritudinis vt Plato in Phædro, construemus problema per primam figuram, in qua vniuersale affirmatiuum syllogizatur, vnde vtentes hoc loco (vt Alexander probat) ostendemus ꝙ deus nec irascatur nec tristetur. siquidẽ irasci sit appetere vindictam, propter iniuriam, quam ab aliquo passi sumus. Tristari vero, contrahi in malo præsenti, quemadmodum & timere in aliquo quod expectatur. At deus nec iniustitiam pati videtur, nec mali quicquam suspicatur, aut expectat. Et alia exempla Alexãder assignat, verum hęc sufficiunt.

An deus irascatur, & an tristetur.

DE QVARTO LOCO.

13 Amplius ad problema per propositionem factã in aliquo instare. Nam instantia erit argumentum ad positionem. Est autem locus hic pene idem ei, quo considerare, quibus inesse vel omnibus vel nulli, dictũ est, differt autem modo.

Iuniores volunt hunc non locum, sed idoneitatem esse, cuius expositionis author est Albertus, qui confundit multa Arist. verba. Alexãder autẽ cui credendum est, asserit hunc esse locum præceptiuũ, & quartum, per quem præcipitur esse inspiciendum ad instantiam, cuius maxima propositio est ꝓblema vniuersale. Cui potest offerri instãtia, est destruendum: vnde dicit, [Amplius ad problema instare per propositionem in aliquo factam,] est subaudi locus quartus. accipit enim Aristotel. ἐν τῷ pro in aliquo, nam instantia non est nisi propositio particularis in aliquo contento sub subiecto ꝓblematis, ipsi problemati obiecta. Quod autem destruatur problema propter instantiam, probat, & dicit, [Nã instãtia est argumentum ad positionẽ] hoc est, ad problema. accepit enim positionẽ pro ipso problemate: & quia instãtia, quę est ad vniuersales propositiones, ex aliquo fit eorũ, quę sub vniuersali sunt, ideo dicit, [Est autem locus hic pene idem ei] loco, [quo dictũ est esse cõsiderandũ, quibus inesse, vel omnibus vel nulli,] qui fuit ex diuisione vniuersalis. nam dixit, si aliquod reperitur ex diuisiõe, cui accidens non insit, problema destruendum est vniuersaliter. Sic in proposito instãtia ad vniuersalem propositionem fit. discurrentes enim per ea, quæ sunt sub vniuersali, si inuenerimus alicui eorum, quæ sub vniuersali sunt, non inesse, instamus, dicit tamen non esse eundem locũ omnino, & dicit, [Differt autem modo.] quoniam instantia potius habet rationem argumenti, locus autem prædictus non argumenti rationem, sed exceptionis vim habet. Præterea instantia prius fit ad propositionem (vt Alexander inquit) argumentum vero ad problema. non enim instamus per instantiam ad problema, sed per argumentum: vnde instantia potius datur contra propositionem, quàm contra problema. quod enim contra problema dicitur argumentum & destructio, contra propositionem syllogisticam dicitur instantia: vnum tamen sunt re, quoniam instãtia est propositio in quodam facta non sic, & argumentum similiter. verum ratione differunt, quod instantia propositionis, argumentum problematis sit.

A ¶DE QVINTO LOCO.

14 Amplius determinare, quæ oportet dicere, vt plures, & quæ non. Vtile enim & ad construẽdum et ad destruendum, quoniam nominationibus quidem res nuncupamus, vt plures: quæ autem sunt, talia ne sint, an non talia, non amplius attendendum ad plures. Vt salubre quidem, dicendum effectiuum sanitatis, ceu plures dicunt. Vtrum autẽ propositum effectiuum sit sanitatis, an non? non amplius vt plures dicendum, sed vt medicus.

Iuniores voluerũt hic Arist.explicare secũdã idoneitatẽ, quę accipitur ex parte vocis,dixit enim
in loco pręcedẽti,ꝙ quando definitio prædicati cõpetit subiecto,vel definitioni subiecti,vel quando
p̄dicatũ cõpetit definitioni subiecti, ꝓblema sit cõstruẽdũ:si vero nõ cõpetit,non cõstruẽdũ.sed quo
niam diffinitiones conficiuntur ex noĩbus,quę significãt genus & differẽtias,nũc declarat,quibus no
B minibus vti debeamus in definitionibus,& innuit differentiã inter vsum rerũ,& vsum nominũ.Et se-
cundũ hãc expositionẽ vult Aristo.in definitionibus esse vtẽdũ noĩbus quibus vtuntur plures.debe-
mus autẽ vti rebus,prout illis vtũtur sapiẽtes,qui sunt experti in illis.quę expositio satis verbis accõ-
modari põt,nisi quia Arist.vocat hũc locũ vtilem esse dicens ad destruendũ & cõstruendũ, per quæ
dat intelligere hunc esse quintũ locũ,qui est vtilis ad destruendũ & construendũ problema acciden-
tis,& hoc pacto exponit Alexã.& ideo Arist.ponit locũ præceptũ,& dicit,[Amplius quę oportet di
cere]hęc illis inesse,vt accidentia,[& quę]oportet dicere hæc[non]illis inesse,vt accidentia,quintus
locus est[determ nare vt plures]locus vero p̄ceptiuus est,vt respiciamus ad vsum nominũ, qui est
secundũ plures,& sic Aristo.non locũ p̄ceptiuum,sed potius locum præceptum posuit. Est enim lo-
cus p̄ceptiuus,vt inspiciamus ad vsum nominũ,qui est secũdum plures:locus vero pręceptũ est, illud
esse assignandum vt accidens alicui proposito,quod à pluribus secundum vsum nominũ accidere di
citur ei:quod vero secundum vsum nominũ,qui est apud plures,nõ dicitur accidere,vt accidens,hoc
non erit assignandũ vt accidens.ꝓbabilitas autẽ huius maximę propõnis est,vt mihi videtur,quoniã
noĩa imposita rebus sunt plerũq; à rerũ ipsarũ proprietatibus:non enĩ dicerẽt plures hoc huic inesse,
nisi proprietas illius esset,illi inhærere.vnde vt recte Alexãd.inquit,licet noĩa sint ad placitum,non
C tamẽ vnus quis dñs est nũcupare res suo iure,ac renouare noĩa vt vult.Et per plures,intelligit vulga-
res.& licet vsus noĩationũ rerũ debeat esse secundũ vulgares,tamen quæ res sint,quibus noĩa cõmu-
nia,& cõsueta sunt,& quare tales quęve ipsarũ virtus ac ꝓprietas,nõ ad vulgares,sed ad peritos per-
tinet discutere.dicit,[Vtile enim]est locus iste,quo respicimus ad noĩa[& ad construendũ & ad de-
struendũ,]nã si secũdum vsum dicentiũ aliquid dicitur accidere alicui, ꝓblema erit cõstruendũ. Sin
vero,secundũ vsum vulgariũ nõ dicitur accidere, ꝓblema erit destruẽdũ. & ne credas esse standũ ad
vsum vulgariũ de ꝓprietatibus,& vsu rerũ,sicut stamus vulgaribus de vsu noĩationũ,dicit,[vt qm̃ no
minationibus quidem res nũcupamus vt plures,]hoc est vulgares[quæ aũt sunt]hoc est,sed res ipsæ
quę sint vtrũ subiecta,vel accidẽs, [talia ne sint].s.accidẽtia[vel nõ talia,nõ amplius attendendũ ad
plures,]hoc est ad vulgares,sed ad peritos in illis rebus,ac vsu earum.per quæ dat intelligere hunc lo-
cum nõ esse valde efficacẽ,quoniã licet probabile sit aliquid esse accidẽs alicui,quod vulgares ei acci
dere dicunt,non tamen est certum,quoniam vtrum res sit ita an non, de consensu sapientum debet
accipi.Exponit exemplo quod dixit de vsu rerum & nominum,& dicit, [Vt salubre dicendum effe-
ctiuum sanitatis,vt plures dicunt.] Vulgares enĩ appellãt omne quod sanitatem facit,salubre,igitur
effectiuum sanitatis debemus dicere esse salubre,quoniam sic vtuntur vulgares.[Vtrum autẽ propo-
D situm] verbi causa,fructus in febribus sint effectiui sanitatis[an non,non amplius vt plures dicẽdum
sed vt medicus,]qui sapiens est in vsu rerũ,quæ sanitatẽ efficiunt.ergo si aliquis putaret aliquid esse sa
nitatis effectiuũ,& nominando illud,salubre,diceret ipsum sanitatis esse effectiuũ,argueretur hic se-
cundum præsentem locũ:qui vero putaret sanitatis effectiuũ esse,quod vulgaribus,& vnicuiq; vide-
tur,argueretur vtique hic secundũ alium locum,quoniam fuit nobis præconcessum,hæc iudicare &
dicere,non sicut vulgus,sed sicut medici.¶Et per hunc modum reprehenduntur Stoici,qui eũ diui-
tem vocant,qui sapientiam & virtutes possidet.Nam vulgus solum illum diuitẽ dicit,qui multa pos-
sidet.Similiter errant Socratici,qui eum fortunatũ dicunt,qui virtutem habet.nam vulgus dicit esse
fortunatũ,qui abundat bonis fortunæ.Recte ergo Aristo.inquit locũ hũc esse vtilẽ ad construẽdum,
& ad destruẽdũ.nã si ꝓblema fuerit,vtrum sit diues,qui multa possidet, an non,si ad vsum vulgi at-
tenderimus,construemus problema,vtentes hac maxima,quoniam oportet res nominare vt multi.
Si autem problema fuerit,vtrum sanitas sit fœlicitas, an non,si ad vsum vulgi attenderimus, destrue
mus,quia vulgares sanitatem dicunt non totam fœlicitatem,sed fœlicitatis partem.

¶ DE SEXTO LOCO. E

15 Amplius si multipliciter dicatur, positum autē sit quoniā inest, aut quoniam non inest. Alterum demonstrare eorum, quæ multipliciter di cuntur, si non vtraque, contingat.

Tria loca quidem, præsens videlicet, & duo quæ hunc locum sequuntur, accipiunt occasionē cō struendi, vel destruendi problema accidentis ab ijs, quæ multipliciter dicuntur, quorum primus est ab æquiuocis, vt Alexander inquit. verum ꝓ intellectu loci primi est maxime animaduertendum, æ- quiuocum esse duplex: quoddam, quod secundum vnum solum significatum competit subiecto, cui accidit: quoddam vero, quod secundū omnia significata subiecto inest. verbi causa, sit problema hoc, dormiens non sentit. si tale sit problema, oportet diuidere ipsum sentire ad actum, & ad potentiā. & quoniam dormiens potentia sentit, ideo prædicatum non inest subiecto secundum omnia significa- ta. Amplius, si problema sit, conueniens est studiosum in re publica versari, oportet diuidere cōueniēs siue decens, quod Græce δέον dicitur, nam conueniens aliquando accipitur pro necessario, vt cum dicimus cōueniens est omne quod est factū corrumpi, quoniam necessariū est omne quod factū est corrumpi. Aliquādo vero accipitur pro vtili, vt cum dicimus, conueniēs est tali diæta vti, quoniā vtile est. Aliquādo accipitur pro bono, vt cum dicimus conueniens est iusta facere, conueniens est legibus obedire, aut parētibus, quoniam bonum est. Tunc dicimus, ꝙ si in problemate conueniens accipitur pro necessario, problema destruendum est, non enim necessarium est studiosum in republica versari. Si autem accipitur conueniens pro bono, problema est construendum, quoniam studioso bonum est auxiliari patriæ, & optima consulere. etiam si conueniens pro vtili accipitur, problema est construen dum. Quare conueniens æquiuocum est, quod subiecto inest, non secundum omnia significata. Si vero problema fuerit, hominem genitum omnem virtutes consequuntur, distinguendum de virtuti- bus, quoniam aliæ sunt naturales, quæ sunt quædam propensiones naturales, quibus inclinamur ad recte agendum, & hoc pacto verū est omnem hominem cōsequi virtutes. Aliæ rationales, & de his falsum est problema, quare virtutes consequi æquiuocum est, quod non secundum omnia significa- ta inest subiecto, cui accidere dicitur. Sunt & alia æquiuoca, quæ insunt subiectis, quibus accidere di- cuntur vel secundum omnia significata, vel secundum nulla, vt si quæratur vtrum oporteat hominē philosophari, an non. diuidendum est de ipso philosophari, quoniam est, aut veritatem quærere, aut speculationi adhærere, & vtroque sensu problema est destruendum. Aristoteles ergo accipit locū pre- ceptum, & dicit, [Amplius, si multipliciter dicatur] ipsum prædicatum, quod dicitur alicui subiecto accidere, [positum autem sit quoniam inest, aut quoniam non inest. alterum demonstrare] subaudi inesse, [eorum quæ multipliciter dicuntur,] hoc est significatorum, est locus sextus, [Si non vtraque significata contingat,] hoc est etiam si non vtraque illius significata illi subiecto inerūt. Est ergo ma xima, si aliquod significatum multiplicis alicui inest, construendum est problema, in quo prædicatur illud multiplex. F G

16 Vtendum autem in iis quæ latent. nam si non lateat multipliciter dictum, instabit quoniam non demōstratum est id, quod ipse dubitat, sed alterum.

Sed contra, quoniam non videtur vera maxima prætacta, non enim construendum videtur pro- blema, si prædicatū æquiuocū insit subiecto ꝓblematis ꝓ vno significato solo. Nō enī si sentire in- est dormiēti potētia tantū, dicēdū est dormiētē sentire. Respōdet Arist. & exponit ea, in quibus locus tenet, & dicit, [Vtendū aūt] loco isto [in iis] æquiuocis [quæ latent,] vtrū secūdū alterū, vel secūdum oīa significata subiecto insint. [Nā si nō lateat multipliciter dictū.] sed fuerit notū respōdēti, in quo sensu sit, & in quo non, respondens ipse [instabit] dicēdo [quoniā nō demōstratū est id] videlicet in- esse subiecto, [quod ipse dubitat] inesse, vel nō inesse, [sed alterū] tantū demōstratū est inesse. ergo op- ponēs loco hoc vtatur in iis æquiuocis quę latēt. Huius rei exēplū affert Alex. vt si ꝓblema sit omne animal animatū est, & opponēs instet, quoniā aīalia quę depicta sunt, aīalia dicuntur, non tamē sunt animata. hæc instantia friuola est, quoniam duplicitas nominis patet omnibus, quoniā patet respon- dentem problema asseruisse non de eis animalibus, quæ picta sunt, sed de veris animalibus. H

17 Hic autem locus conuertitur & ad construendum & ad destruen dum. nam construere volentes, quoniam alterum inest, si non ambo po terimus, destruentes autem, quoniam non inest alterum, ostendemus, si ambo non poterimus. Verūtamen destruenti quidem nihil oportet ex cōcessione disputare, neque si omni, neque si nulli dictum sit inesse.

A Nam ſi oſtenderimus,quoniam non ineſt,quodcunque id ſit,interimē-
tes erimus omni ineſſe.Similiter autem , & ſi vni oſtenderimus ineſſe,
interimemus nulli ineſſe.Conſtruentibus autem præconfitendum,quo
niam cuius ineſt,omni ineſt,ſi verſimile ſit poſtulatū.Non ſufficit enim
ad oſtendendum,quoniam omni ineſt,in vno diſputaſſe . vt ſi hominis
anima immortalis eſt,propter hoc anima omnis immortalis.quare prę
confitendum,quoniam ſi quæcunq; anima immortalis, omnis immor-
talis.Hoc autem non ſemper faciendum , ſed quando non facile poſſu-
mus communem in omnibus vnam rationem dicere, quemadmodum
geometer,quoniam triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos.

B Cum aſsignaſſet locum ſextū,& dixiſſet locum ſextū accipiēdum eſſe in æquiuocis quæ latēt,nūc
oſtēdit vtilitatem loci,& poteſtatem,primo,& dicit. [Hic autē locus] in æquiuocis latētibus [cōuer-
titur,& ad conſtruēdum & ad deſtruēdum,] & intelligit per conſtruere (vt Alex.inquit) vniuerſale
demonſtrare,hoc eſt vniuerſaliter tale eſſe,quale ponitur:ſed per deſtruere,nō intelligit vniuerſale ne-
gatiuum demonſtrare,ſed intelligit deſtruere,aut vninerſale affirmatiuū,aut vniuerſale negatiuum , p
particulare ei oppoſitū.Et quod vniuerſale poſsit conſtrui per hunc locū,probat,& dicit.[Nam con-
ſtruere] vniuerſale problema [volētes] in æquiuocis latentibus,conſtruemus ſubaudi, ſi demonſtra-
uerimus, [quoniā alterum ineſt,] hoc eſt,quoniam in vno ſenſu ineſt,quod propoſitū eſt ineſſe :nam
in talibus totū vniuerſale cōſtruitur,vna ſui parte conſtructa,& hoc[ſi non poterimus ambo]cōſtrue
re propter latentiā alterius ſignificati. [Deſtruentes autem] vniuerſale affirmatiuū, [quoniā nō ineſt
alterū,] hoc eſt quoniam in altero ſenſu non ineſt, [ſi ambo non poterimus] demōſtrare , quoniam
non inſunt.Animaduerſione dignū,vniuerſale problema affirmatiuum,&vniuerſale negatiuum poſ-
ſe conſtrui,eſſe dupliciter,via latētiæ alterius ſignificati.Si enim prædicatū fuerit æquiuocū,cuius altę
rum ſignificatum,quod manifeſtū eſt,ſubiecto problematis ineſt,problema vniuerſale conſtruitur.Si
C mili ratione,ſi ſubiectū fuerit æquiuocum,& alteri eius ſignificato vniuerſaliter ineſt prędicatū,etiam
vniuerſaliter conſtruitur,& hoc accidit propter latentiā.Simili ratione de vniuerſali negatiuo:nam ſi
prædicatum in ſenſu qui patet,nulli ſubiecto ineſt,problema erit vniuerſale negatiuū:& ſi nulli ſigni-
ficato ſubiecti,quod ſignificatū patet,etiam ineſt,problema adhuc erit vniuerſale negatiuū: & ſic lo-
cus valet ad conſtruēdum & ad deſtruendū,hoc eſt tam vniuerſale negatiuum quàm vniuerſale affir-
matiuum.Hoc enim pacto æquiuocum latēs ſe habet,vt totū vniuerſale:& ſignificata,vt partes ſubie
ctiuæ.Alio modo intelligi poteſt,hūc locum conuerti via probationis,& hoc pacto,hic locus conuer
titur,quoniam per particulare conſtruere poſſumus,hoc eſt demonſtrarevniuerſale affirmatiuum,vel
negatiuum,& per particulare etiam deſtruere poſſumus vniuerſale affirmatiuū,vel negatiuum.& hoc
modo loquitur Ariſt.hic.oſtēdit enim per particulare poſſe vniuerſale affirmatiuū oſtendi,quod con
ſtruere appellat,& poſſe vniuerſale affirmatiuū deſtrui,quod deſtruere vocat.primo vero modo locu
tus eſt in principio loci,& illud quod in principio loci intellexit, probauit, expoſuitq;,ibi. [Vtendum
autē in ijs.] Quod vero intelligit hic,probat & exponit hic.Eſt igitur intētio Ariſto.ſolū loqui in p-
blematibus vniuerſalibus affirmatiuis,in quibus via probationis vult hæc talia conſtrui per particula-
re affirmatiuum:deſtrui vero per particulare negatiuum,licet in proceſſu exponat etiam in vniuerſa-
libus negatiuis,vt patebit,per eundem modū conſtrui & deſtrui.Quam expoſitionē ſi recte percepi,
Alexā.olfecit.Quia vero non eodē modo per particulare affirmatiuum conſtruimusvniuerſale affir-
D matiuū,quo per particulare negatiuum deſtruimus vniuerſale affirmatiuū,ideo differētiam aſsignat,
& aſſerit per particulare affirmatiuum poſſe demonſtrare vniuerſale affirmatiuū, per ſyllogiſmū qui
eſt ex præcōfeſsione,hoc eſt ex ſuppoſitione,vt in primo dixit: per particulare vero negatiuum poſſe
deſtrui vniuerſale affirmatiuum,per ſyllogiſmum abſolute.& ſuppoſitio eſt, quemadmodum in vno
ſimilium,ita & in omnibus eſt probabile ineſſe.dicit. [Verūtamen deſtruēti quidem] vniuerſale affir
matiuū per particulare negatiuum, [nihil oportet ex conceſsione diſputare,neq; ſi]in problemate[di
ctum ſit ineſſe omni,neq; ſi dictū ſit ineſſe nulli.] Nam p particulare affirmatiuū ſine ſuppoſitione
deſtruitur vniuerſale negatiuum,per particulare negatiuū deſtruitur ſine ſuppoſitione vniuerſale affir
matiuū:cuius cauſam exponit,& dicit. [Nam ſi oſtēderimus,quoniam non ineſt,quodcūq;] particu
lare [id ſit,interimētes erimus omni ineſſe,]hoc idē exponit in negatiuo vniuerſali,& dicit.[Similiter
autē,& ſi vni oſtēderimus ineſſe,interimemus nulli ineſſe.] Deīde oſtēdit,quomodo conſtruēdo vni
uerſale per particulare,ex ſuppoſitione faciendū ſit,& vt Alexan.inquit,ſuppoſitione vtimur duplici-
ter,ad inductiones & ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione,qui dicūtur hypothetici, ad inductiones quidē,

quando ex vna particulari inducimus propositionē vniuersalem : ad syllogismos vero hypotheticos, E
multis modis,de quibus in prioribus.nūc vero declarat solum,quo modo in inductionibus vtendum
sit suppositione,& quæ sit illa suppositio,& dicit.[Construētibus autē]vniuersale ꝑ particulare [pręconfitendum,] hoc est inducēdum est facta suppositione,quæ est, [quoniā cuiuis inest,omni inest,]
& hoc supponēdum est, [si postulatū] hoc est suppositio [verisimile] ac probabile [sit,]veluti quędā
dialectica dignitas,quoniam si dignitas nō fuerit per se manifesta,inductio nō erit sufficiēs.Quod au
tem talis suppositio præsupponēda sit,probat,& dicit. [Nō enim sufficit ad ostendendum, quoniam
omni inest,in vno disputasse,] quasi dicat ad inducēdum vniuersale,non sufficit accipere vnam particularem,& hoc intellige nulla facta suppositione, [vt si hominis anima immortalis est,propter hoc
anima omnis immortalis est.] Ex vna enim particulari absolute nō sequitur vniuersalis.Propterea cō
cludit quomodo ex vna particulari cōcludi possit,& dicit. [Quare præconfitēdū,] hoc est quare faciēda est hæc suppositio, [quoniam si quæcunq; anima immortalis] est, [omnis immortalis est,] nā
facta hac suppositione,sequitur anima hominis est immortalis,igitur omnis anima:eo quia supposuimus ita esse in omnibus,sicuti est in vna.Similiter si supposuerimus ita esse in omnibus sensibus,sicuti est in vno sensu,poterimus,demōstrare omnem sensum sentire per passionē intramittēdo , quoniā
auditus sentit per passionem intramittēdo.Ad hæc,si supposuerimus ita esse in omnibus oppositis,si- F
cut est in aliquibus demōstrabimus omniū oppositorum eandē esse sciētiam,quādo probatum erit re
latiue oppositorū eādem esse scientiam.Insuper si suppositū fuerit ita esse in omnibus oppositis, sicut
est in aliquibus,probabimus omne oppositū fieri ex suo opposito,quoniam contrariū fit ex contrario.
Deinde declarat,quando faciēdū sit talem inductionē ex suppositione, & quando nō,& dicit, [Hoc
autem nō semper faciendū,] nō enim semper vniuersale ducēdū est per particulare facta suppositione, [sed quando nō facile possumus communē in omnibus vnam rationē ducere,] nam si habemus
vnam cōmunem rationē ad probandū omnem animam esse immortalē, nō oportet ex suppositione
illam vniuersalē per particularē inducere .Similiter si habuerimus vnam rationē cōmunem ad probā
dū [quoniam omnis triāgulus habet tres angulos æquos duobus rectis,quemadmodū geometer] habet,nō oportet illam vniuersalē ex suppositione inducere per particularē.Modo geometer habet hanc
communē rationem,Omnis figura plana tribus lineis contēta,habet tres angulos æquales duobus re
ctis ; omnis triangulus est figura plana tribus lineis contēta:igitur omnis triāgulus habet tres angulos
æquales duobus rectis.Similiter qui habet rationē communē ad probandū omnē animā esse immortalē,nō oportet illud probare suppositione per particulare inducēdo,sed hoc pacto probabit,omne se
ipsum mouēs immortale,omnis anima seipsam mouet,igitur omnis anima est immortalis.vbi tamen
cōmunis ratio deest,probabiliter probare poterimus vniuersale inductione hypothetica,vt Arist.ex- G
posuit.Addit autē Alex.simili ratione esse de vniuersali negatiuo,quoniā etiam vniuersale negatiuū ex
hypothetica inductione demōstrare poterimus,quando nō fuerit cōmunis ratio,quæ illam vniuersalem probat.Poterimus enim demōstrare nullā animam esse immortalē,si supposuerimus nulli inesse,
quod alicui nō inest,& quoniā anima plātarū nō est īmortalis,igitur nulla anima erit immortalis.

DE SEPTIMO LOCO.

18 Si autem non lateat quod multipliciter dicitur, diuidendum quotupliciter dicitur, & interimendum, & construendum. vt si decens est
vtile , et honestum,tentandum ambo cōstruere vel interimere,de proposito.vt quoniam honestum,& quoniam vtile,vel quoniam neq; honestum,neque vtile.Si autem non contingat vtraque,alterum ostendēdum,annotato,quoniam hoc quidem est,illud autem non.Eadem autē
ratio est, etiam si plura sint,in quæ diuiditur. H

Hic annotatur septimus locus.Alexā.tamē nō ponit hic septimū locum,sed vult hoc esse membrū
sexti loci.Est enī duplex æquiuocū,alterum cuius multiplicitas latet:alterū,cuius multiplicitas est manifesta.cum assignasset locū ab significatis in æquiuocis latētibus,nūc vult,vt assignet locum à significatis in æquiuocis manifestis,quorū videlicet multiplicitas est manifesta,& dicit. [Si autē nō lateat
quod multipliciter dicitur,] sed multiplicitas patet,ipsum [quotupliciter dicitur diuidēdum,] diuidēdum dico in prima significata,vt superius docuit de toto vniuersali, [&] tūc diuisione facta, [interimendū & construēdū,] nam si cōpetit subiecto pro omnibus significatis, problema est vniuersaliter
cōstruēdū:si pro nullis significatis,problema est vniuersaliter destruēdū si pro aliquo sic,& aliquo nō
problema est particulariter construēdū,vel destruendū:per quæ dat intelligere totū multiplex,& totū
vniuersale eodē modo destrui vel cōstrui ex suis partibus,vel significatis.quoniam sicut totū vniuersale cōstruitur vel destruitur ex suis partibus,sic totū multiplex destruitur,vel cōstruitur ex suis significatis.exponit per exēplū,& dicit, [Vt si decēs est vtile,& honestū] hoc est, vt si decens sit dupliciter &

A vtile,& honeſtum:& fiat tale problema,vtrũ decẽs ſit appetibile,[tẽtandum ambo conſtruere vel deſtruere de propoſito.vt quoniam honeſtũ & quoniã vtile]eſt appetibile,[vel quoniam neq; honeſtũ neq; vtile]eſt appetibile. Deinde declarat quomodo particulariter ſit deſtruendũ vel cõſtruendũ, & dicit,[Si autẽ non cõtingat vtraq;]aut ineſſe,aut non ineſſe,[alterũ oſtẽdendum]ineſſe vel nõ ineſſe,[quoniam hoc quidẽ eſt,illud autẽ non,]& ſic particulariter conſtruitur,vel deſtruitur. quia vero æquiuocum aliquando habet plura ſignificata duobus,ideo dicit.[Eadẽ ratio eſt,etiam ſi plura ſint] ſignificata.[In quæ diuiditur]æquiuocũ,quoniam eodẽ modo conſtructione vel deſtructione ſignificatorũ conſtruitur,vel deſtruitur problema.& hæc eſt vna expoſitio.❡Sed occurres,quoniã ſi multiplex vniuerſale ſit conſtruẽdũ per ſufficientem ſignificatorũ enumerationem,tũc ſub termino ęquiuoco liceret deſcendere diſtributiue ad omnia ſua ſignificata,& ſic eſſet totũ vniuerſale,cuius cõtrariũ Ariſt.ſentit.❡Secũdo quæres cur æquiuocũ cuius multiplicitas latet,non debetverificari in omni ſenſu.Multiplex vero,cuius multiplicitas eſt manifeſta cõſtruitur vel deſtruitur in omni ſenſu.Eadem enim ratio videtur eſſe in vtroq;,cum vtrunq; ſit æquiuocũ.❡Tertio occurres,quia Ariſt.videtur ſibijpſi cõtrarius.nam primo huius,ita dicit,Hoc autẽ non in omnibus ſemper poſsibile:ſed quãdo fuerint eorũ,quæ multipliciter dicũtur,alia quidẽ vera,alia autem falſa.Ecce quod Ariſt.aſſerit,tũc ęquiuocũ eſſe diſtinguẽdũ,cum pro vno ſenſu verũ,in alio falſum fuerit. At hic aſſerit ſemper eſſe diſtinguendũ,ſi in altero,ſiue in vtroq; ſenſu verũ fuerit.❡Ad primum dicendũ,vt libro de interpretatione diximus,omne æquiuocũ ponere ſua ſignificata inconiunctè,& ita tot propoſitiones affert,quot ſignificata habet,quas quidẽ nec copulatiue,nec diſiunctiue ponit,ſed abiunctè,& hac ratione differt ab vniuerſali diſtributo. Nam propoſitio vniuerſalis ponit ſua ſignificata diſtributiue & copulatiue. B ❡Ad ſecundum dicendum æquiuocum,cuius multiplicitas latet apud reſpondentem haberi,vt totũ vniuerſale & vniuocum propter latentiam,licet ſecundum ſe ſit æquiuocum.Propterea apud reſpondentem caret diſtinctione.❡Ad contradictionem dicendum Ariſt. hic velle multiplex tale eſſe diſtinguendum neganti,abſolute autem non,vt primo huius dictum eſt.

❡DE OCTAVO LOCO.

19 Rurſum quæcunque non ſecundum æquiuocationẽ dicuntur multipliciter,ſed alio modo.

C Quoniam,vt Alexã.inquit,eorũ,quæ multipliciter dicũtur,quædam in nominibus duplicitatem habent,quæ vocamus æquiuoca,quædam in oratione,quæ conſueuerũt amphibologica vocari, cum igitur dixiſſet quo modo oportet ad problemata accidentis argumẽtari,in quibus æquiuocũ aliquod poſitũ eſt,nũc dicit quo modo ad problemata accidẽtis oportet argumentari,in quibus amphibologia eſt in orationibus,& ſubſcribit quomodo in talibus deſtruemus,aut cõſtruemus problemata, & locus pręceptiuus idem eſt,quoniam oportet inſpicere ad ſenſus propoſitionis amphibologicæ. Ariſto. ergo primo exponit æquiuocũ amphibologicũ,deinde docet cõſtruere,vel deſtruere,& docendo tale æquiuocũ proponit differẽtiam inter tale æquiuocũ,& æquiuocũ ſimpliciter,& dicit.[Rurſum quęcunq; non ſecũdum æquiuocationem] nominis [dicũtur multipliciter,ſed alio modo] ſcilicet ſecundum æquiuocationem orationis,quæ amphibologica dicuntur,conſideranda ſunt problemata, quo modo ſint conſtruenda,vel deſtruenda. Vel forte hic eſt locus præceptiuus octauus,per quem pręcepit pro conſtruendis vel deſtruendis problematibus accidentis eſſe reſpiciendum ad ſenſus orationis amphibologicæ,de loco præcepto dicemus poſtea.

20 Vt, diſciplina eſt vna plurium,aut vt finis atque vt eius quod ad finem:vt medicinalis,eius quod ſanitatem facit,vt quod cibat:aut vt amborum finium,veluti contrariorum eadem diſciplina: (Nihil enim ma D gis finis alterum altero) aut vt eius,quod per ſe eſt,& eius quod per accidens , vt per ſe quidem quoniam triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales:per accidẽs autem,quoniam æquilaterus.Cum enim accidat triangulo ęquilatero triãgulum eſſe,per hoc cognoſcimus,quoniam duobus rectis æquales habet.

Exponit per exemplũ quæ oratio ſit amphibologica, & accipit pro problemate hanc orationem, videlicet,diſciplina eſt vna pluriũ,& dicit,[Vt] ſi problema ſit vtrum [diſciplina eſt vna pluriũ,] an non:nam hæc oratio tres ſenſus habet [aut vt finis,& vt eius quod ad finem,] ita vt primus ſenſus ſit, quod diſciplina ſit vna plurium:alterius,vt finis:alterius vt medium in finem, [vt medicinalis] ſcientia eſt vna pluriũ, [quoniam eſt eius,quod ſanitatem facit,vt eius quod cibat] ægrotum,tanquam de medio in ſanitatem,& de ſanitate ipſa vt de fine:& ædificatoria ſcientia eſt de domo,vt de fine,& de

eis, per quæ domus fit, tanquam de medijs, quæ sunt ad finem. Hic est primus sensus. deinde ponit secundum sensum, & dicit. [aut] scientia est vna plurium, quia [amborum, vt finium, veluti contrariorum eadem est disciplina, quoniam de ambobus contrarijs est, vt de finibus. [nihil enim] hoc est, nullum enim contrariorum [magis finis alterum altero,] hoc pacto, dicimus cōtrariorum eandem esse scientiam, sanitatis quidem & morbi medicinalem, sonori vero insonori musicam. deĩde assignat tertium sensum, & dicit. [aut vt eius, quod per se est, & eius quod per accidēs,] hoc est tertio dicitur disciplina vna plurium, quoniam vnius quidem est per se, alterius vero per accidens. Dicitur enim scientia non solum horum esse, sed eorum, quæ his accidunt. Medicinalis enim per se est scientia sanorum, ac sanitatis, per accidens autem & boni coloris, & spiritus, quæ accidunt sanitati. Arist. tamē ponit exemplum in geometricis, & dicit. [Vt per se quidem] scientia geometrica est, [quoniã triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales,] geometra enim per se scit, quoniam triangulus tres angulos habet duobus rectis æquales. [per accidens] sit [æquilaterus] tres angulos habet duobus rectis æquales. [Cum enim accidat triangulo æquilatero, triangulum esse, per hoc] quia triangulus est, cognoscimus, [quoniam] æquilaterus [duobus rectis æquales habet.] Nō enim quatenus æquilaterus duobus rectis habet æquales, sed quatenus triangulus, quoniam æquilatero inest: & ideo sciens per se quatenus triangulus, per accidens scit quoniam æquilaterus: accidit enim æquilatero ratio trianguli. E F

21 Si ergo nullo non modo contingit eandem esse plurium disciplinã, manifestum quoniam omnino non contingit esse. Aut si aliquo modo contingit, manifestum quoniam contingit.

Nūc assignat loca præcepta, & primo hæc assignat generatim: secundo vero speciatim. verum Iuniores nō imperite intelligūt vt sit locus, à propositione habēte plures causas veritatis ad alteram illarum, nō valet argumētum, sed bene cōtra: quoniam à quauis causa veritatis ad propositionem cōstructiue valet, destructiue autem oportet omnes causas veritatis destruere. & ideo Arist. pro loco præcepto asserit ab vno sensu ad propositionem valere affirmatiue, destructiue vero oportere omnes sensus destruere. & huic expositioni verba cōsonant. dicit enim, [Si ergo nullo modo,] hoc est in nullo sensu [cōtingit eandem esse plurium disciplinam, manifestū quoniam nō cōtingit esse omnino,] hoc est nullorum, & hic est vnus locus. oportet enim destruere omnes causas veritatis ad hoc vt destruatur veritas tota. [Aut si aliquo modo contingit] hoc est in aliquo sensu, ita vt sit vna causa veritatis posita, [manifestū, quoniam cōtingit,] hæc est secunda maxima. Alexan. vero dicit loca præcepta in his esse, quemadmodū in æquiuocis. Nam si secundū nullum significatorum demōstrauerimus vnam scientiam esse plurium, destruemus vniuersaliter problema, & hoc dicit Arist. [Si ergo nullo modo contingit eandem esse plurium disciplinam, manifestum, quoniam omnino non contingit esse, & sic vniuersaliter problema destruitur, & hæc est prima propositio maxima: etiam si demonstrauerimus secūdum aliquod significatorum non existere, destruemus rursum, hoc scilicet omne hoc est vniuersale affirmatiuum, [aut si aliquo modo contingit,] hoc est in vno significato, [manifestum, quoniam cōtingit] subaudi vniuersaliter, modo (vt dicemus) multiplicitas lateat. G

22 Diuidere autem quotupliciter, vtile. vt si voluerimus construere, talia præstatuenda sunt, quæcunque contingunt, & diuidendum in ea tantum, quæcunque vtilia sunt ad construendum. Si autem destruere, quæcunque non contingunt, reliqua vero omittenda. Id autem faciendum in iis, cum latuerit quotupliciter dicūtur. Et esse hoc quidem huius, aut non esse, ex eisdem locis astruendum. vt disciplina, huius quidem, aut vt finis, aut vt eorum quę sunt ad finem, aut vt e rum quæ sunt secundum accidens. Vel rursum non esse aliquid secundum aliquem dictorū modorum, eadem autem ratio, & in desiderio, & in aliis quęcunque dicuntur plurium. Est enim desiderium huius aut vt finis, vt sanitatis, aut eorum quæ sunt ad finem, vt medicinæ conficiendæ: aut vt eorum, quæ sunt secundum accidens, vt in vino amicum dulce, non quia vinum, sed quia dulce est: nam per se dulce desiderat, vinum autem per accidens. Si enim austerum sit, non amplius desiderat, per accidēs ergo desiderabat. Vtilis autem est locus hic, & in iis, quæ sunt ad aliquid. Pene enim talia H

A ea quæ ad aliquid ſunt.

Nunc exponit vtilitatẽ,& dicit. [Diuidere autẽ quotupliciter] dicitur[vtile](vt Alexã.auctoritate aliquorũ ſubaudit) eſt in omnibus multiplicibus,& non ſolũ in amphibologicis,& exponit quomodo vtile,& dicit. [Vt ſi voluerimus conſtruere] problemata de accidente vniuerſaliter, [talia præſtatuenda ſunt,quæcunq; cõtingunt,] ac vera ſunt, [& diuidendũ in ea tantum,quæcunq; vtilia ſunt ad conſtruendum,] ſic igitur ſolũ hi ſenſus accipiẽdi,in quibus propoſitio vera eſt, & ex ijs vniuerſaliter cõſtruenda eſt,& hoc quod dicit,intelligit eſſe agendum ab opponẽte. [Si autem] ipſe opponẽs voluerit [deſtruere] vniuerſaliter problema,accipiat ſubaudi, [quæcunq; non cõtingũt,] ſemper ea deſtruendo, [reliqua vero] ſcilicet in quibus cõtingunt, [omittẽda,]& ex illis deſtructis deſtruitur vniuerſale affirmatiuum & infertur vniuerſale negatiuũ.Sed quoniam hoc non poteſt fieri ſemper,nec in omnibus,ideo exponit,in quibus fieri poteſt hoc quod dictũ eſt,& dicit. [Id autem faciendum in ijs, cum latuerit quotupliciter dicũtur,]nam ſi pręter ea ſignificata,quæ opponens ſumit,reſpondẽs adhuc alia cognoſcit,inſtabit in illis,& ſic non habebit intentũ opponẽs. Sed quoniam ſciẽtia nõ tantũ dicitur vna pluriũ,ſed vna vnius,ideo exponit quod quãdo vna ſciẽtia dicitur vnius,& multiplex,etiã B eodem modo eſt diuidẽda,& per eadem loca conſtruenda vel deſtruenda veluti cum dicebatur vna plurium,& dicit. [Et eſſe hoc quidem] ſcilicet vel ſcientiam,vel ſenſum,vel deſiderium,[huius] ſcilicet vnius [aut non eſſe] huius ſcilicet vnius, [ex eiſdẽ locis aſtruẽdum] vel deſtruendũ,ex quibus conſtruitur vel deſtruitur,quod dicebatur eſſe vnum plurium,& aſsignat exẽplum in diſciplina, quæ etiã dicitur vna vnius,& dicit. [Vt diſciplina,huius quidẽ] dicitur eſſe multipliciter, [aut vt finis] quomodo dicitur medicinę eſſe finis ſanitas.Secundo modo dicitur medicina vnius [aut vt eorum,quæ ſunt ad finem]vt medicinæ cõficiendæ[aut] tertio dicitur aliquid eſſe alicuius [vt eorumquæ ſunt ſecundum accidens.Vel rurſum nõ eſſe aliquid ſecundum aliquem dictorũ modorum,]quare ſicut dicitur aliquid eſſe pluriũ,ſic dicitur aliquid eſſe vnius,& amplificando id quod dixit,inquit [Eadem autẽ ratio & in deſiderio,& in alijs,quæcunq; dicuntur pluriũ] vel vnius:nam eiſdẽ locis,& conſiderationibus cõſtruuntur,& deſtruuntur. [Eſt enim deſideriũ huius,aut vt finis,vt ſanitatis, aut eorũ quæ ſunt ad finẽ,vt medicinæ conficiẽdæ,aut vt eorũ quę ſunt ſecũdũ accidẽs vt] dicimus [dulce] quod eſt[in vino]eſſe[amicũ] bibẽti, [non quia vinũ,ſed quia dulce eſt.nam] bibens[per ſe dulce deſiderat,vinũ autem per accidẽs,] cuius cauſam dicit. [Si enim auſterũ] vel amarũ [fit,] bibulus [nõ amplius vinũ C deſiderat,]per accidens ergo deſiderabat.Et quia dedit exemplũ in amphibologicis de ſcientia,& de deſiderio,amplificando locum,dicit. [Vtilis autem eſt locus hic,& in ijs,quę ſunt ad aliquid,] quoniam in illis fieri poteſt,etiam problema amphibologicum:nam alterũ relatiuorum eſſe ad aliquid poteſt eſſe,vt ad correlatiuum,vt ad terminũ,vt ad fundamẽtũ,vt ad cauſam.Et reddit cauſam, & dicit. [Pene enim talia ſunt[ſcilicet quæ ſunt ad aliquid, [ea,quæ ad aliquid ſunt,] igitur in talibus fieri poteſt multiplex ſecundũ amphibologiam,dixit autẽ [pene,] quoniã ſunt quædam relatiua,quę expreſſe referunt ſua correlatiua,vt duplum,quod expreſſe refert dimidium,& dominus,ſeruũ.In quibus vero nõ expreſſe habetur correlatiuum,in talibus poteſt eſſe amphibologia.& tu intelligas hæc quæ dicta ſunt,habere locum in omni oratione amphibologica,ex quibuſuis æquiuocis fuerit compoſita:nã omnis talis deſtruitur, ſi in omni ſenſu deſtruitur: vel conſtruitur, ſi in omni ſenſu conſtruitur, vel in illis,qui patent reſpondenti.

De nono loco.

23 Amplius transferre ad euidentius nomen,vt pro exacto in opinione,clarum: & pro curioſitate,cupiditas ſuperfluarum rerum. Euidentiori enim facto , bene argumentabilis eſt poſitio . Eſt autem hic locus ad D vtrunque communis,ad conſtruendum,& ad deſtruendum.

Iſte eſt nonus locus,qui accipitur ex tranſlatione ad notius,ſed Iuniores intelligũt hunc locum nõ locum eſſe,ſed idoneitatẽ:nam cum in diſpoſitionibus obſcura nomina accidat dicere , idoneitas eſt, vt pro obſcuris vtamur tranſlatione ad clarũ.Nos in Iuuenta diximus Ariſt.hic tradere locum pręceptiuum,quo docet deſtruere vel conſtruere problema accidentis inſpiciendo ad tranſlationem nominis,quæ fit per nomen,vel per orationem,quæ dicitur interpretatio.Quo quidem loco vtitur Ariſto. lib.de cœlo,vbi argumentatur,cœlum dicitur æther:igitur cœlum eſt æternum,quoniã æther ab ęternitate motus dicitur.Similiter argumentamur,margarita eſt lapis,ergo lædit pedem,quia lapis dicitur quaſi ledẽs pedem.Alexãder autem velle videtur,hũc non eſſe locum cõſtruendi vel deſtruendi problema accidentis,ſed quo clarius per loca ſuperius aſsignata,problema accidẽtis conſtruitur , vel deſtruitur.Cõſtruitur autem clarius,aut deſtruitur,ſi loco nominis obſcuri vtamur nomine vel oratione clariori,& hoc Ariſt.inquit. [Amplius] nonus locus eſt,quo clarius problema accidentis deſtruitur, vel conſtruitur, [eſt transferre ad euidentius nomen] vel ad euidentiorem orationem, [vt] ſi problema ſit, vtrum exactum in opinione ſit facile cognitu,an non,cum verbũ illud exactum in opinione

sit obscurum, [pro exacto in opinione, clarum] accipiatur, & tunc problema facile cōstruitur vel de- E struitur. Vel si problema sit, vtrum curiositas sit studiositas vel non, cum problema sit obscurum propter illud verbum curiositas, erit [&] tūc [pro curiositate] accipienda [cupiditas superfluarum rerū,] quæ in negocijs habetur. [Nam] facta translatione, & [euidentiori facto] problemate propter translationem nominis, [positio] hoc est problema, [erit bene argumentabile.] hoc est, poterit problema clarius construi, aut destrui. Deinde potestatem loci exponit, & dicit. [Est autem hic locus ad vtrunq; communis,] quoniam facta translatione obscuri ad clarius, facilius poterimus construere vel destruere problema accidentis per loca superius asignata. ¶ Vnde Demosthenes volens cōstruere siue probare, quod non oporteat gratias Philippo habere, per ea quæ dedit, trāstulit hoc verbum dedit, in hoc verbum reddit. ¶ Et Thucydides volens Athenienses prouocare cōtra Mitylenæos, accepit pro absentia, rebellionem: nam sic facilius persuasit.

¶ DE DECIMO LOCO.

24 Ad ostendendum autem contraria eidem inesse, considerandum in genere, vt si volumus ostendere quoniam est circa sensum rectitudo, F & peccatum: sentire quidem iudicare est. Iudicare autem est recte, & nō recte. Et circa sensum vtique erit rectitudo, & peccatum. Nunc ergo ex genere circa speciem demonstratio fit: nam iudicare est genus ipsius sentire, qui namque sentit, aliquo modo sentit:

Hic est decimus locus, quo (vt Alexan. inquit) vti poterimus in problematibus de accidente, quoties voluerimus demōstrare de simplici inhærentia contraria accidentia eidem inesse subiecto, veluti cum voluerimus demōstrare circa sensum esse rectitudinem, & peccatum: & circa apprehensionem esse falsum & verum. & locū præceptiuum ponit, & dicit. [Ad ostendendum autem cōtraria] scilicet accidētia eidem inesse, [cōsiderandum in genere] illius subiecti de quo quærimus, vtrum cōtraria illi insint. locus vero præceptus, qui & maxima dicitur, est, si cōtraria accidentia insunt alicui generi, illa etiam inerunt speciei illius generis. & ponit exemplum, & dicit. [Vt si volumus ostendere quoniā est circa sensum rectitudo & peccatum,] vt si problema esset, vtrū sentire sit rectum, & peccans, an nō. Argumentabimur, [sentire quidem iudicare est, iudicare autem est recte, & nō recte, & circa sensum vtiq; erit rectitudo, & peccatum.] colligit vero locum, & dicit. [Nunc ergo ex genere circa speciem] G hoc est de specie [demonstratio fit: nam iudicare est genus ipsius sentire,] iudicamus enim (vt Alex. inquit) & sensu, & intellectu. Ad hæc, si apprehensio est vera & falsa, opinio erit vera & falsa: nam opinio apprehensionis species est.

¶ DE LOCO VNDECIMO.

25 Rursum ex specie, generi: quęcunque enim speciei insunt, & generi. Vt si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua, & studiosa. Nam dispositio, disciplinę genus est. Primus autem locus falsus est ad construendum: secundus autem verus. non enim necessarium quæcunque generi insunt, & speciei inesse. Nam animal est volatile, & quadrupes: homo autem non. Quæcunque vero speciei insunt, necessario & generi. Si enim homo studiosus, & animal studiosum est. Ad destruēdum autem & primus quidem verus, secundus autem falsus. quęcunq; enim H generi non insunt, neque speciei. Quæcunque vero speciei non insunt, non necesse est generi non inesse.

Nunc autem conuertendo locum, ponit vndecimum locū præceptiuum, & dicit. [Rursum ex specie generi] est ergo locus præceptiuus, vt respiciamus ad speciem. Deinde asignat locum præceptū, siue maximam, & dicit. [Quæcunq; enim speciei insunt, & generi insunt.] hæc est maxima, quę intelligi debet, de ijs quæ insunt speciei, ratione rei quæ significatur per nomen speciei, quia non valet, homo est species specialissima, igitur animal. Et propterea asignat exemplū, & dicit. [Vt si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua & studiosa erit: nam dispositio disciplinæ genus est.] Deinde comparat hæc loca adinuicem, & dicit. [Primus autem locus falsus est ad construendum. Secūdus autem] locus ad construendum verus est. probat hæc per exempla, & dicit. [Non enim necessarium quæcunq; generi insunt, & speciei inesse, nam animal est volatile & quadrupes, homo autē nō.]

A Deinde comparat hæc loca quo ad constructionem,& dicit.[Quæcunq; vero speciei insunt,necessario & generi.si enim homo studiosus,& animal studiosum est.] Deinde complet comparationem, & dicit, [Ad destruendum autem & primus quidem verus,secūdus autem falsus.] Causam assignat, & dicit, [Quæcunq; enim generi non insunt, neque speciei] insunt, [quæcunque vero speciei non insunt,non necesse est generi non inesse.] ¶Sed occurres quia Arist.videtur sibi contrarius,quoniam locum decimū,qui est à genere ad speciem,absolute posuit,& etiam in affirmatiuis,nunc vero dicit eū valere solum in negatiuis. ¶Vno modo dici potest,quod licet absolute eum posuit, nunc se corrigit, & ideo non est contradictio: secundo dici potest, decimū locum, qui est à superiori ad inferius valet etiam affirmatiuis, de illis quæ competunt generi per eam naturam per quam inest omnibus speciebus veluti sensibile inest animali.& cum dicit à specie non valere ad genus, intelligit gratia formæ & per se,quia gratia materiæ & per accidens sequitur,nullus homo syllogizat,igitur nullum animal syllogizat.Alia quæ tangunt iuniores clara sunt.

¶DVODECIMVS LOCVS.

26 Quoniam autem necessarium est de quibus genus prædicatur, & B specierum aliquam prędicari: & quæcunque habent genus, aut denominatiue à genere dicuntur,& specierum aliquam necessarium est habere, aut denominatiue ab aliqua specierum dici.

Hic ponit duodecimū locū.sed quoniam,vt superius diximus,duplex locus est,& præceptiuus, & præceptus,ponit locum præceptum,& tacuit locū præceptiuum,potest autem locus præceptiuus sub intelligi,vt iuniores subintellexerunt, vt dicamus duodecimū locum esse,respicere ad genus, & ad speciem. ¶De loco vero præcepto aliter iuniores,aliter Alexan.exposuit.iuniores enim locum pręceptū in tria resoluerunt.quorum primus est,de quibuscunque genus prædicatur,necesse est specierum aliquam prædicari,& hunc ponit,& dicit. [Quoniam autem necessarium est,de quibus genus prædicatur,& specierum aliquam prædicari.] Secundus vero locus est,quęcunq; habēt aliquod genus,seu aliquo genere participant,necesse est aliquam speciem habere,aut aliqua specie participare.& hunc ponit, & dicit, [& quæcunque habent genus,] subaudi necesse est specierum aliquam habere. Tertius vero est,quæcunq; à genere denominatiue dicuntur,necesse est ab aliqua specierum denominatiue di- C ci, & hunc ponit, & dicit, [vel denominatiue à genere dicuntur,] necesse est denominatiue ab aliqua specierum dici. Alexander autem resoluit locum præceptum in duos tantum.quoniam aliquid participare genere,vel habere genus,vel denominari à genere pro eodem,vt Alexan.inquit,Aristo.acceperit.quorum primus est,de quibuscunq; genus prædicatur,necesse est de eis aliquam speciem prędicari. secundus vero,quęcunq; participant aut habenti aliquod genus,aut denominantur ab aliquo genere,necesse est denominari ab aliqua specierum illius. ¶Consonat hæc Alex.expositio verbis Aristo. quoniam ponendo secundū locum,vtitur disiunctione, & dicit, [& quæcunq; habent genus,vel denominatiue à genere dicuntur, & specierum aliquam necessarium est habere,aut ab aliqua specierum denominatiue dici.] Qua disiunctione non vteretur,nisi pro eodem acciperet habere,& denominari. ¶Loca hæc probauit Alexan.ex eo,quia genera non ipsa secundum ipsa in seipsis esse habent, sed in suis speciebus,de quibus prædicantur,esse habent.& sic genus si de aliquo prædicatur,aut denominatiue dicitur,necesse est vt de aliqua specierū illius prædicetur,aut denominatiue dicatur. ¶Quod autem ad loca attinet, annotatione dignum, quoniam genus potest ad aliqua comparari vt,substantia,ad aliqua,vt accidens.verbi causa,scientia comparatur grammaticæ,dialecticæ,musicæ,& cęteris id genus,vt substantia:animalibus vero,vt accidens:ideo,vt ex verbis Alexā. habetur,Aristo.duos locos posuit,quorum primus est,cum genus comparatur aliquibus,vt substātia:secūdus vero,cum com- D paratur aliquibus,vt accidens.In substantijs,solus primus locus proprie reperiri potest in accidentibus vterq;.nam accidens aliquibus vt substantia,aliquibus, vt accidens comparatur. ergo cum dicit, [de quibus genus prædicatur,] intelligit,vt substantia,cum vero dicit, [& quæcunq; habent genus, aut denominatiue à genere dicuntur] intelligit secundum Alexan.vt accidens.

72 Vt si de aliquo disciplina dicatur,& grammatica, aut musica, aut aliqua aliarum scientiarum prędicabitur.Et si aliquis habet disciplinam vel denominatiue à disciplina dicitur, & grammaticā habebit, vel musicam,vel aliquam aliarum disciplinarum:aut denominatiue ab aliqua earum dicetur,vt grammaticus,vel musicus.

Hæc duo loca per exempla demonstrat,& primo demonstrat locum,quando genus comparatur aliquibus vt substantia, & dicit.] Vt si de aliquo vt disciplina dicatur] subaudi,vt substantia,[& grā-

matica, aut musica, aut aliqua aliarum scientiarũ] vt substantia subaudi [prædicabitur.] Deinde demonstrat secundum locum, quando videlicet genus comparatur aliquibus, vt accidens, & dicit, [Et si aliquis habet disciplinam] per modum, quo subiectum habet accidens, [vel denominatiue a disciplina dicitur,] per modum quo aliquid denominatur ab accidente, [& grãmaticam habebit, vel musicam vel aliquam aliarum scientiarum: aut denominatiue ab aliqua earum dicetur, vt grammaticus, vel musicus.] aut id genus. vnde (vt Alexan. inquit) cum genus prædicetur de seipso: nam animal est animal, & animal de animali prędicatur, necesse est de eo aliquã animalis speciem prædicari. Si enim animal est animal, necesse est, vt animal sit homo, aut leo, aut equus, aut aliquid id genus. ¶ Sed dubitatur contra hæc: nam animal prædicatur de omni animali, hæc enim vera est, omne animal est animal, & tamen nulla species aĩlis prædicatur de omni aĩali. amplius, aĩal de omni substantia animata sensitiua p̃dicatur, & tamen nulla species est, quę de omni tali prædicetur, p̃terea (vt Alexan. dubitat) aĩal prædicatur de aĩali volatili, & tamẽ nulla species aĩalis prædicatur de animali volatili. ¶ Adhuc, animal p̃dicatur de embrione: nã embrion est aĩal, quoniam viuit vita animalis, & tamẽ de embrione nulla aĩalis species p̃dicatur. ¶ Rursum de cauda lacertę abscisa aĩal p̃dicatur, cum sentiat, & moueatur, de quã nulla aĩalis species dicitur. ¶ Insuper Socrates & falco canis meus sunt animalia, & tamen de eis nulla animalis species prædicatur: & etiam Socrates & Plato sunt disciplinati, & tamen nec musici, nec grammatici, ponendo quod Socrates musicus, Plato grammaticus sit. ¶ Præterea Arist. non videtur sibi constans: nam primo elenchorum cum disputat de paralogismis qui fiunt secũdum quid & simpliciter, dicit oppositum: nam dicit, de aliquo denominatiue dici colorem, vt de scuto, cuius alterum dimidium album, alterum nigrum est, de quo nec simpliciter album, nec simpliciter nigrum dicitur. ¶ Soluuntur hæ dubitationes per ordinem, & soluitur primo prima & secunda (vt Alexan. exponit) quod primus locus intelligitur quando genus prædicatur, vt genus, modo animal non prædicatur de seipso, vt genus, nec de substantia animata sensitiua, vt genus, sed vt conuertibile de conuertibili. Tertia soluitur ab Alexan. locum esse intelligendum, nisi id, de quo genus prędicatur, sit contigua hoc est supposita species prædicati generis, sicuti est in casu. Est enim animal volatile species animalis prædicati contigua atq; supposita. Et forte dici potest quod de animali volatili prædicatur aliqua species animalis, quoniam animal volatile est animal volatile. Quarta & quinta delentur, quoniã nec de embrione, nec de cauda lacertæ prædicatur animal, cum nullum eorum sit animal perfectum. Sexta & septima etiam diluuntur, quoniam nec de falcone, & Socrate prædicatur animal, sed prædicantur animalia, & eodem modo de eis non prædicatur aliqua species, sed aliquę species, quoniam Socrates est homo, & falco est canis. Similiter si Socrates & Plato sunt disciplinati, etiam Socrates erit musicus, & Plato grãmaticus. Pro solutione vero vltimę dicendũ, quod secũdus locus intelligi debet, si genus p̃dicatur denominatiue de aliquo aut secundũ esse, aut secũdum inesse, de eo p̃dicatur aliqua specierum aut secundũ esse, aut secundũ inesse. & quia de scuto prædicatur denominatiue color, ideo oportet, vt aliqua species prædicetur denominatiue secundum esse vel secundum inesse, & quia scutum est coloratum, ideo oportet vt scutum sit album vel nigrum, aut vt scuto insit album, aut nigrũ. Arist. igitur primo elenchorum intellexit non oportere de quo prædicatur genus secundum esse, de eo prędicari denominatiue aliquam speciem secundum esse, non tamen negasset posse prædicari aliquã speciem denominatiue secundum inesse, vt intelligit in hoc loco.

28 Si igitur aliquid ponatur dictum à genere quomodolibet, vt animam moueri, considerandum est, si secundum aliquam specierum motus contingat animam moueri: vt augeri, vel minui, vel corrumpi, vel generari, aut quæcunque sunt species aliæ motus: nam si secundum nullam, palam est quoniam non mouetur.

Expositores iuniores asserunt Arist. hic inferre suam considerationem, quæ cõsistebat in duobus locis præceptis: afferre tamen exemplum vltimi loci. Alexãder autẽ vult Aristotelem hic soluere problema, quod vertebatur inter Xenocratẽ, & ipsum, Vtrum videlicet anima sit numerus seipsum mouens, an non. nam Xenocrates asserebat animã esse numerũ seipsum mouentẽ, Aristo. autẽ negabat: nũc quasi ex dictis corollarie soluit problema, & dicit, [Si igitur aliquid ponatur quomodolibet,] hoc est siue denominatiue, siue secundũ inesse, vt Alexãder exponit, & affert exemplũ, cũ genus dicitur de aliquo denominatiue, vt soluat problema de anima, & dicit, [Vt animam moueri] hoc est, quemadmodũ dicit Xenocrates, qui asserit animã esse numerũ seipsum mouentẽ, cum itaque fuerit istud problema, vtrũ anima sit numerus seipsum mouẽs. [considerandũ est, si secundũ aliquã specierũ motus contingat animã moueri] à seipsa subaudi, quæ sunt quinque [vt augeri, aut minui, aut corrũpi, aut generari, aut quæcunque sunt species aliæ motus] videlicet, alterari, & moueri secundũ locũ [nam si secundum nullã] speciem motus anima à seipsa mouetur [palam est, quoniam non mouetur] subaudi, à

A ſeipſa. Quare problema, quod quęrebatur de anima, eſt deſtruendũ. Declarat autẽ Alexan. ꝙ anima nec augeatur à ſe, nec diminuatur, nec corrumpatur, nec generetur, nec alteretur à ſe, nec ſecundum locum à ſe moueatur, quæ cum tranſcendant terminos, topicos bona fronte prætereo.

29 Hic autem locus communis eſt ad vtrunque, & ad conſtruendum & ad deſtruendum. Si enim ſecundum aliquam ſpeciem mouetur, manifeſtum quoniam mouetur. & ſi ſecundum nullam ſpeciem mouetur, palam, quoniam non moueatur.

Affert nunc Ariſtot. vtilitatem loci in exemplo problematis de anima, & dicit, [Hic autem locus cõis eſt ad vtrũque, & ad cõſtruendum, & ad deſtruendũ,] & ponit exemplum in problemate de anima ex parte ſpecierũ, & dicit, [Hic autem locus cõmunis eſt ad vtrunque, & ad conſtruendũ, & ad deſtruendum. ſi enim ſecũdum aliquã ſpeciem] anima [mouetur, manifeſtum eſt quoniã mouetur] ſimpliciter proferendo. [Et ſi ſecundũ nullam ſpeciem mouetur, palam quoniã] ſimpliciter anima [non mouetur.] Hæc ex parte ſpecierũ, ex parte etiam generis conuertitur, quoniam ſi non mouetur anima, ſecundum nullam ſpeciem motus mouebitur. & ſi mouetur anima, ſecundum aliquam motus
B ſpeciem neceſſe eſt moueri. Hanc autem conuerſionẽ ex parte generis ipſe tacuit, quoniam ex exemplis ſuperius poſitis patet.

LOCVS DECIMVSTERTIVS.

30 Nõ abundãti autẽ argumẽtatione, ad poſitionẽ intendendũ ex definitionibus, aut quæ ſunt propoſitæ rei, aut quæ videntur. & ſi non ab vna, ſed à pluribus. Facilè enim definientibus argumentari erit. nam ad definitiones facilis argumentatio eſt.

Adinolfus, & Anonymus latinus interpres, & cæteri iuniores qui Albertum ſequuntur, volũt Ariſtotelem non locum, ſed idoneitatem tradere, per quam opponens redditur idoneus ad argumentandum contra poſitionem aliquam, ſiue propoſitum problema. in quo aliquid prædicatur de genere, aut in quo genus prædicatur de ſpecie. Accidit enim interdum, vt opponẽs neſciat aduerſus tales poſitiones argumentari. Ariſto. igitur tradit ſecundũ hos quandam, vt ita dixerim, idoneitatẽ, per quam erit aptus contra opponere, vt ſi problema vel poſitio ſit anima eſt numerus, vt Xenocrates dicebat,
C inquit modo Ariſtoteles [Non abundãti autem] ſcilicet ipſi opponenti [argumentatione, ad poſitionem intendendum ex definitionibus] ſcilicet aut prædicati problematis, aut ſubiecti problematis, dico ex definitionibus, [aut quæ ſunt propoſitæ rei] ſcilicet verę definitiones prędicati vel ſubiecti problematis, [aut] ſcilicet ex definitionibus, [quæ videntur,] cuiuſmodi ſunt deſcriptiones, quæ non ſunt veræ definitiones, ſed vidẽtur. [Et ſi non ab vna] ſcilicet definitione vel deſcriptione intẽdendum eſt [ſed à pluribus] etiam intendendum eſt. nam eiuſdem rei plures eſſe poſſunt definitiones, vel deſcriptiones. Aſsignat cauſam, & dicit, [Facile enim definientibus argumentari erit] id eſt quia ipſis opponentibus cum definiunt ſubiectum vel prædicatum, facile erit argumẽtari contra poſitionem reſpõdentis. [nam] vt inquit [ad definitiones facilis eſt argumentatio.] cum enim conſtent ex pluribus, ex multis deſtruuntur, vel conſtruuntur. Eſt igitur idoneitas. & ex his quæ Ariſtoteles inquit, apparet, quòd ſi opponens non fuerit idoneus ad argumentandum, ſumere debeat definitionem ſubiecti, vel prædicati problematis: deinde argumentari contra illam: cauſa eſt, quoniam ſumentibus definitiones vel deſcriptiones, facile eſt argumentari, cum conſtent multis. Alexander autem, vt mihi videtur, vult Ariſtotelem hic repetere tertium locum, qui ſuperius eo textu eſt expoſitus, qui incipit. [Alius eſt definitiones facere accidẽtis] & ſic locus pręceptiuus eſt, vt reſpiciamus ad definitiones ſubiecti vel prędicati problematis. loca verò præcepta, quæ & maximæ dicuntur, ſunt tria, vt ſuperius expoſuimus.
D Poteſt tamen poni aliqua differẽtia inter hunc locum, & locum tertium, quoniam in loco tertio præceptiuus locus eſt, reſpicere ad veras definitiones, at in hoc decimotertio loco, pręceptiuus locus eſt, reſpicere tam definitiones veras, quæ ſunt definitiones ſecũdum rei veritatem, quàm deſcriptiones, ſiue quàm definitiones (vt Alexãder inquit) quæ ſunt ſecundum opiniones auctorum. Secũda differẽtia poteſt poni, ꝙ in tertio loco ſupponebatur problema eſſe in quo accidens de ſubiecto prædicatur: hic ſupponitur problema eſſe, in quo aut genus de ſpecie, aut aliquid de genere prædicatur. Eſt autem hic locus vtilis ad conſtruendũ, & ad deſtruendũ, vt Alexã. declarat. nam ex definitionibus, & contra definitiones poſſumus facile cõſtruere & deſtruere, verbi cauſa, ſit problema vtrũ infinita omnia ſunt æqualia, an non. Si igitur æqualia definierimus dicentes, ęqualia eſſe quæ numero ęquali, vel magnitudine æquali menſurantur, problema deſtruitur. non enim infinita ęquali aut numero, aut magnitudine mẽſurãtur. Sin autẽ dixerimus ęqualia eſſe, q̃ nec excedũt, nec deficiũt, problema eſt cõſtruendũ, nam infinita nec excedũt ſeſe, nec deficiũt, & ita erũt æqualia. Amplius, ſit hoc aliud ꝓblema, vtrum

voluptas sit honestū, an nō. dādæ sunt etiā pro determinatione problematis plures definitiones volu- E
ptatis, vt ꝙ sit lenis motus, ꝙ sit generatio naturæ sensitiuæ conueniens, ꝙ sit irrationalis fusio, ꝙ sit actus habitus naturâ impedibilis, aut ꝙ sit finis assequēs vltimos actus: nā pluribus datis definitionibus facilius facultatē habebimus ad construendū, vel destruendū. & sic argumentari poterimus quòd voluptas nō sit honestū, & quòd sit honestum. ¶ Quod verò ad verba attinet, Aristoteles dicit, [intendendum est ex definitionibus, aut quæ sunt propositæ rei,] hoc est aut ad definitiones, quæ sunt in rei veritate, [aut quæ videntur,] hoc est, aut quæ sunt secundū opinionē (vt Alexander exponit) multę enim definitiones secundum varias auctorum opiniones sunt, quæ non sunt definitiones in rei veritate, & per hāc particulam differt locus hic 13. à loco tertio superius asignato. Dicit etiam [non abundāti autum argumētatione ad positionē] vt innuat non extra locū proximū 12. nugari, & vt innuat se addere 12 proximo loco. cū enim dixisset, de quibus genus prędicatur, de eo esse necessariū aliquam specierū prædicari: addit nunc, [non abundāti argumentatione ad positionē,] hanc, quam dixit, esse F
respiciendum ad definitiones, vt siquis dicat animā moueri, ait esse respiciendum ad definitiones motus, & specierū eius. Est enim diuidendus motus in species, & deinde definiendę sunt species, & tunc oportet argumentationem facere, vnde si genus definitur, quòd motus, videlicet sit transponere de loco ad locū, tunc impoſsibile est animam moueri, quoniam non trāsponitur de loco ad locū: mutatio enim secundū locum corporū est. & per hanc partē fortasse differt etiā locus 13. hic à tertio, quoniam hic locus est respicere ad definitiones generis vel speciei, ille vero est respicere ad definitiones accidentis. Adinolfus verò hunc locū non esse superfluum asserit, quoniā vt inquit, ibi cōsiderauit locum tertium ex principali proposito, hic vero obiter, quatenus addit non nihil loco 12. qui hic ponebatur. amplius ibi considerauit ad eum locum tanquam ad medium, hic autem, vt ad extremum.

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

31 Considerandum autem in proposito, quonam existente, necesse est positum esse: aut quid est ex necessitate, si propositum est. Construetur quidem volenti, quo existente, propositum erit ex necesſitate. nam si il- G
lud ostendetur esse, & propositum ostensum erit. Destruere autem volenti, quid est si propositum est. nam si ostenderimus consequens propositum non esse, interimentes erimus propositum.

Hic est 14. locus, in quo Aristoteles primo ponit locum præceptiuum, deinde loca præcepta: verum iuniores aliter acceperunt loca pręceptiua, aliter Alexander. Aldinolfus enim & Anonymus latinus interpres dixerunt loca pręceptiua esse, vt respiciamus ad antecedens, & ad consequens propositi problematis. nec tamen eodem modo dicunt: nam antecedēs & cōsequens vno modo accipiuntur incomplexe pro terminis, vt subiectum pro antecedente, & prædicatū pro consequente, quo modo & Aristoteles primo priorum accepit. alio modo pro propositionibus, vt sit antecedens propositio, quę præcedit notam rationis, cōsequens vero, quæ sequitur. aliqui igitur iuniorum per consequēs & antecedens, terminos, subiectum videlicet & prædicatum intelligunt, aliqui autem propositiones, quod mihi & Alexādro placet. Erunt igitur loca præceptiua secundum hos, vt respiciamus ad antecedentia, scilicet ad propositiones quæ propositum problema antecedunt: & ad cōsequentia, scilicet ad propositiones quæ propositum problema consequuntur. Loca vero præcepta duo sunt, alterū pro H
construendo, alterum pro destruendo problemate: nam pro construendo problemate, respiciendum est ad illius antecedens, quoniam constructo problematis antecedente, construitur problema consequens. pro destruendo vero respiciendum est ad consequens, quoniam destructo consequente problematis, ipsum problema antecedēs destruitur. Alexander autem quasi in idem veniens, vult locum præceptiuum esse, vt respiciamus ad consequentiam: resoluit tamen hunc locum in duo præceptiua loca, quatenus vnus est locus constructiuus, alter destructiuus. pro constructiuo quidem loco respiciendum est ad ea, ad quæ propositum sequitur: hoc est ad omnia antecedentia. & huius loci præceptiui maxima, siue locus præceptus est, cuiuscunque propositi problematis ponitur antecedens, problema construitur. pro destruendo vero, respiciendum est ad ea, quæ ad ipsum problema cōsequuntur. & huius loci præceptiui maxima, siue locus præceptus est, cuiuscūque problematis destruitur consequens, ipsum problema destruitur, vt si problema sit, vtrum omnis voluptas est honestum an non, dico quòd si velimus demonstrare, & construere problema, videlicet quòd omnis voluptas sit honestum, respicienda omnia ea sunt, ad quæ sequitur huiusmodi problema, videlicet quòd omnis voluptas sit honestum: nam si ea vel eorum aliquod construitur, problema construetur: vt si sequatur ad hoc, quòd omnis voluptas secundum naturam sit, sequitur enim omnis voluptas secundum naturam est, igitur omnis voluptas est bonum: illud construendum est, nam eo demonstrato, ac constructo, sequitur propositū, videlicet ꝙ omnis voluptas sit honestū. Amplius, si cōstruatur, & demon-

A ſtretur omnem voluptatem eſſe virtutem, etiam demõſtrabitur omnem voluptatem eſſe honeſtum:
quoniam ſequitur, omnis voluptas eſt virtus, igitur omnis voluptas eſt honeſtum: quoniam virtutem
eſſe honeſtũ, nemo eſt qui dubitet. Hoc loco argumentandi Plato in Phędone vſus eſt, cum demon-
ſtraſſet animas in inferno eſſe accipit enim hoc antecedens, videlicet, viuẽtes fiunt ex mortuis, igitur
concluſit, animæ in inferno ſunt. Antecedens autẽ probauit & conſtruxit ex eo, quia contraria ex con
trariis fiunt, & viuere, & mori cõtraria ſunt. Vſus etiam eſt hoc eodẽ loco, & in Menone, cũ demon-
ſtraſſet virtutes eſſe doctrinas: accepit enim illud antecedens, ad quod ſequitur, videlicet, virtutes ſunt
ſcientiæ: nam ſequitur, virtutes ſunt ſcientiæ, igitur virtutes ſunt doctrinę. antecedens cõſtruxit ex eo,
quoniam qui optime diſpoſitus eſt ſecundũ animã, omnium contingentium, & neceſſariorũ, vel vti-
lium ſcientiam habet: qui autẽ virtutes habet, optime diſpoſitus eſt ſecundũ animã: igitur qui virtutes
habet, omnium contingentiũ ſcientiam habet. eſt enim virtus omnium cõtingentium ſcientia. Iterum
antecedẽs illud cõſtruitur, quoniã quorũ præſentia aliquis eſt ſciens, illa ſcientiæ ſunt, virtutũ pręſen-
tia, ſcimus cõtingentia: igitur virtutes ſunt ſcientiæ. Rhetores etiã hoc loco vtuntur, accuſantes enim
aliquem homicidii cauſa, ea ad quæ propoſitũ ipſum ſequitur, ſumunt, & conſtruunt, puta quòd ini-
micus, ꝙ inſidiator, ꝙ viſus ſit enſem tenens, eo loco, & eo tẽpore: nam ſi hæc demõſtrata fuerint &
constructa conſtruetur, ꝙ homicidium cõmiſerit. Amplius, eodem loco vtuntur, cũ de adulterio in-
B cuſauerint, cõſtruunt enim ea omnia, ad quę propoſitũ ſequitur, puta vt quòd coierit, ꝙ allocutus, ꝙ
cum ea ſolus viſus fuerit, nam his conceſsis, ſequitur adulteriũ cõmiſiſſe. Amplius eodẽ loco vtentes
conſtruunt vacuum eſſe, nam ſumũt motũ eſſe, ad quod ſequitur vacuum eſſe: & illud conſtruentes,
deducũt vacuum eſſe. Si autẽ deſtruere voluerimus problema, reſpiciendũ eſt ad ea, quæ ad problema
cõſequuntur: quoniã ſi illa deſtruentur, problema deſtruetur: verbi cauſa, ſi problema eſt, vtrũ oĩs vo-
luptas eſt honeſtũ: & voluerimus hoc deſtruere, reſpiciemus ad ea, quæ conſequuntur ad illud: verbi
cauſa ad hoc, cinędorũ voluptas eſt honeſtũ: ſequitur enim, omnis voluptas eſt honeſtũ, igitur cinę-
dorum voluptas eſt honeſtum. quare deſtruentes cõſequens, & demonſtrantes cinędorũ voluptatem
non eſſe honeſtum, erit deſtructum antecedens, & demonſtratum non omnem voluptatem eſſe ho-
neſtum, quod eſt oppoſitum antecedentis: vnde inquit, [Conſiderandum autem in propoſito,] id eſt
in problemate, quod proponitur, verbi cauſa, ad antecedens, [quo exiſtente neceſſe eſt poſitum] pro-
blema eſſe, & hoc eſt primus locus præceptiuus. deinde tangit ſecundum, & dicit, [aut quid eſt ex ne-
ceſsitate.] ſcilicet conſequens, [ſi propoſitum eſt.] & hic eſt ſecũdus locus præceptiuus. deinde diſtin-
guit loca præceptiua, & dicit, [conſtruere quidem volenti] problema propoſitum, [reſpiciendum eſt]
ad antecedens, [quo exiſtente, propoſitum erit ex neceſsitate:] hic eſt primus locus pręceptiuus: tunc
C tradit locum præceptum & maximam, & dicit, [nam ſi illud oſtendetur eſſe,] ita vt conſtruatur, [&
propoſitum oſtenſum erit,] & cõſtruetur. Deinde tradit ſecũdum locum præceptiuum, & dicit, [de-
ſtruere autem volenti] ſcilicet problema propoſitũ, reſpiciendum eſt ad conſequens, [quod eſt, ſi pro-
poſitum eſt.] deinde aſsignat locum præceptum, & maximam, quæ hoc ſecũdo loco accipitur, & di-
cit, [nam ſi oſtenderimus conſequens propoſitum non eſſe,] ita vt deſtruatur cõſequens, [interimen-
tes erimus propoſitum.] Ex iis colliguntur duæ regulæ prioriſticę: quarum prima eſt, à poſitione an-
tecedentis ad poſitionem cõſequentis, conſequentia eſt neceſſaria: à deſtructione verò non ſequitur.
Secunda vero eſt, à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis valet etiam: à conſtru-
ctione vero, minime. Addit autem quando ex neceſsitate conſequens ſequitur propoſitum, aut ante-
cedens antecedit, quoniam quando inter antecedens & conſequens nõ eſſet neceſſaria illatio, hæ re-
gulę non valerent. ¶ Sed aduerſus has regulas dubitatur: quoniam ſequitur, Socrates & Plato diſpu-
tant, igitur Socrates diſputat: & tamen non valet ex deſtructione conſequentis, Plato non diſputat:
igitur Socrates, & Plato non diſputant. Amplius ſequitur, ſex ſunt, igitur tria ſunt: & non ſequitur de-
ſtructiue, tria non ſunt, igitur ſex non ſunt. Dicendum in nulla earum fieri argumentum deſtructiue,
quoniam deſtructio fit per negationem prępoſitam, & ideo debet ſic fieri, ſed Plato nõ diſputat, igi-
D tur non Socrates & Plato diſputant. Similiter in ſecundo argumento debet ſic fieri, ſed tria non ſunt,
igitur non ſunt ſex. Hactenus de quartodecimo loco.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

32 Amplius ad tempus inſpiciendũ, ſi alicubi diſſonat. vt ſi quod nu-
tritur dixerit quis ex neceſsitate augeri. nutriuntur enim ſemper ani-
malia, augẽtur autẽ non ſemper. Similiter autem, & ſi ſcire dixerit quis
reminiſci. nam hoc quidem præteriti temporis eſt, illud autem, præſen-
tis & futuri. ſcire enim dicimur pręſentia & futura, vt quoniam erit de-
fectus ſolis. reminiſci autem non contingit alterius quàm præteriti.

Nonnulli tradunt Aristo.ex his velle aſsignare quæ ſit propoſitio neceſſaria,& ait eam eſſe,in qua E
prædicatum ineſt ſubiecto pro omni differentia temporis, & non pro aliqua ſic, aliqua vero non. Quæ expoſitio friuola eſt,cum nec his,quę proximo dixerat,nec his,quæ proximo dicturus eſt,conſonet. ¶ Anonymus latinus interpres,& Adinolfus volũt,quód ſi aliquid aſsignetur ineſſe alicui ſimpliciter,& abſolute: conſiderandũ ſit ad tẽpus, hic enim eſt locus præceptiuus, locus veró præceptus eſt: nam ſi temporis aliqua differentia diſſonent, non ſunt eadem, nec alterum alteri ineſt ſimpliciter & abſolute.& hanc expoſitionem Albertus primus poſuit,& ſecundũ hos locus eſt deſtructiuus. Poteſt autem hæc expoſitio aptari exemplis,vt patet legenti verba. ¶ Alexander autem vult,quód cum Ariſtoteles poſuiſſet locum præceptiuum,& locum præceptum, quibus docuit deſtruere propoſitum problema ex conſideratione conſequentis,nunc ponat locum præceptiuum,& locum pręceptũ,quibus docet deſtruere propoſitum problema ex conſideratione ad tempus.cuius locus præceptus ſiue maxima eſt, ſecundum Alexãdrum, ſi aliquid ponitur ſequi ex neceſsitate ad problema poſitũ,& deſinet ab eo tempore,non ſequitur ad illud ex neceſsitate. Ariſtoteles igitur ſimul tangit locum præceptiuum,& locum præceptum,& dicit,[Amplius ad tempus inſpiciendum,]ſubaudi cum ponitur aliquod ſequi ex neceſsitate ad problema,deinde tangit locum præceptum,& dicit,[ſi alicubi]hoc eſt,ſi aliqua differentia temporis[diſſonat,]nam ſi diſſonat,illud quod poſitum eſt ſequi neceſſario ad pro- F
blema,non ſequetur neceſſario.Ego vero arbitror Alexãdrum accepiſſe hic per antecedẽs ſubiectum problematis,& per conſequens, ipſum prædicatum: vt ſit ſenſus, ſi aliquod conſequens accipitur neceſſario ſequi ad antecedens, hoc eſt ſi aliquod prædicatum accipitur à reſpondente neceſſario ineſſe ſubiecto: locus præceptiuus eſt reſpicere ad tempus , locus vero præceptus eſt, [Si alicubi diſſonat,] nam ſi ſubiectum connotet certam differentiam temporis,quam prædicatum non connotat,problema eſt deſtruendum.Aſsignat exempla,& dicit,[vt ſi quod nutritur dixerit quis]ſcilicet reſpondens, [ex neceſsitate augeri,]ita vt problema ſit vtrum omne quod nutritur, augeatur, & reſpondens dicat omne quod nutritur,ex neceſsitate augeri,problema deſtruitur,quoniam ipſum ſubiectũ ſcilicet quod nutritur,connotat omnem differentiam temporis at quod augetur,non notat,ſed ſolam iuuentutem: cuius rationem aſsignat Ariſtoteles,& dicit,[nutriuntur enim ſemper animalia,augentur autem non ſemper]quoniã non in ſenectute cõſtituta.igitur problema eſt deſtruendũ. deinde ponit aliud exemplum,& dicit,[Similiter autẽ & ſi ſcire,dixerit quis]ex neceſsitate eſſe[reminiſci,] vt Plato & Socrates dixerunt,quia aſſerebãt omne ſcire eſſe reminiſci, & nihil ſciri de nouo:problema deſtruitur,quoniam ſubiectum problematis ſignificat omnem differẽtiam tẽporis, prædicatum vero non omnem: & dicit,[nam hoc quidem]ſcilicet reminiſci[pręteriti temporis eſt,illud autem]ſcilicet ſcire præteri- G
ti,[& præſentis,& futuri,nam ſcire dicimur]præterita[& præſentia,& futura,vt quoniã erit ſolis defectus]Aſtrologus ſcientiam habet,[reminiſci autem non contingit alterius]temporis, [quàm præteriti.] per eundem locum deſtruitur problema,cum quæritur vtrum ſcientia ſit ſenſus, an non: nam ſenſus à generatione eſt,& omni tempore,at ſcientia poſtea acquiritur. deſtruitur etiam illud problema,vtrum ſenſitiuum omne ſit ſentiens,an non:quoniam dormientes ſenſitiui ſumus,non autem ſumus ſentientes. non tamen eſt ab re,illud quod olim diximus. nam diximus dupliciter inſtari conſequentiæ,quæ eſt neceſſaria illatio ex antecedente,vno modo,quando ſtat antecedẽs ſine conſequente, vtputa, cum aliquo tempore verum ſit antecedens ſine conſequente, alio modo cum oppoſitum conſequentis ſtet cum antecedente: quare diximus Ariſtotelem nunc docere inſtare ipſi conſequentiæ,de qua poſuit locum proximum,reſpiciendo ad tempus,nam cum certo tempore ſtat antecedens verum ſine conſequente: conſequentia non eſt neceſſaria, cui expoſitioni poteris accommodare exempla . ¶ Sed circa ea,quæ Ariſtoteles dicit in præſenti textu de loco,quindecim ſunt dubitationes, Prima,quoniam vt tempus eſt menſura,ita locus eſt menſura,& ideo eſt dubitatio,quare nõ aſsignauit conſiderationem à loco,veluti aſsignauit à tempore: poteſt enim problema deſtrui propter differentiam loci,veluti deſtruitur propter diſſonantiam temporis: vt ſi problema ſit, vtrum anima mun- H
di ſit deus an non, deſtruitur problema, quoniam anima mundi eſt in medio mundi, deus eſt in circunferentia mundi,igitur anima mundi non eſt deus. ¶ Quidam dixerunt,quód ideo poſuit conſiderationem temporis,quoniam conſequentia,ad quæ docuit reſpicere in loco proximo,quædam ſequuntur ſimpliciter, quædam vt nunc . at locus conſequentia non menſurat . Vel forte dici poteſt, quód idem eſt iudicium de loco, ideo de eo tacuit, quoniam cum dixiſſet de tempore, idem vult eſſe intelligendum de loco. ¶ Secundo dubitatur,quoniam neceſſaria ſunt,quæ non poſſunt aliter ſe habere:at quæ inſunt alicui ſecundũ tempus,poſſunt aliter ſe habere,igitur quæ inſunt ſecundũ tempus, nõ ex neceſsitate inſunt. Dicendum,vt recte Adinolfus inquit,quód duplex eſt neceſsitas,altera ſimpliciter,atque abſolute, & hæc eſt ſupra omne tempus:altera neceſsitas temporaria eſt. Ariſto.igitur loquitur de tẽporaria,quę nõ ſupra tẽpus eſt,hac neceſsitate cygnus eſt albus, qm̃ omni differẽtia tẽporis prędicatũ ineſt ſubiecto.Sol vero defecit,propoſitio neceſſaria eſt,quoniam pro pręſenti tẽpore deficit neceſſario . At hæc propoſitio deus eſt ſubſtãtia incorporea,neceſſaria eſt neceſsitate, quæ eſt

A supra tempus. ❡Tertio dubitatur, quoniam hoc prædicatū curret, bene assignatur de albo pręsentialiter albo: nam hæc vera est, albū curret, vbi ꝯ album supponitur pro albis præsentibus, ꝯ curret pro cursu futuro. Dicendum quod Aristoteles loquitur quādo prædicatum assignatur inesse subiecto ex necessitate, nam tūc intelligitur pro omni tempore: sed si assignetur absolute, secus est. quoniā potest prædicatum, quod circuncernit futurū, inesse subiecto quod circūcernit præsens: quādo absolute inesse de futuro accipitur. ❡Quarto dubitatur, quoniā auctor in exemplis dicit nō omne quod nutritur augeri. Contra, nam omne quod mouetur, aut augetur, aut minuitur, aut alteratur, aut mouetur secundū locū: omne quod nutritur, mouetur: igitur aut mouetur secundū locū, & hoc nō. aut alteratur, & hoc minime, aut diminuitur, & hoc nequaquā. igitur omne qđ nutritur, augetur. Dicendum quod nutritio non est motus per se, sed generatio partis deperditę: aliquando tamē ad eum sequitur auctio, aliquādo diminutio: & sic est motus per se. ❡Quinto dubitatur quoniā Aristo. dicit, ꝙ scire est pręsentium & futurorū, reminisci verò præteritorū. Cōtra, quoniā scire est per causam, causæ autē pteritorum veriores sunt, q̄ futurorū, igitur scire est potius pręteritorū q̄ pręsentium & futurorū. Dicēdum ꝙ Aristot. voluit scire esse præteritorū, præsentium, & futurorum: nam licet dixerit esse scire præsentium, & futurorum. hoc tamen dixit, quia de his minus videtur esse, quoniam supponit esse præteritorum. ❡Vltimo dubitatur, quoniam dicit Aristoteles scire esse futurorum. Cōtra, quoniam quod non

B est, non scitur, at futura, non sunt. Dicēdum, quod licet futura non sint, tamen aliqua habent causam determinatam, & talium est ipsum scire, quædam non habent causam determinatam, vt vtrum nauale bellum erit. & talium non est scientia, sed coniectura.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

33 **Amplius sophisticus modus est, ducere ad id, ad quod plurimā habemus argumentorum facultatem.**

❡Iuniores aliqui Aristo. hic tradere asserūt idoneitatē quandā, per quam reddimur idonei opponere contra positionē, quam asserebat respondēs: est autem hæc idoneitas transferre nos ad aliam materiam, in qua abundamus argumentis. Nascitur autem hæc idoneitas ex ipso respōdente, & ex nobis. ex respondente quidem, quando in propria positione, quam defendere proposuit, est copiosus & abundans. Ex nobis verò, quando in materia propria respondenti non sumus abundātes, sed in materia, in quam eum ducimus, abundamus argumentis. Hanc nonnulli translationem de genere in genus: nonnulli autem vocant digressionem. Albertus cautelam opponentis. Alexāder vero asserit hic Ari-

C stotelē ponere locum: sed quoniam locus duplex est, præceptiuus, & locus præceptus, qui & maxima à iunioribus dicitur, ideo hic ponitur locus præceptiuus: qui est, vt respiciamus ad antecedētia & consequentia, in quibus abundamus argumentis: siue illa sint extranea, siue cōuenientia aliquo pacto positioni respondentis. nam locus præceptus est, si transferimus problema & rationē ad id, in quo argumentis abundamus. Sic enim construere vel destruere poterimus problema, & positionem respondentis: per quæ patet locum præceptiuum, & locum præceptum quasi in idem incidere. hunc locum Aristoteles sophisticum vocat, quoniam (vt Alexander inquit) mos est sophistis relinquere rationes quæ sunt ad materiam, & transferre respondentem ad id, in quo abundant argumentis, vt fit in Protagora Platonis. Protagoras enim aliquando fabulas narrat, aliquando circa poemata rationes facit, fugiens enim rationes facere contra responsionem & interrogationem de propositis problematibus, transgreditur à positis ad alia quædam, vt facultatem argumentationum & rationum habeat: quæ si non sunt vtiles ad propositum, manifestè sophisticus locus est.

34 **Hoc autē erit, quādoque quidē necessarium, quādoque autē apparens necessarium, quandoque autem nec apparens, nec necessarium.**

D Iuniores Aristo. diuidere tradunt ipsum digredi, aut ipsum transferre, & tunc exponunt. [Hoc autem] scilicet transferre siue digredi [erit] trifariam, [quandoque quidem necessarium, quandoque autem] non quidem necessarium, sed [apparens necessarium, quandoque autem nec apparens, nec necessarium.] & secūdus & tertius modus est omnino sophisticus. verū tertius, vt Alexāder dicit, est manifeste sophisticus. Hanc expositionem Alexander voluit. dicit enim, fit autē & aliquando necessaria transsumptio & transitus, cum fit ad aliquid tale, quod cum cōstructum fuerit, vtile est ad cōstruendū, quod respondens negauit. Et propterea quanuis hic modus sophisticus sit, quatenus ad extraneū ducit, in dialecticis tamen eum ponit. Dialectici enim est transitus ad ea: quibus costructis, construitur id quod negauit respondens, quod in principio ponebatur construendum, & sic legendum est secundum Alexandrū. [Hoc autē] scilicet digredi, vel transferre [erit, aliquando quidem necessarium,] hoc est vtile, quoniam ex ipso (ad quod ducitur) constructo, construitur quod à principio contra respondentem sumebatur construendum. [quandoque autem apparens necessarium,] non tamen necessarium, sed apparens vtile: quoniam ipso constructo, apparet esse construendum, quod à principio

proponebatur cōstruendum.& hic modus sophisticus est,licet non manifeste sophisticus [quādoque E
autem nec apparens,]scilicet necessarium,[nec necessarium,]hoc est nec vtile,quoniam est manifeste trāsitus ad aliena. & hic tertius modus manifeste sophisticus est:per quę patet id ad quod fit trāsitus esse antecedens ex vna vel duabus propositionibns confectum : quod esse potest aut reuera vtile ad problema construendum: quod à principio contra respondentem proponebatur construi:quatenus eo cōstructo, mox construitur & positum:aut reuera non est vtile,sed apparet vtile, quoniam eo constructo,apparenter sequitur,vt propositum construatur.aut nec est vtile,nec apparēs vtile: sed est antecedens,vel propositio quæ obiter incidit interloquendo:ad quam se transfert opponēs,quoniam in ea est argumentis abundans,qui modus transumptionis manifestè sophisticus est. Et quemadmodum opponens cum non abundat argumentis in materia,trasferre se potest ad antecedens, ad quod construendum abundat argumentis: sic potest se transferre ad aliquod consequens,quod sequitur ad id, quod ponebatur à respondente , in quo destruendo abundat argumentis, vt ex illo destructo destruatur quod proponebatur destrui cōtra respondentem:& sicut illud antecedens erat triplex, vtile, apparens vtile,& penitus alienum,ita consequens triplex esse potest.Quare non erit alienum a veritate exponere verba Aristotelis sic.[Hoc autem] scilicet antecedēs,ad quod translatio fit,[erit quandoque quidem necessarium]hoc est vtile,[quandoque autem apparens necessarium,quandoque au- F
tem nec apparens,nec necessarium,]sed manifeste alienum:& hoc considerandū est pro construendo:pro destruendo verò,respiciendum est ad id,quod consequitur ad positionem respondentis.

25 Necessarium quidem, quando negāte eo, qui respōdet,aliquid vtilium,ad illud rationes facit. Contingit autem id talium esse,ad quæ copiosam argumentorum facultatem habemus.Similiter autem & quādo inductionem ad aliquid ob positū factū interimere conatur. hoc enim interempto,& propositum interimitur.

Per ordinē declarat membra,& primo quando ipsum digredi est ad aliquidvtile,& hoc dupliciter declarat,primo, origine sumpta ab ipso respondēte, secūdo ibi [Similiter autē]declarat idem,origine sumpta ab ipsomet opponente:de prima parte dicit, [Necessarium quidem,]hoc est vtile quidem est ipsum digredi,[quando eo qui respondet,negante aliquid vtilium] opponēs [ad illud rationes facit,] per vtilia intelligit ea, quibus cōstructis aut destructis cōstruitur, aut destruitur quod opponens pro- G
posuit construere aut destruere contra positionem respōdentis.Addit Aristoteles,[Contingit autem id talium esse,ad quæ copiosam argumentorum facultatē habemus,]quasi dicat quòd opponens non se transfert ad illud,nisi contingat esse tale,ad quod habeat copiosam argumētorum facultatem. verbi causa, si aliquis volens construere hoc problema, omnis voluptas est bonum: accipiat ad illud demonstrationem,omne quod secundum naturam est,esse bonum, & respondens non concedat illud, opponens si transfert se ad illud construendum,quia est in eo abundans argumētis,hoc dicitur transferre se ad aliquid vtilium:construet autem illud, videlicet omne quod est secundum naturam est bonum,accipiendo,quod est peculiare vnicuique est bonum, & illud omne quod est secundū naturam, est peculiare vnicuique. Nam ex his sequitur,quod est secūdum naturam,esse bonum. Et si maiorem negabit,videlicet illam,omne quod est peculiare vnicuique est bonum: opponens transferendo se ad eam,construet ex opposito,quoniam quod est præter naturam vnicuique est malum illi,& corruptiuum ipsius. Quare si quod est præter naturā,est malum:quod est secundum naturam vnicuique erit bonū:siquidē contrario cōtrarium,& contrarium cōtrario.Quare si huiusmodi transitus vtilis est ad propositū,hoc vocatur digredi vtile:vel ad aliquid vtilium.Deinde exponit quādo digredi est vtile origine sumpta ab ipso respodente, & dicit,[Similiter autē]subaudi digredi est vtile,[& quando]respō- H
dens subaudi[interimere conatur inductionē] factā ab opponēte[ad aliquid]construendum,[ob factum positum,]quæ inductio erat facta, dico,ob positum factum & constitutum ab ipso respondente.verbi causa,Si respondens diceret,voluptatem non esse bonā,& opponēs acciperet omne quod secundum naturam est, esse bonum:si opponēs illā vniuersalem propositionem induceret: iam faceret inductionē ad aliquid probandū,scilicet ad probandū illā vniuersalē,omne quod secundū naturā est, bonū est,quę inductio esset facta[ob factū positū]hoc est,ob id,quod facit,& ponit respondēs.Si itaque respondens interimere conetur inductionem illā,inducēdo in singulis contrarium,vt quod mori sit secundū naturā,& est malū:& ægrotare secundū naturā,quoniā non est ad placitū, & est malū, & sic de singulis,hic hoc pacto inducēs interimere conatur inductionē factam ab opponente: [nam hoc]scilicet hac inductione[interempto,& propositū]scilicet opponentis[interimitur.] quando itaque respondens interimere sic conaretur inductionē opponentis, tunc opponentem transgredi ad probandum suam inductionem est vtile: eo quia illa constructa, construetur propositio vniuersalis, quæ assumebatur contra respondentis positionem. Alexander verò intelligit, per [positum factum]

A propoſitionē vniuerſalem poſitam ab opponēte contra poſitionem reſpondentis, videlicet illā, omne quod eſt ſecundū naturā eſt bonum. ob hanc enim inductionē ad aliquid facit: & ideo quādo reſpōdens conaretur interimere inductionē opponētis, quā faciebat [ob poſitū factum] hoc eſt ob ꝓpoſitionē vniuerſalē poſitam. & factū ab eo cōtra poſitionē reſpondentis, exiſtimādo quod illa inductione interempta, interimitur propoſitū, id eſt ꝓpoſitio vniuerſalis opponētis, ſcilicet ea, omne quod eſt ſecundū naturā, eſt bonū: ſi inquā ita ſit, digredi erit vtile. quare dupliciter erit vtile digredi, aut quādo reſpondēs negat aliquod vtilium, in quibus opponēs abundat argumētis: aut quādo reſpōdens interimit inductionē factā ab opponēte. nam tunc eſt vtile digredi ad probandū inductionem in ſingulis, ſi abūdabit argumētis. Siquis autē vult, poteſt aliter verba hæc intelligere, vt dicamus [ſimiliter autē] ſubaudi digredi eſt vtile opponēti [quando inductionē] ad aliquid [factā, interimere conatur ob poſitum factū,] hoc eſt, cōtra poſitionē reſpōdentis: vt ſi poſitio reſpōdentis ſit, omnis voluptas bonū eſt, & ipſe acciperet hanc, nulla voluptas eſt bonū, quoniā nulla generatio eſt bonū. omnis voluptas eſt generatio, igitur nulla voluptas eſt bonū. Si igitur reſpōdens neget illā, videlicet nulla generatio eſt bonum: quoniā ſanari eſt generatio, quod eſt bonū. diſcere eſt generatio, qđ eſt bonū. dico ꝙ ſi opponēs [interimere conetur] illā, videlicet oīs generatio eſt bonū, vt reſpōdēs dicebat, vtile erit digredi, quoniam eo interēpto, ſcilicet quoniā ea ꝓpoſitione intetempta, quæ eſt oīs generatio eſt bonū, & ꝓbata illa, videlicet nulla generatio eſt bonū. [& ꝓpoſitū] reſpōdentis, quod eſt oīs voluptas eſt bonum,
B [interimitur.] Alexāder autē laborauit circa expoſitionē huius loci, & declarauit hūc locū eſſe obſcurum, propter multas, quas attulit, expoſitiones: nos autem elegimus has duas expoſitiones.

36 Apparens autē neceſſarium, eſt quando videtur quidē vtile, & accommodatum poni, non eſt autem ad id, ad quod fiunt diſputationes, ſiue negāte eo qui diſputationem ſuſtinet, ſiue ab inductione probabili per poſitionem ad idem factam, interimere conetur idipſum.

Nunc tranſit ad ſecundū modum, & quod dicit, eſt, quod ipſum transferre eſt aliquādo apparens neceſſarium, quando reſpondens negat aliquid quod videtur eſſe vtile ad propoſitū, ſiue neget ipſum ſimpliciter, ſiue afferēdo probabilē inſtantiam: & tamē non eſt neceſſariū, nec vtile. & dicit, [Apparens autē neceſſarium, eſt quādo] id quod negat reſpondēs aut ſimpliciter, aut inſtādo, [videtur quidē vtile, & accōmodatum poni, nō eſt autē ad id, ad quod fiunt diſputationes] vtile, & hoc nō eſt vtile [ſiue eo, qui diſputationē ſuſtinet, negāte] id ſimpliciter [ſiue interimere ipſum conetur] & negare,
C nō ſimpliciter, ſed [ab inductione probabili per factā poſitionē] id eſt per factā inſtantiā [ad idem:] nam ſiue ſimpliciter negetur, ſiue per inſtantiam interminatur, non erit vere vtile, ſed apparēs vtile. Alexander autē dicit, tunc tranſumptionē facere non eſſe neceſſariū, ſed apparens neceſſariū, quādo opponēs rationē facit de aliquo eorū, quæ in problemate ſunt nominata, quod nec iuuat ad conſtructionem, nec ad deſtructionē problematis: vt ſi problema fuerit, vtrū mundus eſt ſphæricus, an non, & opponens diſputet, de hoc videlicet, vtrū mundus ſit vnus, an non, aut de hoc, videlicet vtrū mundus ſit æternus an non: vel ſi problema eſt, vtrū voluptas eſt ſecundū naturā, an non, & opponēs digrediatur ad diſputandum de natura, vtrum natura ſit, an non, vel vtrum omne quod fit natura, gratia alicuius fit. hæc enim digreſsio non eſt neceſſaria, quoniā non eſt ad aliquid eorum vtile, quę conſtruunt aut deſtruunt problema. eſt tamen apparens vtilis, quoniā eſt de aliquo eorū, quæ in problematibus ſunt nominata, vt de mūdo, qui in primo problemate eſt nominatus: & de natura, quæ in ſecundo problemate eſt nominata. Fit autē hæc digreſsio, aut cum reſpondēs ab opponēte fuerit interrogatus, aut ſi reſpondens non fuerit interrogatus, ſed obiter fuerit negās aliquid eorū, aut ſi opponēs interloquendo quæreret, vtrum videatur ipſi, vt omne quod natura fit, fiat alicuius gratia. nam opponens digreditur, ſi in illo argumentis fuerit abundans. & hoc innuit Ariſtoteles, cum inquit, [ſiue ne-
D gante eo, qui diſputationē ſuſtinet,] ſcilicet ſimpliciter, quoniam cū reſpondens, qui diſputationē ſuſtinet, neget aliquid eorū quæ videntur: & non ſunt neceſſaria: vt illud videlicet mundus eſt ſphæricus, vel illud natura agit propter finē: tunc digredi eſt apparens vtile. Subdit etiā, [ſiue interimere conetur idipſum ab inductione probabili per poſitionē ad idem factam,] hoc eſt [ſiue] reſpondens non ſimpliciter, ſed [ab inductione probabili per poſitionem] hoc eſt inſtantiam [factam ad idem interimere conetur idipſum,] quod ab opponente eſt ſumptum. vt ſi problema eſſet, vtrum voluptas ſit ſecūdum naturā, an non, & opponens quærat vtrum omne quod fit natura, gratia alicuius fit, an non. ipſe verò reſpōdens neget hoc, non ſimpliciter, ſed inductione probabili, quę fit per inſtantiā ad eam. in hoc caſu opponens digredi debet ad diſputandum de inſtantia ablata à reſpondente: quæ digreſsio non erit neceſſaria, ſed apparens.

37 Reliquum verò, quando nec neceſſarium eſt, nec apparens ad id, ad quod fiunt diſputationes, ſed vt accidat redarguere reſpondentem: ve-

rum oportet deuitare postremum dictorum modorũ: omnino enim se- E
motus, & extraneus videtur esse à dialectica.

Exponit tertium modum, & dicit, [Reliquum verò] hoc est tertius modus est, [quando] opponēs digreditur ad id, quod [nec necessarium est, nec apparens ad id, ad quod fiunt disputationes] scilicet ad problema, de quo est disputatio, necessarium, [sed] tantum ad id digreditur opponens, [vt accidat redarguere respondentem.] Monet tamen opponentem, & dicit [verum oportet deuitare postremum dictorum modorum: omnino enim semotus, & extraneus videtur esse à dialectica,] cum sit omnino, & manifestè sophisticus. huius rei exemplum affert Alexāder, vt si problema sit, vtrum omne bonum sit honestum, an non. & opponens transferat se ad disputandum: vtrum bonũ sit in rerum natura, an non. & dicente respondente quòd bonũ sit in rerũ natura: opponēs abundās argumētis ostēdat bonũ non esse. hoc pacto est digredi ad non necessarium, nec ad apparēs necessariũ, sed manifeste ad alienum. Simili ratione, quādo aliquis relinquēs ea, quæ sunt propositi, demonstraret aliqua, quæ sunt dictam historia: hic digrederetur ad non necessarium, nec ad apparens necessarium.

38 Quare oportet & respondenté nó discordē esse: sed ponédo, quę nó vtilia sunt ad positionem: significare oportet quæcunque non vidētur, F ponere tamen. nam magis perplexos esse vt plurimũ, contingit eos qui interrogāt: quādo omnia huiusmodi eis posita fuerint. si non cōcludāt.

Cum dixisset tertium modum esse omnino, & manifeste semotũ à dialectico, declarat nũc aliquo pacto eum pertinere ad dialecticũ, & dicit, [Quia tamen oportet respondentē etiam non discordem esse] ab opponēte, saltem de licētia, & ad maiorē gloriā ex disputatione reportandā: [ideo ponēdo,] & concedendo ipsi opponenti ea: [quæ non vtilia sunt ad positionem, oportet] eum [significare] ac annnotare [quæcunque non videntur,] vtilia, protestādo & asserēdo, quoniam ea quæ ponit & concedit, ponit & concedit, non quia sunt vtilia: sed de licentia, ne videatur discors, [tamē ponere,] oportet subaudi: cuius assignat rationem, & dicit, [nam magis perplexos,] & cōfusos [esse, vt plurimũ, contingit eos,] scilicet opponētes, [qui interrogant, quando omnia huiusmodi eis fuerint posita,] & concessa à respondente: [si] cũ eis adhuc argumenta eorum [non concludant.] Ex iis patet hunc tertium modum de licentia esse dialecticum, primo ne respōdens videatur discors opponenti. secundo ad confusionem maiorem opponentium. tertio, quia si ea concedat respondens, & cum toto illo argumento G opponentium non concludant, reportabit maiorem gloriam. vnde sæpe nos disputando cōcessimus omnia ea, quæ opponens proposuit, licet fuerint extra propositum: & ca, opponens eum omnibus illis nihil concluderet, maximam gloriam reportauimus. ¶ Quæres fortasse, cum secundus modus sit sophisticus: nā est digredi ad id, quod non est necessarium, sed apparens necessariũ: cur potius tertium modum se mouet à dialecticis disputationibus, quàm secundum, cum vterque sit sophisticus. ¶ Alexander innuit solutionē, & dicit Aristotelē velle vtrunque modũ, videlicet & secundum & tertiũ esse remouendum à dialecticis disputationibus: expressit tamē potius tertium, vt inquit, quoniam ille tertius est manifestissime alienus à dialecticis disputationibus.

DECIMVS SEPTIMVS LOCVS.

39 Amplius omnis qui dixit vnum quoduis, quodam modo multa dixit. eo quòd plura vnicuique ex necessitate cōsequentia sunt, vt qui hominem dixit esse, quoniam animal est, dixit, & quoniam animatum, & quoniā bipes, & quoniā mētis & disciplinę susceptiuũ. Quare quouis H vno consequentium interempto: interimitur & quod in principio est.

Hic locus (vt Alexāder inquit) cum eo loco idem est, in quo dixit esse respiciendũ ad consequentia. Dicit enim inspiciendum esse ad illud, quod sequitur ad ipsum propositum ex necessitate. nam eo destructo, destructum est & propositum, ad quod illud sequitur: idem etiam nunc dicit, quoniā enim ad vnum positũ plura sequuntur, quodcunque consequentium destruxerimus, destructũ est & ipsum. Differt autē hic locus ab illo (vt Alexam. inquit) quoniā illic absolute Aristo. dixit, vt quæramus quæ consequuntur ad propositũ: hic autē explicat inuentionē eorũ, quæ sequuntur: vt sit hic locus expositio prioris: vnde dicit. [Amplius omnis qui dixit vnũ quoduis, quodā modo multa dixit.] cuius causam assignat, & dicit [eo ꝙ plura vnicuiq; ex necessitate consequentia sunt] nam (vt Alex. inquit) qui rem aliquā dicit, & definitionē illius dicit, & illius genera, & illius differētias specificas, & illius ꝓpria. Ad vnũ enim quoddā sequūtur vt definitiones, quædā vt genera, quædā vt generũ genera, quędā vt propria vel accidētia generũ. Amplius quędā sequuntur vt proprię ac specificę differētię rei, quędā vt

A propria rei, quędam vt disiūcta cū re, quoniā sequitur est homo, igitur est homo vel equus. Et quoniā (vt Alexander inquit) qui aliquam rem dicit, omnia hæc potentia dicit, manifestū, quoniam hæc omnia sequūtur illud quod dicit. Quare quodcunque hoc demonstrabimus non esse, destruemus & quod in principio positum fuit. Et per [quodā modo] Alexander exponit potentia. exemplum Aristot. assignat, & dicit, [vt qui hominem dixit esse, quoniam animal est, dixit] quod est genus hominis, [& quoniam animatum,] quod est genus generis] & quoniam bipes] quod est differētia generis, [& quoniam mentis, & disciplinæ susceptiuum,] quod est differentia hominis propria. tunc concludit locum præceptum quod maxima dicitur, & inquit, [quare quouis vno consequentium interempto, interimitur & quod in principio est.] Hic fuit locus præceptus superius expositus. Alexander ad expositionem ampliorem loci affert alia exempla, & dicit, qui dicit virtutem sufficere ad fœlicitatē, sequitur non esse eligibiles diuitias, nec esse eligibilem sanitatem, nec aliud quicquam præter virtutem. At si aliquid horum destruetur, destruetur virtutem sufficere ad fœlicitatem. Amplius, qui dicit animam esse corpus, sequitur corpus corporis esse capax, & ipsam esse aut elementum, aut mistum ex elementis. & si horum non est aliquid, nec illud. ¶Sed dubitatur, quoniam non videtur verum quod ad vnum quoduis plura sequātur, quoniam ad vnū transcendens nihil sequitur: non enim ad ea potest aliquid cōmunius sequi. Dicendū ad trāscendentia sequi saltē quædā vt propria & secundum

B latus, quoniā sequitur albū est ens: igitur vnū. quædā cum disiūctione, quod sequitur, albū est ens, igitur substātia, vel accidēs. Et sequitur etiā, albū est ens, igitur ens, vel non ens. Ad hæc dubitatur, quō per hunc locū sequetur, eū qui dicit te esse equū, verū dicere. nā quicūq; dicit te esse animal, dicit verū, & per Arist. qui dicit te esse equū, dicit te esse aīal & plura alia. igitur qui te esse equum, dicit verū. Adinolphus concedit eū qui dicit te esse equū, dicere verum, non simpliciter in antecedēte, sed quodam modo in consequente: quoniam dicendo in antecedente te esse equum: dicit quodam modo in consequente te esse animal, quod est verū dicere. quare dicere te esse equum, est quodammodo verū dicere in consequente. ¶Sed contra, quoniam dicendo te esse equum, is qui hoc dicit, nullum verum dicit, igitur nec in consequente, nec in antecedente verū dicere videtur. ¶Propterea dico eū qui dicit te esse equum, dicere quodam modo. s. in potentia te esse animal, & te esse animatum, & plura alia, non tamen quia dicit te esse equum, dicit verum, nec falsum, nec quia dicit te esse animal, dicit verū vel falsum. Sed dices, quid ad cauillum? dicendum cauillum peccare in forma, quoniā in nulla syllogismi specie est, vt alibi diximus. ¶Insuper dubitatur, quoniam Aristot. dicit eum qui dicit hominē

C esse, quodā modo etiam animal esse, & animatum esse, & bipedem esse, & mentis & disciplinę susceptiuum esse, dixit. Aut dicit animal esse, & cætera secundum vocem, aut secundū rem: nō quidem secundum vocem, quoniam qui dicit hanc vocem, homo, non dicit animal, nec hanc vocem animal, & reliqua. Si secundū rem, falsum est hoc, quod asserit Aristo. nam qui dicit hominem secundū rem, dicit animal simpliciter secundum rem, & nō quodammodo: similiter dicit animatum simpliciter, & non quodam modo. vno modo dici potest ipsum quodam modo accipi pro eo quod est idem ipsi secundum quid, & hoc pacto non intelligit Aristot. Alio modo pro eo quod est idem quod cōsequēti, & hoc modo verum est, nam qui dicit hominem secundum rem, via consequentiæ dicit animal animatum, & reliqua. Alexander autē per [quodam modo] potentiam intellexit: nam qui dicit rem aliquam actu, vt hominem, dicit potentia definitionem hominis, & genus & differentiam hominis, & reliqua. verum Alexander per potentiam intellexit idem quod ex consequenti. ¶Vltimo occurres, quia non verum est semper, quod consequente destructo, destruatur antecedens, quoniam contingit aliquando consequens esse non substantiam: nam potest esse consequens proprium, vt si antecedens sit homo, cōsequens risibile. At constat proprium rei esse non substantiam. non substātia autem destructa, non destruitur substantia, igitur non semper consequente destruitur antecedens. Dicēdum, ꝙ quando inter substantiam, & non substantiam, est essentialis & necessaria cōnexio, qualis est

D inter rem & propria rei, tunc non substantia destructa, destruitur substantia, sed quando nulla est necessaria connexio: verum est quod argumentum assumit, quoniam non oportet, vt substantia corrūpatur, non substantia corrupta: si non substantia nullam habet cum substantia connexionem.

40 Cauere autem oportet in huiusmodi difficilioris assumptionē facere. Nam quādoq; quidē facile est ipsum consequens interimere: quādoque autem id ipsum propositum.

Assignat cautelam opponenti, qui interrogat, & dicit, [In huiusmodi autem] consideratione, in qua destructo consequente, destruitur antecedens, [oportet cauere assumptionem difficilioris.] huius causam assignat, & dicit, [Nam quandoque quidem facile est ipsum consequens interimere.] vtputa cū pauci ora requiruntur ad destruendū ipsum cōsequens q̄ antecedens, & hoc est fortasse cum consequens fuerit aliquid accidentale. [quandoque autem] facile est interimere [id ipsum propositum.] verbi causa, sit propositum, vtrum iniustitia sit vtilis an non, erit id quod consequitur ad antecdens,

hoc videlicet, auaritia est vtilis. nam sequitur, iniustitia est vtilis, igitur auaritia est vtilis. modo diffici- E lius est destruere hoc consequens videlicet, auaritia est vtilis, quàm illud antecedēs, iniustitia est vtilis. Signo aūt nobis est Plato, qui hoc pacto destruxit antecedēs, nullus animę morbus est vtilis, iniustitia est animæ morbus, iniustitia igitur nō est vtilis. Aliquádo autem destruxit sic, nullum vitium est vtile, quoniam omne vitium noxium est ipsum habenti, sed iniustitia vitium est, igitur iniustitia non est vtilis. Quare facere transgresionem ab iniustitia ad auaritiam in illa consideratione non est dialectici.

¶VIGESIMVSNONVS LOCVS.

41 Quibuscunque autem necesse est alterum tantum inesse, vel non inesse, vt homini ægritudinem vel sanitatem: si ad alterum facilè poterimus disputare quoniam inest, vel non inest, & ad reliquum facilè poterimus: hoc autem conuertitur ad vtrunque. ostendentes enim quoniam inest alterum, quoniam non inest reliquum ostendentes erimus. Si autem quoniam non inest ostenderimus, reliquum inesse ostendentes erimus. Manifestum igitur, quoniam ad vtrūque vtilis hic locus est. F

Cum asignasset nonnulla loca inspiciendo ad consequentiam, nūc tradit locum inspiciēdo ad cōtraria. non desunt qui velint Aristo. docuisse loca digrediendi circa antecedens & consequens, procedendo à particulari ad vniuersale: nunc vero docere loca digrediendi circa antecedens, & consequēs respiciendo ad contraria immediata: sed quouis modo sit locus pręceptiuus (vt Alexan. innuit) est inspicere ad contraria immediata. locus vero præceptus, qui & maxima dicitur, est duorum contrariorum immediatorum. Si alterum inest vel non inest alicui subiecto, alterum inesse vel non inesse est. Sunt autem contraria immediata (vt Alexan. inquit) ea, quorum alterum subiecto receptiuo necesse est inesse, & nunquam ambo simul: vt sunt par, & impar respectu numeri. vnde Aristo. inquit, [Quibuscūque autem necesse est alterum] subaudi contrariorum immediatorum [inesse] vel: non inesse] & nunq̃ ambo simul [vt homini ægritudinē vel sanitatem: si ad alterum] eorum contrariorum [facile poterimus disputare] construendo [quoniam inest, vel] destruendo quoniā [non inest, & ad reliquū facile poterimus] subaudi disputare destruendo, vel construendo. causa est, quoniam propositio talis habet vim propositionis, quæ est disiunctiua ex partibus contradictorijs: modo à tota tali disiunctiua cum destructione vel constructione alterius partis supra constructionem vel destructionem alterius, argumentum est necessarium. deinde explicat vtilitatem loci, & dicit, [Hoc autem cōuertitur ad vtrūque,] quod exponit & dicit, [Ostendentes enim quoniam inest alterum] vt quoniam inest homini ægritudo, [quoniam non inest reliquū] scilicet sanitas [ostendentes erimus: si autem quoniam] ægritudo homini non inest [ostenderimus, reliquum] scilicet sanitatem [inesse ostendentes erimus,] Tunc concludit vtilitatem loci, & dicit, [manifestum igitur, quoniam ad vtrunque] hoc est, ad cōstruendum & destruendum [vtilis hic locus est.] Ex ijs patet opponentem ad eam partem digressionem debere facere, in qua pluribus locis argumentisque abundat. Potest etiam locus iste (vt Alexander inquit) accommodari in ipsis contradictorijs. nam contradictio immediata cōtrapositio est, non habens prædictam necessitatem, quemadmodum contraria in receptiuis duntaxat, sed in omnibus: nam necesse est in omni aut affirmitationē, aut negationem inesse. Quare si fuerit affirmatio, nō erit negatio: si autem negatio, non erit affirmatio. Si enim diuitiarum affirmatio honesta est, negatio non honesta erit, & econtrario. In contrarijs vero mediatis, licet hic locus non sit vtilis ad vtrumque, est tamen vtilis ad destruendum. nam si monstrabitur alterum ipsorum inesse, destruetur alterum alteri inesse. Impossibile enim contraria simul eidem inesse: non tamen si alterum non inerit, reliquum inerit. quoniam potest aliquid mediatorum ipsi inesse: vt si corpus est album, ex necessitate non est nigrum. Sin autem non est album, non ex necessitate est nigrum. ¶Sed occurres primo, quoniam non sequitur, ægritudo non inest Socrati, igitur sanitas inest, stat enim antecedens esse verum, si Socrates non sit: consequens vero falsum. ¶Dicendum Aristo. supposuisse subiecti constantiam, alioquin non essent immediata circa subiectum receptiuum: quod Alexander annotauit. ¶Secundo occurres, nam sit, a, vltimum instans, in quo Socrates est æger, vero primum instans in quo Socrates est sanus: & queritur aut a, & b, sunt duo instantia, aut bonum: tunc in eodem instanti Socrates erit æger & sanus. Si duo, cum inter quæcunque duo instantia semper cadat tempus, igitur erit aliquod tēpus, in quo Socrates nec erit æger, nec sanus. Quare non necesse erit reliquum inesse, si alterum non inest. Adinolphus ait a, & b, secundum rem esse vnum instans, secundum vero rationem esse diuersa. Quæ responsio meo iudicio non est intelligibilis: nā ea concessa, secūdum rem Socrates erit æger & sanus, licet non secundum rationem. ¶Propterea dicendum argumentum supponere falsum. cilicet ipsum a, esse vltimum instans, in quo Socrates est æger: non enim datur vltimū, vt patet 8 physicæ

G

H

A auſcultationis,nec in ſucceſſiuis,nec in permanentibus,ſed quorum non datur vltimum,eorum datur
primum non eſſe, & ſic,b, eſt primum inſtans, in quo Socrates eſt ſanus, & primum in quo non eſt
ęger. Vltimò occurres,cum omne enthymema reducatur ad ſyllogiſmũ,vt patet ſecundo Priorũ,quę
ritur quomodo hoc enthymema reducitur ad ſyllogiſmum,Socrates eſt non ſanus,igitur eſt ęger.De
re hac ſatis diximus libro Priorum ſecundo: ibi enim diſputauimus vtrum omnis conſequentia redu-
cenda ſit ad ſyllogiſmũ,an non : verum nunc dico ſyllogiſmũ eſſe hunc,omne exiſtens nõ ſanum eſt
ęgrum,Socrates eſt exiſtẽs nõ ſanus, igitur Socrates eſt ęger.nec ſyllogiſmus iſte eſt ex puris negatiuis
vt patet inſpicienti,ſed ex affirmatiuis de extremis infinitis.Hæc de loco.

LOCVS VIGESIMVS.

42 Amplius argumentari transferendo nomen in orationem : cum
longe magis conſentaneumviſum fuerit tranſſumere quàm vt ponatur εὔψυχον
nomen,vt bonianimum,non fortem (vt ponitur) ſed bene animam ha æquani-
bentem:quemadmodum etiam fidentem,bona ſperantem.Similiter au mum
B tem & eudæmona:cuius vtique dæmon fuerit ſtudioſus:quemadmodũ εὔελπιν
Xenocrates inquit eudęmona eum eſſe qui animam habet ſtudioſam, fidentem.
hanc enim vnicuique eſſe dæmonem.

Sunt qui Ariſto. dicunt nunc docere transferre ad conuertibilia : ſunt autem conuertibilia,nomen,
& eius interprætatio. Quare locus præceptiuus eſt inſpicere ad interpretationem nominis.non qui-
dem ſemper,ſed cum oratio fuerit notior, & cum nomine conuertibilis:cuius locus præceptus erit,
cui ineſt interpretatio, ei ineſt nomen : & cui non ineſt interpretatio, ei non ineſt nomen : eſt enim
locus iſte vtilis ad conſtruendum,& ad interimendum. Alexander autem dicit Ariſtotelem nunc no
bis tradere locum ab etymologia, nam per transferre nomen in orationem,etymologiam intelligit.lo
cus igitur præceptiuus eſt ſecundum Alexandrum inſpicere ad etymologiam,hoc eſt ad nominis in-
terpretationem.Locus vero præceptus eſt, cuicunque etymologia ineſt, ei nomen neceſſe eſt ineſſe,
cui verò non ineſt,nec nomen ineſſe neceſſe erit.vtilis enim eſt ad vtrũque:vnde dicit,[Amplius] ſub
audi oportet[argumentari transferendo nomen in orationem,]hoc eſt reſpiciendo ad etymologiam:
C ſed hoc non ſemper,ſed exponit quando,& dicit,[cum longe magis conſentaneum viſum fuerit tranſ
ſumere]hoc eſt interpretationem accipere, quàm vt ponatur nomẽ. vel forte per hæc verba aſſignat
cauſam loci. nam accepit ὡς, pro quoniam, vt legatur,[Amplius]oportet[argumentari transferen-
do nomen in orationem]hoc eſt ad interpretationem,cuius cauſam dicit,[quoniam longe magis cõ
ſentaneum viſum eſt tranſſumere]hoc eſt ponere etymologiam,[quàm vt ponatur nomen, cum ety
mologia ſit notior:vt ſi problema fuerit,vtrum bonianimus ſit omnem virtutem habẽs,aut ſolum for
tis,demonſtrabimus bonianimum eſſe omnem virtutem habẽtem ab etymologia : nam boni animus
eſt,qui bene animam habet.Quicunque vero bene animam habet, eſt iuſtus, modeſtus, prudens, &
cæteras virtutes habens.Quid enim eſt aliud bene animam habere,quàm bonam,honeſtam,iuſtam,
modeſtam,prudentem,& id genus animam habere.Quare bonianimus omnem virtutem habet, &
non ſolam fortitudinem.Quòd autem bonianimus ſit,qui bonam, ſiue qui bene animam habet, de-
monſtrabimus,quoniam bonianimus eſt fidens:fidens autem bona ſperans,bona autem ſperans,be-
ne animam habet.igitur bonianimus eſt,qui bene animam habet.dicit,[Vt bonianimum non fortẽ]
ſolum dicimus,[vt ponitur,]ab aliquibus.[ſed bene animam habentem.]At qui bene animam habet,
omnem virtutem habet.igitur bonianimus eſt, qui omnem virtutem habet,Deinde(vt Alexander ex
ponit) ab etymologia etiam probat bonitatem eſſe ei,qui bene animam habet.& dicit,[quemadmo-
D dum etiam fidentem,bona ſperantem]bonianimus eſt fidens, igitur bona ſperat. Qui bona ſperat,
vt Alexãder ſupplet,bene animam habet,bonianimus bona ſperat, igitur bonianimus bene animam
habet. Aliter poteſt exponi, vt ſit aliud problema, videlicet,vtrum bonianimus ſit fidens an non]
& demõſtratur quòd ſit fidens,ab etymologia. hoc pacto,qui bona ſperat,eſt fidens,bonianimus eſt
bona ſperans.igitur bonianimus eſt fidens.dicit.[Quemadmodum etiam fidentem]ſubaudi demon
ſtrabimus ab etymologia eſſe eum[qui bona ſperat,]& tu ſubaudi,ſed bonianimus eſt bona ſperans,
igitur bonianimus eſt fidens.Eſt enim hæc oſtenſio ab etymologia. Deinde aſſignat tertium exem-
plum in tertio problemate, quod eſt vtrum ſtudioſus fuerit felix, an non. & demonſtrabimus quòd
ſic,ab etymologia,& ſupponamus nomen græcum pro latino,videlicet,Eudæmona, hoc eſt felicem
eſſe, cuius vtique fuerit dæmon ſtudioſus, & argumentabimur hoc pacto, cuius dæmon eſt ſtudio-
ſus,eſt felix, ſtudioſus eſt, cuius dæmon eſt ſtudioſus, igitur ſtudioſus eſt felix. Quòd autem felix
ſit, cuius dæmon ſit ſtudioſus, demonſtratur autoritate Xenocratis, qui dæmonem & animam
idem eſſe dicebat : & felicem eum, qui animam habet ſtudioſam. vnde dicit.[Similiter autem
& felicem,]qui Eudæmon græce dicitur, [cuius vtique dæmon hoc eſt, anima, [fuerit ſtudioſus,]

& dicit, [Quemadmodum Xenocrates inquit, Eudæmona] hoc est felicem [eum esse, qui animam] hoc est dæmonem, [habet studiosam. hãc enim] scilicet animã [vnicuique] subaudi felici [esse] asserit [dæmonẽ.] Hæc est expositio problematis. ¶ Quod vero ad verba attinet, verbũ εὐδαίμονα, nonnulli ingeniosum in latinum verterunt, quoniam dęmon genius dicitur, qui apud veteres deus naturæ est, & iuxta hanc interpretationem problema erit, vtrum studiosus sit ingeniosus, an non, & tunc legentur verba sic, [Similiter autem & ingeniosum: cuius fuerit genius studiosus,] subaudi, sed studiosus est, cuius genius est studiosus, igitur studiosus est ingeniosus. Maiorem probat auctoritate Xenocratis, & dicit, [Quemadmodum Xenocrates inquit eudæmona] hoc est ingeniosum [esse eum, qui animam habet studiosam,] cuius causam dicit, [Ipsam enim] scilicet animã: dicit [esse vnicuique genium.] & expositio potest stare. Alexander autem exponit vt diximus, nam per eudęmona, felicem interpretatus est, & problema esse, vtrum studiosus sit felix, qui Græce dicitur eudæmon. & probatur ab etymologia: eudęmon est, qui studiosum habet dæmonẽ, studiosus est qui studiosum habet dæmonem, igitur studiosus est eudęmon: qui syllogismus licet sit in secunda figura ex vtrisque affirmatiuis, quia tamen maior conuertitur, est vtilis. Quod autem eudęmon, id est felix sit, qui dæmonem habet studiosum, ostendit auctoritate Xenocratis, & dicit, [Quemadmodum Xenocrates inquit eudæmona] hoc est felicem [eum esse qui animam habet studiosam. [Et quia posset dici, dæmonẽ nõ esse animam: tacitæ huic obiectioni respondendo dicit, [Hanc enim] scilicet animam [vnicuique dæmonem esse] subaudi dicit: quoniã pro eodem animã accipit & dæmonẽ. hoc pacto Alexander legit, & meo iudicio longe verius. ¶ Quod verò ad verba attinet, verbum eudæmon, si legitur latine felix, non habet illam interpretationem sicuti habet eudæmon, ab eu, quod est bonus, & dæmon, hoc est animus, hoc est studiosum habens animum, & propterea nos legimus verba græce. Addit etiam Alexander hunc locum esse probabilem atque dialecticum, non tamen verum in omnibus, quoniam magnanimus, non dicitur qui magnam habet animam, sed qui excellit in virtutibus, quoniam non semper nomen sequitur etymologiam. Nec obstat quod superius capite 9 hunc locum visus sit ponere: quoniã translatio superius facta fuit nominis ad nomen, hæc verò nominis ad orationem. præterea hæc translatio est in digressione, illa fuit simpliciter.

E F

¶ VIGESIMVS PRIMVS LOCVS.

43 Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ autem vt in pluribus, aliæ vero ad vtrumlibet: si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, aut quod vt in pluribus, ex necessitate, aut ipsum, aut contrarium ei, quod est vt in pluribus: semper dat locum argumentationis. G

¶ Iuniores, qui Albertum sequuntur, Aristo. hucusque tradidisse asserunt loca intrinseca, quibus terminatur problema accidentis: at nunc extrinseca loca tradere affirmãt. Est aut locus extrinsecus, quo docet accidẽs nõ inesse subiecto, ex eo quia illi disparatũ inest. quoniã si albũ inest corpori, bene sequitur, ergo nigrũ non inest. Qua ratiõe fit vt locus pręceptiuus sit respicere ad disparatã, quod vim oppositi habet. & quoniã accidens ab accidente multifariam disparatũ esse potest, ideo dicunt Aristo. primo distingere disparata, deinde loca ipsa præcepta assignare. Alexander autem ait locum hunc occasionẽ accipere ab ipsarum rerum differentia, & ita innuit locum præceptiuum esse, inspicere ad rerum differentiam. Comparando autem hunc locum ad eum, quem primo assignauit, asserit hunc locum esse in plus, quàm qui datus est primo, quo aspicitur ad id, quod secundum alium modum inest: nam sub eo, quod ex necessitate inest, quod hic accipit, vult contineri genus, proprium, & definitionem. Accidens autem vult contineri sub eo, quod est, vt in pluribus, & sub eo quod est ad vtrumlibet. vt sit diuisio hęc, quòd rerum aliæ quidem sint ex necessitate, scilicet quæ non accidunt, vt genus, proprium, & definitio. Aliæ verò vt in pluribus, aliæ autem ad vtrumlibet, hoc est aliæ vero accidentia, quorum aliquæ accidunt plerunque, aliquę accidunt ad vtrumlibet, & æqualiter: vt sit sensus, aliæ res sunt, quæ possunt inesse, & non inesse. quo definiebatur accidens. ¶ Sed occurres, sub quo membro continentur accidẽtia inseparabilia? Dicendum ea contineri sub eis, quæ ex necessitate insunt, quoniam vt Alexander innuit, non ponit ea, quę ex necessitate insunt, vt distincta contra accidentia, sed vult omnia quę sunt, aut esse ex necessitate, aut non esse ex necessitate, modo accidẽtia inseparabilia, cum necessario insint, sub eis continentur, quæ ex necessitate insunt. Aristo. ergo primo pręmittit diuisionem rerum, quæ insunt subiectis, & docet locum præceptiuum, & dicit. [Quoniam autem rerum] subaudi quæ insunt subiectis, aliæ quidem sunt,] & insunt subiectis [ex necessitate,] vt hominem animal esse. nam animal omni homini, & semper, & quidem ex necessitate inest. [Aliæ autem] insunt subiectis, [vt in pluribus,] hoc est. insunt subiectis contingenter. & harum quæ contingenter insunt, aliæ insunt subiectis vt in pluribus, vt hominem habere quinque digitos, & senescentem canescere. Hoc enim quod H

A est habere quinque digitos homini inest, vt in pluribus, & senescenti canescere. Aliæ verò insunt subiectis, vt in paucioribus, vt senescenti homini non canescere, & sex habere digitos. & dedit hoc membrum intelligere per suum oppositũ, quid est inesse, vt in pluribus. [Aliæ vero] res insunt subiectis cõtingenter [ad vtrumlibet,] & in æqualitate, vt hominem circa rempublicam versari, cõtingit enim ad vtrumque hominem in republica versari, quoniam æqualiter versari potest, & non versari. Ex hac diuisiõe vult habere locũ præceptiuũ qui est, vt respiciamus ad rerũ differentias, sed vtrum locus præceptiuus sit respicere ad rerum differentias absolute, an cum differẽtia modorum inhærendi: sunt enim tot modi inherendi, quot sunt res quæ inhęrent subiectis. nam quæ subiectis inhærent necessario, vt animal homini, etiam inhærent cum modo necessitatis. animal enim de necessitate inest homini. Est enim hæc vera de necessitate, homo est animal. quæ vero inhærent contingenter vt in pluribus, vt senescenti homini canescere, etiam inhęrent cum modo contingentiæ vt in pluribus, est enim hæc vera, contingit plerunque senescentem hominem canescere, & in cæteris eodem modo. Quare difficultas est, vtrum locus præceptiuus sit inspicere ad rerum differentias absolute, an cum differentia modorum inhærendi. Alexander vult locum præceptiuum esse, vt inspiciamus ad rerum differentias absolute, & cum modo inhęrendi: dicit enim, cum enim talis sit in entibus differentia, si quod inest alicui
B secundum vnum modum, secundum alium aliquis diceret inesse, mutando modos inhęrendi, occasionem tradit logicæ argumentationis. Si enim aliquis diceret hoc pacto, contingit deum esse incorruptibilem, aut contingit hominum esse animal, iste vtique diceret quod impossibile est esse, contingere esse. nam impossibile est deum non esse incorruptibilem, aut hominem non esse animal, at qui dicit cõtingere hominem esse animal, iste diceret vtique contingere hominem ipsum non esse animal, nam tale est contingens. Amplius quod semper inest, non semper vtique inesse diceret, quod enim ex necessitate inest, semper & omni inest. Sed si definiens diceret, vt plurimum esse, qđ est ex necessitate, eadem fallacia est. nam quod est, vt plurimum contingit non esse. & ideo quod est vtplurimum, non est necessarium, vt si aliquis diceret demonstrationem, vt plurimum veram esse. Simili ratione si aliquis mutauerit hoc quod est vt in pluribus, vt diceret ex necessitate esse, nam si aliquis diceret hominem ex necessitate habere quinque digitos, iste diceret vtique quod contingit esse, necessarium esse, contingit enim aliquem hominem non habere quinque digitos, qui autem dicit ex necessitate omnem hominem habere quinque digitos, iste non dicit contingere non habere aliquem quinque digitos. Et sicut hoc quod est vt in pluribus contrarium est ei, quod est in paucioribus: sic quod est in plus, con-
C trarium est illi, quod est in minus. Quare si quod est in minus, ex necessitate esse diceret, aut diceret esse in plus, etiam argui potest, veluti si diceret aliquis ex necessitate sub cane pluere, aut vt in pluribus homines habere sex digitos. Similiter & si aliquis diceret illa, quæ à fortuna sunt, esse ex necessitate, aut vt in pluribus, iste arguẽdus est, qm̃ quæ raro sunt, dicit ex necessitate esse, aut vt in pluribus fieri. patet igitur secundum Alexãdrũ, locum præceptiuum esse vt dispiciamus ad rerũ differentias cũ modis inhęrendi: & hoc Arist. innuit, & dicit. [si quod ex necessitate est, vt in pluribꝰ ponatur aut qđ] est [vt in pluribus] ponatur necessitate esse [ex, aut ipsum]. s. qđ est, vt in pluribus, ponatur ex necessitate esse, [aut contrarium ei, quod est vt in pluribus] ponatur ex necessitate esse: puta quod est in paucioribus [semper] iste, qui hoc modo poneret, [dat locum argumentationis] hoc est reprehensionis, & redargutionis, quoniam semper redarguendus, atque reprehendendus esset, vt longa oratione ex his: quæ Alexander dicit, ostendimus. Diuisio igitur Arist. hæc est, vt earum rerum quæ subiectis insunt: aliæ insint contingenter, aliæ necessario.

44 Nam si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, manifestũ quoniam non omni dicit inesse, cum insit omni. Quare peccauit, siue quod vt in pluribus dicitur, ex necessitate dixit, omni dixit inesse, cum
D non insit omni. Similiter autem & si contrarium ei, quod in pluribus est, ex necessitate dixit. Semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod est vt in pluribus, vt si, vt in pluribus praui homines, boni in paucioribus. quare multo magis peccauit, si bonos ex necessitate dixit. Similiter autem & si quod ad vtrumlibet esse, ex necessitate dixit, vel vt in pluribus. Neque enim ex necessitate est quod ad vtrumlibet est, neque vt in pluribus.

¶ Aristoteles locum præceptum non exposuit, sed facta diuisione rerum: quæ subiectis insunt, declarat redargutiones, quæ contingunt circa membra supradictæ diuisionis, & primo declarat primam, & dicit. [Nam si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur.] vt si animal quod ex necessitate inest

homini, ponatur homini inesse vt in pluribus, [manifestum, quoniam non omni dicit inesse, cum in- E sit omni] vt animal non omni homini, cũ insit omni homini, [Quare peccauit,] & hæc fuit prima redarguendi ratio. ¶Sed occurres, quoniam Arist. supponit ex hac sui ratione, quod ex necessitate inest, omni inesse: quod fallum est, nam equus animal ex necessitate inest, quoniã ex necessitate si equus est animal, sequitur, vt animal sit ex necessitate equus, & tamen non omni animali inest. ¶Vno modo dici potest Aristo. loqui de propositionibus, & proplematibus dialecticis, modo propositio in qua species de genere prædicatur, non est propositio, nec problema dialecticum. In propositionibus enim & problematibus dialecticis, quod ex necessitate inest alicui subiecto, omni & semper inest, vt Alexander declarauit. Per idem dicitur, quod si ex necessitate aquilinum insit naso, non oporteat omni inesse, quoniam hæc non est propositio dialectica, nasus est aquilinus, sed propositio posterioristica & per se. Alio modo dici potest propositiones in quibus prędicatum non inest omni subiecto, & semper non esse necessarias. vt Aristo. hic loquitur de necessario. ideo hæc nõ erit necessaria, animal est equus, quoniã equus non inest omni animali, & semper. Deinde exponit secundã redarguendi ratione͂: & dicit, [siue quod, vt in pluribus dicitur inesse alicui subiecto, ex necessitate dixit,] errauit, & redarguendus est, quoniam [omni dixit inesse, cum non insit omni.] Deinde ostendit tertium: quod videlicet erret qui contingens in paucioribus assignat necessario inesse, & dicit. [Similiter autem] errat, [& si con F trarium ei: quod vt in pluribus est] hoc est si contingens in paucioribus, [dixit inesse ex necessitate,] vt pluuię sub cane, ex necessitate esse. Cuius erraris causam dicit. [Semper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod est, vt in pluribus] verbi causa, [vt si vt in pluribus, homines] sint praui, [in paucioribus] homines sint [boni. quare multo magis peccauit,] & redarguendus est, [si] homines [bonos ex necessitate] dixit esse: quia quod in paucioribus est, ex necessitate in omnibus & semper dixit esse. [Similiter autem] peccauit [& si quod ad vtrũlibet, esse ex necessitate dixit.] vt homines versari in Repu. quod ad vtrumlibet, ex necessitate dixit, [vel] dixit [vt in pluribus,] vtroque enim modo redargui potest, [neque enim ex necessitate est quod ad vtrumlibet est, neque vt in pluribus.] Ex iis sequitur locus præceptus, qui & maxima dicitur, quod si aliquod ex necessitate insit, hoc non sit cõtingens, hoc est accidens. patet discurrendo per omnes modos contingentis: nam quod ex necessitate inest alicui subiecto, ei non inest contingenter, vt in pluribus, nec contingenter vt in paucioribus, nec contingetur ad vtrumlibet. ergo quod ex necessitate inest alicui subiecto, non est ei accidens. Vtrum vero conuertatur locus. Arist. & Alexander non exposuerunt. Fortasse enim conuertitur, quoniam si aliquod non ex necessitate alicui subiecto inest, hoc est accidens. Sequitur etiam alius locus præceptus adhuc specialior, nã cũ omne prędicatũ, quod subiecto inest, insit aut semp, & sic ex necessitate inest, aut aliquãdo sic, aliquãdo aũt non, & sic contingenter inest. quòd si infinite inest, ad vtrũlibet dicetur inesse: G si finito inerit, aut vt in pluribus, aut vt in paucioribus. Igitur quatuor erũt modi inhęrendi, quibus, prędicatum subiecto inest, aut ex necessitate, aut plerunque, aut raro, aut ad vtrumlibet æqualiter. cum itaque quatuor sint inhærendi modi, sequitur locus pręceptus adhuc specialior, quòd aliquod prædicatũ inest subiecto secundum aliquem illorum modorũ, secundum nullum aliorum inerit: vt quoniã animal ex necessitate inest homini, sequitur vt nec contingenter plerunque, nec contingenter raro, nec contingenter ad vtrumlibet insit. Amplius, si vt in paucioribus homines sunt boni, sequitur vt nec necessario, nec vt in pluribus, nec vt ad vtrumlibet sint boni. quare cum prædicatum inest subiecto secundum aliquem illorum quatuor modorum, sequitur problema esse interimendum secundum alios omnes modos inhærendi.

45 Contingit autem, & si non determinans dixerit, vtrum vt in pluribus, an ex necessitate dixit, sit autem res, vt in pluribus, disputare vt ex necessitate is dixerit: vt si prauos exhæredandos dixit esse, non determinans, tanquam ex necessitate is dixerit, disputare.

¶Iuniores asserunt Arist. hic assignare quandam idoneitatem, qua oppone͂s idoneus redditur in dis- H putando: quæ quidem idoneitas est talis, si aliquod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto, & non determinetur modus vtrum vniuersaliter, an particulariter insit, opponens reddetur idoneus ad disputandum an prædicatum insit vniuersaliter, dato quòd subiecto non insit, nisi vt in pluribus. Adinolphus vero asserit Arist. ponere quoddam incidens, in quo dicit, quod si aliquod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto, subaudi ab ipso respondente, qui non determinet secundum quem istorum quatuor modorum insit, inhæreat tamen hoc prædicatum illi subiecto vt in pluribus, vt esse canum senescentibus, opponens possit disputare de illo problemate contra respondentem ac si assignatũ sit prædicatum inesse subiecto ex necessitate. Nos vero in Iuuenta diximus Arist. hic remouere dubium: nam dictum est, pro loco præcepto speciali, cum aliquod prædicatum inest subiecto secundum vnum modum inhærendi, interimendum esse secundum cæteros omnes. contra dubitatur nunc, & insit de facto prædicatum subiecto vt in pluribus, vt senescenti canum esse, & non determi-

A minetur modus, quo prædicatum insit subiecto, vtrum sit interimendum secundum omnes alios modos? Respondet Aristoteles quod non, quoniam contingit opponentem disputare de illo problemate, ac si prædicatum insit subiecto ex necessitate: quoniam cum prædicatum inest subiecto vt in pluribus, si non additur modus inhærendi, problema intelligitur, ac si esset prolatum ex necessitate inesse. causa autem est, quoniam omne multiplex quod sub se habet principale & minus principale, intelligendũ est semper in principali significato. Cum enim inesse sit indifferens ad necessario inesse, & ad inesse vt in pluribus, semper vt necessario inesse intelligendum est. vnde dicitur, [Contingit autem, & si non determinans] ipse respondens [dixerit, vtrum] prædicatum [vt in pluribus, an ex necessitate dixit] subiecto inesse, [sit autem res, vt in pluribus,] ita vt prædicatum de facto insit subiecto vt in pluribus, vt senescēti homini canum esse [disputare] contra respondentem de tali problemate [vt ex necessitate] hoc est ac si ex necessitate [dixerit] & ita non semper si problema est secundum vnum modum inhærendi, est interimendum secundum cæteros omnes, nisi modus inhærendi, quo prædicatum subiecto inest in tali problemate, explicetur. & ponit exemplum, & dicit, [vt si] respondens [prauos exhæredãdos dixit esse, non determinans] nec dicēs [vt in pluribus disputare] subaudi contingit opponentē de tali problemate, [tanquam ex necessitate is dixerit,] quoniam in potiori significatione semper intel
B ligendum est. Alexander autem aliter exponit, vult enim Aristo. declarare quando possibile erit argui dialecticum digrediendo in huius locis assignatis. Vbi annotatione dignum est, cum in problemate assignatur prædicatum inesse subiecto sine aliquo dictorum modorum inhærendi, multifariam esse. aliquando enim patet manifeste ex dispositione subiecti & prædicati, quod prædicatum insit subiecto necessario, vt animal inesse homini, & deo inesse ipsum immortale. Est enim vt per se motum animal ex necessitate inesse homini, & immortalitatem deo, & ita si tale problema absolute proferatur sine inhærendi modo, non contingit disputare, vtrũ sit necessario, nisi digrediendo sophistice, vt dicitur Alexander manifeste. Aliquando patet manifeste prædicatum inesse subiecto, vt in paucioribus, ex intellectu terminorum, vt habere sex digitos hominem: hoc enim munifeste patet esse in paucioribus, ideo si tale problema absolute proferatur sine inhærendi modo, non contingit disputare vtrum ex necessitate insit, nisi digrediendo ad sophisticum modum manifeste. Aliquando etiam patet manifeste prædicatum inesse subiecto ad vtrumlibet, vt hominem versari in Repub. hoc enim etiam sine modo inhærendi patet esse ad vtrumlibet, & ideo de tali absolute prolato non contingit disputare vtrum insit ex necessitate, nisi digressio sophistica fuerit. Arist. declarat quando licet digredi dialectice in talibus: &
C dicit hoc fieri posse, cum prædicatum insit subiecto vt in pluribus, nam cum hoc dicitur sine modo inhærendi, videtur esse dictum quasi ex necessitate insit: semper enim quod in pluribus est, cum non determinetur per modum aliquem inhærendi, videtur intelligi ac si sit dictum ex necessitate, ideo cõtra tale problema interrogans qui opponit, potest digrediendo dialectice disputare vtrum insit prædicatum subiecto ex necessitate. vnde dicitur, [Contingit autem & si] respondens [non determinãs dixerit, vtrum vt in pluribus, an ex necessitate dixit, sit autem res, vt in pluribus, cõtingit dico dialectice digrediendo [disputare] contra respondentē de tali problemate [vt] quasi [is dixerit ex necessitate] inesse, non autem, vbi prędicatum insit subiecto, aut manifeste necessario, aut manifeste vt in paucioribus, aut manifeste ad vtrumlibet, nisi sophistice digrediendo, vbi autem prædicatum insit subiecto vt in pluribus, tunc dialectice digrediendo contingit disputare, ac si insit prædicatum subiecto necessario: nã vicinitate significationum, quod inest vt in pluribus, cum non deteminetur modo inhærendi, videtur ex necessitate inesse. & assignat exemplum, & dicit, [Vt si] respõdens [prauos] filios [exhæredandos dixit esse, non determinans] aliquo modorum inhærendi, nec addens, vt in pluribus, contingit [disputare] eum qui interrogat digrediendo dialectice [tanquam ex necessitate is dixerit,] hæc est expositio Alexandri satis pulchra. ¶ Quærit Alexander, quomodo hic locus docet interimere vel cõstruere accidens, & respondet declarando hæc, & vult si aliquid contingat inesse, & non inesse, construi-
D tur problema quod prædicatum sit accidens subiecto, quoniam sequitur non ex necessitate inesse. si enim non ex necessitate inest, nec erit genus, nec definitio, nec proprium, igitur accidens. Amplius, si illud quod ponitur inesse, non ex necessitate insit, construitur problema quod sit accidēs: nã si non ex necessitate inest, nec erit genus, nec definitio, nec propriũ, ergo erit accidēs. Destruitur vero problema, si quod assignatur cõtingere inesse, insit necessario: qm̃ si inest necessario, erit aut genus, aut definitio, aut propriũ, igitur non erit accidēs. Amplius destruitur problema, si quod assignatur cõtingere inesse, nõ cõtingat inesse secundũ aliquem modũ cõtingentis, vt si nec vt in pluribus, nec vt in paucioribus, nec vt ad vtrumlibet insit. & per hæc patet differentia horum locorum à priori loco. ¶ Sed circa hęc, quæ dicta sunt, occurres primo, quoniam omnes asserunt præsentem locum esse acceptum à disparatis: modo inter disparata non potest esse habitudo necessaria, quia non sequitur, hoc est album, igitur non est bicubitum: nec constructiue sequitur, hoc non est album, igitur est bicubitum. Potest dici, disperata bifariam esse, aut ea, quorum formæ ac abstracta non possunt sese compati in eodē subiecto, vt necessarium, & continges: & hæc habent vim oppositorum, quædam quorum formæ & abstracta possunt secum compati in eodem subiecto, vt album & bicubitum. nam albedo, & bicu-

biteitas possunt sese cōpati in eodē subiecto, & hæc disparata nō habēt vim oppositorū. Arist. igitur loquitur de prima: in illis .n. locus est vtilis ad construendū, & ad destruendum, cum reducātur ad opposita: non quidem semper, sed cum diuiderint quodlibet prædicatū, vt necessariū, & contingens, vt substantia, & accidens: Sequitur enim, hoc est substantia, igitur non est accidens, & sequitur etiá, hoc non est substantia, igitur est accidens. Cum vero non diuiserint quodlibet prædicatum, vtilis erit locus solum ad destruendum. sequitur enim, hoc est album: igitur non est nigrum. non tamen ad construendum: quia non sequitur, non est album, igitur est nigrum. Sed de iis in Ludicris. ¶ Secundo occurres, quoniam videtur quòd diuisio quam supponit, non sit sufficiens: nam sunt res, quæ insunt de inesse simpliciter, sunt etiam & quę possunt inesse, sunt etiam quas impossibile est inesse, quorum nullā fecit mentionem. ¶ Dicendum posibile & contingens idem esse, impossibile vero esse, idem esse quod necessario non esse. De ipso vero inesse simpliciter, nullam fecit mentionem, quoniam eorum meminit solum, quæ vtilia sunt ad locum, quo docet destruere vel construere accidens. Et quoniam per ipsum simpliciter inesse, locus nec destruit, nec construit accidens, ideo illius non meminit. ¶ Tertio occurres, quoniam ex necesitate inesse non dicit nisi vniuersalitatem temporis: at vniuersalitas tēporis nōn efficit vniuersalitatē subiecti: nō .n. si hō ex necesitate semp inest animali, hō vniuersaliter inest omni animali. Dicendū, ex necesitate inesse in propositiōibus & problematibus dialecticis, dicere vniuersalitatem temporis, & subiecti: in propositionibus autem, & problematibus simpliciter, non dicit vtranque vniuersalitatem. Causa autem superius asignata est, quoniam omne prædicatum quod ex necessitate inest in propositiōibus & problematibus dialecticis, inest aut vt genus, & sic inest vniuersaliter: aut vt definitio, & sic iterum inest vniuesaliter: aut proprium, & iterum eodem modo. In propositionibus verò & problematibus absolutis, potest prædicatum inesse ex necesitate alicui subiecto, & non vniuersaliter, vt albedo corpori ex necessitate inest, cui non vniuersaliter inest, sed solum ei in quo causam habet. Similiter simitas ex necesitate inest naso, non tamen omni naso, sed solum ei, in quo causam habet. ¶ Quarto occurres, quoniam Aristoteles in textu dicit, quòd si quod ex necesitate inest, asignetur inesse vt in pluribus, fit peccatum. contra quoniam sequitur album inest cygno semper, ergo inest vt in pluribus. nam semper, continet plerunque. Dicendum hoc esse verum, sed Aristo. intelligit cum præcisione, nam quod ex necesitate inest. non inest, præcise vt in pluribus. sed semper: & sic patet solutio. ¶ Vltimo occurres, nam Arist. dicit in textu, quod inest vt in paucioribus alicui, non inesse ex necesitate. modo hoc falsum videtur: quoniam albedo paucioribus animalibus inest, & tamen eis ex necesitate inest, vt in cygno, & alijs auibus albis. Dicendum, quod si animal consideretur in sua viuersalitate, vt sic inest paucioribus, & non ex necesitate. Sin autem consideretur, vt contrahitur ad certas species, vt sic inest omnibus, ex necesitate. Arist. loquitur primo modo.

¶ LOCVS. VIGESIMVSPRIMVS.

46. Amplius, & si idem sibi accidens posuerit, vt alterum eo quòd alterum sit nomen. Quemadmodum Prodicus diuidebat voluptates, in gaudium, & iucunditatem, & lætitiam. Hæc enim omnia eiusdem (id est voluptatis) nomina sunt. Si ergo aliquis gaudere ei quod est lætari, ponat accidere, idem vtique sibiipsi dicet accidere.

Prodicus diuisit voluptatem.

Hic ponitur locus .21. sed quis sit locus præceptiuus, quisque locus pręceptus, nō est clarū. Alexander asserit hūc .21. locū ex multiuocis esse, quare locus pręceptiuus erit, respicere ad multiuoca: locus vero præceptus est, si aliquod prędicatū assignetur inesse alicui subiecto, à quo differt solo noīe: hoc nō erit illi accidēs: vt si ensi gladius assignetur vt accidēs, cū gladius ab ense solo noīe differat, interimendum est problema: & dicendū quod nō sit illi accidēs. similiter si vesti tunica assignetur vt accidēs, interimēdum est problema propter eandem causam. Aristo. ergo tangit solum locum præceptum, & dicit. [Amplius & si idem sibi accidēs posuerit, vt alterum, eo quod alterum sit nomen,] subaudi interimēdum est problema. Ergo locus præceptus est, si aliquod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto vt accidens, à quo differt solo nomine: hoc non erit illi accidens. declarat hoc per exemplum, & dicit, [quemadmodum Prodicus diuidebat voluptates in gaudium, & iucunditatem, & lætitiam, hæc enim omnia eiusdem (id est voluptatis) nomina sunt. Si ergo aliquis gaudere ei, quod est letari, ponat accidere,] destruendum subaudi est problema, alioquin [idem vtique sibiipsi diceret accidere,] quod est absurdum. Hæc Aristo. ¶ Sed occurres, quoniam propria pasio, vt risibilitas dicitur accidere homini, à quo non differt re. Amplius, album & corpus sunt idem modo, & tamen album dicitur accidere corpori. Dicendum Aristo. asseruisse non est accidens alicui, à quo differt solo nomine: at passio differt à subiecto non solo nomine, sed etiam ratione. Similiter album à corpore differt re prædicamenti, & definitione, & non solo nomine.

A ¶LOCVS VIGESIMVSSECVNDVS.

47 Quoniam autē contraria connectuntur quidē sibi inuicem sex modis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa, oportet accipere contraria quocunque modo vtile fuerit & destruenti, & construenti.

Locus iste vigesimussecundus (vt Alexander inquit) est ex contrariorum coniugationibus: & sic locus præceptiuus erit inspicere ad coniugationes contrarias. De loco vero præcepto posterius dicemus. Aristoteles vero antequam veniat ad locum præceptum, præmittit duo, quorum primū est contraria prædicata cum contrarijs subiectis sex modis posse coniugari. secundum est, quod harum coniugationum quatuor sint solum contrariæ, & duæ non, quibus suppositis & declaratis, præcipit adhuc in speciali esse respiciendum ad eas contrarias coniugationes, quæ sunt vtiles opponenti ad destruendum vel cōstruendum problema, quod est a respondente propositum. non enim semper B omnes coniugationes sunt vtiles, sed aliquæ: & propterea præcepit esse respiciendum eas solas: quæ vtiles sūt, & dicit. [Quoniā aūt cōtraria] subaudi pdicata cū cōtrariis subiectis [cōuertūtur sex modis] hæc est prima suppositio declaranda [contrarietatē autē faciunt quadrupliciter cōplexa.] hæc est secunda suppositio declaranda. declarabitur enim quod de sex cōiugationibus, quæ fieri possunt in quatuor contrariis, quatuor complexiones, sint contrariæ duntaxat. Deinde terminando suppositionem: assignat locum præceptiuum in speciali, & dicit. [oportet accipere contraria] hoc est eas coniugationes contrarias ex illis quatuor, [quocunque modo] eas accipere [vtile fuerit] opponenti [& destruēti, & construenti] problema propositum a respondente. Quare locus pręceptiuus in speciali est respicere solum ad eas contrarias coniugationes, quæ sunt vtiles opponēti pro construendo vel destruendo problemate respondentis. causa est, quoniam nō semper omnes sunt necessarię. ¶Quod vero ad verba attinet, cum Aristoteles dicit, contraria connecti sex modis, per contraria intelligit quatuor cōtraria, quorū duo sunt, vt subiecta: contraria & duo, vt pędicata contraria, sunt autem subiecta contraria, vt Alexandri exemplis vtar, iustum, & iniustum: pędicata vero bonum & malum. Nam de iusto bonum, de iniusto malum pędicatur. Aristoteles igitur per contraria intelligit quatuor contraria, quoniam duo non possunt sex modis coniugari. Quatuor vero possunt, cum duo eorum, vt C subiecta, duo autem vt pędicata se habuerint. Nam prima coniugatio, quę habet vtrunque pędicatum de vtroque subiecto est, vt iustum est bonum, iniustum est malum. Secunda vero huic econuerso se habens, & vtrunque de vtroque est, iustum est malum, iniustum est bonum. Tertia quę de altero subiectorum habet ambo pędicata est, iustum bonum est, iustum malum est. Quarta quę est ipsa similiter de altero subiectorum ambo habet pędicata est, iniustum bonum est, iniustum malum est. Quinta quę habet de vtroque subiectorum alterum pędicatum, est, iustum bonum est, iniustum bonum est. Sexta denique quę & ipsa similiter habet alterum pędicatum de vtroque subiectorum, est iustum malum est, iniustum malum est. Pręter has autem coniugationes, impossibile est alias inuenire, quoniam pędicata non possunt inuicem coniugari, subiecta etiam minime. Quare sex erunt coniugationes, quarum quatuor sunt contrariæ, vt declarabatur, duæ vero non. Coniugata autem erunt duodecim: vt patet. ¶Ex iis patet coniugationes esse sex, coniugata vero duodecim: quarum coniugationum quatuor tantum sunt contrariæ, duæ vero minime. patet insuper coniugata propositiones esse duodecim indefinitas, non autem vniuersales, nec particulares, nisi forsitan de materia. Dicuntur autem coniugata contraria, non quidem secundum contrarium modum enuntiandi, vt omne iustum est bonum, nullum iustum est bonum, sed secundum terminos, D vel quia sunt de subiectis terminos contrariis, vt iustum est bonum, iniustum est bonum, vel de prædicatis contrariis, vt iustum est bonū, iustum est malum. De subiectis vero, & prædicatis terminis contrariis coniugata non dicuntur cōtraria, quoniam vel sunt simul vera, & eligibilia, vel simul falsa, & fugibilia, vt postea dicemus.

48 Quod autem sex modis complectantur, manifestum. Nam aut vtrunque contrariorum vtrique contrariorum connectitur. (Hoc autem dupliciter, vt amicis benefacere, & inimicis male, vel econuerso vt amicis male, & inimicis bene) aut quandoque vtraque de vno.

(Dupliciter autem & hoc , vt amicis benefacere , & amicis male: E
vel inimicis benefacere , & inimicis male .) aut vnum de vtriſ-
que (& hoc quoque dupliciter , vt amicis bene , & inimicis bene : vel,
amicis male , & inimicis male) primæ autem duæ dictæ complexio-
nes non faciunt contrarietatem . id enim quod eſt amicis beneface-
re ei , quod eſt inimicis malefacere,non eſt contrarium . Vtraque enim
eligen da ſunt , & eiuſdem moris , neque id quod eſt amicis male , ei
quod eſt inimicis bene. Nam & hæc vtraque fugienda, & eiuſdem mo
ris ſunt . Non videtur autem fugiendum fugiendo contrarium eſſe,
niſi alterum quidem ſecundum ſuperabundantiam , alterum autem ſe-
cundum defectum dictum ſit . Nam ſuperabundantia fugiendorum vi
detur eſſe , ſimiliter autem & defectus.cæteræ vero quatuor omnes fa- F
ciunt contrarietaten . Nam id quod eſt amicis benefacere , ei quod eſt
amicis male, contrarium eſt. Similiter autem & in aliis . In vnaquaque
enim coniugatione vnum eligendum, alterum fugiendum: & alterum
quidem boni,alterum autem mali moris eſt.

Hic Ariſtoteles per connexiones intelligit ea , quæ ſuperius coniugata vocauimus.eſt autem con
nexio ſiue coniugatum , propoſitio indefinita ex contrariis compoſita , quæ de materia aliquando
eſt vniuerſalis , vt amicis eſt benefaciendum . hæc enim vniuerſalis eſt de materia , licet de forma ſit
indefinita , quæ æquiualet vni particulari . Sunt autem connexiones , ſiue propoſitiones , ſiue con-
iugata duodecim,vt in exemplo ſupraſcripto annotauimus. Per coniugationes autem intelligit com-
plicationem duarum connexionum , vel duarum propoſitionum , ſiue duorum coniugatorum. Hæ
enim eſt vna coniugatio, amicis eſt benefaciendum , inimicis eſt malefaciendum . Hæc enim con-
iugatio eſt duæ propoſitiones , non inuicē copulatæ,licet ex eis fieri poſſit vna copulatiua ex propo- G
ſitionibus aut diuerſis aut contrariis. Eſt enim coniugatio ſemper quæ vertitur inter duas propoſitio
nes , ſunt autem coniugationes ſex : quoniam ex prædicatis , vel ſubiectis non fit propoſitio , ſiue
connexio , vt ſuperius declarauimus.Dicit igitur Ariſtoteles , [Quòd autem]ſubaudi quatuor con-
traria [ſex modis complectantur ,] ita , vt coniugationes ſint ſex,& complexiones ſiue propoſitio-
nes duodecim,[manifeſtum eſt ,]& intelligit per contraria , quorum duo , vt prædicata ſe habent:
duo , vt ſubiecta . cauſa autem , quoniam nec prædicatum cum prædicato , nec ſubiectum cum
ſubiecto connexionem facit . Deinde declarat quod propoſuit , & dicit . [Nam aut vtrunque con-
trariorum vtrique contrariorum connectitur.] ſubaudi,faciendo vnam propoſitionem . & exponit
ſe,& dicit , [Hoc autem dupliciter ,] accidit,vt per exemplum demonſtrat. & dicit , [Vt amicis be-
nefacere] eſt , ita vt propoſitio ſit , amicis eſt benefaciendum , [& inimicis] eſt [male] faciendũ:
hæc eſt cõnexio,ſiue propoſitio, ex quibus reſultat prima coniugatio,[vel ecõuerſo vt amicis]male]
ſcilicet faciendũ eſt, [inimicis autē bene] ſcilicet faciēdũ eſt . hæc eſt ſecunda cõiugatio,quę vertitur
inter duas propoſitiones ſiue connexiones.[Aut quãdo vtraque],ſcilicet contraria prædicata enun-
tiantur[de vno]ſubiecto,[Dupliciter autem & hoc,]quatenus duplex eſt ſubiectum , [vt amicis be-
nefacere , & amicis malefaere,] hæc eſt tertia coniugatio,quæ vertitur inter duas propoſitiones con H
trarias,[vel inimicis benefacere & inimicis male,]hęc eſt quarta coniugato ,quę vertitur inter duas
propoſitiones contrarias,[aut vnum de vtriſque]ſubiectis,[& hoc quoque dupliciter, vt amicis be-
ne,& inimicis bene,]hęc eſt quinta, quę etiam inter contraria habetur . [vel amicis male, & inimi-
cis male ,]hęc ſexta coniugatio eſt , quę inter contrarias propoſitiones vertitur : plures autem non
dantur . Denide exponit quo modo hæ ſex coniugationes ſe habeant quo ad contrarietatem, & di
cit.]Primę autem duę dictę complexiones non faciunt contrarietatem,id enim quod eſt amicis be-
nefacere ei,quod eſt inimicis malefacere , non eſt contrarium ,] & hoc probat, & dicit. [Vtraque
enim eligenda ſunt]& [ſunt eiuſdē moris,]hoc eſt eiuſdē habitus virtutis. Itē ſecũdę dictę cõplexiões
etiã nõ ſunt cõtrariæ.cuius cauſam dicit,& inquit.[Neq; id,qđ eſt amicis male ei,qđ eſt inimicis be
ne,ſubaudi cõtrariũ eſt,[nã & hæc vtraque fugiēda,& eiuſdē moris ſunt,]quia eiuſdē vitii. & quia ali

A quis posset dicere fugiendum fugiendo esse contrarium, vt prodigalitatem & auaritiã. Vtraque enim fugienda est, & altera alteri contraria. Respondendo dicit, [Non videtur fugiendum fugiendo contrarium esse, nisi alterum,] scilicet extremorum fuerit [secundum superabundantiam] vt prodigalitas, alterum vero si secundum defectũ,]vt auaritia, [nam] in tali casu [superabundantia fugiendorum videtur esse, similiter autem & defectus.]opponuntur enim vt extrema, tali oppositione, nõ videtur opponi supradictę connexiones. Non enim sunt extrema alicuius medij. ¶ Sed dices, hæ duæ connexiones sunt simul falsæ, igitur sunt contrariæ. Possunt enim contrariæ esse simul falsæ, sed nunquã simul veræ. ¶ Dicendum duas primas connexiones propter tria non esse cõtrarias. primo, quia sunt simul veræ, quod est contra naturam contrariarum. secundo, quia vtraque eligenda. tertio, quia sunt eiusdẽ moris duæ vero secundæ connexiones non sunt contrariæ, propter duo. primo, quoniam vtraq; fugienda. secundo, quia sunt eiusdem moris, & licet sint simul falsæ, non tamen propter hoc (vt Alexander inquit) sunt cõtrariæ, qm̃ licet nullæ cõtrariæ sint simul veræ, & aliquę possint esse simul falsæ, tñ nõ quæcũq; sunt simul falsę sũt cõtrariæ. Deĩde exponit, quæ cõiugatiões faciãt cõtrarietatẽ, & dicit. [Cæteræ vero quatuor oẽs faciunt cõtrarietatẽ,]& exponit hoc, & inquit. [Nã id quod est amicis benefacere ei, quod est amicis male, contrarium est, similiter autem & in alijs.]hę enim contrariæ sunt, B inimicis bene, inimicis male : & hæ, amicis bene, & inimicis bene : & hæ amicis male, & inimicis male [in vnaquaque enim] harum [coniugationum, vnum est eligendum, alterum fugiendum: & alterum quidem boni, alterum autem mali moris est.]igitur sunt contrariæ. est insuper alia ratio, quoniam semper altera propositio vera, altera falsa est.

49 Manifestum igitur ex iis, quæ dicta sunt, quoniam eidem plura cõtraria accidunt fieri. Nam ei, quod est amicis benefacere id, quod est inimicis benefacere, & id, quod est amicis male, contrarium est. Similiter autem & aliorum singulis quibuscunque eodem modo consideratis, duo contraria apparebunt.

Cum demonstrasset atque dixisset in vnaquaque coniugatione alterum esse fugiendum, alterum autem eligendum: alterum boni, alterum mali moris esse, deducit (vt Alexander inquit) corollarium quoddam, vt sequens ad ea, quæ posita sunt, & dicit. [Manifestum igitur ex ijs, C quæ dicta sunt, quoniam eidem plura contraria accidunt fieri,]nam ei connexioni, quam laudabilẽ & veram acceperimus, omnes contrariæ erunt (vt Alex. inquit) quæ aut falsæ, aut vituperabiles erũt: sunt autem huiusmodi contrariæ, quæ vni opponuntur duæ. Sẽper enim vni laudabili aut veræ, duę vituperabiles aut falsæ opponuntur, vt Alexander deducit discurrendo per coniugationes. verbi causa, in prima coniugatione connexio laudabilis est, iustum bonum, huic contrariæ sunt, iustum malũ, & iniustum bonum, quæ sunt in secunda coniugatione, & quidem vituperabiles. Simili ratione ei cõnexioni quæ est in tertia coniugatione, quæ coincidit cum prima connexione primæ coniugationis, videlicet huic, iustum bonum: duæ vituperabiles contrariæ sunt, videlicet iustum malum, quæ est secũda connexio in tertia coniugatione: & iniustum bonum, quæ fuit secunda connexio in secunda coniugatione, & prima in quarta coniugatione: & secunda connexio in quinta. nam vt dictum est, vituperabiles sunt. vnde Aristoteles inquit, [Nam ei, quod dictum est, amicis benefacere,]quæ est prima connexio primæ coniugationis, & prima connexio in tertia coniugatione, & prima connexio in quinta coniugatione, [id quod est inimicis benefacere,]quę est secũda connexio in secunda cõiugatione, & prima in quarta, & secunda in quinta coniugatione contraria est, [& id, quod est amicis male, contrarium est,] quæ est prima connexio in secunda coniugatione, & secunda & tertia coniu D gatione, & prima in sexta coniugatione: nam vtræque hæ vituperabiles sunt, aut falsæ. [Similiter autẽ & aliorum]hoc est aliarum coniugationum [singulis quibuscunque consideratis eodem modo,]hoc est ita vt sit laudabilis aut vera, [duo contraria apparebunt] partim ex eadem coniugatione, partim ex aliis. & tu intelligas, non quod aliæ connexiones sint omnino diuersæ a prima. In omnibus enim coniugationibus, duæ tantum sunt laudabiles, vt ea quæ est iustum bonum, & iniustum malum, siue ea quæ est, amicis bene, & ea quæ est inimicis male: cæteræ vero omnes, quæ his contrariæ sunt, aut ex parte subiecti, aut ex parte prædicati, vituperabilet sunt, in quibuscunque coniugationibus reperiantur.

50 Accipiendum igitur est, contrariorum quodcunque erit ad positionem vtile.

Alexander dicit, ꝙ quia hoc est breuiter dictum, ideo sit obscurum, tamen exponitur hoc pacto, E
cum vni connexioni videlicet ei, quæ est, iustum malum est, coutrariæ sint duæ connexiones laudabi-
les, videlicet ea quæ est, iustum bonum est, & quæ est, iniustum malum est, quæ harum accipienda
est ad destruendum illam, iustum malum est. verbi causa sit problema, vtrum iustum malum sit, an
non, & positio respondentis sit, hæc, iustum malum est, cum hæc habeat duas connexiones contra-
rias, & ea, quæ est, iustum bonum est, & ea quæ est iniustum malum est, quæ harum connexionum
accipienda est ad destruendam positionem, eam quæ est, iustum malum est? ¶ Respōdet itaque Ari
sto. & dicit, [Accipiendum igitur est contrariorum] duorum pro destructione positionis. [quodcun-
que erit ad positionem vtile,] hoc est manifestius & vtilius: & quia ad destruendam illam positio-
nem iustum est malum, manifestius est accipere iniustū est malum, quàm accipere iustum est bonū:
quoniam (vt Alexan. deducit,) facilius est syllogizare ꝙ iniustum sit malum, quam ꝙ iustum sit bo-
num. nam hoc syllogizari potest, & quia est vitium, & quia est morbus animæ, & iniustum est corru
ptiuum ciuitatis, & præter naturale hominibus: nam homines sunt natura ciuiles, qui fiunt inciuiles
propter iniustum. Quare hoc contrarium est accipiendum, si velimus destruere illud, iustum est ma-
lum. Ex iis potest colligi locus præceptus, videlicet cum alicui contrarium inest, alterum destruendū F
est inesse: vel cum alterum contrariorum fuerit laudabile, alterum erit vituperabile. Alexander autem
dicit hunc locum vtilem esse ad destruendum, non tamen vniuersaliter ad construendum. quoniam
sequitur: si huic inest album, huic non inest nigrum: non tamen sequitur, si huic non inest album, huic
inest nigrum, quoniam potest illi inesse aliquid mediorum, & ita hic locus ad destruendum vtilis est.
Nam impossibile est contraria esse simul in eodem. In cōtrarijs vero immediatis, respectu eorū, quæ
illa recipiunt, locus (vt Alexander inquit) vtilis est ad destruendum, & ad construendum. Nam qui
demōstrat sanū nō esse malū, demōstrat sanū esse bonū, supponēdo bonū & malū esse cōtraria imme
diata: & qui demonstrat animal non esse ægrum, demonstrat animal esse sanum: & qui demonstrat
numerum non esse imparem, demonstrat esse parem, & qui demonstrat amicis esse benefaciendum,
demonstrat amicis non esse malefaciendum. Quando igitur fuerit aliquod problema ex contrarijs
compositum, cuius plura sunt contraria, oportet (vt Aristo. inquit) illud accipere ad destruēdum pro
blema, in quo construendo magis, & facilius, & manifestius abundamus. ¶ Alexan. mouet quæstio-
nem hic, quia non videtur verum vni plura esse contraria, vti dicitur primo libro de cælo, & 10 libro
Methaphysicę. ¶ Respondet Alexan. & bene, ꝙ verum est in simplicibus cōtrarijs, at cum contrariū
fuerit compositum, potest habere plura contraria, non secundum idem, sed secundum diuersa. verbi G
causa, vni secundum numerum possunt plura esse contraria, vt niui, ex ea parte qua est frigida, est cō-
trarium calidum, ex ea parte, qua est alba. cōtrarium est nigrum. Simili ratione huic, iustum est malū,
contrarium est illud, iustum est bonum ex parte prędicati, & illud est ex parte subiecti, in iustū est ma-
lum. Vbi patet vni esse contratia duo, non tamen vna ratione. ¶ Circa præsentem locum plurimæ
occurrunt dubitationes. Quarum prima est, quoniam Aristo. asserit has non esse contrarias, amicis
benefaciendum, inimicis malefaciendum: quod falsum videtur, nam maior contrarietas est proposi
tionum ex parte subiecti & prædicati, quàm ex parte alterius tantum. Aristote. dixit propositiones in
quibus contraria prædicantur de contrarijs non esse contrarias. primo, quia sunt eiusdem moris. Secū
do, quia possunt simul veræ esse. tunc dicerem propositiones, in quibus contraria prædicantur de cō
trarijs esse magis contrarias secundum materiam. propositiones vero, in quibus, aut contraria de eo-
dem, aut idem de cōtrarijs prædicatur, esse magis contraria secundum formam, eo quia prima ratio-
ne propositiōes possunt simul veræ esse, secūdo vero modo non, qđ est de formali ratione contraria-
rum propositionum. ¶ Secundo occurres, quia non videntur hæ contrariæ, in quibus de contrarijs
prædicatur idem: vt amicis benefaciendum, inimicis benefaciendum, quoniam non est altera affirma
tio, altera negatio, sed vtraque affirmatio. Præterea contrariæ propositiones sunt, quæ participant H
vtroque termino, eodē ordine, eadē quantitate, & sola differunt qualitate, quæ nō sunt in talibus. Am
plius, hę nō sunt cōtrarię, virtus est habitus, vitiū est habitus: & quidē nec hæ, virtus est mos, vitium est
mos, ĩ quibus idē prædicatur de cōtrarijs: nec ꝓpter eandē rationē hæ, calidū est qualitas, frigidū est
qualitas. Insuper nec videntur contrariæ in quibus contraria prædicantur de eodē. non enim hæ sunt
contrarię, propositio est vera, propositio est falsa: quoniam si essent contrariæ, hæc esset vera, propo-
sitio est vera. igitur illa erit falsa, propositio est falsa. & sic si hæc est falsa, tunc sua contradictoria erit
vera, videlicet, nulla propositio est falsa. Dicendum primo, regulam Arist. esse intelligendam in con-
trarijs, non ratione compositionis, sed ratione extremorum. secundo dicendum regulam esse intelligē
dam in quatuor contrarijs, in quibus verum est contrarium enuntiari de contrario. ¶ Tunc ad pri-
mā patet solutio, quoniā assumptū est verū de cōtrarijs ratiōe cōpositiōis, vt libro de ĩterptatiōe dictū
est: at hic loquitur de cōtrarijs ratiōe extremorū. ¶ Ad secūdū patet solutio, nā licet virtus & vitiū sint
cōtraria, tamē habitus nō habet çōtrariū, quod prędicetur de altero eorū tātū. Arist. enĩ loquitur in ijs

A contrarijs,in quibus alterum de altero,& alterum de altero vere dicitur,vt sunt iustũ,iniustum,bonũ, & malum,in quibus bonum de iusto,& malum de iniusto vere dicitur,vt sunt etiam dolor,voluptas, bonum,& malum,& cætera id genus. modo licet habitus vere dicatur de virtute,non tamen id,quod est contrarium habitui,vere dicitur de vitio:per idem soluũtur cæteræ obiectiones. Vnde licet falsum & verum sint contraria,non tamen alterum de propositione, alterum de eo, quod non propositioni contrarium,vere enuntiatur.

¶LOCVS VIGESIMVSTERTIVS.

51 Amplius, si est aliquid contrarium accidenti,considerandum est si inest ei cui dictũ est accidens inesse. Si enim hocinest,illud nõ inerit.Impossibile enim est simul contraria eidem inesse.

Vigesimustertius locus(vt Alexander inquit)præceptiuus,est inspicere ad contrarium accidentis quod alicui subiecto assignatur accidere.Locus vero præceptus est,nam si contrariũ accidentis,quod B alicui subiecto assignatur accidere,eidẽ subiecto inerit,accidens quod ei assignabatur inesse,nõ inerit. & sic problema erit interimendum,& locus destructiuus est,dicit,[Amplius si est aliquid contrariũ accidenti,]quod subaudi alicui subiecto assignatur inesse,[considerãdum est,]per quæ dedit intelligere locum præceptiuum,deinde explicat locum præceptum,& dicit[considerãdum] dico[est, si inest ei]subiecto,cui dictũ est accidens inesse:si enim hoc]contrarium[inest,illud]scilicet quod assignabatur accidere[non inerit]Hic est locus pręceptus, & (vt Alexan.inquit) destructiuus,cuius loci causã assignat,& dicit.[Impossibile enim est simul contraria eidem inesse.]quare si cõtrarium accidenti inest,accidens nõ inerit.Differt autem hic locus vigesimustertius a loco proximo vigesimosecũdo: quoniam locus proximus respiciebat ad contraria complexa,hic autem locus respicit ad cõtraria incomplexa,quæ sunt contraria prædicatio.Amplius differt hic locus a 18,& 19.(vt Alex.inquit) dictione & amplificatione, quoniam loca superius assignata vtilia sunt destruenti & cõstruenti.hic autem destruenti tãtum.verbi causa,si aliquis dixerit iniustum vtile est, quia iustum esse damnosum,quod est illi contrarium.¶Dubitatur primo,quia in eadem aeris parte sunt simul species albi & nigri,quæ sunt contraria. Deinde idem oculus simul & semel recipere potest species albi & nigri. Adhuc in eodem C aeris puncto, grauis & acuta vox recipitur.¶Dicendum, ꝙ si sensibilia contraria considerentur secundum esse reale,sunt contraria,sed secundum esse intentionale non.

¶LOCVS VIGESIMVSQVARVS.

52 Aut si quid tale dictum est de aliquo,quod cum insit,necesse est cõtraria esse,vt si ideas in nobis quis dixerit esse.Nam & moueri & quiescere easdem accidet, & etiam sensibiles & insensibiles. Videntur enim ideæ quiescere,& immobiles, & intelligibiles esse iis,qui ponunt ideas esse. Attamen cum sint in nobis , impossibile est immobiles esse: siquidem motis nobis , necessarium est & quæ in nobis sunt omnia , simul moueri . Manifestum quoniam & sensibiles , si in nobis sunt . Nam D per sensum,qui circa visum est,eã,quæ in vnoquoque est, formam cognoscimus.

Locus vigesimusquartus præceptiuus,est inspicere ad contraria consequentia, quæ consequuntur ad illud accidẽs,quod assignatur alicui inesse.Locus vero præceptus est,cũ assignatur aliquod accidẽs inesse alicui,quo inexistente,sequitur contraria de aliquo simul prædicari, accidens quod assignabatur inesse,non inerit illi.causa est,quoniam nunquam ad aliquid inesse alicui,debet sequi impossibile, at contraria de eodem simul pędicari est impossibile.igitur si ad accidens inesse alicui subiecto,sequitur duo contraria de eodem simul prædicari,problema erit destruendum,dicit.[Aut si quid tale,]scilicet accidens[dictum est de aliquo]subiecto,cui assignetur inesse,[quod cum insit,necesse est contraria esse] simul de aliquo dicta. Locus destructiuus est,quo interimitur accidẽs inesse ei,cui asinabatur ĩesse.Tacuit aũt locũ pceptiuũ,qa ex loco pcepto colligitur.Assignat exẽplũ deideis,quas Platonici ĩ nobis formas esse dixerũt,& dicit.[Vt si ideas ĩ nobis,quis dixerit esse.nã]illis nobis inesse positis,

[& moueri,& quiescere easdem accidet[poni quæ sunt contraria, [& etiam sensibiles, & insensibiles] accidet etiam poni,quę sunt cõtraria,& ꝙ hęc sequantur,probat,& dicit, [Iis enim qui ponunt ideas esse,] vt Platonicis, [videntur ideæ quiescere &] pro id est, [immobiles] esse simpliciter, ad hunc sensum,vt nec per se,nec per accidens mobiles sint,hoc enim sequitur ex positione eorum,quia dicunt eas esse substantias separatas, & indiuisibiles, quæ nec per se,nec per accidẽs moueri possunt. Vidẽtur etiã ijs,qui ideas ponũt[& intelligibiles esse]hoc est simpliciter insensibiles ad hunc sensum, vt neq; per se,nec pe accidens sensibiles sint.Ex positione ergo Platonicorũ sequitur ideas esse simpliciter immobiles,atq; simpliciter ĩsensibiles.Quod vero sequatur esse alterũ cõtrariorũ,vt scilicet sint mobiles,& sensibiles,saltẽ ꝑ accidẽs,deducit,& inquit.[Attamẽ cũ sint in nobis,]vt formæ dãtes esse vt Alex.subaudit,[impossibile est immobiles esse,siquidẽ & motis nobis,necessariũ est & quæ ĩ nobis sunt oĩa simul moueri,[saltẽ ꝑ accidens.Deinde declarat ꝙ sensibiles,& dicit.[Manifestũ]quoniã & sensibiles,si in nobis sunt]formę & perfectiones,[nam per sensum qui circa visum est,[hoc est per visum[eam formam cognoscimus]saltem per accidens, [quæ in vnoquoque est]corpore. quare sequitur, vt sint mobiles,& sensibiles,quod erat alterum oppositorum . igitur problema est destruendum, in quo dicebatur ideas esse formas in nobis.Alexander affert alia exempla dilẽmatica, & accipit hoc problema, vtrum hoc complexum,ego mentior,sit propositio,an nõ. Si est propositio, igitur eadem propositio erit vera & falsa. vera quidem, supponendo pro vero illud complexum ego mentior : falsa v ero,quoniã significat falsum,scilicet equũ esse hominẽ.Amplius, dicẽtẽ quodlibet esse ĩ quolibet, sequitur contraria esse in eodem.Insuper & dicentem ens esse vnum , & infinitum , sequitur ens vnũ esse,& multa.vnum quidem ex positione:multa vero,quoniam infinitum est quantitas, quantitas vero est accidens,accidens autem est in substantia,igitur si ens est vnum & infinitum, ens non erit vnũ sed multa,& erit vnum.Adhuc, dicentem omnia moueri sequitur idem simul moueri , & immobile esse.probatur,quoniam hoc videlicet,omnia moueri,quatenus verum,& firmum.immobile est,quatenus vero est aliquid de numero omnium, mouebitur.quare idem mouebitur,& immobile erit:Amplius dicentem,scit Dion,quoniam mortuus est,sequitur simul eundem mori & viuere. Nam si Diõ scit quoniam mortuus est,Dion mortuus est:& si Dion scit,quoniam mortuus est , Dion scit , igitur Dion viuit.

LOCVS VIGESIMVSQVINTVS.

55 Rursum si positum est accidens cui aliquod contrarium est, considerandum,si & contrarii susceptiuum est,quod & accidentis est . Nam idem est contrariorum susceptiuum. Vt si odium sequi iram quis dixerit , erit odium in furoris specie. Illic enim ira est : inspiciendum igitur si & contrarium in furoris specie amor est . Nam si non , sed in concupiscibili est amor, odium iram non sequetur. Similiter autem & si concupiscibile ignorare dixerit.Erit autem scientiæ susceptiuum, siquidem & ignorantiæ ,quod quidem non videtur concupiscibile susceptiuum esse scientiæ.

Locus vigesimusquintus præceptiuus secundum expositionem Iuniorum,qui Albertum sequuntur,est inspicere ad contraria secundum potentiam:locus vero præceptus est,si aliquod accidens contrarium habens assignetur inesse alicui subiecto,cui cõtrarium illius accidentis non sit aptum inesse, accidens illud non inierit illi subiecto.verbi causa,si odium assignetur inesse virtuti irascibi , cũ amor, qui est odio contrarius,non insit virtuti irascibili,sed virtuti concupiscibili, nec odiũ virtuti irascibili inerit. Amplius,si ignorantia assignetur inesse virtuti concupiscibili , cum scientia, quæ est contraria ignorantiæ , virtuti concupiscibili non insit,nec ignorantia inerit · Secundum vero Alexandrum præceptiuus locus est inspicere ad subiectum accidentis habentis contrarium , non quidem absolute , sed inquantum est susceptiuum vel non susceptiuum contrariorum . Locus vero præceptus construere volenti erit (vt dicemus) si subiectum aliquod est susceptiuum alterius contrarij, erit susceptiuum & alterius.Destruere vero volenti, est si aliquod subiectum non fuerit susceptiuum alterius contrarij,nec suscipiet alterum contrariorum,nec erit alterius cõtrarij susceptiuum. vel locus præceptus destruere volenti erit , si aliquod accidens habens contrarium assignetur inesse,alicui subiecto , si illi subiecto contrarium accidentis non inerit , nec accidens inerit , & est magis ad verba textus . dicit igitur Aristoteles , [Rursum si positum est accidens] alicubi subiecto inesse,

A ſcilicet à reſpondente[cui]accidenti[aliquod contrariũ eſt,conſiderandum]ſubiectum cui poſitum erat ineſſe accidẽs à reſpondente,[ſi & contrarij ſuſceptiuũ eſt,] per quæ patet locus præceptus,qui eſt vt reſpiciamus ad ſubiectum ſuſceptiuũ contrariorum.Deinde ponit exempla,vt per exempla habeatur locus præceptus,& dilucidatione primi exẽpli,annotatione dignum Ariſtotelem duo problemata tãgere,vnum eſt,vtrũ ira ſit odiũ,an non.ſecundũ vtrũ odium ſit in virtute iraſcibili,an in virtute concupiſcibili. Nam Plato irã poſuit in virtute iraſcibili,vt in ſubiecto, Ariſt.aũt in virtute concupiſcibili:eſt enim ira etiam concupiſcẽtia,ac appetitio quędam,cum ſit appetitio vltionis.Soluit autẽ vnũ problema tantũ,& ſupponit iram eſſe in virtute iraſcibili, quod licet nõ ſit peripateticũ,eſt Platonicũ,quod problematice defendi poteſt,& dicit, [vt ſi odium ſequi irã quis] id eſt,aliquis reſpõdẽs [dixerit,] ita,vt velit iram eſſe odium,vt homo eſt animal,nam vt animal ſequi ur hominem, ita odiũ ſequitur iram.Si enim ita eſt,[odiũ] ſequens iram,[erit in ſpecie]hoc eſt in forma,ac virrute[furoris] hoc eſt in iraſcibili virtute:nam Platonicũ eſt iram eſſe in virtute iraſcibili, vt in ſubiecto:quod nunc ſupponit.Deinde docet videre ſi ita ſit,& innuit ſecundũ problema,videlicet,vtrũ virtuti iraſcibili inſit odium,an non.nam ſi non ineſt,ſequuntur duo,& ꝙ ira non ſit odium,& ſequitur ſolutio ſecundi problematis,quod erat vtrum odium inſit virtuti iraſcibili,an non,& dicit,[Inſpiciendũ igitur,ſi & cõtrarium] illius videlicet,[amor eſt]vt in ſubiecto,[in ſpecie furoris] hoc eſt,in virtute iraſcibili. ex hoc
B enim ſoluitur primum & ſecũdum problema,& dicit,[nam ſi non eſt amor]in virtute iraſcibili,[ſed in]virtute [concupiſcibili,odium iram non ſequetur,]& ſoluetur primum problema.nam ira ſecũdũ Platonicos eſt in virtute iraſcibili,quicquid ſit ſecundum veritatem . Soluetur etiã ſecundũ quod erat vtrũ odiũ ſit in virtute iraſcibili an non.ſoluitur enim interimẽdo ꝙ non: nã amor cõtrarius odio nõ virtuti iraſcibili,ſed concupiſcibili ineſt. Igitur nec odium,vbi innuit locum præceptum,videlicet,ſi accidens habens contrarium aſsignetur alicui ſubiecto ineſſe, ſi illi ſubiecto contrarium accidẽtis nõ ſit aptum ineſſe,accidens illi non inerit.ratio vero huius maximæ eſt,quia idẽ ſubiectũ eſt ſuſceptiuũ cõtrariorum. Quod verò ad exemplum attinet,annotatione dignum,amorẽ,odium,iram, & manſuetudinem,oẽs eſſe ſecundũ Ariſto.in virtute concupiſcibili,cũ oẽs huiuſmodi affectiões ſint appetitiones quædam.Quinimmo etiã virtus iraſcibilis,& cõcupiſcibilis vna eſt,Plato vero amorẽ,manſuetudinẽ,& amicitiã in virtute cõcupiſcibili vt in ſubiecto collocauit:odiũ vero,irã,& inimicitias,ſiue maliuolentiã collocauit vt in ſubiecto in virtute iraſcibili.Has vero virtutes,non ſolũ potentias diuerſas exiſtimauit,ſed ſubiecto etiã differre arbitratus eſt.nã vim iraſcibilẽ collocauit in felle,concupiſcibilẽ vero in corde, hepate,& inguinibus.Quare Ariſto.cũ hic problematice loquatur:ſequutus eſt Platonem,ſupponens iram eſſe in virtute furoris ſiue iraſcibili. Deinde aſsignat aliud exemplũ,&
C dicit,[Similiter aũt & ſi cõcupiſcibile]ipſum aliquis reſpõdẽs[ignorare dixerit,] ita,vt dicatur ignorãtiã ineſſe virtuti cõcupiſcibili,vt in ſubiecto.Si hoc pacto dicatur [Erit enim]vt inquit,[ſciẽtiæ ſuſceptiuũ,ſiquidem & ignorãtiæ] fuerit ſuſceptiuũ:[quod quidẽ] non eſt verum, [concupiſcibile] enim [nõ videtur ſuſceptiuũ eſſe ſcientiæ.]ſed intellectiuũ,& ſi ꝑ ignorantiã intelligit diſpoſitionẽ, qui eſt error cõtrarius ſciẽtiæ,exẽplũ eſt cõtrariorũ.at ſi per ignorantiã intelligit priuationẽ ſciẽtiæ in ſubiecto apto nato (ἄγνοια enim gręcũ verbũ,vtrũq; ſignificat)exẽplũ erit de priuatiue oppoſitis,nõ autẽ de cõtrarijs.¶ Sed occurres,quoniã ex hoc loco ſequeretur,deo nõ ineſſe vitã.nã cui cõtrariũ non eſt aptũ ineſſe,illud nõ inerit.ſed cõtrariũ vitę mors eſt,qđ deo non ineſt nec eſt aptũ natum ineſſe: igitur nec vita.Amplius,ſequeretur etiam niui nõ ineſſe albũ,quoniã nix nõ eſt ſuſceptiuum nigri.Recte hunc locũ intelligit Alexan.ait enim de illis contrarijs eſſe intelligendũ locũ:in quibus alterũ eorum non fuerit ſubiecto connaturale,veluti niui album,& deo viuere.

54 Deſtruenti ergo,quemadmodum dictum eſt,vtendum eſt:conſtruenti verò,quoniam ineſt quidem accidens, non vtilis locus eſt. quoniã
D autem contingit ineſſe,vtilis eſt:oſtendentes enim quoniam non ſuſceptiuum eſt contrarii,oſtendentes erimus,quoniam neque ineſt accidens neque contingit ineſſe. Si autem oſtenderimus quoniam ineſt contrarium,aut quoniam ſuſceptiuum eſt contrarii,nondum oſtendentes erimus quoniam accidens ineſt : ſed quoniam contingit ineſſe,in tantum ſolum oſtenſum erit.

Nunc tangit poteſtatem loci,& declarat ad quid ſit vtilis , & vult ꝙ locus aſsignatus ſit vtilis ad deſtruendum:nam ſi accidens habens contrariũ aſsignetur alicui ſubiecto ineſſe,ſi illius cõtrarij ſubiectum non eſt ſuſceptiuum,nec illud accidens aſſignatum inerit ſibi. Vtrũ vero ſit vtilis ad cõſtruẽdum,reſpondet locum vtilem eſſe ad conſtruendum,ſecundũ cõtingere,nõ ſecũdũ ineſſe.Nã ſi oſtẽderimus,quoniã ſubiectũ ſuſceptiuum eſt contrarij,oſtendemus accidẽs cõtingere ineſſe.vnde dicit,

[Destruenti ergo quemadmodum dictum est, vtendum est,]nam si contrarij subiectum non fuerit E susceptiuum: nec accidentis erit susceptiuum, nec accidens suscipit. [construenti vero, locus non vtilis est]ad demonstrandum,[quoniam inest quidem accidens,]quia nō valet, subiectum est susceptiuum contrarij: igitur sibi inest accidens: nisi(vt Alexander inquit)in contrarijs immediatis. Sequitur enim, animal est susceptiuum ægritudinis. igitur animal est sanum:[vtilis autem est]ad demonstrandum[quoniam contingit inesse.]Nam subiectum est susceptiuum vtriusque contrarij. Aristo. primo declarat primum, & dicit,[ostendentes enim quoniam] subiectum [non est susceptiuum contrarij, ostendentes erimus, quoniam neque inest accidens, neque contingit inesse.] Igitur locus vtilis est ad destruendum, deinde declarat secundum, & dicit,[Si autem ostenderimus quoniam inest cōtrarium, aut quoniam susceptiuum est contrarij,]verbi causa, quoniam animal est album aut susceptiuum albi, [nondum ostendentes erimus quoniam accidens inest,]non enim quia animal susceptiuum est albi, sequitur animal esse nigrum, [sed ostensum erit solum in tantum, quoniam contingit inesse,] nam si animal est susceptiuum albi, non sequitur animal esse nigrum, nisi fuerint contraria immediata(vt Alexander inquit)sed sequitur animal contingere esse nigrum. Quare construenti etiam vtilis est saltē secundum contingere. ¶Et si occurres per ea, quæ Boetius inquit in prædicamentis, calidum & leue inesse igni, cui non cōtingit contraria inesse. Amplius, albū cygno, cui non cōtingit inesse nigrum. F ¶Solutionem Alexan. attulit, locum hunc esse intelligendum, cum accidens, quod assignatur inesse, non insit subiecto connaturaliter, vel essentialiter, vt album cygno, & niui: & calidum & leue igni. nā si inest subiecto cōnaturaliter, vel essentialiter, inerit illi, etiā si subiectū eius nō sit contrarij susceptiuū.

¶VIGESIMVS SEXTVS LOCVS.

55 Quoniam autē oppositiones sunt quatuor, considerandū ex cōtradictionibus econuerso ex cōsequentia & interimenti & construenti. Sumere autē est ex inductiōe. vt si homo animal, nō animal nō homo. Similiter autem & in aliis. Hic enim econuerso consequentia. nam hominem animal sequitur, non hominem autem non animal nequaquam. Sed econuerso non animal non homo. In omnibus igitur tale est existimandum, vt si bonum suaue, & non suaue non bonum. Si autem non G hoc, nec illud. Similiter autem & si non suaue non bonum, bonum suaue. Manifestū igitur quoniam ad vtrunque conuertitur, quæ secundum contradictionem est consequentia econuerso facta.

De loco præceptiuo Alex. plane loquitur, asserit enim locum præceptiuum esse respicere ad consequentias secundum oppōnes, sunt autem oppositiones, (vt in prædicamentis patet) quatuor, aut enim vt affirmatio, & negatio, aut vt contraria, aut vt habitus & priuatio, aut vt ad aliquid. Et quoniam secundum vnamquāque oppositionem est particularis quædam consequentia, ideo primo declarat ex qua consequentia nos aliquod problema construere & destruere possumus in oppositis secundum contradictionem, & dicit.[Quoniam autem oppositiones sunt quatuor,]vt patet. [considerādum & interimenti & construenti,]hoc est is, qui interimere, & construere voluerit problema, cōsiderare debet [ex consequentia] facta [econuerso ex contradictionibus,] per quæ innuit locum secūdum præceptiuum in specie, qui est, vt respiciamus ad consequentiam econuerso factam ex contradictionibus, locus vero præceptus erit, si affirmatio consequentis sequitur affirmationem antecedentis, negatio antecedentis sequetur negationem consequentis. Si enim homo est animal, non aīal erit H non hō. Amplius sequitur, si homo est, aīal est, igitur si est nō aīal, est non homo. & hęc dicitur(vt Alexander inquit)consequentia oppositorum econuerso facta, quæ est duplex secundum Alexādrum: aut in suppositiuo problemate, quod græce dicitur hypotheticum, & sic talis consequentia fit econuerso, quoties ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, & hæc proprie dicitur consequentia facta econuerso ex oppositis secundum contradictionē. Alio modo est in, prædicatiuo problemate, & hæc fit cum ex opposito prædicati coordinatur in propositione prædicatiua cum opposito subiecti. verbi causa, si homo est animal, non animal est non homo: & si bonum est suaue, nō suaue est non bonum. & hæc consequentia econuerso in propositione prædicatiua dicitur ab Alexādro & a iunioribus conuersio per contrapositionem. Dicitur enim conuersio, quoniam de subiecto fit ꝑdicatum, & de prædicato subiectum. dicitur per cōtrapositionē, qm̄ termini cōtradictorie ponūtur, cū mutentur de affirmatiuis in negatiuos, vel de negatiuis in affirmatiuos. Deinde exponit, qua ratione locus præceptus qui dicitur maxima propositio, demonstretur: & dicit,[Sumere autem est] huiusmodi locum præceptum, qui dicitur propositio maxima, [ex inductione,] quæ subaudi in

A nullo habet instantiam:regulæ enim dialectice probantur, aut prioristice per syllogismum contradi-
ctionis,aut topice per inductionem.Arist.hic cum sit topicus,per inductionẽ locũ pręceptũ demon-
strat,& dicit,[Vt si homo,animal:nõ animal,nõ homo,]quod potest intelligi in prædicatiua propo-
sitione, quæ græce dicitur categorica, hoc pacto, si homo est animal, non animal est non homo. &
potest intelligi in suppositiua propositione, quæ Græce dicitur hypothetica, hoc modo,si homo est,
animal est,igitur si est non animal,est non homo.Deinde addendo vniuersalitatem in omnibus,quæ
requiritur ad inductionem,inquit,[Similiter & in aliis]idem est inducere,quasi dicat,& sic de singu-
lis:nam (vt Alex.inducit)sequitur,si opinio est dispositio,nõ dispositio est non opinio. & si factũ ha-
bet principium,quod non habet principiũ,est non factũ. & nõ, vt putauit Melissus,qui argumẽtaba-
tur ex opposito subiecti,hoc pacto,si factũ habet principiũ, quod nõ est factũ, nõ habet principium,
quod falsum est: nã multa ingenita sunt,quę principium habẽt.non cõtentus Arist. inductione quasi
probat locum præceptũ per rationem,& dicit,[Hic enim]hoc est,in his enim est[cõsequentia econ-
uerso,] in quibus pręedicatũ se habet vt cõsequens & superius ad subiectũ,& subiectũ se habet vt ante-
cedens & inferius:[nã]vt inquit,[hoĩem,] qui est subiectũ & inferius,[aĩal sequitur] quod est prædi-
catum & superius: est etiã homo,vt antecedens,& animal,vt consequens:& quia ita est,[hoĩem ani-
B mal sequitur,non hominẽ autẽ non animal nequaquam,sed econuerso]potius[nõ aĩal]sequitur[non
homo.]Affirmatio enim aĩalis erat vt cõsequens, & superior affirmatione hominis. sed negatio hoĩs
superior est, & vt consequens ad negationẽ animalis. per quæ patet Aristot.& Alexan.intelligere per
consequentiã econuerso factã ex oppositis secundũ contradictionẽ,quæ etiã dicitur cõuersio per cõ-
trapositionẽ,aut hypotheticã,in qua argumentamur ab opposito cõsequentis ad appositũ antecedẽ-
tis,aut categoricã, quæ reducitur ad talẽ hypotheticã. Hæc enim,homo est animal,ergo non aĩal est
nõ homo,reducitur ad illã,si homo est,animal est.igitur si nõ est animal,nõ est homo.Ex iis patet ra-
tio loci præcepti,nam cũ ex opposito cõsequentis in hypothetica necessaria, sequatur oppositũ ante-
cedentis,fit,vt si firmatio prædicati & cõsequentis sequitur affirmationẽ subiecti, & antecedẽtis, ne-
gatio subiecti & antecedentis, sequatur negationẽ prædicati & consequentis . Cuius rationẽ etiã Al-
bertus assignat,nam prædicatũ cum fuerit cõsequens ad subiectũ,est superius:cũ vero negatur,reddi-
tur inferius subiecto negato, nõ homo enim cõmunius est non aĩali. Et ideo nõ homo sequitur ad nõ
animal,sicut animal ad hoĩem.Et propterea Arist.inferendo locũ pręceptũ pro regula,inquit,[In o-
mnibus igitur tale est existimandũ,] tale hoc est locũ præceptũ assignatũ,qui est,si affirmatio prædi-
C cati sequitur affirmationẽ subiecti,negatio subiecti sequitur negationem prædicati. quod iterũ probat
inductione,& exẽplo,& dicit,[vt si bonũ suaue,]vt Epicurus inquit,qui vult summũ bonũ esse volu-
ptatem,[& non suaue non bonũ.si autem non hoc,]hoc est,si autem nõ suaue nõ est non bonũ,[nec
illud]erit,scilicet bonum suaue.Per hunc locum soluitur problema, vtrum benefaciendum non ami-
cis,vt Socrates opinatur,an non,vt opinatur Aristoteles.Solutio peripatetica est, si benefaciẽdum a-
micis, non amicis nõ benefaciendũ. argumentũ videlicet per locũ à cõsequentia econuerso facta se-
cundum opposita contradictionis. Deinde tangendo loci potestatẽ declarat hunc locũ, qui est à cõ-
sequentia econuerso facta secundum opposita in contradictione, esse vtilem ad destruendum, & ad
construendum,& dicit,[Similiter autem si non suaue non bonũ]valebit constructiue,[bonũ suaue.]
& si non animal non homo,homo animal.Amplius,& si non bonum non eligibile,eligibile bonum:
nam sicuti ex negatione prædicati sequitur negatio subiecti, ita etiam ex affirmatione subiecti sequi-
tur affirmatio prædicati. Tunc concludit potestatem loci,& dicit, [Manifestum igitur, quoniam ad
vtrunque conuertitur, quæ secundum contradictionem est cõsequentia ecõuerso facta.] Valet enim
ad destruendum,& ad construendum: ad destruendũ quidem, vt si problema sit, vtrum benefacien-
dum sit non amicis, an non. destruimus enim, quoniam si benefaciendum est amicis, nõ amicis erit
non benefaciendum:ad construendum verò, vt si problema sit,vtrum bonum sit suaue, an non, cõ-
D struemus,non suaue est non bonum,igitur bonum est suaue.aut si problema fuerit,vtrum iustum ho-
nestum, an non, construemus, non honestum,non iustum, igitur iustum honestum. Vtrum verò in
oppositis secundum contradictionem,fieri possit consequentia in ipso, quæ fit, vt dicemus ab oppo-
sito subiecti,siue antecedentis ad oppositum prædicati siue consequentis.Alexander dicit nõ vniuer-
saliter fieri posse talem conuersionem,sed in quadam materia,vt in propriis & definitionibus.nam si
homo est,risibile est:& si non est risibile,nõ est homo: & si album color disgregatiuus visus, non co-
lor disgregatiuus visus non album,etiam valet econuerso omnibus modis . At locus,qui expositus est,
non in propriis solum atque definitionibus valet, sed in generibus,differentiis, & accidentibus valet.
De conuersione per contrapositionem,& de dubitationibus quæ contingunt circa eam,diligẽter di-
ximus primo Priorum,& in Ludicris dialecticis:nũc nõ oportet immorari circa ea,quæ ibi diximus,
sed tantum quædam addenda prò diligentiori cura. Occurrũt ergo qui conuersionem per contrapo-
sitionem negarunt.primo quia non sequitur in propositionibus vniuersalibus affirmatiuis,omnis ho-
mo est ens,igitur omne non ens est non homo,quia antecedẽs est verum,& consequens falsum.nam
subiectum consequentis pro nullo supponitur:modo affirmatiua propositio est falsa,cuius subiectum

pro nullo supponitur. Secũdo, non sequitur de particulari negatiua, quædam chimera nõ est homo, E
igitur quidam non homo non est nõ chimera. Antecedẽs enim verũ est, cõsequens autẽ falsum:quia
eius cõtradictorium, videlicet illud, omnis nõ homo est non chimera, est verũ. Tertio per talẽ cõuer-
sionẽ nõ cõuertitur vniuersalis negatiua: hæc enim vera est, nullus lapis est animal. hæc autẽ falsa, nul-
lũ non aĩal est non lapis, cũ contradictoriũ huius sit verũ, videlicet aliquod non aĩal est non lapis, li-
gnum enim nõ animal lapis est. Simili ratione patet, quoniam particularis affirmatiua nõ cõuertitur
per cõtrapositionẽ. nõ enim sequitur, quidã homo est ens, ergo quoddam nõ ens est nõ homo, ante-
cedens enim verũ est, consequens vero falsum, cum subiectũ cõsequentis pro nullo supponatur. Alex.
dixit in cõmentariis huius loci, tũc cõuersionem per cõtrapositionẽ esse cũ necessitate cõsequentiæ,
cum aut fuerit hypothetica, in qua argumentamur ab opposito cõsequentis ad oppositũ antecedẽtis:
aut fuerit categorica, quæ reducitur ad talẽ hypotheticã. Hæc enim, homo est animal, ergo nõ animal
est nõ homo, reducitur ad illã, si homo est, animal est. igitur si nõ est animal, nõ est homo. & quia hęc
videlicet, omnis homo est ens, nõ reducitur ad hypotheticã, quoniã si reduceretur, maxime reducere-
tur ad hãc, si omnis homo est, igitur omne ens est, quæ nõ est necessaria per se: ideo illa, omnis homo
est ens, non potest cõuerti per cõtrapositionem. Simili ratione de secũda, & de tertia. nõ enim possunt
reduci ad hypotheticã, cuius cõsequens sit superius ad antecedens, cũ vtraq; sit negatiua, vbi prædi- F
catum nõ est vniuersalius subiecto. De quarta vero dicendũ quod illa est bona cõuersio. quoniã an-
tecedens, & cõsequens sunt vera. nec est verũ quod subiectũ cõsequentis supponatur pro nullo, nam
ille terminus nõ ens, quod est subiectũ cõsequentis, supponitur pro aliquo, vt pro ligno, quod est non
ens leo, vel non ens bos, & sic de aliis. Simili ratione fortasse dici posset de illa, omnis homo est ens,
igitur omne nõ ens est nõ homo, nam 8' non ens supponitur pro omnibus nõ entibus talibus, verũ de
hac alibi. ¶ Adhuc occurres, quia non sequitur, homo est animal, igitur nullũ aĩal est nullus homo, &
tamen argumẽtum est secundũ regulam, quia per cõsequentiam ecõuerso secũdum opposita cõtra-
dictoria. Quod vero nõ sequatur, patet, quoniam antecedẽs est verũ, cõsequens aũt, falsum: quia illa,
nullum animal est nullus homo, æquipollet huic, omne animal est aliquis homo, quæ videtur falsa.
¶ Adinolphus, & Hiberus, & alii iuniores asserunt propositionem hanc, nullũ animal est nullus ho-
mo, ęquipollere huic, omne animal est aliquis homo. Veluti hęc, nihil est nihil, ęquipollet huic, quod-
libet est aliquid, vel omne ens est aliquod ens: propterea dixerunt terminos bifariam cõtraponi pos-
se, aut secundum prædicationem, aut secundũ consequentiam. Aristoteles ergo docet terminare pro-
blema per inspectionem ad consequentiam, & non per inspectionẽ ad prædicationem. intẽdit enim G
quod si ad, a, sequitur, b, ad non, b, sequatur, non, a: & non si de, a, prædicetur b, quod de non b, prædi-
cetur non a. Quare ad consequentiam, & non ad prædicationẽ inspexit Aristoteles. Sed hoc est con-
tra Alexandrum, qui asserit Aristotelem intelligere per consequentiam econuerso secundum contra-
dictoria, conuersionem per contrapositionem, quæ fieri potest tam in suppositiua, quàm in prędica-
tiua propositione. Dixit etiam tunc cõuersionem per contrapositionem esse cum necessitate conse-
quentiæ, cum aut fuerit hypothetica, in qua argumentamur ab opposito consequentis ad oppositum
antecedentis: aut fuerit categorica, quæ reducitur ad talem hypotheticam. igitur Aristoteles loquitur
vtroque modo & secundum consequentiam, & secundum prædicationem. Propterea dicẽdum Ari-
stotelem intelligere per consequentiam econuerso factam secundum opposita contradictoria, con-
uersionem per contrapositionem, in qua termini contraponuntur contradictorie infinitãter, non au-
tem in qua contraponuntur contradictorie neganter. & quia in illa, nullum animal est nullus homo,
termini contradictorie ponuntur neganter, ideo non est conuertens illius, homo est animal, sed con-
uertens illius est, non animal est non homo, alioquin non solum termini mutarentur, sed quantitas.
Vtrum vero hæc, nullum animal est nullus homo æquipolleat illi, omne animal est aliquis homo, &
quando negatio tenetur coutradictorie neganter, & quando conrtadictorie infinitanter, in Ludicris H
dilucidauimus: nunc vero satis sit dictũ Aristo. loqui de consequentia econuerso, in qua termini mu-
tantur secundum qualitatem & ordinem, non autem in qua propositio mutat quantitatem, vel qua-
litatem, sicut esset in casu. nam propositio illa, homo est animal, est indefinita, hæc vero nullum ani-
mal est nullus homo, est vniuersalis, cum æquipolleat illi, omne animal est aliquis homo, quæ est vni-
uersalis: quare conuertens erit, non animal est non homo, quæ est affirmatiua, & indefinita, sicut sua
conuersa.

LOCVS VIGESIMVSSEPTIMVS.

56 In contrariis autem, considerandum, si contrarium contrarium se-
quatur, an in ipsis consequentia sit, an econuerso, & interimenti, & con-
struenti. Sumere autem & talia est ex inductione, & quantum quidem
vtilis sit in ipso consequentia, vt in fortitudine & timiditate: nam illam

A quidem ſequitur virtus, hanc autem, vitium: & illam quidem ſequitur eligendũ, hanc autem fugiendum. In ipſis igitur & ſic conſequentia eſt. Contrarium enim eligendum fugiendo eſt, ſimiliter autem & in aliis.

Cum expoſuiſſet locum vigeſimumſextum in contradictoriis, nunc docet locum vigeſimumſeptimum in contrariis, & locus præceptiuus eſt, reſpicere ad conſequentiam in ipſis ſecundum contrarietatem. locus vero præceptus eſt, ſi contrarium ſequitur vel prædicatur de contrario, contrarium illius prædicati ſequitur vel prædicatur de contrario illius ſubiecti. verbi cauſa, Si de fortitudine prædicatur virtus, de timiditate prædicabitur vitium. Quare locus præceptus eſt, ſi aliquod prædicatum habens contrarium ſequitur ad aliquod ſubiectum, vel prædicatur de aliquo ſubiecto habente contrarium, contrarium illius prædicati prædicabitur de contrario ſubiecti. & ſi prædicabitur, problema eſt conſtruendum: ſinautem non prædicabitur, problema erit interimendum. verbi cauſa, ſit problema, vtrum timiditas ſit vitium, an non, conſtruetur problema, quoniam fortitudo eſt virtus, igitur timiditas eſt vitium. Si autem problema ſit, vtrum cæcitas ſit ignorantia, an non, deſtruetur problema.
B quoniam viſus non eſt ſcientia, igitur cæcitas non eſt ignorantia. Ariſtoteles ergo primo proponit quod intendit, & dicit, [In contrariis autem conſiderandum, ſi contrarium] ſcilicet prædicatum habens contrarium [ſequatur cõtrarium,] ſcilicet ſubiectum habens contrarium, vtrum ſubaudi contrarium prædicati ſequatur ad contrarium ſubiecti. & ſi ſubaudi ſequatur, [an in ipſis conſequentia ſit, an econuerſo] ſit conſequentia, & ſi ſubaudi ſequatur ſecundum conſequentiam in ipſis vtrum ſequatur [cõſtruenti, & interimẽti,] an altero modo tantũ. ¶ Quod vero ad verba attinet, conſequentia in ipſis, vel in ipſo, quæ græce dicitur, ἡ ϰατὰ τὸ ἀϰολούθησις, eſt quando ad oppoſitum antecedentis, ſequitur oppoſitũ cõſequentis, ſeruato eo ordine terminorum, quo conſequens ſequebatur ad antecedens: vel ſub aliis verbis conſequentia in ipſis eſt, quando aliquod prædicatum habens contrarium prædicatur de aliquo ſubiecto habente contrarium, & contrarium prædicati de contrario ſubiecti ſeruato eodem terminorum ordine: vt ſi fortitudo eſt virtus, timiditas eſt vitium, & poteſt intelligi in ſuppoſitiuis propoſitionibus, & prædicatiuis, vt ſuperius Alexander dixit. Nam valet etiam, ſi fortitudo eſt, virtus eſt, igitur ſi timiditas eſt, vitium eſt. Seruatur autem idem ordo, quoniam ſubiectum in prima, eſt fortitudo, & prædicatum virtus. In ſecunda autem ſubiectũ eſt timiditas, quę contraria
C eſt fortitudini, & prædicatum vitium, quod eſt virtuti contrarium. Vnde Ariſtoteles per antecedens intelligit ſubiectum, vel quod poteſt eſſe ſubiectum, & per conſequens intelligit prædicatum, aut quod poteſt reduci ad prędicatum. & per ſequi prædicari intelligit, aut quod poteſt reduci ad prędicari. quippe cum locus iſte (vt Alexander dixit) in ſuppoſitiuis, & prædicatiuis verus ſit. Quo vero modo prædicatum pro conſequenti, & ſubiectum pro antecedenti accipiatur, libro Priorum ſatis dilucidatũ eſt. Deinde aſsignat rationẽ, per quam locus præceptus demonſtrari poteſt, & dicit, [Sumere autẽ & talia] ſcilicet talia loca præcepta [eſt ex inductione,] quemadmodũ & in iis quæ fuerunt ſecundum contradictionem. Dupliciter enim vt diximus, regulæ dialecticæ demonſtrari ſolẽt, aut ſyllogiſmo contradictionis aut inductione, topicus quidem inductione ſuas regulas demonſtrat, analyticus vero ſyllogiſmo contradictionis. Sumere etiam eſt per inductionem, [& quantum quidem vtilis ſit in ipſo conſequentia.] Deinde exponit inductionem, & dicit [vt in fortitudine & timiditate, cum illam quidem ſequitur virtus.] Eſt enim fortitudo virtus [Hanc autem vitium,] eſt enim timiditas vitium. [& illam quidem ſequitur eligendum,] eſt enim fortitudo eligenda. [Hanc autem, fugiendum,] eſt enim timiditas fugienda. tunc eligit regulam in exemplis aſsignatis, & dicit, [In ipſis igitur & ſic conſequentia eſt] videlicet ſi problema eſt, vtrum timiditas ſit vitium, an non, conſtruitur problema, hoc pacto, fortitudo eſt virtus, igitur timiditas eſt vitium. vel ſi problema ſit, vtrum ti-
D miditas ſit fugienda, an non, conſtruitur problema, hac ratione, fortitudo eſt eligenda, igitur timiditas eſt fugienda. Cuius rationem aſsignat ex loco præcepto, & dicit, [Contrarium enim eligendum fugiendo eſt,] modo locus præceptus erat, ſi contrarium contrariũ ſequitur, & contrarium contrarium ſequetur: quare ſi eligendum ſequitur fortitudinem, fugiendum quod eſt contrarium eligendo, ſequetur timiditatem, quæ eſt cõtraria fortitudini. & reddens inductionem vniuerſalem, & perfectam, addit. [ſimiliter autem & in aliis.] hoc eſt, & ſic de ſingulis eſt, ſcilicet virtutibus & vitiis, ſicut enim in fortitudine, & timiditate, ita & in iuſtitia, & in iniuſtitia, & in omnibus virtutibus, & cõtrariis ipſarum vitiis conſequentia in ipſis valet. Hoc pacto Alexander intellexit. ego vero intelligo, [Similiter autem & in aliis] omnibus contrariis, non ſolum virtutibus & vitiis, ſed in omnibus aliis. In omnibus enim aliis, ſi contrarium contrarium ſequitur, & contrarium contrarium ſequetur: vt ſi eſſet problema, vtrum album ſit diſgregatiuum viſus, an non, terminatur per contrarium, nam ſi nigrum eſt congregatiuum viſus, album erit diſgregatiuum viſus. aut ſi problema eſſet, vtrum calidum rarefacit, an non, terminatur etiam per contrarium. nam ſi frigidum condenſat, calidum rarefacit, & in cæte-

ris simili ratione. Si enim (vt Alexander inquit) per similiter in aliis, solum intelligeret, similiter in aliis virtutibus & vitiis, inductio non fuisset sufficiens in omnibus. Simili ratione locus vtilis est ad destruendum, vt Alexander exponit, nam si problema esset vtrum nigrum sit malum, an non, problema interimitur per regulam eandem. nam album non est bonum, igitur nigrum nō est malum. aut si esset problema, vtrum calidum sit eligendum, an nō, interimitur per eandem maximam, frigidū non est fugiendum, igitur calidum non est eligendum. Quare locus ad destruendum, & construendum vtilis est. ¶ Sed occurres, quia non sequitur, prodigalitas est vitium, igitur auaritia est virtus: nec sequitur, omnem hominem currere est falsum, igitur nullum hominem currere est verum: & tamen argumenta hæc sunt secundum regulam. nam virtus & vitium contraria sunt, & prodigalitas & auaritia etiam contraria. Similiter omnem hominem currere, & nullum hominem currere esse contraria patet, & falsum & verum similiter. Insuper album & nigrum sunt contraria, sanum etiam & ægrum sunt contraria, & tamen non sequitur, album est sanum, igitur nigrum est ægrum. ¶ Iuniores non male respondent, dicunt enim ad hoc, vt cōsequentia in ipsis sit vtilis, requiritur primo, vt fiat in cōtrariis, quæ opponuntur eodem oppositionis modo. & sic prima instātia cessat, nam virtus & vitium opponuntur veluti medium & extremum, prodigalitas autem & auaritia veluti extrema, vtrunque enim excessus est, ideo cessat instantia. Secundo, requiritur vt vtraque ex parte contraria sumantur incomplexe. modo non sic sumuntur in secunda instantia, quoniam antecedentia siue subiecta, sunt contraria complexa. omnem hominem enim currere, & nullum hominem currere, contraria dicimus complexa: verum autem & falsum, incomplexa. Tertio requiritur, vt consequens siue prædicatum sequatur, vel prædicetur de subiecto per se: modo sanum de albo, & ægrum de nigro non per se prædicantur. Alexander autem, vt ex verbis eius patet, asserit regulam veram esse, quando cōsequens siue prædicatum sequitur ad antecedens, siue ad subiectum proprie, hoc est ita ad illud, quod non ad illius contrarium: & sic tolluntur omnes instantiæ. nam vitium non sequitur prodigalitatem, quin sequatur auaritiam: falsum etiam non sequitur omnem hominem currere, quin etiam aliquando sequi possit nullum hominem currere. Sanum quoque non sequitur album, quin sequi possit nigrum. Quare instantiæ non sunt secundum regulam. est enim regula, si vnum contrarium sequitur ad contrarium propria consequutio est, & illius contrarium sequetur ad contrarium etiam propria consequutione: ita vt si sequatur, problema construitur, si autem non sequatur, problema interimitur. F

G

57 Econuerso autem, consequentia: vt bonam quidem habitudinem sanitas sequitur, malam autem habitudinem, ægritudo nequaquam, sed ægritudinem, mala habitudo. Manifestum igitur, quoniam econuerso consequentia in his fit. Raro igitur econuerso accidit in contrariis, sed in pluribus in ipsis consequentia. Si ergo neque in ipsis contrarium sequitur contrarium, neque econuerso. manifestum quoniam neque eorum, quæ dicta sunt, alterum sequitur alterum. Si autem in contrariis, & in iis quæ dicta sunt, necesse est alterum sequi alterum.

ℛ autem
ℛ igitur

Cum ostendisset quomodo in contrariis fit in ipso consequentia, nunc ostendit quomodo in contrariis, & in quibus contrariis fit econuerso consequentia, & dicit, [Econuerso autem consequentia] H subaudi aliquando fit in contrariis. & exponit in quibus per exemplum, & dicit, [vt bonam quidem habitudinem sanitas sequitur,] quoniam bona habitudo sanitas est. [malam autem habitudinem,] quæ est contrarium subiecti, [ægritudo,] quæ est contrarium prædicati, [nequaquam] sequitur. [sed ægritudinem mala habitudo] sequitur. est enim ægritudo mala habitudo, & ideo non sequitur per locum à consequentia in ipsis, bona habitudo est sanitas: igitur mala habitudo est ægritudo. sed sequitur per locum à consequentia econuerso, bona habitudo est sanitas: igitur ægritudo est mala habitudo. vnde si problema esset, vtrum ægritudo est mala habitudo, an non, problema terminari potest constructiue per locum à consequentia econuerso in contrariis hoc pacto, bona habitudo est sanitas: igitur ægritudo est mala habitudo: per quæ patet in contrariis fieri consequentiam ecōuerso, quoties sicut ad subiectum sequitur prædicatum, ita ad contrarium prædicati sequitur subiecti contrarium. Vnde quia sanitas quæ est prædicatum, sequitur ad bonam habitudinem, quæ est subiectum. est enim bona habitudo sanitas, & mala habitudo, quæ est contrarium subiecti, scilicet bonæ habitudinis, sequitur ad ægritudinem, quæ est contrarium prædicati, quia ægritudo est mala habitudo, ideo

A in his contrariis fit conſequentia econuerſo. Tunc concludit, in quibus contrariis, conſequentia
econuerſo fit, & dicit, [Manifeſtum igitur, quoniam econuerſo conſequentia in his] contrariis
[fit,] quæ ſic ſe habent, vt ſanitas ad bonam habitudinem, & mala habitudo ad ægritudinem.nam
ſanitas ad bonam habitudinem ſe habet, vt quid communius & conſequens. Aegritudo verò ad ma
lam habitudinem ſe habet, vt antecedens & inferius. Quoties igitur contraria ita ſe habent, in tali-
bus econuerſo conſequentia fit. & quia virtus ad felicitatem ſe habet, vt ſanitas ad bonam habitu-
dinem, quoniam virtus ſequitur felicitatem. Eſt enim felix ſtudioſus, & felicitas virtus. & vitium
ad infelicitatem, vt egritudo ad malam habitudinem, quoniam vitium eſt infelicitas, & vitioſus in-
felix. ideo in talibus ſequitur, felix eſt ſtudioſus, igitur vitioſus eſt infelix: per locum à conſequentia
econuerſo. Tunc concludit, qualis ſit conſequentia econuerſo: quæ fit in contrariis, & dicit, [Ra-
ro igitur econuerſo accidit] conſequentia [in contrariis] quoniam non per ſe, ſed per accidens,
quoties contraria ita ſe habent, vt ſanitas & ægritudo, & bona habitudo & mala habitudo. [Sed]
in contrariis [conſequentia in ipſis] accidit [in pluribus.] Tunc epilogat poteſtatem loci, & dicit,
Si igitur neque in ipſis] hoc eſt neque per conſequentiam in ipſis [contrarium ſequitur contra-
B rium] hoc eſt contrarium prædicati ſequitur ad contrarium ſubiecti, [neque econuerſo, hoc eſt ne-
que per conſequentiam econuerſo, ſcilicet contrarium ſubiecti ſequitur ad contrarium prædicati.
[Manifeſtum, quoniam neque eorum] problematum [quæ dicta ſunt, alterum] ſcilicet prædica-
tum, [ſequitur alterum.] id eſt ad ſubiectum in talibus problematibus. [Si autem in contrariis]
ſcilicet per conſequentiam in ipſis ſaltem, contrarium prædicati ſequitur ad contrarium ſubiecti,
[neceſſe eſt in talibus] problematibus [alterum ſequi alterum,] hoc eſt prædicatum ſequi ad ſub-
iectum, & non modò per conſequentiam in ipſis, vt in pluribus, verum etiam per conſequentiam
econuerſo, aliquando, & raro, vt quando contraria ſe habuerint, vt dictum eſt. Propter quam autem
cauſam mala habitudo ſequitur ægritudinem, & non ægritudo ſequitur malam habitudinem. &
propter quam cauſam ſanitas ſequitur bonam habitudinem, & non econuerſo bona habitudo ſa-
nitatem, Alexander non expoſuit. iuniores, qui Albertum ſequuntur, vt Adinolphus, & Anony-
mus latinus interpres, quos etiam externi ſequuntur, aſſerunt verbum græcum εὐεξία, ſignificare
bonam diſpoſitionem corporis intus, & extra, & ideo niſi humanum corpus dicitur intus & extra
bene affectum, non dicitur bene habituatum. Sanitas autem, quæ Græce eſt ὑγίεια, dicitur bona
C diſpoſitio intus. Et quia pars integralis ſequitur ad totũ, & non econuerſo: quia ſequitur, eſt domus,
igitur paries, & non econuerſo, ideo ſanitas ſequitur bonam habitudinem: quæ eſt bona diſpoſitio
intus & extra. ſequitur enim, eſt corporis bona diſpoſitio intus & extra, igitur ſanitas, non autem
econuerſo, quia non ſequitur eſt bona diſpoſitio intus, igitur eſt bona diſpoſitio intus & extra. Et
ita non ſequitur. eſt ſanitas, igitur eſt bona habitudo. καχεξία verò eſt mala diſpoſitio intus vel ex-
tra, ægritudo autem, quæ græce dicitur νόσος, eſt mala diſpoſitio intus & extra, ideo mala habitudo
ſequitur ægritudinem, quoniam ſequitur eſt mala diſpoſitio intus & extra, igitur mala diſpoſitio in-
tus vel extra. Quare ea contraria quæ ita ſe habent, vt ſanitas ad bonam habitudinem, & mala ha-
bitudo ad ægritudinem, conuertuntur ſecundum conſequentiam econuerſo. Habet autem ſe ſani-
tas ad bonam habitudinem, vt pars integralis ad totum. Mala etiam habitudo ad ægritudinem eo-
dem modo, vt pars ad totum, quare quæ ſe habent hoc pacto, ſecundum conſequentiam econuer-
ſo conuertuntur, hoc pacto ſe habet virtus ad felicitatem, & infelicitas ad vitium. ideo ſequitur, ſi fe
licitas eſt virtus, ergo vitium eſt infelicitas. Et licet hęc non ſapiant medicinalem facultatem, tamen
poſſunt eſſe veritati conſona, quoniam licet ad ſanitatem requiratur vtraque bona diſpoſitio, ſcili-
cet intus & extra, veluti ad felicitatem requiruntur tria bona, tamen illud quod de ſanitate & ægri-
tudine dictum eſt, ſit pro exemplo dictum, cuius non veritas, ſed manifeſtatio requiritur: nam Ale-
xander, adinuenit verum exemplum. Felicitas enim requirit tria bona, animi, corporis, & fortunæ:
D & ideo felicitas eſt virtus. Infelicitas vero, requirit ſolum mala anima: ideo vitium eſt infelicitas.
quare mutato exemplo, quæ ſic habent, vt virtus ad felicitatem, & infelicitas ad vitium, conuertun-
tur ſecundum cõſequentiam ecõuerſo. Et tu intelligas de contrariis, quæ accipiuntur aut in abſtra-
cto, aut in concreto. Nam ſequitur, bene habituatum eſt ſanum, ergo ægrum eſt male habituatum.
Amplius ſequitur, felix eſt ſtudioſus, igitur vitioſus eſt infelix. Hactenus de diſputatione.

58 Similiter autem contrariis, & in priuationibus & habitibus reſpiciendum. Veruntamen non eſt in priuationibus econuerſo, ſed in ipſis conſequentiam neceſſarium eſt ſemper fieri. veluti viſum quidem, ſequi ſenſum: cæcitatem autẽ, inſenſibilitatem. Opponitur enim

sensus insensibiltati, vt habitus priuationi. Nam eorum, illud quidem habitus, hoc autem priuatio est. E

Nunc declarat eundem locum præceptum in priuatiue oppositis, asserẽs quod si assignetur habitus aliquuis sequi aliqem habitum, considerandum sit, si priuatio illius sequatur priuationem: nam si sequitur, problema erit construendum: exemplum, vt si assignetur visum esse sensum, considerandum est, vtrum cæcitas sit insensibilitas: & quoniam cæcitas est insensibilitas, ideo visus est sensus. quare problema est construendum. Si vero non sequitur, problema erit interimẽdum. exemplum, vt si assignetur viuentem esse scientem, considerandum est, vtrum mortuum sit ignorans, & quoniam mortuum non est ignorans, ideo viuens non est sciens. Quod autem mortuum non sit ignorans, patet, quoniam etiam viuens est ignorans. vnde dicit, [Similiter autem contrariis, & in priuationibus, & habitibus respiciendum,] quasi dicat, quia sicut in contrariis locus præceptus est secundum consequentiam in ipsis, ita & in priuatiue oppositis. assignat tamen differentiam, & dicit, [Veruntamen non est in priuationibus] consequentia [econuerso] quia non sequitur, visus est sensus, igitur insensibilitas est cæcitas. [sed] priuatiue oppositorum [in ipsis consequentiam necessarium est fieri semper,] & nunquam econuerso, [veluti visum quidem] necessarium est [sequi sensum, cæcitatem autem insensibilitatem,] hoc est, quia cæcitas est insensibilitas, ideo visus est sensus. non autem sequitur per consequentiam econuerso. Non enim insensibilitas est cæcitas. Exponit autem qua oppositione opponantur visus & cæcitas, & sensus & insensibilitas, & dicit, [Opponitur enim sensus insensibilitati] & subaudi visus cæcitati, [vt habitus priuationi. nam eorum, illud quidem habitus.] videlicet visus, & sensus, [hoc autem priuatio est] videlicet cæcitas, & insensibilitas. Causa autem quare in priuatiue oppositis non valet aliquando consequentia econuerso, est, quoniam non reperiuntur habitus ad habitum, & priuatio ad priuationem, vt totum ad partem, vel vt pars ad totum, vt perspicuum est discurrenti per omnia. ❡ Sed occurres, nam videns est viuens, & tamen non sequitur, ergo mortuum est cæcum: nec sequitur, dormiens est viuens, igitur vigilãs est mortuum. Nec valet, rationale est corporeum, igitur irrationale est incorporeum. Insuper, nec sequitur, idem Socrati est idem homini, igitur aliud à Socrate est aliud ab homine. Alexander dicit, tunc in priuatiue oppositis alterum alterum sequi, quando neutrum oppositorum non ambo priuatiue opposita, quæ subiiciuntur, sequitur. Et quia vita sequitur cæcitatem, & visum, & somnum, & vigiliam, & corporeum sequitur ad rationale & ad irrationale, & quia idem Socrati, & aliud à Socrate sub eo quod est esse idem homo continentur, ideo cessant obiectiones. Est enim cæcum & videns, viuens, dormiens & vigilans viuens rationale & irrationale corporeum, idem Socrati, & Plato alius à Socrate idem homini, ideo videntur obiectiones nullæ. nam (vt Alexander inquit) tunc alterum alterum in huiusmodi sequitur, quando alterum solum alterum sequitur, non autem quando ambo sequitur. Non enim potest quod habitus sequitur, hoc & priuatio sequi. F G

59 Similiter autem habitui & priuationi, & in iis, quæ sunt ad aliquid, vtendum. In ipsis enim & horum consequentia est. Vt si triplum multiplum, & subtriplum submultiplum dicitur. Triplum enim dicitur quidem ad subtriplum, & multiplum ad submultiplum. Rursus, si scientia opinio, & scibile opinabile, & si visus sensus: & visibile sensibile. H

Eundem locum præceptum, qualis est in contrariis & priuatiue oppositis, exponit in oppositis relatiue, & primo exponit locum in construendo per exempla. secunda ibi [instãtia] assignat instantiam. tertia ibi, [Insuper autem ad contrarium,] exponit locum in destruendo. de prima parte inquit. [Similiter autem habitui & priuationi & in iis quæ sunt ad aliquid vtendum] est loco præcepto, nam vt in priuatiue oppositis loco vtimur secundum consequentiam in ipso, & non secundum consequentiam econuerso, ita in relatiue oppositis, & hoc inquit, [In ipsis enim & horum consequentia est,] & non consequentia econuerso, & quia in relatiue oppositis solum est in ipsis consequentia, ideo dixit, [Similiter autẽ habitui & priuationi,] & non dixit, Similiter autẽ contrariis, quoniam in contrariis aliquando est consequentia econuerso, at in priuatiue oppositis, & in relatiuis, nunquam. deinde affert exempla, & dicit, [Vt si triplum est multiplum, & subtriplum submultiplum dicitur. Triplum enim dicitur quidem ad subtriplum] relatiue, & multiplum ad submulti-

A plum.] dicitur autem nouenarius triplus ad trinarium, trinarius ſubtriplus. Senarius verò multiplus ad trinarium, quia duplus. Trinarius verò ſubmultiplus, quia ſubduplus. [Rurſus] aliud exexemplum eſt, [ſi ſcientia eſt opinio, & ſcibile] erit [opinabile.] Tertium exemplum eſt, & ſi viſus eſt ſenſus, & viſibile ſenſibile eſt.] Quare in relatiue oppoſitis erit veluti in priuatiue oppoſitis. ¶Sed occurres, quoniam pater & filius relatiue opponuntur, & ſimile & diſsimile eodem modo. & tamen non ſequitur, pater eſt alicui ſimilis, igitur filius eſt eidem diſsimilis. nō enim oportet. Dicendum locum teneri, quoniam quæ relatiue opponuntur, fundentur ſupra res eiuſdem prædicamenti. Amplius & non per comparationem ad aliquid extrinſecum. Modo paternitas fundatur in prædicamento actionis, vel potentiæ actiuæ, filiatio in re prædicamenti paſsionis. At actio & paſsio diuerſa prædicamenta ſunt. Amplius, ſequitur abſolute, pater eſt ſimilis, igitur filius eſt diſsimilis: ſed non cum additione ad aliquid. At duplum & ſubduplum, triplum & ſubtriplum, & id genus in re quantitatis fundantur. Simile & diſsimile in re qualitatis, & dato quòd pater & filius fundentur in re eiuſdem prædicamenti, quia ſupra potentia actiua, tamen ſimile & diſsimile fundantur in re prædicamenti qualitatis. ideo nō ſequitur, pater eſt ſimilis alicui, ergo filius eſt diſsimilis eidem. Nec
B valet, pater eſt duplus ad Socratem, igitur filius eſt ſubduplus ad Socratem. Sed bene ſequitur (vt Alexander inquit,) pater imperat, igitur filius obedit, quoniam pater & filius adinuicem referuntur, vt imperare & obedire. ¶Adhuc occurres, quia non ſequitur, verum eſt complexum, igitur falſum eſt incomplexum : iam dictum eſt, ideo non ſequi, quoniam verum & falſum continentur ambo ſub complexo, & ſic non ſequitur, vt Alexander dicebat.

60 Inſtantia, quoniam non neceſſe eſt iis, quæ ſunt ad aliquid, conſequentiam fieri, quemadmodum dictum eſt: nam ſenſibile ſcibile eſt, ſenſus autem non eſt ſcientia. Non tamen vera inſtantia videtur eſſe. Multi enim dicunt ſenſibilium eſſe ſcientiam.

Hæc eſt ſecunda pars, in qua aſsignat inſtantiam, & dicit, [Inſtantia] ſubaudi eſt contra ea, quæ de relatiuis dicta ſunt. [quoniam non neceſſe eſt in iis, quæ ſunt ad aliquid conſequentiam fieri, quemadmodū dictum eſt, nam ſenſibile ſcibile eſt, ſenſus autē non eſt ſcientia,] & tamē ſenſus ſen-
C ſibili: ſcientia ſcibili opponitur relatiue. Deinde ſoluit, & dicit, [Non tamen vera inſtantia videtur eſſe,] cuius cauſam aſsignat, & nquit. [Multi enim non dicunt ſenſibilium eſſe ſcientiam,] nam (vt Alexander exponit) indiuiduorum ſenſibilium animalium ſenſus quidem eſt, ſcientia verò, non. ſiquidem ſcientia eſt vniuerſalium. Quare ſi eorum, quæ ſenſibilia ſunt, non eſt ſcientia, nec ſenſibilia ſcibilia erunt. Et tu hæc quæ Ariſtoteles, & Alexander dicunt, intelligas, ſcientiam non eſſe ſenſibilium per ſe, ſed per accidens, quatenus per abſtractionem ſenſibilia reducuntur ad intelligibilia, & fiunt vniuerſalia.

61 Inſuper autem ad contrarium, non minus vtile quod dictum eſt, vt quoniam ſenſibile non eſt ſcibile, neque etiam ſenſus ſcientia erit.

Nunc exponit locum aſsignatum eſſe vtilem non minus ad deſtruendum quàm ad conſtruendum, & dicit, [Inſuper autem ad contrarium,] ſcilicet ad deſtruendum] non minus vtile eſt, quod dictum eſt.] Hoc eſt locus aſsignatus non minus vtilis eſt ad deſtruendum quàm ad conſtruendum, quod per exemplum exponit, & dicit, [Vt quoniam ſenſibile non eſt ſcibile [vt nunc ſupponimus ex ſolutione inſtantiæ, [neque etiam ſenſus ſcientia erit.] Alexander autem ſic intelligit. [In-
D ſuper autem ad contrarium] ſcilicet ad deſtruendum, [non minus vtile] eſt, exemplum, [quod dictum eſt, vt quoniam ſenſibile non eſt ſcibile, neque etiam ſenſus ſcientia erit.] & cum Ariſtoteles dicit, [Inſuper autem ad cōtrarium,] per contrarium oppoſitum intelligit, non proprie contrarium, vt Alexander exponit.

LOCVS VIGESIMVSNONVS.

62 Rurſus in coniugatis & caſibus & interimenti, & cōſtruenti. Dicuntur autem cōiugata quidem huiuſmodi, vt iuſta, & iuſtus iuſtitiæ, & fortia, & fortis fortitudini. Similiter autem & effectiua, & conſeruatiua, coniugata illi, cuius ſunt effectiua, & conſeruatiua, vt ſanatiua,

ſanitatis:habitatiua,habitudinis.eodem autem modo & in aliis. Con- E
iugata igitur talia ſolent dici.

Ariſtoteles hic aggreditur locum vigeſimumnonum, vbi ſic procedit, quia primo ponit locum pręceptiuum,& vtilitatem, & dicit, [Rurſus] reſpiciendum eſt [in coniugatis & caſibus & interimenti,& conſtruenti,] Hoc eſt tam ab eo,qui problema conſtruere voluerit, quàm ab eo,qui problema interimere intendit. Locus ergo præceptiuus eſt,reſpicere ad cõiugata,& ad caſus.Locus vero præceptus eſt,quoniam quicquid ineſt alicui coniugatorũ,omnibus ineſt. & ſi alicui eorum non inerit,nulli coniugatorum inerit.Deinde exponit terminos,& primo per coniugata,quæ intelligenda ſunt, exponit, quæque græce σύστοιχα, latine etiam coordinata dicuntur. & vult coniugata eſſe, quæcunque ſic denominatiua ſunt, vt iuſtum, & iuſtus a iuſtitia. Hæc enim coniugata ſunt adinuicem & cum ipſa iuſtitia, à qua denominatiue dicuntur. Iuſtum enim & iuſtus dicuntur coniugata, tum adinuicem, tum etiam cum ipſa iuſtitia, à qua denominatiue dicuntur. Quòd autem iuſtum,& iuſtus ſint coniugata iuſtitiæ, patet, quoniam iuſtum dicitur facinus, quod ex iuſtitia eſt factum, vt graſſatorem decapitare. Iuſtus vero dicitur, qui ex habitu virtutis iuſtitiam habet. Quare & iuſtum & iuſtus coniugata ſunt iuſtitiæ. Illud quidem, quia ex iuſtitia proficiſcitur: hoc vero, F quia iuſtitiam habet, ex qua proficiſcitur. Quare quæcunque eadem forma participant, & ab illa dicuntur denominatiue, ſiue eodem, ſiue alio modo hæc dicuntur coniugata & adinuicem, & illi formæ,qua participant,& à qua denominantur.vnde dicit, [Dicuntur autem coniugata quidem huiuſmodi,vt iuſta] ſcilicet facinora,quæ fiunt à iuſtitia, vel à iuſto,qui iuſtitiam habet, [& iuſtus] qui videlicet iuſtitiam habet.hæc enim(vt Alexander inquit) dicuntur coniugata ad inuicem,quia participant eadem forma, licet alia ratione, & denominantur ab eadem forma, & etiam ipſi [iuſtitiæ,] qua participant,& à qua denominantur. [& fortia]ſcilicet facinora[& fortis]etiam dicuntur coniugata & adinuicem,&[fortitudini.]nam fortia dicuntur facinora,quæ proficiſcuntur à fortitudine,fortis vero qui fortitudinem habet.Quare coniugata dicuntur adinuicem,& cum ipſa fortitudine.[Similiter autem & effectiua,& conſeruatiua] ſubaudi,& ſignificatiua,& habentia ſanitatem dicuntur[coniugata] inuicem,quia omnia denominantur ſana,& [illi] ſcilicet ſanitati, [cuius ſunt effectiua,& conſeruatiua,] & ſubaudi & ſignificatiua,& receptiua. Omnia enim hæc dicuntur ſana, licet non eodem modo:quoniam effectiua & conſeruatiua dicuntur ſana, vt cauſæ: ſigna vero dicuntur ſana,vt ſignificatiua:corpora autem ſana,vt receptiua ſanitatis. Adhuc,effectiua & conſeruatiua dicuntur ſana non eodem modo, quoniam effectiua dicuntur ſana, [vt ſanatiua] hoc eſt, G vt cauſæ effectiuæ [ſanitatis habituatiua] dicuntur ſana, vt conſeruatiua [habitudinis,] quæ eſt ſanitas habitudinalis.[Eodem autem modo & in aliis]coniugata dicuntur,ſubaudi quæcunque adinuicem coniunguntur,& illi,à qua denominatiue dicuntur.Ex quibus ſequitur coniugata eſſe denominatiua quæ à Iunioribus concreta dicuntur:& illud,à quo denominatiue dicũtur. Hæc enim dicuntur coniugata inter ſe, & cum nomine abſtracto.& quoniam idem primo ſignificat, licet non eodem modo,& quia appellatione conueniunt,licet diſcrepẽt in fine vocum. ¶Ex quibus vlterius ſequitur,quòd licet album & dulce idem ſignificent quod pomum,nec inuicem, nec pomo coniugata dicuntur,non enim ſignificant idem quod pomum primo, nec eadem appellatione vocantur. Amplius ſequitur,hominem & animal non eſſe coniugata,nec inuicem,nec humanitati, licet idem ſignificent,quoniam non denominatiue dicuntur de aliquo ſubiecto, cui inhęret humanitas, à qua homo dicitur,ſed dicuntur prædicata per ſe,& ita nec denominatiua,nec coniugata.Tũc epilogat, & inquit,[Coniugata igitur talia ſolent dici,] ſubaudi,quæcunque & ab eadem forma, vel propter eandem formam qua participant, denominatiue de aliquo ſubiecto dicuntur, & appellatione conueniunt ſaltem aliquo modo. De iſtis abunde diximus in ludicris, vbi expoſuimus quis ſit terminus abſolutus, qui dicitur principale & abſtractum, quiſue connotatiuus,qui dicitur concretum, & denominatiuus. Nunc vero hactenus.ſatis enim nobis ſit expoſuiſſe,quæ coniugata dicuntur.

65 Caſus autem, vt iuſte, & fortiter, & ſanatiue, & habituatiue, & quæcunque eodem modo dicuntur. Videntur autem, & quæ ſunt ſecundum caſus, coniugata eſſe, vt iuſte iuſtitiæ, & fortiter fortitudini. Coniugata autem dicuntur ſecundum eandem cõiugationem omnia, vt iuſtitia,iuſtus,iuſtum,iuſte.

Nunc exponit caſus, non quidem caſus inflexionis, cuiuſmodi ſunt genitiuus, datiuus, & id genus, qui cadunt à nominatiuo,de quibus agit grammaticus:ſed caſus deriuationis,qui cadunt à nominibus, ſiue ab adiectiuis,vt ſunt aduerbia, de quibus licet agat grammaticus, quatenus faciũt ad orna-

A tum orationis,& quatenus sunt partes orationis,tamen etiam logicus,quatenus faciunt ad veritatem propositionibus agit.vnde dicit.[Casus autē,vt iuste,& fortiter,& sanatiue,& habituatiue,& quæcunque eodē modo dicuntur.Hæc enim casus sunt,iuste quidē iusti:fortiter vero:fortis:sanatiue,sanatiui: habituatiue,habituatiui.Vnde sicut denominatiua deriuantur a principalibus , ita (vt Alexander inquit,)casus deriuantur a denominatiuis.Differunt autem casus(vt Alexander exponit, à denominatiuis,& principalibus, quoniam denominatiua & principalia rerum sunt significatiua . Casus autem non rerum subiectarum , sed modi actionis , vel passionis , aut dispositionis alicuius) talia autem sunt musice , sanatiue , iuste, & id genus . Deinde comparat casus ad coniugata , & vult ea, quæ casus dicuntur, coniugata esse suis principalibus , non autem omnia coniugata esse casus , & dicit. [Videntur autem , & quæ sunt secundum casus, coniugata esse] suis principalibus quo ad significationem, quoniam principalia res significant:casus vero,modos illarum rerum . [vt iuste] coniugatum est quo ad significationem,[iustitiæ, & fortiter, fortitudini,]nam iustitia & fortitudo res significant,iuste autem & fortiter modos illarum rerum.Quare omnes casus coniugata esse videntur suis principalibus.[Coniugata autem dicuntur secundum eandem coniugationem omnia]hoc est secūdum eandem rem significatam , vel modum rei omnia , & ideo dicuntur coniugata , quoniam sub
B eodem significationis iugo coniugata , aut quo ad rem , aut quo ad modum .[Vt iustitia, iustum, iustus, iuste,] nam iustitia significat habitum virtutis . iustum vero , facinus , quod proficiscitur ab habitu virtutis: iustus autem , qui habet habitum virtutis:iuste denique significat facinus, secundum formam & modum iustitiæ factum.Quare omnia sunt coniugata iustitiæ, licet non eodem modo. Qua ratione fit, quæ casus sunt,vt sint coniugata, non autem omnia coniugata, casus sunt:nam iustum & iustus coniugata sunt,quæ non sunt casus.

64 Manifestum igitur, quoniam vno quouis ostenso eorum,quæ secundum eandem coniugationem dicantur,vt bono,vel laudabili,& reliqua omnia ostensa sunt. Vt si iustitia est laudabilium, & iuste, iustus, iustum laudabilium . Dicetur autem iuste & laudabiliter secundum eundem casum. nam a laudabili, quemadmodum iuste a iustitia.

C Nunc ponit locum præceptum . nam si quæratur ab aliquo , si inest alicui coniugatorum aliquod accidentis , vt eligibile,aut laudabile , aut bonum , aut fugibile , aut aliquid tale,hortatur vt respiciamus ad coniugata illius . nam demonstrato alicui eorum inesse, demonstrabitur omnibus inesse : & demonstrato alicui non inesse, demonstrabitur nulli inesse : vt si quæratur , vtrum iustitiæ insit laudabile , an non . Si aliquis demonstrauerit vni coniugatorum ipsius iustitiæ laudabile inesse , demonstrabitur omnia esse laudabilia , & propositum erit laudabile . Nam si demonstrabitur aliquid inesse vni coniugatorum , demonstrabitur , omnibus inesse . ¶Sed dubitatur , quoniā non videtur de iusto, & iustitia dici ipsum æqualiter,quod tamen dicitur de ipso iuste . de iusto enim dicitur æquale vel æqualis . nam iustum est æquale , iustus vero æqualis , de iustitia autem dicitur æqualitas:est enim iustitia æqualitas . ergo ipsum æqualiter,dicitur de vno coniugatorum, & tamen non dicitur de omnibus. Respondet Aristoteles hoc esse intelligendum conformiter , coniugatum de coniugato sibi correspondenti, & casum de casu . vnde dicit. [Dicetur autem iuste] subaudi factum , [& laudabiliter,]scilicet factum, [secundum eundem casum . nam a laudabili] dicitur laudabiliter , [quemadmodum iuste à iustitia] dicitur,siue à iusto . Quare dicetur casus de casu, & coniugatum de coniugato,& principale de principali. Nam si casus dicitur de casu , de principali dicetur principale . & de coniugato coniugatum, & econuerso, si de coniugato cōiugatum,& vnū-
D quodque de vnoquoq; dicetur ; vt si iustum est æquale, & iustitia æqualitas : & iustus æqualis , & iuste æqualiter dicetur. Et si fortiter aut iuste est magis & minus fortitudo , & iustitia vtique est magis & minus.Et conuertitur locus , quoniam si illa non , nec ista erunt magis & minus.posset aliquis demonstrare sapientem (vt dicunt)non esse diuitem: quoniam si sapiens est diues, sapientia erit diuitiæ: at sapientia non est diuitiæ :igitur nec sapiens erit diues.Amplius , si sapiens est diues, sapienter diuiter erit: at sapienter se habere non est diuiter se habere:igitur sapiens non est diues.& Alexan. hic dat regulam,vt semper demonstratio incipiat ab eo coniugatorum,de quo facilius potest quæsitum demonstrari.¶Solent fieri hic dubitationes. prima,quia per hunc locum demonstraretur , hominem non esse animal,quoniam humanitas non est animalitas , quare nec homo erit animal. Amplius, humaniter se habere non est animaliter se habere , igitur homo non est animal.Solutio patuit supra, diximus enim animal,& hominem non coniugata esse alicui,quoniam non denominatiue dicuntur de aliquo propter aliquam formam , qua participent.Secunda, quoniam per hunc locum demonstraretur quòd album non sit dulce,quoniam albedo non est dulcedo, nec albe se habere est dul

citer se habere. ¶Alexander innuit solutionem, q si albedo non sit dulcedo, sequatur album non esse E dulce inquantũ albũ. & si albe se habere, nõ sit dulciter se habere, nec albũ erit dulce inquantũ albũ. & hoc pacto intelligit locum Alexan. ait enim, si sapientia non sit diuitiæ, sapiens non erit diues, vt sapiens. alia enim ratione sapiens potest esse diues. sic etiam si albedo non sit dulcedo, nec album erit dulce, vt albũ: licet alia ratione album sit dulce, vt ratione subiecti. Etiam dici potest locum præceptum esse verum in illis coniugatis, quæ ratione formæ sunt coniugata: modo album & dulce non sunt coniugata vniformæ, quoniam nec albedini, nec dulcedini, sed vni subiecto. Et per hanc expositionem soluuntur argumenta eorum, qui demonstrant album non posse esse nigrum, quia albedo nõ potest esse nigredo. & eorum, qui demonstrant cæcum non esse insensibile, quia cæcitas non est insensibilitas. & eorum, qui demonstrant logicum non esse iustum, quoniam logica non est iustitia. & corũ qui demonstrant iustum non esse liberalẽ, quoniã quod iuste fit, non liberaliter fit. omnia enim hæc delentur ex eo, quia non sunt hæc coniugata, ratione formæ, in quibus argumenta fiunt: sed ratione subiecti, cui insunt.

¶LOCVS TRIGESIMVS.

65 Considerandum autem non solum in eo, quod dictum est, sed etiã F in contrario contrarium, vt quoniam bonum nõ ex necessitate est suaue, nec malum quoque est triste. Aut si hoc, & illud. Et si iustitia est sciẽtia, & iniustitia erit ignorantia, & si quod iuste est, scienter, & experienter est: quod iniuste est, ignoranter, & inexperienter est. Si autem hæc non, nec illa, vt in eo, quod nunc dictum est.

Locus trigesimus præceptiuus est respicere ad consequentiam in ipsis inconiugatis. Locus vero præceptus est, si aliquod prædicatum habens contrarium inest alicui coniugatorum, necesse est, vt contrarium illius insit omnibus coniugatis correspondenter secundum suum modum, vt coniugatum coniugato, & principale principali, & casus casui, & locus conuertitur. quoniam si contrarium non insit alicui coniugatorum secundum suum modum conformiter, nec prædicatum inerit coniugato, immo nulli coniugatorum inerit. vnde dicit. [Considerandum autem non solum in eo, quod] G nunc [dictum est,] scilicet in coniugatis, & casibus, in principalibus, [sed etiam] considerandum est] contrarium in contrario, [hoc est, sed etiam considerandum consequentiam in ipsis, quæ fit in contrariis illorum. per quæ innuit locum præceptiuum, qui est, vt in coniugatis respiciamus ad consequentiam in ipsis, quæ fit in contrariis coniugatorum. Locum vero præceptum innuit per exempla, quæ subscribit, & dicit[, vt quoniam suaue non ex necessitate est bonum, nec triste quoque] ex necessitate[est malum,] ¶Quod ad verba attinet, per bonũ & malum contraria intelligit, per bonum quidem, prædicatum, quod non ex necessitate inest suaui: per malum vero, prædicatum, quod non ex necessitate inest tristi. Sunt autem bonum & malum contraria coniugata, bonum bonitati, malum vero malitiæ. Simili ratione bonus & bene coniugata sunt bonitati, & malus & male malitiæ. Amplius, suaue, suauis, & suauiter cõiugata sunt suauitati: triste, tristis. & tristanter coniugata sunt tristitię. Quare si suaue non ex necessitate est bonum, nec triste malum ex necessitate est, nec tristitia ex necessitate malitia, nec tristanter se habere ex necessitate erit male se habere. & econuerso, si suaue est bonum, triste erit malum: & tristitia, malitia: & tristanter se habere, erit male se habere. & propterea subscribit, [aut si hoc] scilicet suaue est bonum, [& illud] erit, scilicet triste, malum: & tristis, malus: & tristanter, male: & tristitia, malitia. Conuertitur enim locus. Quare locus præceptus est, si coniugatum H habens contrarium dicitur de coniugato habente contrarium, & contrarium de contrario dicetur: & conuertitur, quoniam si non dicetur propositum de proposito. Sunt qui legunt suaue & triste pro subiectis, & bonum & malum pro prędicatis, vt nos legimus. Alexan. autem legit suaue & triste pro prædicatis, bonum autem & malum pro subiectis, quod & Albertus facit, sed hoc non refert ad exẽplum. Est tamen annotatione dignum, esse aliqua mala suauia, & aliqua bona tristitia, vt Alexã. inquit, ideo non ex necessitate mala sunt tristitia, nec bona suauia. Vti enim venere malum est, sed suaue. Et pati pœnam pro culpa commissa bonum, sed triste, ac dolorificum. Deinde assignãt aliud exẽplum quasi ex opinione Socratis, qui virtutes dixit esse scientias, & dicit, [& si iustitia est scientia, & iniustitia erit ignorantia, & si quod iuste est, scienter & experiẽter est, quod iniuste est, ignorãter & inexperienter est. si autem hæc non] fuerint, [nec illa] erunt. Nam dico locum conuerti in his, [vt in eo, quod nunc dictum est.] In bono & suaui, & malo & tristi.

69 Magis enim vtique apparebit quod iniuste est, experienter, quàm

A inexperienter esse.

Impossibile est, vt per particulam enim, reddat causam eius, quod proxime dixit, sed potius reddit causam cuiusdam taciti contra Socratem. Dixit enim Socrates iniuste factum esse ignoranter factum, & inexperienter, quia putauit virtutes esse scientias, & iustitiam esse scientiam, & experientiam. Propterea sequitur secundum eum, vt iniuste factum, sit ignoranter factum, & inexperienter. Aristot. innuit hoc esse falsum: & quod sit falsum, reddit causam, per particulam enim, & dicit, [magis enim vtique apparebit, quod iniuste est, experienter] & scienter [quàm inexperienter] & ignoranter [esse,] cuius contrarium existimauit Socrates. Et quod ita sit, Alexander exponit, quoniam quod iniuste fit, sponte, & ex consilio per deliberationem fit. Sed quæ fiunt hoc pacto, veniunt ab experientia, & à scientia, igitur quod fit iniuste, potius scienter & experienter fit, quàm ignoranter & inexperienter. ¶ Sed occurres, quoniam conuertam problema, si quod fit iniuste, scienter, & experienter fit: quod fit iuste, fiet ignoranter, & experiēter. Dicendum, locum huiusmodi esse verum, quando alterum cōtrarium inest alteri solum. At experienter & scienter fieri inest tam iniuste, quàm iuste facto. Vtrunque enim fit scienter, & experienter.

B 67 Hic autem locus dictus est prius in contrariorum consequentiis. Nihil enim aliud nunc ostendimus quàm contrarium sequi contrarium.

Nunc vero comparat hūc locum trigesimum loco vigesimo septimo, & dicit, [Hic autem locus] scilicet trigesimus [dictus est prius in contrariorum consequentijs,] qui fuit locus vigesimusseptimus, nam hic locus est respicere ad consequentiam in ipsis, quia licet nunc consideretur contrariorū consequentia in coniugatis & casibus, superius autem absolute in contrariis, tamen simpliciter idem locus est cum illo. Cuius causam assignat, & dicit, [nihil enim aliud nunc ostendimus] in coniugatis & casibus, & principalibus, [quàm contrarium sequi contrarium] secundum consequentiam in ipsis, vt vigesimoseptimo loco absolute fuit ostensum. ¶ Quare hic locus secundum rem coincidit cum loco vigesimoseptimo: nolo tamen te latere illud, quod Aristoteles dixit aduersus Socratem, non esse omnino clarū. Asserit enim quod iniuste fit, fieri experienter & scienter magis quàm ignoranter, & inexperienter, quod non caret quæstione. Si enim vt in Ethicis scribit ipse, omnis malus est ignorās,
C fit vt iniustus, qui malus est, sit ignorans, quare iniuste factum ignoranter est factum, & inexperienter. Adhæc, malum fit propter defectum earum conditionum, quæ requirūtur ad hoc vt fiat bonum, Constat autem tres esse conditiones quæ requiruntur ad hoc, vt fiat bonum, vt scire, velle, & immutabiliter operari. Quare ad hoc, vt fiat bonum requiritur scire, & velle: quod si ita fuerit, ad hoc, vt malum fiat, requiretur ignorantia. Igitur quod fit male, ignoranter fiet: sed quod iniuste fit, male fit, ergo quod iniuste fit, ignoranter fit. Nec valet dicere, (vt iuniores asserunt) omnem malum ignorātem secundum cognitionem sensitiuam tantum, scientem vero secundum cognitionem intellectiuā. Quoniam sic omnis bonus esset sciens secundum cognitionem sensitiuam tantum, & ignorans secundum scientiam intellectiuam. quia si contrarium de contrario, & contrarium de contrario dicetur. Sed quoniam hæc quæstio moralis est, quam Aristoteles sexto libro Ethicorum disputat contra Socratem, ibi quæratur.

LOCVS TRIGESIMVSPRIMVS.

68 Amplius in generationibus & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis: & interimenti, & construenti. Nam quorum generationes bonæ sunt, & ipsa bona sunt, & si ipsa bona sunt, & generationes bonæ. Si
D autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem econtrario: si enim corruptiones bonæ, ipsa mala. Sinautē corrruptiones malæ, ipsa sunt bona. Eadem ratio in effectiuis, & corruptiuis, quorū enim effectiua bona, & ipsa bona. Quorum vero corruptiua bona, ipsa mala.

Cum dixisset loca destructiua & constructiua, quæ accipiuntur à consequentijs in contrarijs absolute, & in coniugatis, nunc assignat alia loca argumentandi quæ sunt similia ijs locis, quæ sumuntur à consequentia in contrariis, vtilia ad destruendum & construendum. Et licet iste locus, quem assignat, sit vnus, tamen potest diuidi in quatuor: quoniam vnus est à generationibus, alius à corruptionibus, tertius ab effectiuis causis, quartus à corruptiuis, siue destructiuis: per quæ patent loca præceptiua: vnde dicit, [Amplius, & interimenti & construenti,] siue ab eo,

qui & interimere, & construere voluerit, respiciendùm est [in generationibus,] & erit primus locus E
præceptiuus,[& corruptionibus,]& erit secundus locus præceptiuus,[&] respiciendũ est[in affecti-
uis]scilicet causis, & principiis, & erit tertius locus. Est autem iste locus(vt Alexander inquit) aliqua
ratione ex coniugatis, quatenus fieri & corrumpi coniugata videntur formæ, quæ fit, vel corrumpi-
tur, vt sanari sanitati: non autem proprie coniugatis, quæ sunt, veluti sanum, sanus, sane, quæ coniuga-
ta sunt sanitati. Tunc Aristoteles asignat loca præcepta, & primo locum, qui accipitur à generatio-
nibus, & dicit,[nam quorum generationes bonæ sunt, & ipsa]generata [bona sunt, &] econuerso[si
ipsa]generata[bona sunt, & generationes bonæ, si autem generationes malæ]sunt,[& ipsa] generata
[mala]erunt, & econuerso si generata sunt mala, generationes erunt etiam malæ. Et per generatio-
nem, vt Alexander exponit, intelligere possumus, aut administrationem omnium eorum, ex quibus
res ipsa generatur, verbi causa, vt dięta, quę est generatio sanitatis, quatenus per eam sanitas ipsa gene-
ratur. Est autẽ dięta debita administratio cibi & potus, & cęterarum rerum, quibus generatur sanitas.
Et sic, si dieta fuerit bonum, sanitas, cuius generatio est dietam facere, erit bonum: & econuerso, si ipsa
sanitas bonum, debitam dietam facere erit bonum. Amplius, & quoniam virtus est bonum, & virtu-
tis generatio erit bonum. Est autem virtutis generatio filiorum educatio per mores ad virtutem fe-
rentes: & quoniam educatio, quæ est virtutis generatio, est bonum, & virtus, quæ fit, erit bonum. Aut F
per generationem intelligere possumus, non ipsam rerũ administrationem, qua res ipsa fit, sed ipsum
fieri. Nam si bonum est ipsum fieri sanitatem, & sanitas bonum erit: & si sanitas bonum, & fieri sani-
tatem bonum. Eadem autem ratio est de virtute. & vt de bono ita de malo est dicendum. Hic est pri-
mus locus præceptus. Deinde tangit secundum locum præceptum, & dicit, [in corruptionibus autẽ
econtrario]est sentiẽdum, & exponit, quomodo econtrario, & dicit, si enim corruptiones bonæ,[ea,]
quorum sunt corruptiones,[bona sunt,] si autem corruptones malæ, [ipsa] quorũ sunt corruptiones,
[sunt bona,]& econuerso, si ipsa sunt bona, corruptiones sunt malæ, & si ipsa mala, corruptiones sunt
bonæ. Exempla hæc sunt, si morbi corruptio fuerit bona, morbus est malũ. Est enim corruptio mor-
bi aut debita dięta, quæ bonum est: & si malum est sanitatis corruptio, bonum est sanitas. quia indebi-
tá dięta, quæ est mala, corruptiua est sanitatis. aut per corruptionem intelligit ipsum corrumpi, & vt
de generatione locus præceptus patet, ita de corruptione. Deinde tangit tertium locum præceptum,
& dicit, [eadem ratio est in effectiuis & corruptiuis]causis, & principiis, [quorum enim effectiua]&
subaudi conseruatiua [bona, & ipsa bona]quorum sunt effectiua, & conseruatiua. Et econuerso, cum
ipsa bona sunt, effectiua bona erunt. hic est tertius locus præceptus. Deinde tangit quartum, & dicit, G
[quorum vero corruptiua bona ipsa,]quorum sunt corruptiua,[mala sunt.]hic est quartus locus præ
ceptus. Horum duorum locorum exempla eadem sunt, vt quoniam sanitatis effectiua sunt bona, &
sanitas est bonum, & econuerso, quoniam sanitas bonum, & sanitatis effectiua bona. Et quoniá mor-
bi corruptiuum bonum est, ideo malum est morbus. Et sanitatis corruptiuum est malum, quoniam
bonum est sanitas. ¶ Sed occurres, quoniam diuitiæ fiunt per lenocinium, & per vsuras, quæ sunt
mala, & tamen diuitiæ sunt bonę. Vno modo dici potest hunc locum esse probabilem & non verum,
quoniam aliquod bonum ex malo fieri potest, vt sanitas, quæ bonum est. aliquando fit per cõbustio-
nem, & sectionem, quæ mala sunt. & hæc est vna Alexand. solutio. Aut aliter, nam cum Aristoteles
dicit,[eadem autem ratio in effectiuis, & corruptiuis,] nõ intelligendũ est simpliciter, sed vt exponit,
cũ scribit,[quorum enim effectiua bona, & ipsa bona, quorũ vero corruptiua bona: & ipsa mala,]non
autem addit, & econuerso, scilicet quorum facta bona, horum effectiua bona. Nec addit, quorum ef-
fectiua mala, & facta ab illis mala. quemadmodum enim ex veris semper verum, non tamen semper
verum ex veris. Nam ex falsis quandoq; verum, sic ex bonis effrctiuis, nõ nisi bonum. Ex malis vero
quandoq; bonũ. Differt autem generatio ab effectiuis, quoniá generatio sanitatis ipsa sanitas est. & H
propterea in his conuertitur locus. At effectiua, causæ sunt generationis, & rei generatæ, quæ differũt
à re generata, ideo ex effectiuis bonis, non nisi bonum: ex effectiuis vero malis, quandoq; bonum. Si-
mili ratione ex corruptiuis malis non nisi bonum, ex bonis autem corruptiuis quandoque bonum, vt
ex ijs, quæ corrumpunt in vlceribus carnem malam & superfluam, quandoque bonum scilicet sani-
tas est. Vbi patet corruptiua bona esse, & sanitatem, quæ ab illis est, etiam bonum esse. Hæc est etiam
responsio Alexandri, quæ mihi plusqnam prima placet. ¶ Quod vero ad verba attinet, Aristoteles
per generationem & corruptionem intelligit omnes motus siue mutationes quæ inducunt ad esse,
vel quæ inducunt ad non esse, siue substantiale, siue accidentale. hinc accipitur causa præcepti:
cum enim generatio, & res genita idem sint, ideo si generatio bona est, & res genita bona erit, econ-
uerso. Amplius, quoniam corruptio vnius est generatio alterius, ideo si corruptio est bonum, cum
sit generatio rei malæ, & perditio rei bonæ, ipsa res, quæ ex corruptione fit, erit malum. ¶ Sed
occurres adhuc, quoniam generatio furis est bona, & generatio lupi, & rerum nocentium est
bona, cum sit naturalis, & tamen fur, & lupus, & res nocentes sunt malæ. Dicendum, genera-

A tiones naturales esse bonas,& res naturales,quæ fiunt ex eis,esse bonas. Modo generario hominis est per se hominis, per accidens est generatio furis. Similiter generatio lupi per se est generatio animalis: per accidens autem est generatio nocentis. Quare locus intelligendns est de generatione respectu rei genitæ, quæ per se ex illa fit,non respectu rei,quæ per accidens fit ex generatione. ¶Adhuc occurres,quoniam non quicquid competit generationi secundum suum modum conformem, competit rei genitæ secundum suum modum conformem,nam generationi terræ inest motus. Est enim generatio terræ, motus, & tamen terræ genitæ non inest ipsum mobile,quoniam non sequitur,generatio terræ est motus, igitur terra mouetur, vel est mobilis. ¶Arbitror huiusmodi loca non esse intelligenda nisi quantum ad prædicata, quæ competunt generationi,& generatiuis, corruptioni & corruptiuis secundum exigentiam & ordinem ad finem. vt sunt,bonum, malum,iucundum, triste, honestum,turpe,laudabile, vituperabile,& cætera id genus, & ideo cessat instantia.¶Adhuc occurres, quoniam videtur ex bonis quandoque malum, nam ex deo,& natura,quæ bona sunt,fit fur,& animal nocens,quæ mala sunt:igitur non semper ex bonis bonum, vt semper ex veris verum. ¶Solutio patet,quoniam ex deo & natura fit per se animal,siue per se homo,per accidens autem fur,& animal nocens secundum Aristotelem,quæ sunt mala, vel dicendum deum & naturam bona esse, animalia
B etiam nocentia bona bonitate naturæ, mala ante malitia moris. Modo non est absurdum ex bonis fieri bonum bonitate naturali per se, per accidens autem malum malitia moris.

LOCVS TRIGESIMVSSECVNDVS.

69 Rursum in similibus, si similiter se habent: vt si scientia vera plurium, & opinio. Et si visum habere est videre, & auditum habere est audire: similiter autem, & in aliis & in iis, quæ sunt: & in iis, quæ videntur.

Circa locum trigesimum secundum sic Aristoteles procedit, quia primo ponit locum præceptiuum,deinde tangit locum præceptum,de prima parte dicit, [Rursum] respiciendum est [in similibus,]hic est locus præceptiuus,vt scilicet respiciamus ad similia. Deinde tangit locum præceptum,
C cum illius exemplis, & dicit,[si similiter se habent]his verbis dat intelligere duo, & in quibus similibus locus iste intelligitur,& dat intelligere locum præceptum. Vult igitur esse respiciendum ad similia,[si similiter]hoc est,si secũdum proportionem [similiter se habent.] Est enim duplex similitudo, altera, simpliciter,& hæc est eorum,quorum est vna qualitas. est enim, vt Aristoteles & Boetius dixerunt,vnum in qualitate simile,veluti ea,quorum substãtia est vna,sunt eadem,& ea, quorum quantitas est vna,sunt æqualia.Altera similitudo est secundum proportionem,& hæc fit in quatuor terminis,quæ dicitur similitudo secundum quid,vt quoniam similiter se habet scientia ad scibilia,& opinio ad opinabilia,ideo sequitur,si scientia est vna plurium,opinio erit vna plurium,& econuerso,nam sequitur,si in opinione sic se habet,& in scientia idem erit. Vnde dicit,quoniam subaudi similiter se habet scientia ad scibilia,& opinio ad opinabilia, ideo sequitur, [si scientia est vna plurium, & opinio] etiam erit vna plurium. Deinde tangit secundum exemplum, vt quoniam similiter se habet visus ad videndum,& auditus ad audiendum,ideo sequitur, [& si visum habere est videre,& auditnm habere est audire.] Et potest exemplum dupliciter exponi,vno modo intelligendo per visum,visionẽ ipsam, qua actu videmus colorata: & per auditũ,auditionem,qua actu audimus sonos.Et tunc exẽplum est clarum.si enim similiter se habet visus ad videndum, & auditus ad audiendum, ideo fit, vt si visum hoc est visionem habere de re visa, sit videre:etiam auditum habere de sonis, sit audire. Alio modo
D per visum & auditum intelligere possumus potentias videndi, & audiendi, & tunc exemplum est intelligendum per oppositum consequentis, hoc pacto, vt quoniam ita se habet visus hoc est potentia visiua ad videndum,& auditus hoc est potentia auditiua ad audiendum: sequetur,si visum hoc est visiuam potentiam habere sit videre, [vt auditum habere sit audire.]Tunc subaudi, sed auditum hoc est potentiam auditiuam habere,non est audire actu:igitur nec visum,hoc est potentiam visiuam habere est actu videre. & hoc modo Alexander exposuit.Deinde amplificans locum præceptum ad omnia, dicit, [similiter autem & in aliis] est dicendum tam [in iis,]quæ reuera [sunt] similia,quàm in iis,[quæ videntur]similia. Vbi innuit similia bifariam esse,quædam quæ sunt vere similia,& quædam,quæ videntur similia vere similia sunt,quæ vbique similia sunt: apparenter autem similia sunt, quæ nõ omnino similia sunt.nõ enim similiter omnino scientia ad scibilia se habet, & opinio ad opinabilia: siquidẽ scientia nõ incredibilis est circa scibilia, opinio aũt incredibilis circa opinabilia.Amplius,visus ad videndũ & tactus ad tãgendũ similia sunt, sed non vere,nã visus per mediũ aliquod,& hoc in lumine,ad vidẽdũ se habet:at tactus ad tãgendũ sine medio est.Amplius,sunt nõ vere similia,

quæ ſecundum figuram dictionis ſunt ſimilia, vt videre ad clamare, & laborare ad facere: at ſi aliquis putaret quoniam clamare facere eſt, & videre facere eſſe, & quoniam laborare eſt pati, & facere eſſe pati, hic apparenter ſyllogizaret ex ſimilibus, non autem vere. Non enim propoſitorum ſimilitudo rei eſt, ſed ſolum dictionis. Hinc, vt Alexander inquit, locus, qui eſt ex iis quæ videntur ſimilia, ſophiſticus eſt: dialecticus autem ille, qui eſt ex vere ſimilibus. Cauſa autem, quoniam ex vere ſimilibus, quod demonſtratur, erit verum, ex apparenter autem ſimilibus, apparenter.

80 Vtilis autem eſt hic locus ad vtrunque, nam ſi in aliquo ſimilium ſic ſe habet, & in aliis ſimilibus. Si autem in aliquo non, nec in aliis ſimilibus.

Hic aſsignat vtilitatem loci, & dicit, [Vtilis autem eſt hic locus ad vtrunq;] ſcilicet ad conſtruendum, & deſtruendum, [nam ſi in aliquo ſimilium ſic ſe habet,] vt puta in viſu ad videndum, [& in aliis ſimilibus.] Sic ſe habebit in auditu, & olfatu, & aliis, [ſi autem in aliquo non] ſic ſe habebit, [nec in aliis ſimilibus] ita ſe habebit. Locus igitur eſt vtilis ad vtrunq;. ❡ Sed occurres, primò, quia ita ſe habet oculus ad corpus, vt intellectus ad animam: & tamen non ſequitur, ſed oculus eſt membrum corporis, igitur intellectus eſt membrum animæ. Amplius, vt color ad viſum, ita ſonus ad auditum: ſed color non videtur niſi in lumine, igitur ſonus non auditur niſi in lumine. quod falſum eſt: quoniã etiam in tenebris auditur. Adhuc, vt particularis propoſitio affirmatiua ad particularem propoſitionẽ negatiuam, ita vniuerſalis affirmatiua ad vniuerſalem negatiuam. Sed particularis affirmatiua poteſt eſſe ſimul vera cum particulari negatiua, igitur vniuerſalis affirmatiua cum vniuerſali negatiua. ❡ Licet iuniores variis modis reſpondeant, nam alii aſſerunt locum à ſimili eſſe probabilem, nõ autẽ ſemper verum, alii dicunt eſſe ſemper verum: Nos dicimus, ſi locus à ſimili ſit ſemper verus, tunc eſſe ſemper verum, cum argumentamur à ſimili ex ea parte, qua ſunt ſimilia, non autem ex ea parte, qua ſunt diſsimilia: Modo oculus, & intellectus ſimili ratione ſe habẽt: oculus ad corpus, & intellectus ad animã, quò ad rationẽ perfectionis: & ideo ſequitur, ſi oculus eſt perfectio corporis, vt intellectus ſit perfectio animæ. Amplius, ſonus ad auditum ita ſe habet, vt color ad viſum, quãtum ad mouendum, ideo ſequitur, ſi color mouet viſum, vt obiectum, vt ſonus moueat auditũ, vt obiectum. Inſuper propoſitiones particulares & vniuerſales ſimiles ſunt ex parte qualitatis, diſsimiles vero ex parte quantitatis. ❡ Iterum occurres, quoniam omne argumentum eſt ex notiori, ſed alterum ſimilium non eſt altero ſimilium notius, igitur locus à ſimili non eſt ſedes argumenti dialectici. Dicendum quòd vi terminorum vnum ſimile non eſt notius altero, vi tamen cuiuſdam maximæ propoſitionis poteſt alterum ſimile eſſe notius altero: vt vi illius, de ſimilibus ſimile iudicium eſt. Poteſt autem alterum ſimile notius eſſe altero, non quidem per ſe, quo eſt ſimile: ſed per accidens, quatenus eſt per accidens aliquãdo alterum ſimile altero notius, vt cum acciperetur à re nobis notiori, veluti oculus eſt notior intellectu, quia accipitur à corpore, quod eſt notius anima, à qua accipitur intellectus. Per ſe autem, vt ſimilia ſunt, neutrum neutro notius eſt.

LOCVS TRIGESIMVSTERTIVS.

81 Conſiderandum autem & ſi in vno, & ſi in pluribus, ſimiliter ſe habeant. Aliquoties enim diſſonant: vt ſi ſcire eſt cogitare, & multa ſcire eſt multa cogitare. Hoc autem non eſt verum. Contingit enim plura ſcire, cogitare autem non: ſi igitur non eſt hoc, neque eſt illud, quod eſt in vno, vt ſcire ſit cogitare.

Iſte locus trigeſimustertius (vt Alexãder inquit) eſt reſpicere in ſimilibus ſecundum ſubſtantiam ad conſequẽtiam ab vno ad multa. Nam locus præceptus eſt, ſi in vno ſimilium ſecundum ſubſtantiam eſt aliquid vnum, & in multis talibus erit illud. Et hoc conſtructiue: deſtructiue vero, ſi non fuerit in multis illud, nec in vno: vt ſi docere vnum, eſt iuuare vnum, & multos docere, erit multos iuuare: aut ſi non hoc, nec primum. Et ſi vnus homo rationalis, & multi rationales. Et ſi non hoc, nec illud. vnde dicit, [Conſiderandum autem] ad conſequentiam ſubaudi in ſimilibus ſecundum ſubſtantiam, [& ſi in vno, & ſi in pluribus ſimiliter ſe habeant,] & aſsignat cauſam, & dicit, [aliquoties enim diſſonant,] & aliquoties non: & quòd diſſonent, demonſtrat per exemplum, & dicit, [vt ſi ſcire eſt cogitare] ita vt affirmatio problematis ſit, quoniam ſcire eſt cogitare, ad videndum vtrum hoc ſit verum, reſpiciendum eſt vtrum, vt hoc eſt in vno, ita ſit in multis, & ſequetur,

A [vt si scire est cogitare, & multa] subaudi simul [scire est multa] simul [cogitare, hoc autem non est verum: cõtingit enim multa] simul [scire, cogitare autem nõ] multa simul, [si igitur non est hoc] scilicet vt multa cogitemus simul, problema erit destruendum, [& ita neq; est illud. quod est in vno vt] videlicet, [scire sit cogitare.] Si .n. scire sit cogitare, multa scire simul, erit multa simul cogitare: quoniam autem nõ est multa simul cogitare, igitur scire nõ est cogitare. Quo autẽ ad differentiam huius loci trigesimitertii, à loco trigesimosecũdo, annotatione dignum, hũc locum pręceptiuũ esse, vt respiciamus ad cõsequentiam in similibus secundum substãtiam si est in vno & in pluribus. Sunt enim similia in substãtia, quorum substãtia est vna: quæq; dicuntur eadem. Velut similia in qualitate, quorũ qualitas est vna, quæq; proprie dicũtur similia. Et similia in quãtitate, quorum quantitas est vna: quę proprie dicũtur æqualia. Si igitur problema fuerit de similibus in substantia, vt vtrum scire sit intelligere, respiciẽdum est, si vt est de vno, ita sit in multis, & sic problema erit construẽdum. Si autem nõ est ita de multis, vt est de vno, problema destruendũ est. Et quoniam cõtingit multa scire, & nõ multa intelligere, vel cogitare, ideo scire non est cogitare, vel intelligere, & ita non erunt similia secundũ identitatẽ in substantia. At locus præcedẽs erit respicere ad consequẽtiam in similibus secũdum qualitatem: & quidem ex ea parte, qua erant similia. Quare locus præceptus in his est alius à loco præce
B pto in illis. est enim locus præceptus in his, vt sicuti est de vno, ita sit de multis: locus vero præceptus in illis est, vt sicuti est de vno simili, ita sit in alio simili, cum de similibus idem sit iudicium. Amplius, quo ad verba attinet, cogitare græce est διανοεῖσθαι latine tum sermocinari, tum discurrere, & sic patet posse nos multa scire simul. scit enim Philosophus omnis multa, at διανοεῖσθαι hoc est discurrere, vel sermocinari multa simul nullus philosophus potest. Vt enim nullus philosophus multa simul dicere potest, sic nec discurrere nec sermocinari multa simul poterit. Et hoc pacto exponendo, Alexand. vt mihi videtur, non displicet. Alii vero per διανοεῖσθαι intelligere interpretãtur, & sic asserunt nos posse simul multa scire, sed non multa intelligere, cũ enim intelligere (vt Alexand. inquit) sit actio & exitus animæ, nõ poterit anima simul pluribus actionibus ac exitibus simul vti: scire autem potest multa, cum scientia sit habitus, qui contingit esse multorum. Vno enim habitu pene (vt ita dicam) innumera scimus: at cum intelligere (vt Alexãd. inquit) actionem, functionẽ, ac exitum animæ ad intelligibilia nominet: & id habet nostra imbecilitas, vt ad duo simul mentem applicare nequeamus: protinus enim, vt experiẽtia cernitur, cũ ad vnum mẽtem applicamus, alterum, quod prius cogitabamus,
C relinquimus: ideo fit vt scire multa sit posibile, intelligere verò, nõ. Vt enim cũ corpus sursum fertur, omnem aliam lationem extrudit: sic cum anima ad vnũ intelligibile diligenter ac attente se applicat, omnem aliam intentionem ad aliud quoduis intelligibile extrudit. Sed hæc expositio habet dubitationem, quoniam quod scitur intelligitur, & quæ sciuntur, intelligũtur, vt dicitur primo Posteriorum. Igitur si contingit multa scire, contingit multa intelligere: adhæc, si contingit scire multa, contingit scire vnum: igitur contingit scire vnum & multa. At intelligere non possumus nisi vnum, igitur scire erit vniuersalius quàm intelligere, quod est contra philosophum primo Posteriorum. Multa dicũt iuniores pro defensione expositionis huius: nos autem tutius, per cogitare, exponimus discurrere, vel sermocinari: & non exponimus intelligere: nam perspicuum est discurrere, & sermocinari fieri nõ posse, nisi de vna aut conclusione, aut problemate: scire autem esse posse multarum aut cõclusionum, aut problematum. scimus enim habitu vno fere infinita aut problemata, aut conclusiones: discurrimus autem, & sermocinamur de vno duntaxat.

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS.

82 Amplius, ex magis, & minus: sunt autem eius, quod est magis loci quatuor. Vnus quidem, si magis sequitur magis: vt si voluptas bonũ,
D & magis voluptas, magis bonum: & si iniuriam facere malum, & magis iniuriam facere, magis malum.

Nunc tradit loca, quæ sumuntur ex magis & minus, & etiam ex similiter se habentibus, & constructiua & destructiua. Sunt autẽ (vt Alexand. inquit) loca hæc vtilia in cõcretis, siue in connotatiuis, vt postea disputabimus. quia in talibus est magis & minus, & similiter se habẽs. Dicit autẽ quatuor esse, quæ sunt ex magis & minus, quatuor etiã quę sunt ex magis & minus in similibus: quę oĩa sunt vtilia ad construẽdum & destruendum. Quare autem loca, quæ sumũtur ex magis & minus, sint quatuor, Alexãd. demõstrat, qm̃ locus est aut vnius accipientis cõparationẽ de vno secundũ magis & minus, aut vnius de duob⁹, aut duorũ de vno, aut duorũ de duobus. Arist. itaq; primo meminit primi, qui est vnũ de vno, talis, si quęratur de aliquibus, si alterũ alteri inest, ambob⁹ suscipientibus magis & minus, oportet inqt respicere si maius maiori inest, aut si id qđ est magis, inest ei quod est magis: nã tũc sim

plex simplici inerit. Si autem id quod magis est, non insit ei quod est magis, nec vtique simplex inerit simplici. Aristo. igitur primo dat locum præceptiuũ in generali: & dicit, [Amplius ex magis & minus,] igitur locus pręceptiuus in generali, est respicere ad magis & minus. Deinde trãsit ad ponẽdum loca præcepta, & loca pręceptiua in speciali: & dicit, [Sunt autem eius, quod est magis, loci quatuor, vnus,] & primus, [si magis sequitur magis,] nã subaudi tũc simplex inerit simplici. Et hic est primus locus præceptus, qui accipitur ex loco præceptiuo, qui est respicere ad magis. & cõuertitur, quoniam si magis non sequitur magis, nec simplex sequetur simplex. Est autem iste locus vnius cõparationem accipientis de vno secũdum magis, vt si problema quod quæritur sit, vtrum bonũ insit voluptati, an non. quoniã ambo scilicet voluptas & bonum, magis & minus habent, oportet respicere si maiori voluptati, maius bonum insit. nam si maior voluptas, maius bonum, & voluptas bonũ vtiq; esset. Si autem nõ esset maior voluptas, maius bonum: nec voluptas bonũ vtiq; esset. Vnde dicit, [vt si voluptas bonum, & magis voluptas, magis bonũ.] Quare cõstruitur problema, vt quoniã magis voluptas est magis bonum, ideo sequitur vt voluptas sit bonũ. Amplius, si quæritur vtrum iniuriam facere sit malũ, an non. cõstruitur problema, quoniã magis iniuriam facere, est magis malum, igitur iniuriã facere est malum. & dicit, [Et si iniuriam facere malũ, & magis iniuriam facere, magis malum,] quare construitur problema, quoniam si magis iniuriam facere, sit magis malũ, igitur iniuriam facere est malũ. & per [magis] Aristoteles potest intelligere maxime, quoniam sequitur, si maximam iniuriam facere sit maximum malum, igitur iniuriam facere, est malum.

83 Vtilis autem ad vtrunque hic locus. nam si sequatur ad subiecti incrementum accidentis incrementum, quemadmodũ dictum est, manifestum quoniam acccidit: si autem non sequatur, non accidit. Hoc autem inductione sumendum,

Nunc asignat vtilitatem loci, & dicit. [Vtilis autem est ad vtrumque hic locus] scilicet ad construendum & destruendum. & declarat hoc quomodo, & dicit. [Nam si sequatur ad subiecti incrementum,] vt ad voluptatis incrementum [accidentis] quod asignatur illi subiecto inesse, scilicet voluptatis. verbi causa, ipsius boni incremẽtum, [manifestum quoniam accidit,] hoc est manifestum quoniã bonũ quod assignatur inesse voluptati, accidit voluptati. Sequitur enim, si maior voluptas, maius bonum est, vt voluptas sit bonum. [Si autem non sequatur] maius bonum ad voluptatem maiorẽ [non accidit] scilicet ipsum bonum voluptati. Quare locus vtilis est ad destruẽdum, & construendũ. Deinde subscribit qua ratione locus demonstretur, & dicit. [Hoc autem] .s. vt sit vtilis ad vtrunque [inductione sumendum,] est enim inductio argumentum proprium topico. Aristoteles enim induxit in duobus exemplis, dans intelligere ita esse in cæteris. Quare loci probabilitas inductione demõstratur, vt quoniam voluptas quæ circa venerea, vehementior est, q̃ quæ circa cibos & potus, si hæc magis bona est, voluptas bonum erit: sed quoniam hæc non est magis bonum, cum nec eius desiderium bonum sit, nec voluptas bonum erit. Est tamen differentia inter magis & minus aliqua ratione, quoniam si demonstramus non inesse simplex & minus, maius destruitur. si vero demõstrauerimus (vt Alexand. inquit) maius & simplex inesse, minus construitur, verum de horum differentia postea differẽdum. ❡Sed fieri solent plurimæ instantiæ. primò, quia nõ sequitur, si homo qui est ens, potest mori, deus qui est magis ens, magis potest mori. Secũdò, quia non sequitur, albũ est animal, igitur magis album est magis animal. Tertiò, non sequitur, exercitium est bonum, quoniam cõseruat, & sanitatem efficit, & tamen maius exercitium non est maius bonum, quoniam maius exercitium facit infirmitatem. Quartò, superabũdantia diuitiarum nõ est magis bonũ: & tamẽ diuitæ sunt bonæ. Quintò, bibere est bonum, & tamen magis bibere nõ est magis bonum, imo est malum sanitati: simili ratione & de comestione. Sexto, quia non sequitur, homo est animal, igitur magis homo, est magis animal. ❡Alexand. respondẽdo asserit præsentem locum esse magis probabilem q̃ verum, & ideo nõ oportet vt sit verus in omnibus, sed quia est probabilis, satis sit vt sit verus in pluribus. possumus etiam defendere hũc locum, & dicere ꝙ sit verus & probabilis, seruatis conditionibus: prima, vt locus sit in cõcretis, & cõnotatiuis, ideo nõ valet, homo est animal, igitur magis homo, magis animal. non enim sunt termini cõnotatiui. Secũda, vt sit in vtrisq; cõnotatiuis, & suscipientibus magis & minus. ideo non sequitur, album est animal, igitur magis album est magis animal. Tertia, vt magis accipiatur ea ratiõe, qua esse potest magis & minus, & respectu illius, respectu cuius potest esse magis, & minus. vt quia diuitiæ sunt bonum, quatenus sunt instrumentum virtutum, ideo sequitur, vt maiores diuitiæ, quæ sunt magis virtutum instrumentum, sint magis bonum. Amplius, quoniam exercitiũ est bonum, quatenus conseruat sanitatem, ideo maius exercitium, quod magis sanitatem seruat, maius bonum est, & hoc pacto Alexand. defendit hunc locum.

A LOCVS TRIGESIMVSQVINTVS.

84 Alius vno de duobus dicto, si cui magis videtur inesse non inest, nec cui minus: & si cui minus videtur inesse, inest, & cui magis.

Locus præceptiuus trigesimusquintus, est respicere ad vnum accidēs suscipiens cōparationē secūdum magis & minus, quoties assignatur inesse duobus. Locus autem præceptus est, si cui magis videtur inesse, non inest, nec cui minus: & si cui minus videtur inesse inest, & cui magis videtur inesse, inerit. vnde primo ponit locum præceptiuum, cum inquit. [Alius vno de duobus] subiectis [dicto.] Est igitur locus præceptiuus respicere ad vnum accidens suscipiens cōparationem secūdum magis & minus, quoties assignatur subiectis inesse duob⁹. Deinde ponit locū præceptum, & dicit. [Si cui] subiecto [magis videtur] accidēs [inesse, nō inest, nec cui] subiecto [minus] videtur inesse, inerit. [& si cui] subiecto [minus] accidens [videtur inesse, inest, & cui] subiecto [magis] videtur inesse, inerit, vt si de aliquo vno accidente quæratur, quod pluribus videtur inesse, vtrum insit alicui eorū, an non: oportet quærere si cui magis ex ipsis videtur inesse nō insit. nā si cui magis videtur inesse nō inest, nec proposito inerit. Si autē cui minus inesse videtur, demōstrabitur inesse, nō vtiq; inerit proposito. vt si B bonum videtur inesse sanitati & diuitiis, & magis sanitati, & quæratur vtrū insit diuitijs, demonstrabimus quoniā non inest diuitiis. nā bonū videtur inesse magis sanitati, & tamen nō inest: primo, quia potest alicui ad malū sanitas inesse, deinde quia non bene facit, qui ipsam habet. igitur nec diuitiis inerit. Amplius, si exercitio quod videtur diuitiis minus bonum, demonstrabitur bonum inesse, quoniā est sanitatis effectiuum, erit demōstratum bonū inesse diuitiis, est autē in istis vnum bonū, hoc est vnū prædicatum de duobus subiectis dictum, quoniā de sanitate & diuitiis, aut de exercitio & diuitiis.

LOCVS TRIGESIMVSSEXTVS.

85 Rursum duobus de vno dictis, si quod magis videtur inesse, non inest, nec quod minus. aut si quod minus videtur inesse, inest, & quod magis.

Nūc ponit locum trigesimumsextū. & locus præceptiuus est respicere ad duo prædicata quę insunt alicui subiecto, vni secūdum magis & minus. Locus vero præceptus est, si aliqua duo accidentia C videntur inesse alicui vni subiecto, & vnum magis q̃ alterum eidē inesse videtur, si illud quod magis inesse videtur, nō inest, nec illud quod minus videtur inesse, inerit. & si quod minus videtur inesse inest, & quod magis. Est autē (vt Alex. inquit.) iste locus trigesimussextus cōuersus cū trigesimoquinto, quoniā in trigesimoquinto vnū erat de duobus, in isto autē, duo de vno. vt si disciplinæ magis videtur inesse vtile, q̃ suaue, & nō inest: neq; vtiq; suaue ipsi inerit: aut si hoc, & illud. & si audax magis fortis esse videtur q̃ prudens, & audax non est fortis, igitur nec prudens erit.

LOCVS TRIGESIMVSSEPTIMVS.

86 Amplius duobus de duobus dictis, si quid alteri magis videtur inesse, non inest, nec reliquum reliquo. Aut si quod minus videtur alteri inesse, inest, & reliquum reliquo.

Locus præceptiuus. 37. est respicere ad duo prædicata, quę insunt duobus subiectis secūdum magis & minus. locus autem præceptus ex hoc pręceptiuo loco sumptus, est, si aliqua duo prædicata insunt aliquibus duobus subiectis, & vnum illorū magis videtur inesse alteri, q̃ alterū alteri: si illud quod videtur magis inesse alteri, nō inest, nec illud quod minus videtur inesse alteri, inest reliquo. Si autem D illud quod minus videtur inesse alteri, inest: & illud quod magis videtur inesse alteri, reliquo inerit. verbi causa, si sunt duo subiecta, miles & rex, prædicata vero debellare regnū, & debellare castrū, tūc sequitur, rex nō debellauit castrum, cui magis inesse videtur q̃ militi debellare regnū, ergo nec miles. e cōuerso, à minus ad magis fit affirmatiue. Est igitur locus præceptus, si duo fuerint inexistētia, & duo quibus insunt, quorum quidem alterū alteri magis videtur inesse, & alterū alteri minus, tūc si quid magis videtur inesse alteri, demonstretur non inesse ei, nec vtiq; quod minus videtur inesse alteri, illi inerit. Si aūt quod minus videtur inesse peculiari subiecto, inesse demōstretur, & quod magis videtur in peculiari subiecto, inerit vtiq; ipsi: vt si minus voluptas bonū q̃ labor malum, est autem bonum voluptas, igitur labor malus. & si minus qui æquus est, iustus est, quàm qui iniquus est, iniustus est, est autē æquus iustus, igitur iniquus est iniustus. Amplius, si sanitas magis bonum est quàm paupertas malū, sed non est sanitas bonum, igitur nec paupertas malum.

LOCVS TRIGESIMVSOCTAVVS.

87 Amplius, ex eo quod similiter inest, vel videtur inesse, tripliciter:

quemadmodum in eo quod magis, vt in posterioribus tribus dictis locis dicebatur: siue enim vnum quiddã duobus similiter inest, aut videtur inesse, si alteri non insit, nec alteri. Si autem alteri inest, & reliquo. siue duo eidem similiter, si alterum non insit, nec reliquum: si autem alterum, & reliquum. eodem autem modo & si duobus duo similiter insunt. nam si alterum alteri non inest, nec relquum reliquo: si autem inest alterum alteri, & reliquum reliquo. ex eo igitur quod est magis & minus, & quod est similiter, tot modis contingit argumentari. E

Addit nunc quatuor locis quæ sunt ex maiore & minore, tria loca, quæ sunt ex simili. nam & ipsa sunt in habentibus comparationem. dicit autem hæc loca esse tria, quæ proportionem habent cũ tribus prædictis, quæ sunt ex minore, & maiore: dempto primo loco, eorum quæ à maiore, & minore, quo inesse vnum quoddam vni demõstrabatur, causa est, vt Alexand. inquit, quia eius extensio nõ est ad id, quod est ad comparationẽ à simili. nam oportet demõstratum in locis, quæ sunt à simili, per simile demonstrare simile. non est autem idem demõstrari per magis & minus, & per similter de eodẽ. nõ enim maius eidem & minus inexistẽs, similiter illi inest. quando enim vnum prædicatũ inest vni subiecto secundum magis & minus, non inest ei similiter, vt si disciplina inest philosophis secundum magis & minus, qui philosophi subeunt eãdem rationem subiecti, non inerit eis similiter: & propterea loca à simili sunt tria, non quatuor, quia primus locus qui reperitur in eo quod magis & minus, nõ reperitur in eo, quod est simile. & hoc ait Aristot. [Amplius, ex eo quod similiter inest, vel videtur inesse tripliciter] locus dicitur, [quemadmodũ in eo, quod magis, vt in posterioribus dictis tribus locis dicebatur] scilicet, dẽpto primo loco. est igitur locus præceptus respicere ad cõparationem, quę fit secundum similiter se habens: deinde ponit primum locum præceptũ, & dicit, [siue enim bonũ quiddam duobus similiter inest, aut videtur inesse,] sequitur, [si alteri] eorum [nõ insit, nec] vt [alteri] insit. [si autem alteri inest, & reliquo.] verbi causa, si similiter honores & diuitiæ bona sunt, aut videntur esse, sequitur si honor nõ sit bonum, vt nec diuitiæ sint bonum: & si honor est bonũ, vt diuitię sint bonum. Amplius, si fuerit similiter obediendum legi & patri, si oportet obedire legi & patri, & si non est obediẽdum legi nec patri. Deinde dat secũdum locum pręceptum, & dicit, [siue duo eidem insint similiter si alterum nõ insit, nec reliquũ: si autem alterum, & reliquum.] verbi causa, si similiter iustitię inest bonum & vtile: si iustitię non inest vtile, nec bonũ ipsi inerit. Et si alterũ, & alterũ. Ad hęc, si vtili inest audere quãdo oportet, & timere quando oportet, si autem nõ inest ipsi vtili timere quãdo oportet, nec audere quãdo oportet, inerit ipsi: aut si hoc, & illud inerit. Deinde dat tertiũ locũ præceptum: & dicit, [eodem aũt modo & si duobus duo similiter insunt: nã si alterum alteri nõ inest, nec reliquo. si autem inest alterum alteri, & reliquum reliquo inerit,] vt si similiter videtur forti audacia inesse, & timido defensio. Si audacia nõ inest forti, nec timido inerit defensio: aut si timido insit defensio, & forti audacia inerit. Adhuc, & si fortis similiter se habet circa audaciã & timorem, & cõtinens circa voluptatem & dolorẽ. nam & destruendo & cõstruendo eodem modo in his dicitur. ¶ Sed occurres, quoniam secũdum Epicureos virtuti & voluptati videtur bonum similiter inesse: secũdum Peripateticos videtur virtuti magis bonum inesse, quam voluptati, igitur locus à simili, vel à maiori nõ erit stabilis, cum apud alios sit vno modo simile, & apud alios alio modo. ¶ Dicẽdum, quod locus est firmus: nã apud omnes, quãdo idem inest similiter aliquibus, si vni illorum inest, & alteri inerit, & si non insit alteri, nec alteri. & sic quantum ad locum apud sapientes nulla differentia est. Est tamen differentia circa particulare prædicatum, vtrum insit similiter, vel secundum magis & minus: verum locus nõ destruitur, propter hanc differentiam rei particularis. G

LOCVS TRIGESIMVSNONVS.

88 Amplius autem ex appositione si alterum ad alterum appositum faciat bonum vel album, cum non fuerit prius album aut bonum, quod appositum est, erit album vel bonum, quale quidem & totum facit.

Locus præceptiuus tricesimusnonus, est respicere ad appositionem alicuius qualis supra subiectũ, quod prius nõ erat quale: cuius vt Alexand. inquit, Arist. duo loca præcepta tradit ex tali appositione alterius ad aliud solum constructiua. quorum primus est, si aliquid additur alicui, quod non est quale: & facit subiectum, cui additur quale, ipsum appositum erit multo prius quale. vnde dicit, [Amplius, autẽ ex appositione] subaudi trigesimumnonũ locũ præceptum accipiẽdum, quẽ exponit, & dicit, [si alterum ad alterũ appositum faciat] quale, vt [bonum vel album, cum nõ fuerit prius album, aut bo-

A bonum,]id,[quod]subiecto huiusmodi[appositum est,erit album,aut bonum,quale quidem,]&[totum]subiectum cui additur,[facit.]Amplius,si aliquid apponeretur alicui,quod prius non erat dulce & dulce illud fecit,multo prius,quod appositum est,dulce est:insuper si aliqua figura alicui apponeretur,quod prius nō erat triangulus,& triangulum illud facit,ipsum appositū triangulus est.¶Quod vero ad verba attinet,Aristo. addit, [cum non fuerit prius album aut bonum,] nam possibile est, vt aliquod subiectum sit prius dulce notabili dulcedine:& addatur ei aliquis sapor parum dulcis,hic sapor facit subiectum illud dulce,in se tamen sapor non est dulcis,cū non sit notabiliter talis.aut fortasse addit hæc verba,non ad necessitatem,sed ad expositionem subiecti, est enim subiectum,cui additur qualitas,nec album, nec bonum. Cum enim subiectū fuerit carens albedine,vel bonitate,additur ei album,vel bonum,& per talem additionem redditur album aut bonū,erit qnod additur bonū, vel albū.¶Sed occurres,quia motus accidens corpori,efficit ipsum calidū,& tamen motus non est calidus.Amplius,vinum accidens homini,eum efficit ebriū,& tamen vinum nō est ebrium.Rursus,virtus cælestis accidens materiæ putridæ procreat animal, & tamen ipsa non est animal. Insuper rebus se habentibus ,vt nunc, hæc est vera,homo est albus, adueniente verò hoc signo omnis, fit propositio falsa,qualis prius non erat,& tamen tale signum sic adueniens nō est falsum.Præterea albedo accidens parieti,facit parietem album,& tamen albedo non est alba.Rursum,binarius accidens senario senarium efficit octonariū,& tamen binarius non est octonarius. ¶Anonymus latinus interpres asserit presentem locū habere veritatē,quando id,quod aduenit,fuerit tota causa affectiua effectus, quo denominatur subiectum,modo nec motus est tota causa,quare animal sit calidū,nec vinū tota ebrietatis causa,nec binarius tota causa vt senarius dicatur octonarius:postea asserit presentem locum veritatem habere in appositione formali,modo motus non apponitur,vt forma animali,nec vinum homini , nec binarius senario , sed vt appositio materialis . Sed hæ solutiones sibi inuicem repugnant, quoniam quod additur alicui vt forma,non additur ei vt efficiens.Adhæc per primā solutionem non delentur omnes obiectiones,quia non tertia.nam virtus celestis adueniens materię putridę, aduenit, vt tota causa effectiua:& tamen non est animal.Per secundam solutionem adhuc stat quarta instantia,quoniam illud signum omnis apponitur appositione formali , cum reddat propositionē formaliter vniuersalem:& tamen ipsum non est falsum. Nec cessat quinta instantia,quoniam albedo appositione formali apponitur parieti,& tamen ipsa non est alba.¶Adinolfus asserit præsentem locū habere veritatem in agentibus vniuocis,scilicet in quibus habetur species rei genitæ:& in aduenientib⁹, quæ dicunt rem,& nō solum modum:vt dicit illud signum omne,quod propositioni aduenit vt modus,non vt res.Et cum dicitur albedinem facere parietem album,dicit hoc esse falsum,quoniam albedo non est agens faciens parietem album,sed forma:agens enim est calx , quæ facit parietem album. ¶Sed si hæc solutio esset vera,hic locus non esset vtilis ad terminandum problema accidentis constructiue,quoniam nullum agens vniuocum est accidens eius subiecti, in quo producit effectiue aliquid suæ speciei:& sic frustra poneretur hic locus,cū per ipsum nō terminaretur problema. ¶Plurimæ aliæ defensiones possunt fingi,nos tamen sequentes Alex. superius , diceremus locum hunc esse probabilem,nō autem verum in omnibus.dialectici enim loci non omnes sunt necessarii,& veri in omnibus,sed satis est,vt sint probabiles,& veri,vt in pluribus ; cum demonstrationes topicæ non sint ex veris & necessariis , sed ex probabilibus.

LOCVS QVADRAGESIMVS.

89 Amplius autem si id , ad quod est appositum aliquid facit magis tale,quale erat,& ipsum erit eiusmodi,similiter autem & in aliis.

Alexander legit hunc locum præceptum quadragesimum, cum loco præcepto trigesimonono, quoniam ex iis vult fieri solum vnum locum. Ego autem legerem distinctè , & dicerem hunc locum D esse quadragesimum.verū potest præsens locus dupliciter intelligi,vno modo referendo illud pronomen ipsum ad subiectum,cui fit appositio,& tunc locus præceptus est , si aliquid apponitur alicui, & reddit illud,cui apponitur magis tale:& ipsum, videlicet, cui apponitur, erat prius tale.verbi causa,si additur alicui aliquid bonum,& subiectum cui additur,redditur magis bonum:tale subiectū , cui additur,prius erat bonum,& iuxta hanc expositionem inquit , [Amplius autem si id,] scilicet subiectū, [ad quod est appositum aliquid facit magis tale , quale erat,& ipsum] scilicet subiectum cui additur, [erit] scilicet dicendum [huiusmodi:]quale post additionem dicitur.Alio modo exponi potest referendo illud pronomen]ipsum]ad id,quod additur,& tunc lege sic:[Amplius autem si id, ad quod est appositum aliquid,]scilicet album vel bonum , [facit magis tale,quale erat] scilicet album magis,vel magis bonum [& ipsum quod apponitur,erit huiusmodi]scilicet albū vel bonum simpliciter: & hoc pacto,si recte intellexi,exponit Alexan.& Aristot. ita intelligit,vt postea annotabimus.& quouis modo exponitur locus est probabilis, non tamen verus in omnibus . nam si scuto secundum dimidium albo additur album secundum alterum dimidium redditur magis album,& tamen nō erat prius albū

Addit autem Aristoteles[similiter autem &in aliis,]quoniam,vt Alexand.inquit,non solum in quali E est locus iste probabilis,sede tiam in quāto . si enim appositum maius ipsum facit , & ipsum erit magnum:& si plus,& ipsum erit multum.aut potest aliter intelligi,vt non ad alia prędicamenta velit locum extendere,sed ad alia eiusdem,vt sit sensus,vt nō solum de albo & bono verus præsens locus, sed [similiter & in aliis] scilicet qualibus,& si locus est probabilis nō verus,intellige non omnibus,sed similiter & in aliis pro maiori parte.Si locus est verus, intellige sed similiter & in aliis omnibus . placet autem mihi,vt intelligatur similiter in aliis qualibus,& non in aliis prædicamentis à quali, nam Aristoteles postea loca hæc duo vult esse intelligenda in iis,quæ suscipiunt magis & minus, quæ nō possunt reperiri,nisi in qualibus , verum vtroque modo Alexxander exposuit.

90 Vtilis autem non in omnibus hic locus , sed in quibus ipsius magis incrementum accidit fieri. Non tamen locus iste conuertitur ad destruendum .nam si non facit,quod appositum est,bonum: nondum manifestum si ipsum est non bonum.Bonum enim malo appositum , non ex necessitate bonum totum facit:nec album nigro, nec dulce amaro. F

Nunc exponit vtilitatem horum locorum,& primo exponit in quibus præsentes loci veritatē, aut probabilitatem habent:& dicit,[vtilis autem non in omnibus,]scilicet prædicamentit hic locus,[sed in quibus ipsius magis incrementū accidit fieri.]vt in qualibus,in quibus accidit incrementum ipsius magis.Et sic patet recte expositum esse superius similiter & in aliis,hoc est in aliis qualibus,quoniam in solis qualibus est incrementum ipsius magis. deinde ostendit ad quid locus iste valet. & dicit,[non tamen locus iste conuertitur ad destruendum,]quod exponit, & inquit, [nā si non facit quod appositum est,bonū,]hoc est,si id,quod apponitur alicui subiecto,non facit illud bonum , [nōdum manifestum]est[si ipsum]scilicet quod apponitur,[est bonum,]ecce quod per pronomen [ipsum] Aristot. intellexit ipsum appositum,non autē ipsum subiectum:& sic expositio Alex. superius assignata est optima:& statim exponit,quod dixerat: & dicit,[bonum enim malo appositum,nō ex necessitate bonum totū]subiectum[facit,]& tamen ipsum, quod apponitur est bonū.[nec album] appositum[nigro,]facit ipsum subiectum nigrum esse album,& tamē ipsum quod apponitur, est albū,[nec dulce] appositum[amaro]ex necessitate facit subiectum amarum esse dulce, & tamen ipsum quod apponitur,est dulce.Igitur nō sequitur,destructiue,a,bonum additur ipsi,b, subiecto,& nō facit,b,bonū. G igitur,a,non est bonum.nec sequitur,a, albū additur,b,nigro,& nō facit,b, album,igitur,a,non est albū. Quare patet locum præsentem non cōuerti ad destruēdum.vnde Alexand. exponēs hæc loca dicit, sunt autem prædicta loca solum ad cōstruendum vtilia,quia nō ad destruendum. non enim si apponatur aliquid alicui,& non facit illud album,aut dulce,aut albius, aut dulcius , illud quod apponitur, nō erit album,aut dulce.parū enim mellis absynthio permixtum, nō facit absynthiū dulce:nō tamen propterea mel non erit dulce.Sed neq; si dulce vinum mistū fuerit cum melle: & nō facit totum dulcius iccirco nō est totum vinum dulce . quibus vero locus præsens vtilis sit, etiā Alexand.exponit, & dicit præsentem locum non in omnibus esse vtilem,sed in his,quibus contingit fieri accrementū maioris:quoniam nō omnia magis & minus recipiunt . nam substantia substantiæ addita nō est magis, vel minus:iccirco nō est vtilis locus in substantiis.Nihil enim appositum substantiæ, facit ipsam substantiam magis.Et quoniam accrementū ipsius magis in iis fit,quæ iam sunt talia,vt dulcia, quæ dulciora erunt,calida calidiora,hęc autem sunt qualia,qualia enim recipiunt accrementum ipsius magis: ideo loca vtilia sunt solum ad ea quæ sunt secūdum qualitatem. ¶ Quod vero ad verba attinet, Ari. H dicit,[bonum enim malo appositū,non ex necessitate bonum totū facit:]dixit enim sic, quoniā potest quod aliquādo est magnū bonum,appositum paruo bono,facere totū eligibile: vt virtus paupertati apposita.Eligibilis enim virtus est,quanuis fuerit cum paupertate.Non tamen omne bonum malo appositum,bonum totum efficit. Diuitię enim morbo appositæ non faciunt totū eligibile . Vnde locus potest intelligi,si alterum alteri apponeretur non existenti paruo bono aut albo:& facit album vel bonum,ipsum appositum est album aut bonum.verum de his satis.

LOCVS QVADRAGESIMVS PRIMVS.

91 Rursum si quid magis & minus dicitur,& simpliciter inest.Quod enim bonum,aut album non est, neq; magis,neque minus bonum,vel album dicetur. Nam malum de nullo magis,vel minus bonum,sed magis malum,vel minus dicetur.

Secundum Alexand.hic locus est quadragesimus, quoniā de duobus prioribus facit vnum tantū

A locum pręceptum. Nos tamen dicimus præsentem locum pręceptum esse quadragesimũprimum,& est talis: si aliquid dicitur de aliquo subiecto secundum magis,& minus,ipsum est tale simpliciter, vt si magis est aliquo aut minus hoc dulce,& simpliciter est dulce. vnde dicit, [Amplius siquid magis & minus dicitur]altero,vt magis album,aut magis dulce,[& simpliciter est, scilicet album vel dulce. Probat hunc locũ, & dicit,]quod enim bonum aut album non est,neque magis,neque minus bonũ. vel album dicetur.]Nil enim nõ participans de aliquo,dicitur de ipso magis ,aut minus habere: vt si nõ participat de albo,neq; magis aut minus aliquo album:& hoc subdit, [nã malum de nullo magis aut minus bonũ dicitur,sed magis malũ,vel minus dicetur.] Quare si quod nõ participat de aliquo, nullo secundum hoc est magis aut minus, sequitur per locum ab apposito,quod est magis vel minus aliquo,vt simpliciter illo participet. Quando igitur quærimus,si inest alicui aliquid eorum,quæ recipiunt magis,& minus,oportet considerare si propositum sit aliquo secundum hoc, quod quærimus, magis autem minus. Si enim aliquid talium inesse ipsi demõstrabitur,erit demonstratum, quoniã & si simpliciter ipsi inest:vt si quæritur vtrũ sanitas sit magis eligibilis virtute,sequitur statim,vt virtus sit eligibilis. Et si quæritur vtrũ pallium sit minus album niue,sequitur statim vt palliũ sit album. ¶Sed videtur habere instantiam hic locus,nã terra leuior terra dicitur,& paupertas eligibilior morbo, quæ B tamen non dicitur eligibilis. Dicẽdum (vt Alexand.inquit) nec terram proprie dici leuiorẽ terra sed minus grauem, nec paupertatem magis eligibilem morbo,sed minus ineligibilem. Quoniam minus fugienda.

92 Non conuertitur autem hic locus ad destruendum. Multa enim eorum,quæ nõ dicuntur magis,simpliciter sunt: homo enim non dicitur magis,aut minus,sed non propter hoc non est homo.

Nunc assignat vtilitatem huius loci,& dicit,[Non conuertitur autẽ hic locus ad destruẽdum,] cuius causam assignat,& dicit,[multa enim eorum,quæ nõ dicũtur magis,sunt simpliciter. homo enim non dicitur magis,aut minus,sed nõ propter hoc non est homo.]& cũ dicit[homo enim]pro Socrate intelligit aut pro Platone. nã Plato nõ dicitur magis aut minus homo, & tamẽ dicitur homo. Quare si aliquid non recipit magis & minus,nõ sequitur,vt non sit simpliciter. nec sequitur, si aliquid simpliciter est,hoc esse & magis & minus aliquo. Nam substãtia nõ recipit magis & minus, nec aliquod C quantorum,vt patet in prædicamentis,& tamen aliquis homo est simpliciter homo,& aliqua quantitas simpliciter quantitas. ¶Et occurres, quoniam Aristoteles lib. de cælo dicit,non sequi si aliquid est grauius,vel leuius vt sit simpliciter graue,aut leue. ¶Et dicẽdum Arist. ibi loqui de graui & leui nõ perfecto,sed in fieri. Ideo non est sibi contrarius. Et si adhuc dices, ꝙ Arist. in prædicamentis ait, si quis contristatus fiat iracundior,non dicitur iracundus,& sic videtur sibi contrarius. Dicendum Aristotelem per iucundiorem intelligere, minus mansuetum. Modo verum est,si aliquis fit minus mansuetus, quod hic non ita sit iracundus:nisi improprie.

LOCVS QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

93 Eodem autem modo considerandum est,& in iis, quæ secundum quid,& quando,& vbi sunt. Nam si secundum quid contingit, & simpliciter contingit. Similiter autem & quando,& vbi. Nam quod simpliciter est impossibile,neque secundum quid,neque secũdum vbi, neque secundum quando contingit.

D Locus præceptiuus quadragesimussecundus,est respicere ad secundũ quid partis, & temporis, & loci,& cæterarum proprietatum,quibus aliquid contingit inesse alicui: & hũc quadragesimũsecundum præceptiuum locũ proponit Arist.& dicit,[Eodem autẽ modo cõsiderandum est, & in ijs quæ sunt secundum quid,]scilicet alicuius partis,[&]in ijs proprietatibus,quæ sunt[secundũ quando]hoc est secundũ determinatũ tempus,[&]in ijs proprietatibus,quæ sunt secũdum [vbi,]hoc est secũdum determinatũ locũ. Sunt & aliæ proprietates,vt secundũ gentes,quas oẽs Arist. vult intelligere, hic est locus pręceptiuus quadragesimussecũdus,vtputa respiciendũ ad proprietates,quibus aliquid determinatur parte,aut tempore,aut loco,aut personis. ¶Quod ad verba attinet,dixit,[eodem autem modo considerandũ,]quia cum dixisset locum constructiuũ,qui est à maiori & minori,vt si aliquid est aliquo magis aut minus,hoc est simpliciter est,nunc sicuti similitudinem habens aliquam cum prædicto loco ponit iuxta eum,præsentem locum qui est, vt respiciamus ad id,quod est secundum quid, & ad id, quod est secundum quando,& ad id quod est secundũ vbi. Nam sicuti quod magis alicui inest, & simpliciter illi inest, sic & quod secũdum quid alicui inest,aut secundũ quando,aut secundum vbi,

videtur ſimpliciter ineſſe illi. Dixit igitur [eodem modo] quoniam hic locus cum præcedenti affinitatem habet. Deinde aſsignat locum pręceptum, & dicit, [nam ſi] aliquid [contingit] ineſſe alicui [ſecundum quid,] vt ſecundum partem, [& ſimpliciter] nullo addito [contingit] ineſſe illi, verbi cauſa, ſi animal contingit videre ſecundum quid, quoniam ſecundum oculos, [& ſimpliciter] nullo addito animal [contingit] videre. Sequitur enim, animal ſecundum oculos contingit videre, ergo animal contingit videre. Amplius ſequitur, animal ſecundum quid, ſcilicet ſecundum aures contingit audire, igitur animal contingit audire. Præterea ſequitur Socrates ſecundum quid contingit eſſe criſpum, quia ſecũdum capillos, igitur Socrates contingit eſſe criſpus, [ſimiliter autem & quando,] quoniam ſequitur, Socrates contingit ægrotare æſtate, ergo Socrates cõtingit ægrotare, [& vbi,] quoniam ſequitur, Plato contingit legere in Licio, igitur Plato cõtingit legere. Amplius ſequitur, corpus contingit in foro, ergo corpus contingit eſſe. Deinde probat hunc locum per conſequentiam econuerſo, ſcilicet ab oppoſito conſequentis, quoniam ſi non ſequitur, animal contingit videre ſecundum oculos, igitur animal contingit videre, cum oppoſitum conſequentis ſit, animal non contingit videre, quod æquipollet illi, animal impoſsibile eſt videre. tunc ſequetur, animal impoſsibile eſt videre, igitur animal non contingit videre ſecundum oculos, quod eſt oppoſitum antecedentis, vnde dicit, [nam quod ſimpliciter eſt impoſsibile,] & hoc eſt æquipollẽs oppoſito conſequentis. [neque ſecundum quid, neque ſecundum vbi, neque ſecundum quando contingit.] quod eſt oppoſitum antecedentis. Ex ijs verbis colligitur Ariſtotelem præſentem locum præceptum non poſuiſſe in propoſitionibus de ineſſe. quoniam non ſequitur AEthiops eſt albus ſecũdum dentes, igitur eſt albus, ſed bene ſequitur, AEthiops contingit eſſe albus ſecundum dentes, igitur AEthiops contingit eſſe albus, quoniam licet neceſſario ſit niger ſimpliciter, cõtingit AEthiopem intelligi album, veluti vt Porphirius dicit, contingit coruum intelligi album, & cygnum nigrum. Igitur locus habet veritatem in propoſitionibus de contingenti ineſſe. Alexand. videtur velle, vt ſequatur à ſecundum quid ineſſe ad ſimpliciter contingere ineſſe. quoniam ſequitur, animal ſecundum oculos videt, igitur animal contingit videre. quoniam ſi non ſequitur, impoſsibile erit animal videre, quare non videbit ſecũdum oculos. Et ita vult locum præceptum eſſe, ſi aliquid ineſt alicui ſecundum quid, vt ſecundum partem, vel locum, vel tempus, vt eidem poſsit ineſſe, non autem, quod eidem inſit. Verba tamen Ariſtotelis ſunt de cõtingenti: tam in conuerſa quàm in conuertente. Verum de re hac poſtea diſſerendum.

INSTANTIA.

94 Inſtantia eſt, quoniam ſecundum quid quidem ſunt natura ſtudioſi (vt liberales, vel caſti.) ſimpliciter autem non ſunt natura ſtudioſi. Nullus enim natura eſt prudens. Similiter autem & quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi, ſimpliciter autem non cõtingit non corrumpi. Eodem autem modo & vbi: expedit enim tali victus obſeruantia vti, vt in morboſis locis. Simpliciter autem non expedit. Adhuc autem alicubi vnum tantum poſsibile eſt eſſe, ſimpliciter autem non poſsibile eſt vnum tantum eſſe. eodem autem modo & alicubi bonum eſt quidem patrem ſacrificare, vt in tribalis, ſimpliciter autem non bonum. At hoc quidem non vbi ſignificat, ſed quibuſdam, nihil enim refert vbicunque ſint. Vbique enim erit eis bonum in tribalis. Rurſum expedit quidem medicari, vt quando ægrotat, ſimpliciter autem, non. An neque hoc quando ſignificat, ſed in eo: quod afficitur aliquo modo. Nihil enim refert quandocunque dummodo ſic affectus ſit.

Nunc Ariſtoteles inſtat contra locum, & oſtẽdit eum non non eſſe verum in omnibus. Et primo inſtat contra ſecundum quid, & dicit, [Inſtantia eſt, quoniam] aliqui homines bene nati [ſecundum quid ſunt ſtudioſi,] quia [natura] ſunt tales, [vt liberales vel caſti, ſimpliciter autem natura nõ ſunt ſtudioſi,] Alexander corrigit ſcripturam, & dicit verbum [natura] ſuperfluum eſſe. Nam qui natura ſunt caſti vel liberales, ſecundum quid ſunt tales: & non ſequitur, ſunt natura caſti, vel libera-

A les, igitur ſunt caſti, vel liberales: quoniam licet ſint tales natura, poſſunt flagitioſe (vt Alexander inquit) educari. Et ita qui ſunt caſti, vel liberales natura, educatione erunt illiberales, & libidinoſi. aſsignat cauſam, quare non ſequatur conſequentia, videlicet hi ſunt natura caſti, vel liberales, igitur caſti vel liberales. & cauſa eſt, quoniam oportet ſimpliciter ſtudioſum vel liberalem vel caſtum, prudentem eſſe, vt quinto ethicorum dicitur. [nullus enim natura eſt prudeus,] ſed vſu, & educatione in agendis. Ideo nullus natura ſtudioſus, erit ſimpliciter ſtudioſus. Et licet Alexander corrigendo verba Ariſtotelis dixerit verbum [natura] eſſe ſuperfluum, tamen poſſumus ſic intelligere, [ſimpliciter autem] ſubaudi, qui ſunt [natura] liberales vel caſti, [nõ ſunt ſtudioſi,] & ſic legendo verbum illud non ſuperfluit. Deinde aſsignat ſecundã inſtantiam cõtra quando, & dicit, [ſimiliter autem & quando,] vt tempore augmenti [contingit corruptibilium aliquid non corrumpi,] tempore enim quo viuentia creſcunt, non corrumpuntur: vel ſaltem contingit ea non corrumpi, [ſimpliciter autẽ non contingit non corrumpi,] eo quia omne corruptibile neceſſario corrumpetur, & aliquando quidẽ vt Alexander addit, non ſpirare aliquod animal eorũ, quæ ſpiratiua ſunt, contingit, non tamen ſimpliciter, non ſpirare. Tertio inſtat contra vbi, & dicit, [eodem autem modo & vbi hoc eſt contra vbi contingit inſtare, & hoc exponit, & dicit [expedit enim tali victus obſeruantia vti, vt in morboſis locis, ſim-
B pliciter autẽ non expedit,] iterũ inſtat cõtra idem, & dicit, [adhuc autem alicubi] vt theatro [vnũ tantum] ſcilicet hominẽ [poſsibile eſt eſſe, ſimpliciter autẽ non poſsibile eſt eſſe vnũ tantũ] hominẽ, quoniã de neceſsitate mas, & fœmina ſunt: ex quibus perpetua ſit generatio. Tertio inſtat cõtra idem, & dicit [eodẽ autẽ modo & alicubi bonũ eſt quidẽ patrem] interficere, & eum diis immolare atq; [ſacrificare, vt in Tribalis, ſimpliciter autẽ nõ bonũ,] fabulantur quidã Tribalos populos eſſe, qui bonitate cõplexionis atq; naturæ nõ moriuntur, niſi à filiis interimantur: & ideo in his erat ſacrificium interficere patres, cũ perueniſſent in decrepitã ętatẽ. Sed re vera Tribali populi Thraciæ ſunt, qui ad Iſtrũ vſque ſe diffundunt. in his enim patres ſacrificare moris fuit: nec ſolũ apud hos, ſed etiã apud multas nationes execrabilis ritus fuit ad aras ſuorũ deorũ homines immolare, vt Gallis Diti, & Saturno Scythis, in Taurica regione Dianæ. Sed quoniã Ariſtoteles vſus eſt gentibus, ac populis pro loco in hac inſtantia, corrigendo ſe inquit, [an hoc quidẽ] ſcilicet verbũ in Tribalis, [nõ vbi,] hoc eſt non locum ſignificat, ſed quibuſdam,] hoc eſt ſed gentes apud quas id moris erat ſacrificare patres, ſignificat. Et quod ſignificet gentes, probat, & dicit, [nihil enim refert] quo ad vſum ſacrificandi patres [vbicũque ſint] Tribali, quoniã ſiue ſint in Thracia, ſiue ſint in Italia, [vbique enim] terrarum erit eis bonũ ſacrificare patres [in Tribalis:] quia mos erat gẽtes, non loci. Deinde aſsignat aliam inſtantiã cõtra quan-
C do, & dicit, [Rurſum expedit quidem medicari] hominem [vt quando ægrotat, ſimpliciter autẽ non] expedit, ſed quoniam hoc exemplum potius reſpicit perſonas quàm ipſum tempus, ideo corrigẽdo ſe dicit, [an nec hoc] verbũ [quando ægrotat, quando ſignificat, ſed in eo] corpore humano, [quod afficitur aliquo modo] morbi, vt febre, aut vulnere, aut aliquo id genus. & hoc probat, & inquit, [nihil enim refert] quantũ ad actum curandi, [quandocunq; fiat talis actus in corporibus humanis: [dummodo] homo [ſic] ſcilicet tali morbo [ſit affectus.] Ergo iſtud exemplũ nõ erit cõtra quãdo, ſed cõtra perſonas. vt ſit ſenſus, hic homo cũ morbo afficitur, curatur, igitur hic homo curatur. Nõ enim ſequit.

84 Simpliciter autem eſt, quod nullo addito dicis, quoniam bonũ eſt aut cõtrarium: vt patrem ſacrificare non dicis bonũ eſſe, ſed quibuſdam bonum eſſe. Non igitur ſimpliciter bonum. Sed deos honorare bonum dicis, nihil addens. Simpliciter enim bonum eſt. Quare quod nullo addito videtur eſſe honeſtum, vel turpe, vel aliquid talium, ſimpliciter
D dicetur.

Cum dixiſſet inſtantias contra prædicta loca, nunc declarat quid eſt eſſe ſimpliciter, vt oſtenderet prædictas inſtantias, (vt Alexander exponit) eſſe recte dictas. Quoniam hic locus non vt verus in omnibus ab Ariſtotele eſt aſsignatus, ſed vt probabilis, quoniam ad conſtruendum eſt huius loci (vt Alexander inquit) probabilitas: non autem iu omnibus veritas. Declarat igitur quid ſit ſimpliciter eſſe, & vult ſimpliciter illud eſſe, aut dici, quod ſine additione aliqua dictum, verum eſt, vt adorare deum bonum eſt, vt enim hoc ſit verum, & bonum, nulla indiget additione, nec partis, nec loci, nec temporis, nec modi, nec perſonæ. Quod autem indiget additione, vt ſit verum, hoc non eſt ſimpliciter: iccirco, æthiops non eſt ſimpliciter albus, quoniam ſine additione non eſt verum hoc, ſcilicet æthiops eſt albus: nam propoſito hoc, videlicet ſecundum dentes, verum fit. Vnde dicit, [Simpliciter autem eſt,] a, aut, b, vt bonum, aut malum, [quod nullo addito dicis, quoniam eſt bonum, aut contrariũ,] hoc eſt malũ. Quod enim eſt ſine addito bonũ, hoc ſimpliciter eſt bonũ, & quod per ſe mouetur ſine additamento, hoc ſimpliciter mouetur: quod autẽ indiget additione, vt vere dicatur moueri, hoc non ſimpliciter mouetur: quod enim verũ eſt per accidẽs moueri, impoſsibile eſt de eo prædicari vere

moueri ſine additione. Ariſtoteles autẽ aſsignat exempla, & dicit, [vt patrem ſacrificare nõ dicis bo- E
num eſſe] ſcilicet ſimpliciter, [ſed quibuſdam] ſcilicet tribalis dicis [bonum eſſe. non igitur ſimpliciter
bonum. at deos honorare bonum dicis] abſque addito, [nihil addens, ſimpliciter enim bonum eſt.]
Tunc concludit quaſi generatim quid ſit eſſe ſimpliciter, & dicit, [quare, quod nullo addito videtur
eſſe honeſtum, vel turpe, vel aliquid talium,] hoc [ſimpliciter dicetur eſſe,] Vſus eſt autẽ Ariſtoteles,
vt Alexander annotauit, loco veri & falſi, malo & bono. quoniam ſimpliciter eſſe, non ſolum dicitur
in propoſitionibus, ſed in rebus. Coincidunt autem ſimpliciter eſſe, & ſecundum quid eſſe in quibuſ-
dam: nam animal videns ſecundum oculos, dicitur ſimpliciter videns, & audiẽs ſecundũ aures, ſim-
pliciter audiens. Hoc autem ideo, quoniam videre & audire non inſunt animalibus, niſi propter tales
partes. quia verò album ineſt homini non ſolum propter dentes, ſed propter alias partes: ideo nõ ſe-
quitur, ęthiops eſt albus ſecundum dentes. Igitur ęthiops eſt albus. ¶ Sed quæres vtrũ à ſecundũ quid
ineſſe, ad ſimpliciter ineſſe, ſit conſequentia neceſſaria an non, ſed probabilis tantum, & non vera in
omnibus. Ariſto. in libro elenchorum ponit paralogiſmos, qui peccant ex eò quia ſyllogizãt à ſecun-
dum quid ineſſe, ad ſimpliciter ineſſe. Hic autem cum aſsignaſſet locum, mox addit inſtãtias, vt oſten
deret locum non eſſe verum (vt Alexander inquit) ſed probabilem. ¶ Circa hanc queſtionem iunio-
res varie loquuntur, verũ quod ex primis Ariſtotelis verbis apparet, eſt, quòd in propoſitionibus con F
tingentibus ab ipſo contingere ineſſe ſecundum quid, ad contingere ineſſe ſimpliciter, locus & con-
ſequentia, non ſolum ſit probabilis, ſed vera, & neceſſaria. & hoc probauit Ariſto. accipiendo oppoſi-
tum conſequentis, & inferendo oppoſitum antecedentis, & hoc ampliando ipſum contingere nõ ſo-
lum ad quod non eſt, & poteſt eſſe, ſed ad quod poteſt intelligi eſſe, vt Porphyrius ampliauit: qui aſ-
ſerit nigrum accidere coruo, quia contingit coruum eſſe album, quoniam poteſt intelligi albus. Vnde
ſequitur, ęthiops contingit eſſe albus dentes, igitur ęthiops contingit eſſe albus: nam ſi neceſſario eſt
niger, contingit eum intelligere album. Ideo ſi non cõtingit eum eſſe album impoſsibile, erit eum eſſe
album, & ſic non poterit intelligi eſſe albus. Ampliatur enim impoſsibile, non ſolum ad id quod non
eſt, nec poteſt eſſe, ſed ad id, quod non poteſt intelligi eſſe. Secũdum quod apparet ex verbis Alexan-
dri, eſt quod ab ineſſe ſecundum quid, ad cõtingere ineſſe ſimpliciter, etiam locus, & conſequẽtia eſt
vera & neceſſar a. nam ſequitur, ęthiops eſt albus dentes, igitur contingit ęthiopem eſſe albũ. & hanc
probauit Alexander eodem modo, ex oppoſito conſequẽtis inferendo oppoſitum antecedentis, etiam
amplificando contingere, & impoſsibibile vt ſupra. Tertio dici etiam poteſt, quòd in propoſitionibus
de ineſſe, & non in propoſitionibus de eſſe, ab ineſſe ſecundum quid ad ineſſe ſimpliciter, conſequen-
tia eſt vera & neceſſaria. Nam ſequitur, ęthiopi ineſt album, ſecundum dentes, igitur ęthiopi ineſt al- G
bum: nam impoſsibile eſt aliquid ineſſe parti, quin inſit toti. Non tamen ſequitur de eſſe, quoniã non
ſequitur, ęthiops eſt albus dentes, vel ęthiopi ineſt album dentes, igitur ęthiops eſt albus. Quarto di-
co ab ineſſe, vel eſſe ſecundum quid ad eſſe ſimpliciter conſequentiam eſſe neceſſariam, quando prę-
dicatum ineſt ſubiecto nulla alia ratione, niſi propter illud quid aut partis, aut loci, aut temporis, aut
alicuius id genus. Quoniam ſequitur, animal eſt videns ſecundum oculos, igitur animal eſt vidẽs. Si-
militer ſequitur, animal eſt audiens ſecũdum aures, igitur eſt audiens. Quinto dico ab ineſſe ſecũdum
quid ad eſſe ſimpliciter, conſequentiam eſſe neceſſariam, quando ipſum ſecundum quid contrahit ad
partem in modo, & ipſum ſimpliciter ad totum in modo. quoniam ſequitur, homo albus eſt animal.
igitur homo eſt animal. etiam ſequitur, Socrates fuit interfectus ab Athenienſibus. igitur fuit interfe-
ctus. Et ſequitur, Plato legit in Latio, igitur Plato legit. Et ſequitur, Niphus fuit ægrotus æſtate proxi-
ma, igitur fuit ęgrotus. Sed ad cognoſcendũ quãdo hic locus ſit ſophiſticus, & quãdo dialecticus, ani-
maduerſione dignum, quòd quando prædicatum aliquod cum determinatione aliqua compoſitum
inſit alicui ſubiecto ratione ſui, tunc locus erit dialecticus: quoniam ſequitur, Plato eſt homo philo-
ſophus, igitur homo, & ſequitur, homo eſt animal capillatum, igitur eſt animal. Quãdo vero inſit aut
ratione determinationis, vel ratione vtriuſque, tunc locus erit ſophiſticus. Quia non ſequitur, Socra- H
tes eſt homo mortuus, igitur Socrates eſt homo. Nec ſequitur, chymera eſt ens fictitium, igitur chy-
mera eſt ens. Poſſunt etiam adduci inſtantiæ, quæ ab Ariſtotele ſunt inductæ in textu. Ex iis patet A-
riſtotelẽ in præſenti textu primo demonſtraſſe ab ineſſe ſecũdum quid, ad ineſſe ſimpliciter, in con-
tingentibus propoſitionibus locum eſſe verum, & probabilem. Poſtea per inſtantias demõſtraſſe ab
ineſſe ſecundum quid, ad ineſſe ſimpliciter in propoſitionibus de eſſe, locum nõ eſſe verum & neceſ-
ſarium in omnibus. quod (vt Alexander inquit) patefecit exponendo ipſum ſimpliciter eſſe. ¶ Sed
contra primum adhuc occurres, quoniam eſt regula prioriſtica, quando ad antecedens contingens
ſequitur conſequens contingens, ad antecedens eſſe, ſequetur conſequens eſſe: ſemper enim antece-
dente poſito in actu, ſequitur conſequens poni in actu. In contrarium eſt Themiſtius & eius ratio,
quoniam bene ſequitur, ſi contingit Dionem natare, contingit Dionem bene natare. Et tamen po-
ſito antecedente ineſſe, non ſequitur poni conſequens ineſſe. Non enim ſequitur, ſed Dion natat,
igitur Dion bene natat. ¶ Propterea dicendum regulam Ariſtot. non eſſe illam, quam diximus, ſed
eſt hæc, quando ad antecedens eſſe, ſequitur conſequens eſſe, ad antecedens poſsibile ſequitur conſe-

A quens poſsibile.Sequitur enim,ſi Dion natat,igitur Dion bene natat.quare ſequetur,ſi cõtingit Dionem natare, contingit Dionem bene natare. E conuerſo regula fallit, quia non ſequitur ſi ad antecedens poſsibile ſequitur conſequens poſsibile, vt ad antecedens eſſe ſequatur conſequens eſſe propter inſtantiam,quam attulit Themiſtius. Verum de re hac quęrendum eſt in libris Priorũ. ¶ Quod vero ad verba attinet,non ignorare debes ipſum ſimpliciter apud peripateticos aliquando accipi, vt diſtinguitur contra multipliciter, aliquando pro ipſo vniuerſaliter,quod diſtinguitur contra particulariter,& his modis Ariſtoteles non accepit.Aliquando autem,vt diſtinguitur contra ſecundum quid, aut partis materialis,aut loci, aut temporis,aut id genus.& hoc pacto Ariſtoteles accepit in hoc loco quadrageſimoſecundo.Hactenus de ſecundo libro Topicorum.

B

✠INCIPIT LIBER TERTIVS TOPICORVM CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICES COMMENTARIIS.

VTrum autem eligibilius aut melius duorũ, pluriúmve: ex his perſpiciendum.

D E tertio præſenti libro multæ fiunt introductiones à iunioribus quæ omnes (vt mihi videtur) licet poſsint verbis Ariſtotelis accommodari , tamen reuera intentionẽ Ariſto.non ſapiunt,ideo ſequendo expoſitionem Alexandri aphrodiſii,qui verus ac fidus fuit Ariſt. librorum interpres & expoſitor, dicamus ꝙ cum Ariſtoteles ſecundo libro loca,quæ ſunt ad accidens,expoſuiſſet, quibus poterimus aut cõſtruere aliquid,vt accidens, alicui ineſſe ſimpliciter, aut deſtruere, & demonſtrare quoniam non accidit, quod accidiſſe dicitur.Nunc in hoc libro tertio loca exponit,quibus tractando de cõparatiuis poterimus argumentari,ac demonſtrare,quoniam aliquid magis ineſt alio. Vnde omnia loca, de quibus in hoc libro agitur,coordinantur (vt ipſe dixit libro primo)ad problemata de accidente omnia quidem,quæ ſecundum comparationem dicuntur. Dicit enim primo libro poſtquam dixit de accidente, [annectuntur autem accidenti & quæ ad inuicem ſunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ,vt vtrum honeſtum,an quod confert eligibilius, & vtrum quæ eſt ſecundũ virtutem,an quæ ſecundum voluptatem ſuauior vita, & ſiquid aliud ſimiliter his eſt dictum . In omnibus enim talibus vtri magis prædicatum accidat,quæſtio fit,] hæc Ariſtoteles.per quæ patet omnia problemata quæ ſecundum comparationem dicuntur, eſſe problemata de accidente,vel annexa problematibus de accidẽte,& alibi etiam dicit, [manifeſtum, quoniam comparatio in ſolis fit accidẽtibus.] Quoniam ſolum accidens poteſt ineſſe aliquibus magis & minus. Non enim genus poteſt huic quidem magis,illi vero minus ineſſe,quibus ſemper ineſt Nec proprium,nec definitio.At accidens cum extra rem ſubſtantiæ ſit,cui accidit,poſsibile eſt aliquibus, quæ ſub ſubſtãtia continentur, cui accidit, aliquibus magis,aliquibus minus ineſſe,eſſeq; aliud alio magis,minúſve.Quare cum loca quę in hoc libro traduntur,ordinentur ad problemata comparatiua,pro ea terminabuntur etiam problemata de accidente: quo fit,vt attineant ad problemata de accidente. Poſt hoc dicamus quouſque diffundatur materia problematum comparatiuorum . Non enim eſt manifeſtum . Alexander itaque dicit materiam comparatiuorum problematum per vniuerſam philoſophiam inerrare, etenim per moralem, D nam quæ quærũtur de eligibiliori,omnia ſunt moralia.Eligibilium enim cõparatio in opere & actione eſt,de quibus agit moralis philoſophus. Ea autem omnia, quæ ſecundum comparationem de naturalibus quibuſdam quæruntur,hæc problemata naturalia ſunt:vt cum quæritur,vtra eſt maior luna an terra,& vter eſt melior ſenſus an ſcientia, & vter motus eſt ſimplicior qui eſt circularis, an qui rectus.Amplius & in logica comparatiua quædam quęrũtur,vt vtrum certior inductio,an ſyllogiſmus eſt,& quis primus ſyllogiſmus prędicatiuus,an hypotheticus. Inſuper etiã & ſecundũ alias ſciẽtias,& artes inueniuntur quædam comparatiua quæſita: vt in muſica, problema fieri ſolet, vtra Harmonia eſt acutior,Lydia, an Phrygia, & de cæteris artibus & ſcientiis dicendum eſt. In omnibus enim materia comparatiuorum problematum fere inuenitur . Sed quot ſint prædicationes eorum, quæ quæruntur ſecundum comparationem, patet ex his, quæ diximus,eſſe nouem ſecundum genus, nam ſolum ſecundum prædicamentum ſubſtantiæ non videntur conſtitui problemata cõparatiua.Eſt enim (vt diximus)comparatio ſecundum accidens,at ſubſtantia nulli accidit.Omne enim id in quo cõparatio fit,aut qualitas eſt, vt quando quæritur de aliquibus quale eorum albius,aut calidius eſt. Omnia

enim talia quæſita ſecundum qualitatem ſunt. Aut quantitas, vt cum quæritur, vtrum luna eſt maior E
an terra. Eſt enim huiuſmodi quæſitum ſecũdum quantitatem. Aut ad aliquid, vt cum quæritur vtra
magis ſciẽtia, geometria an muſica: & qui magis ſenſus, auditus an tactus, & ſic de aliis prædicamen-
tis: quæ cum nouem ſint, & prædicationes eorum, quæ ſecundum comparationẽ quæruntur, ſecun-
dum genus nouem erunt. Videbitur autem & ſecundum ſubſtantiam comparatio fieri, vt cum quæ-
ritur ſi prima ſubſtantia eſt magis ſubſtantia, ſecunda ſubſtantia: quod ſi ita fuerit, decem erũt prædi-
cationes eorum, quæ ſecundum comparationem dicũtur. verum res hæc digna diſputatione eſt. VI-
terius quot ſint formæ comparatiuorum problematum exponamus. Alexãder enim dicit in vno ac-
cidente comparationẽ multiformem fieri poſſe. aut enim fit duorum ad duo, vel plurium ad plura, vt
cum quęritur vtrum eligibilius prudentia cum diuitiis, an ſanitas cum modeſtia. Aut fit vnius ad plu-
ra, vt cum quæritur vtrum eligibilius ſit prudẽtia an ſanitas cum diuitiis. Aut fit plurium ad vnum, vt
cum quæritur vtrum eligibilius ſit ſanitas cum diuitiis, an prudentia. aut vnius ad vnum, vt cum quę-
ritur, vtrum virtus eligibilior, an ſanitas. In vno igitur accidente tot modis comparationes quęruntur.
Amplius, fit vnius comparatio ſecundũ duo accidẽtia, vt cum quæritur, vtrum prudentia operabilior,
an moralior. Rurſum comparatio fit duorũ ſimul ſumptorum ſecundũ duo accidentia, vt cum quæ-
ritur, vtrum prudentia cum ſapientia operabilior an ſpeculabilior ſit. Fiunt etiã multis aliis modis cõ-
parationes, vt vnius ſecundum tria, vel quatuor accidentia, vel ſecundum alium numerum. aut duo- F
rum ſecundum tria vel quatuor accidẽtia, vel ſecundum alium numerum: aut trium, & ſic de cæteris.
Quòd materia igitur comparatiuorum problematum per totam philoſophiam & omnes artes cir-
cueat, & quot ſint prædicata quibus fiunt cõparatiua problemata, & quot formæ ac modi cõparan-
di ſint, dictum eſt. ❡Sed occurres, cum in hoc libro dicat de comparatiuis, cur non obſeruauit omnia
loca comparatiua: ſed dixit aliqua loca comparatiua in præcedenti libro. Fuerunt enim comparati-
ua, quæ à magis, & minus, & quæ à ſimili, & quæ ab additione. ❡Reſpondet Alexander ſatis diluci-
de, aſſerit enim non eſſe Ariſtotelis intẽtionem in hoc libro dicere de locis comparatiuis, ſed de com-
paratiuis problematibus. Comparatiua autem problemata ſunt in quibus comparatiuum eſt quæſi-
tum & demonſtratum. Ariſtoteles igitur in hoc libro dicit de comparatiuis omnibus problematibus,
quomodo ipſa demonſtrari conſtructiue, ac deſtructiue poſsint: in libro autem ſecundo per vſum cõ-
paratiuorum locorum non demonſtrabatur aliquid comparatiuum, ſed ſimpliciter ineſſe, aut non in-
eſſe. At non eſt idem comparatiuum demonſtrare, de quo agitur in hoc libro, & per comparatiuum.
❡Sed adhuc occurres, cum problemata comparatiua circueant omnes ſcientias, & omnes artes, cur
ſolum de comparatiuis problematibus, quæ fiunt ſecundum magis eligibile fecit doctrinam. Alexan-
der aſsignat cauſas, & dicit, quòd de comparatiuis problematibus & locis fecit doctrinam in exemplo
eligibilis, primo quia traditio facta de aliquo argumẽtatiori determinato, manifeſtior eſt: at eligibilius
ipſum argumẽtatius eſt, quoniam plura quæſita fiunt in Philoſophia de ipſo eligibiliori quàm de ma-
iori, aut de calidiori, aut de aliquo tali. Deinde quia per plures argumẽtationes eſt loca & illius demõ-
ſtratio. Tertio, quoniam cognitio ac iudicium, quod habetur de ipſo eligibiliori eſt multo vtilius atque
fructuoſius quàm quod habetur de maiori, aut calidiori, aut de aliquo tali. Quoniam nõ ſolum facit
ad doctrinam veritatis, & ad ſcientiam, ſed etiam ad recte deliberandum in agendis, atque operan-
dis, quæ pertinent ad bene viuendum. Qui enim propoſitis duobus aut pluribus agendis iudicare at-
que cognoſcere poterit quid eorum melius eligibiliúſve fuerit, hic non ſolum viuere, ſed bene, atque
beate viuere poteſt, itemque & ſeipſum, & rem familiarem, & ciuilem inſtituere, atque gubernare fa-
cile poterit. Amplius, qui ex locis traditis in hoc libro propoſitis duobus aut pluribus agẽdis in publi-
cis aut priuatis cõditionibus, poteſt iudicare quid eorũ eſt melius & eligibilius, quídve minus eligibi-
le, hic in cõtionibus atque conſiliis & publicis & priuatis, hortari atque dehortari ad deliberandũ po-
terit, qua ratione erit non modo ſibiipſi ſalus, ſed ciuitati, & regnis, & omnibus rebus publicis viuendi
lux, & ſplẽdor. Hic enim poterit ſibi & aliis perſuadere ad religioſe, beatéque viuendũ: hic poterit ciui-
bus, regibus, tyrãnis, ac populis perſuadere, vt ab hoſtibus bene ſe tueantur, dominationéſq; ſuas ſtre-
nuiſsime defendãt. & vt breuibus concludam, quid maius eſſe poteſt q̃ in omnibus agendis, quæ pro-
ponuntur in bello, & pace, recte ſapere, prudenter monere, atque quid optimum ſit, omnibus perſua-
dere. Vnde oratores, qui ex arte in genere deliberatiuo enitũtur dicere, niſi doctrinã percalluerint, quã
Ariſtoteles hic tradit, recte hortari, aut dehortari in cõtionibus publicis aut priuatis poterũt nũquam.
Hactenus de vtilitate, déq; cauſis cur Ariſtot. doctrinã accepit in exemplo eligibilioris, & melioris.
Verũ Ariſto. poſt locorũ traditionẽ, quæ ſunt de eligibiliori, & meliori, demõſtrabit nõ ſolum ad pro-
blemata de meliori & eligibiliori vtilia eſſe loca tradita, ſed etiã ad omnia, quæ cõparatiue quęruntur.
His præmiſsis, redeo ad textum, dicit igitur Ariſtoteles, [Vtrum autem] duobus, aut pluribus eligibili-
bus poſitis, hoc [duorum pluriumue eligibilius, aut melius] ſit, [ex iis] locis, quos hoc tertio libro dice-
mus, [perſpiciẽdum.] ❡Quod vero ad verba attinet, eligibilius & melius, non, vt ſynonyma audien-
da ſunt, in plus enim melius quàm eligibilius eſt. Nam eligibilius in ſolis eligibilibus eſt, melius autem

A ineligibilibus & in aliis. Siquidē in theoreticis, physicis, & logicis quæsitum de meliori est. Qui quęrit vtrum melior substātia immobilis, an quæ mouetur? naturale problema quęrit. Logicum vero, qui quærit vtrum melior inductio, an syllogismus, dixit autem [duorum pluriumue,] quoniā (vt diximus) aliquando quidem de duobus est quęsitum secundū comparationem in vno comparatis ad duo. Aliquando de pluribus ad plura, aut de vno ad plura, vt diximus, aut in vno aut in pluribus accidentibus, vnius enim ad vnum non fit comparatio, nisi per diuersa tempora, vt cum quærimus, quando albus hoc, nunc an prius. Amplius cum quærimus quādo sanior Socrates æstate, an hyeme. fit enim in istis vnum quodammodo duo de quibus est quæsitum additione temporū differentiam habentium, idem enim fit aliud atque aliud temporum differentia.

2 Primum autem determinetur, quoniam considerationem facimus non de plurimum distantibus, & magnam ad inuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat, vtrum felicitas, an diuitiæ eligibiliores) sed de iis, quæ propinqua sunt, & de quibus dubitamus vtro oporteat B apponere magis, eo quia nullam videmus alterius ad alterum præeminentiam.

Antequam loca tradat, primum quomodo se habere oporteant comparata ad inuicem, subscribit, vt intentionem propositam exponat, & vtilitatem illius intentionis. Dicit autem quod non in multo distantibus ab inuicem, & manifestam ac magnam differētiam habentibus oportet comparationem quærere. Nam omnibus manifesta est differentia eorum, que sic se habent, & non est digna, vt quęratur. Iccirco nullus dubitat vtrum felicitas an diuitiæ eligibiliores sint: non quia ambo nō sunt eligibilia, sed quoniam manifesta & aperta est felicitatis eligibilitas, cum nemo facultatem habeat demonstrandi eminentiam diuitiarum in aliquo ad felicitatem. Vnde dicit, [Primum autem] quàm subaudi exponamus loca terminandi problemata comparatiua,] determinetur] à nobis pro expositione & vtilitate intentionis propositę, [quoniam considerationem] hoc est loca ponimus, & facimus non de plurimum distantibus, & magnam ad inuicem differentiam] supereminentiæ [habentibus,] quod exemplo demonstrat, & dicit, [nullus enim dubitat vtrum felicitas an diuitiæ eligibiliores] sint. nō quod ambo non sint eligibilia, sed quoniā manifesta & aperta est felicitatis supereminētia ad diuitias. Cum C nemo facultatem habeat demonstrandi eminentiam diuitiarum in aliquo ad felicitatem. Cum enim felicitas insigniter superemineat diuitiis, & longo ab eis distet bonitatis interuallo, ridiculum esset problema mouere. Deinde exponit in quibus eligibilibus comparatio quæritur, & dicit, [sed de iis, quæ propinqua sunt,] & exponit, quæ sunt ista, quæ sunt propinqua, quia legendū est [&] pro id est, & dicit, [& de quibus dubitamus vtro oporteat apponere magis,] de iis, scilicet debemus comparationem quęrere, & problema mouere, & assignat causam, & dicit, [eo quia nullam videmus] manifestā atque apertam [præeminētiam alterius] ipsorū [ad alterum,] vt est in sanitate & bona valitudine, in videre, & audire, in his enim sic prope existentibus comparatio digna quæsita est.

3 Manifestum igitur ex his, quoniam ostensa vna præeminentia, vel pluribus, construetur ratiocinatio: quoniam id eligibilius est, quod eorum est præeminens. Ex his δι' τούτων in his. διάνοια discursus.

Iterum antequā loca tradat, concludit ex dictis modū terminandi problema de eligibilioribus, & dicit, [manifestum igitur ex his] quæ dicta sunt, vel in his problematibus, quæ sunt comparatiua non secundum euidentem præeminentiam, [quoniā ostensa vna præeminētia, vel pluribus] alterius ipsoD rum supra alterum, [dianœa] hoc est locus argumentandi [constituetur,] siue ratiocinatio, per quam concludetur, [quoniam id eligibilius est, quod eorum] in vno vel pluribus accidentibus [est præeminens] ad alterum ipsorum eligibilium, verbum [dianœa] etiam pro discursu intelligitur, quoniam qui vna aut pluribus præeminētiis ostendit alterum ipsorum supereminere alteri, in errādo, atque discurrendo (vt Alexander inquit) postea concludit alterum ipsorum esse eligibilius altero, & sic quiescit in illo. Alexander vero in hoc textu declarat primo, quorum differentię quęruntur, & quorū similitudo, & dicit, differentias in his esse quærendas, quæ sunt adinuicē prope. in quo enim differunt dęmon & deus, quæret vtique aliquis. Non autē in quo differunt deus & lapis, & in quo lupus & canis etiā quęret, non autem in quo differunt equus & canis. Similitudo autem quęritur in his, quæ longe differunt. Quid enim simile habet homo & equus quæręt vtiq; aliquis, sed nō quid homo, & homo. Secūdo loco repetit quę cōparatiua problemata quęsitum habent, & ait ea cōparatiua problemata habere quęsitum, in quibus eligibilibus non est manifesta excellentia alterius ipsorum super alterum. In his enim cum quis demonstrauerit breuem, atque paruam excellentiam alterius ipsorum super alterum, mox

fidem habebit de eligibiliori. Tertio exponit id, quod faciunt loca & argumentationes, quas ponit E
Aristoteles in hoc tertio, & dicit, quoniam qui quærit comparatiua problemata non solum inexi-
stentiam alicuius quærit, qua aliquid alteri inest, sed etiam excellentiam alterius supra alterum, ideo
oportet loca & argumentationes, quæ in hoc tertio assignabuntur ab Aristotele non solum demon-
strare inesse, sed alterius quidem excellentiam, alterius verò defectum. Non enim qui demonstrat ali-
quid esse bonum, iam & eligibilius demonstrauit si non demonstrauerit, quoniam magis hoc bonum
est eo, cui comparatum est. Ex iis igitur quæ Alexander dicit, patet primo quorum differētiæ & simi-
litudines siue conuenientię quæruntur, secundo patet quorum comparationes, & quæ comparatiua
problemata quæsitum habent. Tertio patet loca & argumentationes, de quibus in hoc tertio dicetur,
non solum vtiles esse ad demonstrandum, quoniam accidentia insunt, sed quoniam alterū altero ex-
cellentius, ac melius inest. Per loca enim & argumenta de quibus hic agetur, non solū poterimus de-
monstrare, quoniam diuitiis & felicitati inest hoc accidens quod est eligibile, sed etiam quoniam ma-
gis inest felicitati. Ex iis vero, quæ Aristoteles dixit, patet insuper quid sit eligibilius, nā eligibilius illud
est, quod duorum vel plurium eligibilium, alterum vna aut plurimus præeminentiis excellit. Adhuc
patet ex iis, quæ Aristoteles dicit, cur assignando loca terminandi problemata comparatiua, accepit
exemplum de eligibiliori & meliori, cum potuisset accipere exempla de aliis infinitis, quæ compara-
bilia sunt secundum magis & minus. Huius enim causa patet, nam cum problema sit speculatio con- F
tendens aliquando ad veritatem & scientiam, aliquando ad electionem vel fugam. Aristoteles igitur
cum assignasset loca in secundo libro, quibus terminantur problemata quantū ad veritatem & scien-
tiam, vt perficeret intellectum contemplatorium: hic dat loca, quibus terminantur problemata, quæ
sunt ad electionem vel fugam, vt perficeret intellectum practicum. nam licet in quarto & quinto &
sexto, & septimo libris doceat terminare problemata, quæ sunt ad veritatem & ad scientiam, tamen
non exit à locis, quæ ponuntur in secūdo, vt postea patebit. Et quia problemata, quæ sunt ad electio-
nem vel fugam, quæque perficiunt intellectū practicū, omnia sunt de bono & eligibili, & de meliori,
& eligibiliori, ideo accepit exemplū de meliori & eligibiliori, vt videlicet simul doceret loca terminā-
di problemate comparatiua, & perficeret intellectū practicum. Ex iis etiam patet ordo, nam cum per
loca secundi libri perficiatur cōtemplatorius intellectus, per loca vero huius, perficiatur practicus in-
tellectus, & cōtemplatorius intellectus prior sit practico, non ab re liber secundus prior est libro ter-
tio. Tacuit autem Aristoteles loca deteriorū fugibiliorúmque. nam quemadmodum loca sunt de me-
lioribus & eligibilioribus, analogia oppositi totidem loca deteriorū, eligibiliorúmque sumi possent: sed
cum illa expresserit, hæc non oportuit, nam oppositorum eadem est disciplina. Hæc sunt quæ præ-
mittenda sunt in procemio tertii. G

LOCVS PRIMVS.

4 Primum igitur quod diuturnius aut firmius, eligibilius est eo quod minus huiusmodi est.

Iis præmissis, Aristoteles exequitur, & exequendo assignat loca præcepta, raro autē aut nunquam
assignat loca præceptiua: quoniā ex locis pręceptis facilè accipi possunt loca præceptiua. Amplius in
hoc tertio raro aut nūquam Aristot. assignat loca præcepta destructiua, sed solum cōstructiua, quo-
niam facile ex locis cōstructiuis colligi possunt loca destructiua: est enim oppositorum eadem disci-
plina. Alexāder autem assignat locum præceptiuum, & vult locum præceptiuum esse ab eo, quod est
diuturnius, & firmius. locum verò præceptum asserit, si alterum altero diuturnius esse demonstrabi-
tur, aut firmius, hoc ipsum esse eligibilius, vnde dicit, [Primum igitur, quod diuturnius aut firmius, eli-
gibilius est eo, quod minus huiusmodi est,] hoc est eo, quod neq; diuturnius est, neq; firmius. Quod
ad verba attinet, verbum [firmius] græce est βεβαιότερον, quod in translationibus antiquis legi- H
tur certius, apud alios legitur stabilius: & qui legunt stabilius, copulatiue legunt, hoc modo, si aliquid
est diuturnius & stabilius, hoc est eligibilius eo, quod non est huiusmodi. & hoc loco vtentes demon-
strant eligibiliorem esse bonam gloriam diuitiis. Nam ambabus existentibus eligibilibus, cum bona
gloria in vita & post mortem permaneat, diuitiæ vero nequaquam post mortem, nullus enim post
mortem diues est, bona gloria diuturnior atque stabilior erit, quare & eligibilior. Qui autem legunt
firmius & certius, legūt verba disiūctiue, hoc pacto, vt in græcis codicibus habetur. [quod diuturnius
aut firmius] hoc [eligibilius est eo, qđ minus huiusmodi est.] & hoc pacto si recte intellexi, legit Ale-
xan. & assignat causam, quoniā in aliquibus diuturnius dissentit à firmiori, siue certiori, quoniā potest
aliud alio firmius ac certius esse, minus tamē diuturnū, vt scientia certior ac firmior est ipso sensu, qui
tamē est diuturnior sciētia. Est enim sensus quidē diuturnior, quia ex prima ætate sentimus, nō autem
ex prima ætate scimus, sed postquā erimus perfecti. At sciētia firmior est ac certior ipso sensu. Qua-

A si aliquid est diuturnius, aut firmius hoc eligibilius est eo, quod minus huiusmodi est. altera enim harum præeminentiarũ alicui eligibili posita, facit, vt illud eligibilius sit eo, cui non ponitur. vt quoniam diuturnitas additur honori, diuitiis autem non, ideo honor diuitiis eligibilior est. ¶ Et occurres huic, quoniam virtus ac felicitas eligibilior est honore, & tamen honor virtute ac felicitate diuturnior est. Alexãder glossando locum, asserit diuturnius esse eligibilius eo, quod non est diuturnum: modo illud, quod non est diuturnius, nõ sit causa eius, quod est diuturnius. & quia virtus, vel felicitas causa est honoris, ideo honor, licet diuturnior sit virtute, non tamen eligibilior est virtute. ¶ Amplius occurres, quoniam bona habitudo diuturnior est sanitate, & tamen sanitas eligibilior est bona habitudine. Iterum Alexander glossando asserit tunc diuturnius esse eligibilius minus diuturno cum non continetur in minus diuturno, & quia bona habitudo, quæ nihil aliud est, nisi bona corporis compositio, continetur in sanitate, quæ requirit & bonã compositionem, & bonam complexionem, & vnitatem: ideo non oportet, vt bona habitudo sit sanitate eligibilior. Sic igitur intelligendo hunc locum, demonstrabimus virtutem eligibiliorem esse bona fortuna, & id, quod est ab arte eo, quod est à fortuna: nam & virtus, & id quod ab arte est, diuturniora sunt fortuna, atq; eo, quod est à fortuna. Eisdem autem occasionibus demonstrare poterimus fugibilius aliud alio esse. nam fugibilium quod magis diuturnum, B fugibilius est, vt ingloria paupertate. Est enim ingloria in vita, & post mortem: at paupertas solum in vita. Ad hæc & quod certius ac firmius fugibilius eo, quod est minus tale, vt indigentia prodigalitate, & illiberalitas mollitie: nam indigẽtes & illiberales cum difficultate mutantur ad opposita. Vltra has instantias, quas induxit Alexãder à iunioribus inducuntur aliæ. Prima de ferro, quod est cibo diuturnius, non tamen eligibilius. Insuper morbus annuus diuturnior est morbo diario, qui tamen non est eligibilior. Adhuc arbor diuturnior est seruo, non tamen eligibilior. Quidam locum hunc esse verum & probabilem arbitrantes, asserunt locum esse verum cum ambo fuerint eligibilia, vel bona, & sunt paria in omnibus, nisi quia vnum alterum exuperat in diuturnitate. Cum enim duobus, vel pluribus eligibilibus stantibus, & in omnibus eminẽtiis paribus, alterum fuerit altero diuturnius, hoc eligibilius est. In malis autem & fugibilibus (vt Alexander inquit,) econuerso, semper diuturnius fugibilius est, & tunc cessant obiecta. Primum quidem, quoniam nõ sunt in omnibus paria præterquam in diuturnitate. Secundum verò quia non sunt eligibilia, sed fugibilia. Tertium diluitur, vt primum obiectum. Alii asserunt, vt mihi videtur, tutius, quia volunt locum esse probabilem, & non verum in omnibus, nisi cum comparabilia eligibilia fuerint, & omnibus paria, præterquam in diuturnitate.

C

LOCVS SECVNDVS.

5 Et quod magis eligit prudens, aut vir bonus, aut recta lex, aut studiosi circa singula delecti, quatenus tales sunt, aut in vnoquoque genere periti, aut quæcunque plures, vel omnes (vt in medicina, vel ædificatoria, quæ plures medicorum, vel omnes) aut quæcunque omnino plures, vel omnes, vel omnia, vt bonum. omnia enim bonum appetunt.

Locus secundus præceptiuus (vt Alexander inquit,) est ex electione ac iudicio meliorum. Locus vero præceptus generatim traditus erit, quod à melioribus eligibilius est, hoc est eligibilius, eo quod non à melioribus eligibilius est, vt benefacere eligibilius est quàm bonum pati. benefacere enim eligibilius est à melioribus, vt à viris bonis. Simili ratione eligibilius est gloriose mori, quàm iniuste saluari. gloriose enim mori eligibilius est à melioribus, vt à viris bonis. Socrates enim elegit magis gloriose mori, quàm turpiter seruari. Exponit autem Aristoteles qui sunt meliores, ex quorum expositione loca præcepta per speciem plura colligi poterunt. Vnde dicamus meliores esse prudentes quàm imprudentes. nam prudentes, vt sexto ethicorum patet, sunt qui cum recta agendorum ratione prudentiam habent, cum nihil aliud prudentia sit, quàm recta agendi ratio. Ex hoc colligit primum locum speciatim, & dicit, [Et quod magis eligit prudens] eligibilius eo est, quod eligit imprudens, quoniam prudens imprudente melior est, vt diuitiæ cum virtute eligibiliores sunt diuitiis cum sceleribus. Secundo meliores sunt viri boni q̃ nõ boni, nam vt in magnis moralibus Arist. inquit, viri boni sunt, qui virtute præditi factis ac dictis honesti causa agunt quicquid agũt. Ex hoc assignat locũ 2. præceptũ Arist. & inquit, [aut vir bonus,] hoc est eligibilius est quod magis eligit vir bonus, eo, quod eligit vir nõ bonus vt paupertas cũ virtute eligibilior est diuitiis cũ vita flagitiosa. illud enim Socrates elegit, hoc autẽ Sardanapalus. Tertio meliores sunt rectæ leges, q̃ nõ rectę, siquidẽ leges rectę iubẽt honesta, & ꝓhibent contraria, vt patet 5. ethicorũ dicũtur autem leges rectæ: quoniam (vt Alexander inquit,) non omnes leges sunt rectæ, sunt enim nonnullæ laudatæ, vt rectæ, vt sunt leges Lycurgi, & quæ Zaleuci & Solonis. Ex hoc iterũ assignat tertium locum præceptum, & dicit, [aut] eligibilius est quod [recta lex,]

eo quod nõ recta lex eligit, quoniam recta lex nihil iubet agere, niſi iuſta & honeſta. ¶ Sed occurres, E
quoniam rectæ leges ſecundum prudentiam inſtitutæ ſunt, igitur idem eſt eligibilius a legibus rectis,
& à prudẽte viro. Dicendũ nõ eſſe putandũ idem eſſe quod prudens eligit, & quod recta lex. nam (vt
Alexan. bene exponit) quod eligitur à legibus determinatũ eſt, ſiquidẽ leges de determinatis ſunt. Sed
quod eſt prudentis, & ad tempora, & ad fortunam aptatur, & aliud in aliis eſt. Amplius quod prudẽs
eligit, iudicium æqui eſſe poteſt, quatenus non ad id, quorũ ſcriptum eſt in legibus, aſpicit prudens, ſed
ad intentionem & mentem ſcribentis, vt quid faciebat ille, qui circa vrbis muros ambulabat ſecũdum
rectam rationem cõſiderans, non ſecundum legem ſcriptam. nam licet ſecundum ſcriptã legem, qui
vrbis muros ambulat mori debet, ſecundum rectã rationẽ, quam prudens cõſiderat, vtputa quia de-
fendendi ciuitatem ab hoſtibus cauſa muros ambulauit, non debet mori, quare non eſt idem quod à
prudẽti viro eligitur, & quod a lege recta. Eſt igitur tertius loc⁹, eligibilius eſt quod recta lex eo, quod
non recta lex eligit, vt quæ Græci συσσίτια dicunt, hoc eſt cõuiuia publica ad quæ ſodaliter ciues con
currunt, eligibiliora ſunt cõuiuiis priuatis, quoniam rectæ leges determinant ipſa fieri debere aliquã-
do in ciuitatibus ad amicitiam ciuium conciliandam. Amplius, eligibilius eſt, vt dominentur in ciui-
tatibus, qui virtute excellũt, quàm qui diuitiis ſiquidem leges recte hoc determinant. Quarto ſtudio-
ſi delecti ac eruditi generatim circa ſingula, quæ in omnibus artibus & ſcientiis continentur meliores
ſunt, ac fide digniores quàm nõ ſtudioſi circa hæc ipſa. nam ſi artifices particulares circa ea quæ ſunt F
ſecundum eorum artem, meliores ſunt illis, qui non ſunt artifices, quanto meliores erũt qui periti ſunt
circa ſingula eis, qui non ſunt periti. Ex hoc quartum locum aſsignat quod eligibilius ſit, quod eligitur
à viris doctis, & ſtudioſis, & dicit, [Aut ſtudioſi circa ſingula] generatim [delecti,] ac docti, [quatenus
tales ſunt] hoc eſt quatenus docti ſtudioſi. nam quod eſt eligibilius à doctis, quatenus ſunt docti, poſ-
ſet eſſe non eligibilius, quoniam cum doctrina ſtat malitia: at quod eſt eligibilius à viris doctis ſtudio-
ſis, quatenus ſunt docti ſtudioſi, ſimpliciter eligibilius eſt eo, quod eligitur ab imperitis non ſtudioſis.
cauſa eſt, quoniam tales ſunt virtute præditi, & doctrina omnium eximii, hac ratione vita ſecundum
virtutem eligibilior eſt vita voluptifica, quoniam apud Ariſtotelem, Socratem, & Platonem, qui o-
mnium ſunt periti, illud eligibilius eſt, hoc autẽ apud Epicureos, qui non ſunt omnium periti, nec ſtu-
dioſi. Quinto periti in vnoquoque particulari genere ſcibilium, aut operabilium, meliores ſunt, ad id,
ad quod genus illud eſt vtile iis, qui in nullo genere talium periti ſunt vt ad nauigandum nautę melio-
res ſunt iis, qui non ſunt nautæ, & ad curandum morbos meliores ſunt medici iis, qui medẽdi arte ca-
rent. Ex hoc colligit quintum locum, & dicit, [aut] eligibilius eſt, quod [in vnoquoque] determinato
[genere periti] eligunt eo, quod eligunt imperiti in eo genere, vt eligibilius eſt febres pituitoſas curare
cum calidis, quàm cum frigidis: nam illud periti in genere medendi eligunt, hoc autem ægroti affecti G
ſiti medendi arte imperiti affectant, verum quod eligibilius eſt à peritis in genere artis vel ſcientię de-
terminato, poteſt eſſe eligibilius ſecundum magis & ſecundum minus. nam quæcunque plures eli-
gunt peritorum in ſcientia vel arte, hæc magis eligibiliora ſunt eis, quæ eligũt pauciores eiuſdem artis,
vt in collegiis medicorum, quæ eligunt plures magis eligibiliora ſunt iis quæ eliguntur à paucioribus.
Adhuc autem magis ac magis quæ eligibiliora ſunt ab omnibus eiuſdem artis peritis, vt ab omnibus
medicis, & dicit, [Aut quæcunq; plures, vel omnes] periti eiuſdẽ artis, hæc magis, ac magis eligibilio-
ra ſunt iis, quæ à paucioribus, & non ab omnibus eliguntur, [vt in medicina vel ædificatoria quæ plu-
res medicorũ vel omnes] eligibiliora ſunt iis, quæ non ab omnibus, ſed à paucioribus eliguntur, nam ſi
ea probabiliora ſunt ſecundũ aliquã ſcientiam, quæ omnibus aut pluribus vidẽtur peritis in illa ſciẽtia,
ea q̃ ſunt ſecundũ artes, eligibiliora erũt, q̃ ab omnibus vel pluribus illarũ artium peritis eligũtur. erunt
dico eligibiliora illis, quæ non ab omnibus, ſed à paucioribus eligũtur peritis earũ artiũ, & breuiter, vt
id eſt probabile magis ac magis, & maxime, quod pluribus aut omnibus videtur ſiue peritis, ſiue quo-
uis modo ſe habentibus. ſic eligibilius magis, ac magis, & maxime erit quod ab omnibus vel pluribus
quomodolibet ſe habentibus, eſt eligibilius. & dicit, [Aut quæcũque omnino plures] ſiue periti, ſiue
quomodolibet affecti [vel oẽs] hoĩes eligũt, [vel omnia] entia eligũt, hoc eſt eligibilius eo, qđ non oẽs, H
ſed pauciores eiuſdẽ rationis eligũt, [vt bonũ] eſt maxime eligibile,] omnia enim bonũ appetũt] vt di-
citur 1. Ethico. & cũ dixit Ariſt. id eſſe eligibilius, qđ eligũt qui ſunt in illius genere periti, intelligẽdum
eſt etiã quatenus tales, vt Alexã. animaduertit. nam de medicinalibus medicorum electionẽ, de muſi-
calibus muſicorum ſequendũ eſt. Non enim ſequi debemus muſicorum electionem de geometricis
nec geometrarum de iis, quæ pertinent ad bellum: nam eligibilius ſecundũ vnamquanque artem eſt,
quod omnes illius artis, aut plures eligũt, vt illius artis ſunt. ¶ Sed occurres, quoniam ſæpe vnius me-
lioris in arte electio melior eſt electione omnium aliorum eiuſdem artis, vt electio Galeni in medici-
na melior eſſet electione omnium medicorum, qui hodie ſunt. Præterea hoc loco demonſtraretur
ipſum eſſe eligibilius eſſe quàm diſcere & ſcire, quoniam ipſum eſſe omnes eligunt, diſcere autem, &
ſcire non omnes. Inſuper hoc eodem loco demonſtraretur diuitias eligibiliores eſſe honore, & gloria,
quoniam diuitiæ eligibiliores ſunt ab omnibus, honor & gloria non ab omnibus, quin etiam artes ha-

A bere plures eligunt quàm non habere, & tamen non est eligibilius. Alexander respondendo asserit loca hæc probabilia esse, non vera. signo nobis est, quoniam in talibus ad ambo est argumẽtatio, & cum Aristoteles dixit, [in vnoquoq; genere periti] intelligit, vt vtamur peritis in genere, ad id ad quod genus est vtile. non enim quodlibet genus ad omnia accommodari potest. vnde vtẽdum est medicis ad electiones medendi, ędificatoribus ad electiones ędificãdi. Insuper nec vno & eodem loco ad eadem problemata vtendum: qui enim demonstrat voluptatem eligibiliorem esse virtute, omnium electione vtitur, aut multorum. nam voluptas ab omnibus vel pluribus eligibilior est. & qui demonstrat virtutem eligibiliorem esse voluptate, vtetur electione studiosorum. sunt qui ideo bonum dicunt esse maxime eligibile, ex eo quia Aristoteles per bonum intelligit simpliciter bonum, quod diuinum bonum est. verum de exemplis non est cõtendendum. ❡ Quod autẽ ad verba attinet, iuniores non abs re dicunt Arist. cum dixit [quod magis eligit prudens,] per prudentem intelligere bonum œconomicum. nam prudens dicitur ille apud vulgares, qui recte scit rem domus gubernare. Cum vero dicit [vir bonus,] per virum bonum intelligere bonum monasticum, nam vir bonus dicitur, qui est dispositus secundum virtutes. Cum denique dicit [recta lex,] intelligere per quam ciuitates & regna & respublicę recte gubernantur. & sic per hæc verba dedit intelligere tres partes moralis philosophiæ, quæ sunt B monastica, œconomica, & politica, & tres peritos in eis. amplius & eligibiliora, quæ pertinent ad illas tres partes. ❡ Sed circa finem textus occurres, quoniam si omnia appetunt bonum, omnia essent bona, quoniam vt dicitur quarto huius, secundũ appetitũ boni, boni dicimur, & omnes homines essent boni. ❡ Pro præsenti doctrina dicas secundum appetitum deliberatiuum boni, omnes homines esse bonos bonitate moris: secundum appetitum naturalem, omnia esse bona, bonitate entis & naturæ. locutus est autem Aristoteles disiunctiue, vt innuat locũ, qui accipitur ex electione, & iudicio meliorum, esse vnum generatim, & plures partia les speciatim.

LOCVS TERTIVS.

6 Oportet autem ducere ad id, quod fuerit vtile, quod dicendum est. Est autem simpliciter quidẽ melius ac eligibilius, quod est secundũ meliorem disciplinã, vt si melior disciplina sit philosophia quàm ędificatoria, & simpliciter eligibiliora erunt, quæ secundũ philosophiam sunt, C iis quæ sunt secundum ędificatoriam. Alicui autem id, quod est secundum propriam.

Textus hic non est clarus, nam vno modo exponi potest, vt velit Aristoteles primo quasi monere & documentum quoddam afferre circa ea loca, quæ dixit. deinde, vt ponat locum tertium, & hoc pacto Alexander exponit. quantum ad primum monet Aristoteles vt omnibus his locis, quæ posuit non vtamur ad omnia problemata, quoniam non possumus vti omnibus his ad omnia problemata, [sed oportet ducere quod dicendum est] hoc est locũ dicendũ per quem argumẽtari volumus [ad id, quod fuerit vtile,] quoniam (vt Alexander inquit) impossibile est per eadem loca demonstrare voluptatem eligibiliorem esse virtute, & virtutem eligibiliorem esse voluptate. quoniam qui demonstrat voluptatem esse virtute eligibiliorem, vtitur omnium electione, aut multorum: qui verò demonstrat virtutem esse eligibiliorem voluntate, vtitur electione studiosorum. Amplius, qui vult demõstrare eligibiliora in re familiari, vti debet electione prudentum: qui eligibiliora in re monastica, electione bonorum virorum: qui in re ciuili, electione legum. Quare recte monet Aristoteles locum qui dicendus est pro argumento alicuius eligibilioris, esse dicendum & accommodandum ad id, quod fuerit vtile, pro electione eligibilioris. hoc est documentum secũdum Alexandrũ. & quia de eligibiliori ser- D monem fecit, non est autem omnibus idem ipsum eligibilius, ideo (vt Alexander inquit) secundo loco Arist. distinguit de eligibiliori, & dicit, quædã esse simpliciter eligibiliora, quædã vero aliquibus. Simpliciter quidem eligibiliora sunt, quæ secundũ meliores disciplinas sunt, vt si philosophia melior disciplina est quàm ędificatoria, & simpliciter eligibiliora sunt, quæ secundũ philosophiam, quàm quæ secundũ ędificatoriã. Aedificatori vero, eligibiliora erũt quæ secũdum disciplinã ędificatoriam, quàm quæ secundũ philosophiam. itaque secundum expositionem Alexandri, Arist. in hoc textu duo facit, quia primo monendo ponit documẽtum, secundo ponit diuisionem eligibilioris, vt tollat ęquiuocationem circa eligibiliora, de quibus dixit. de prima parte, inquit, [Oportet autẽ] locũ præceptũ [quod dicendum] est, hoc est qui in argumẽtis pro iudicio eligibiliorum est dicendus, [ad id] eligibilius [ducere] ac coaptare [ad id quod fuerit vtile] vt si fuerit vtile pro electione eligibiliorum, quæ sunt secũdum artes, ad illa ducendus ac coaptandus est. verbi causa, vt si fuerit locus vtilis pro electione eligibiliorum in arte curatiua, sumendus est locus qui accipitur ab eo, quod pluribus in arte medicinali peritis videtur, & accommodandus eligibilioribus in arte curatiua, si fuerit vtilis pro electione eligibiliorum in facultate gubernandi ciuitates, sumẽdus est locus, qui accipitur ab eo, quod pluribus in le-

gibus peritis est eligibilius, & accōmodandus eligibilioribus in facultate ciuili, & de cæteris simili ratione est faciendum. De secunda vero parte, inquit, [Est autem simpliciter quidem melius ac eligibilius, quod est secundum disciplinam] simpliciter [meliorem,] hoc est quod eligibilius est his, qui periti sunt in disciplina, quæ est absolute, atq; simpliciter melior. [vt si melior disciplina sit philosophia, quàm ędificatoria,] simpliciter & absolute, vt in rei veritate est,] & simpliciter eligibiliora erunt, quæ secundum philosophiam iis, quæ sunt secundum ædificatoriam,] nam sicuti facultas ad facultatem, ita eligibilius secundum vnam facultatem ad eligibilius secundum aliam facultatem, vt quoniam philosophia est facultas absolute atq; simpliciter melior ędificatoria, & eligibilius secundū philosophiam est absolute eligibilius & melius eo, quod est eligibilius secundum ędificatoriam. verbi causa, lapides duri triangulares eligibiliores sunt ędificatori pro ędificanda domo ornata & pulchra, philosopho eligibiliores sunt virtutes diuitiis pro bene viuendo: absolute autem virtutes sunt meliores & eligibiliorres lapidibus qualibuscunque, & quouis modo affectis. & hoc subscribit, [alicui autem id] eligibilius est, [quod est secundum propriam] disciplinam, in qua ipse peritus est, hoc est alicubi eligibilius est id, quod est ad vsum propriæ disciplinæ, in qua peritus est, nam lapides duri triangulares eligibiliores sunt ædificatori pro struenda domo pulchra atque ornata, quàm virtutes. Simpliciter autem virtutes sunt eligibiliores. hæc est expositio Alex. ¶ Alii vero documentum exponunt aliter, volunt enim vtilia trifariam esse, honesta, delectabilia, & absolute vtilia: honesta quidem dicuntur bona simpliciter, quoniā propter se bona, & etiam delectabilia sunt bona propter se, quoniam tam honesta, quàm delectabilia expectamus propter se, at vtilia absolute sunt, quæ non sunt bona propter se, sed propter aliud, vt vel propter bonum honestum, vel propter bonum delectabile, vt Aristoteles ait in rhetoricis, & octauo ethicorū, & hoc dicit Aristoteles, [quod dicendum,] hoc est loca quæ subinde dicēda sunt. [Oportet ducere ad] id, [ad quod fuerit vtile,] vt si agitur de eligibilioribus honestis, applicādi sunt ad honesta, & si problemata sint de delectabilibus, oportet loca ducere ad delectabilia: si autem problemata sunt de vtilibus, oportet ducere loca ad vtilia, [quod] non est dictum adhuc, sed [dicendum] posterius in sequentibus. ¶ Quæ expositio non placet, primo, quoniam nunquam Aristoteles, nec in rhetoricis, nec in ethicis bona honesta, & bona delectabilia asseruit esse vtilia bona. Vbique enim distinguit triplex bonum, honestum, delectabile, quæ dicit esse bona propter se, & vtile, quod asserit esse bonum propter aliud, quoniam aut propter vsum honestorum, aut propter vsum delectabilium. Secundo plus mihi consonat, vt documentum sit circa ea, quæ dixit, quàm circa ea, quæ nondum dicta sunt. Ideo melius Alexander retulit documētum ad loca, quæ dixit, Quare non recedendo ab iis, quæ Alexander dicit, videtur mihi esse dicendum, quòd Aristoteles primo circa dicta asignet documentum, quod est de vtilitate & vsu locorum, quæ dixit, Secundo asignet locum tertium, quo quis vti potest ad iudicium eius, quod est simpliciter eligibilius, vbi possumus asignare locum præceptiuum, & locum præceptum. locus quidem præceptiuus erit respicere ad ordinem artium secundum melius, & peius. locus vero pręceptus erit, vt illud sit simpliciter eligibilius, quod eligitur à peritis in arte simpliciter meliori. Illud verò alicui eligibilius, quod quisque eligitur ad vsum suæ artis, in qua peritus est, & sic texus vtiliter, & recte exponitur. Possunt & aliæ expositiones asignari, quæ cum sint friuolæ, bona fronte prætermitto.

LOCVS QVARTVS.

quod τι quid.

qđ quidē ὅ περ quid quidem.

7 Deinceps verò, quod quidem hoc quod, eo quod non in genere est, Vt iustitia iusto. nam illa quidem, in genere bono, hoc autem non. Et illa quidem quod quidem bonum est, hoc autem nō. Siquidem nihil dicitur quod quidē genus est, quod non est in genere, vt albus homo non est quod quidem color, similiter autem in aliis.

Vna expositio est, vt locus præceptiuus sit respicere ad abstractum & ad aggregatū ex abstracto. Locus vero præceptus est, positis duobus eligibilibus, quorum vnum est abstractum, alterum vero ex abstracto aggregatum, quod est abstractum, & in genere, eligibilius est, & hoc inquit. [Deinceps vero] duorum eligibilium eligibilius est, [quod quidem hoc quod] id est quod quidem est abstractū, [eo quod non in genere] vno [est, sed aggregatum ex pluribus generibus,] videlicet abstracto, & subiecto [vt iustitia] quæ est abstractum, & in vno genere [iusto,] scilicet iusto homine, quod est aggregatum ex pluribus generibus, eligibilius est. Et asignat causam, & dicit, [Nam illa quidem,] scilicet iustitia [est in genere bono] vno & non pluribus. [Hoc autem,] scilicet homo iustus [non] est in genere bono, sed in pluribus generibus. [& illa quidem,] scilicet iustitia, [quod quidem bonū est] hoc est species boni est, & non alterius generis. [hoc autem,] scilicet iustus homo, non est in vno genere, scilicet boni. & assignat causam, cur homo iustus non sit species boni, nec alterius vnius generis, & dicit, [Siquidem nihil dicitur quod quidem genus est] hoc est species alicuius generis, [quod non est in gene-

A re, vt albus homo non est quod quidem color] hoc est species coloris, cum non sit in genere. [Similiter autem & in aliis,] quia vt de albo homine, ita de cæteris aggregatis ex pluribus. Est igitur secundũ hanc expositionem locus præceptus, positis duobus eligibilibus, quorum alterum abstractum, alterũ aggregatum ex abstracto est, semper eligibilius est abstractum, vt albedo homine albo, & iustitia homine iusto, & de aliis simili ratione. ❡Sed hæc expositio non placet, quoniam potius est oppositum: nam quod est aggregatum ex abstracto continet duas profectiones abstracti & subiecti. Arbitror enĩ eligibilius esse hominem album ipsa albedine. quoniam homo albus continet perfectionem abstracti, & subiecti, quod est substantia. at albedo, non nisi accidentis tantum. ❡Alii, vt nos aliquando diximus, asserunt locum præceptum esse, positis duobus eligibilibus, quorũ alterum sit tale per essentiã, alterum tale per participationem, eligibilius est id, quod est tale per essentiam. Hæc expositio est vera, verbis tamen Arist. accommodari non potest, vt intelligenti patet. ❡Quare dicamus cum Alexãdro qui melius dicit cæteris, ad cuius euidentiam ex dictis Alexandri colligi possunt duæ expositiones loci præcepti. prima expositio, positis duobus eligibilibus, quæ ambo bona sunt, quorũ alterũ est in genere boni, alterum vero est in genere boni, non per se sed vt habens accidens, quod per se est in gene
B re boni: illud quod est bonum, quia est in genere boni, eligibilius est eo, quod est bonum, quia habet accidens existens in genere boni, & iuxta hanc expositionem lege verba, [Deinceps vero] eligibilius est illud bonum ex duobus eligibilibus bonis, [quod quidem est hoc quod,] est ĩ genere boni, vt vera species illius. [eo quod non in genere] bono [est] vt illius species, sed vt habens id, quod est in genere bono, [vt iustitia] eligibilior est [iusto,] scilicet homine. Per iustitiam enim virtutem intelligit, qua homines iusti dicuntur: per iustum autem, hominem iustum, & probat exemplum, & dicit. [Nam illa quidem] iustitia vt species est [in genere bono,] virtus enim quæ dicitur iustitia, quædã species boni est, [hoc autem,] scilicet homo habens habitum iustitiæ, per quem dicitur homo iustus, [non est] in genere bono, vt illius species, sed vt habens speciem boni, quæ est iustitia, [& illa quidem,] scilicet iustitia ipsa est [quod quidem bonum, hoc autem,] scilicet homo iustus, [non] est ipsum bonum, sed habens bonum, scilicet iustitiam, quæ est ipsum bonum. Et quod iustus homo non sit ipsum bonum, probat, & dicit, [Siquidem nihil dicitur quod quidẽ genus est,] hoc est, quia nihil recipit prædicationem generis, [quod non est in genere, vt albus homo non est quod quidem color] hoc est coloris prædicationem recipiens, quia albus homo non est in genere coloris, [Similiter autem in aliis] quoniam non solum de albo homine, sed de cane rubro, & similibus est dicẽdum. quare iustitia erit homine iusto eli
C gibilior. quoniam iustitia est bonum, vt in genere boni species, iustus homo in bono, vt habens speciẽ boni. Huius loci præcepti rationem assignat Alexan. ex eo, quia comparatorum adinuicem, semper quod est in genere, est magis secundum illud genus eo, quod non est in illo genere, sed habens illud genus. magis enim quantum est, de quo, vt genus, quantum prædicatur quàm id, de quo per accidens quantum prædicatur, vt superficies magis quanta est albo. Quare cum iustitia sit de quo genus bonum prædicatur, homo autem iustus, de quo per accidens genus bonum prædicatur, iustitia erit magis bonum & eligibilius homine iusto, de quo bonum per accidens dicitur. hæc est vna expositio, quę colligitur ex verbis Alexandri. ❡Alia autem expositio est, ad cuius euidentiam supponendum Aristote. per [quod quidem:] siue per [hoc quod] intelligere idem quod proprie. & cuicunque additur significare idem quod proprie, vt si dixerimus, Socrates est quod homo, vel hoc quod homo, intelligitur ꝓprie homo: & qđ ens, vel hoc quod ens, ꝓprie est. quare eorũ quæ sunt aliquid, vt bonũ, quoddã est bonum, quia proprie bonum: & hoc illud, quod est species boni: quoddam est bonũ, nõ quia sit proprie bonum, sed quia habet aliquid existens proprie bonum, vt homo modestus. non enim proprie bonum est, sed habens modestiam existentem, proprie bonum. Tunc expositio loci præcepti est, positis duobus aut pluribus eligibilibus, quæ omnia sunt bona, illud est eligibilius quod est proprie bonũ: & quia iustitia, & homo iustus sunt bona, iustitia autem proprie bonũ: homo vero iustus improprie
D bonum, & nõ nisi quatenus habet in se iustitiam existentem bonum, ideo iustitia eligibilior est homine iusto, & iuxta hanc expositionẽ lege verba. [deinceps vero] eligibilius est [quod quidẽ hoc quod] id est, quod quidem est proprie bonũ, [eo quod nõ in genere est,] scilicet in ipso bono proprie, sed vt habet aliquid existens bonum, [vt iustitia iusto,] scilicet homine iusto. [nam illa quidem in genere bono] est subaudi proprie [hoc autem, [scilicet homo iustus [non] est in genere ipso bono, proprie, sed habens aliquid existens proprie in ipso genere bono, & explicat magis exemplum, & dicit. [Et illa quidem est quod quidẽ bonũ est,] scilicet proprie & per se bonũ. [hoc autẽ] scilicet homo iustus [nõ est, quod quidem bonum est, sed habens aliquid existens bonum, & assignat rationem & dicit. [Siquidem nihil dicitur quod quidem genus est] hoc est proprie in aliquo genere, [quod non est ipsum [in genere,] sed habens aliquid existens in genere, [vt albus homo non est quod quidem color,] hoc est proprie color, sed improprie, quia habens colorem. addit Aristo. [Similiter autem & in aliis] scilicet prædicatis, & non solum de colore, sed etiam de quãto, & aliis id genus. aut potest exponi, Similiter autem & in aliis quoniam nõ solum iustitia est homine iusto eligibilior, sed fortitudo homine forti, & temperantia homine tẽperato, & sic de aliis id genus, quasi vt diximus de iustitia, & de homine iusto,

ita de aliis virtutibus,& iis quæ virtutem habent:hoc loco vtentes demonſtrabimus iuſtitiam atque E
virtutẽ vnamquanque eligibiliorem atque magis bonum eſſe eo,quod vnamquãque virtutem habet,
vt iuſtitiam iuſto , modeſtiam modeſto , fortitudinem forti homine . nam vnaqueque virtutum in
genere eſt proprie,videlicet in virtute,aut in bono.At nullus homo virtutem habens in genere eſt,vi-
delicet in virtute,aut in bono.nam iuſtus homo nec quod quidem virtus eſt,nec quod quidem bonũ,
ſed eſt bonum,quia accidit ei virtus,aut bonum . ¶Sed occurres . primo, quia homo iuſtus videtur
magis bonum,quoniam continet bonitatem ſubſtantiæ,quæ eſt homo : & iuſtitiæ,quæ eſt accidens.
At iuſtitia nõ niſi bonitate accidentis.id autem quod continet plures bonitates, vt poſtea dicetur, eſt
eligibilius eo,quod continet pauciores.Fortaſſe locus iſte eſt probabilis,& nõ verus , ſigno aũt nobis
eſt locus oppoſitus,quoniam argumentari poſſumus pro vtraque problematis parte, vt quòd iuſtitia
ſit eligibilior homine iuſto,& quòd homo iuſtus iuſtitia eligibilior.Iuſtitia quidẽ eligibilior eſt homi-
ne iuſto,quoniam eſt per ſe in genere virtutis & boni:homo autem iuſtus per accidens, quatenus ha-
bet iuſtitiam.homo vero iuſtus,eligibilior eſt iuſtitia,quoniam continet plures bonitates:iuſtitia vero
vnam.Et fortaſſe locus iſte eſt probabilis & verus,quoniam licet homo iuſtus contineat plures boni
tates,non ſequitur,vt homo iuſtus ſit eligibilior virtute , quoniam homo iuſtus continet plures bo-
nitates naturæ & entis:iuſtitia vero eſt bonum,bonitate moris & virtutis,quod eſt eligibilius & me- F
lius.¶Deinde occurres etiã,quoniam homo iuſtus eſt indiuiduum ſubſtantiæ,ergo eſt in genere.Di-
cendum hominem iuſtum ſi eſt in genere,eſſe in genere prædicamenti.At iuſtitia eſt in virtute, & in
bono vt in genere, & hoc pacto intelligit Ariſtoteles. Aliæ dubitationes friuolæ ſunt , ideo præter-
mittendæ ſunt.

¶LOCVS QVINTVS.

8 Et quod propter ſe eligendum,eo eligendo , quod eſt propter aliud
eſt eligibilius:vt ſanum eſſe quàm exercitari.Illud enim propter ſe eligẽ
dum,hoc autem propter aliud eſt.

Locus pceptiuus hic quintus eſt,vt reſpiciamus ad id,quod eſt eligẽdũ propter ſe,& ad id qđ eſt eli
gendũ propter aliud:locus vero pceptus,eſt,poſitis duobus aut pluribus eligẽdis:id qđ eſt ꝓpter ſe eli
gẽdũ eo eligibilius eſt,quod eſt propter aliud eligendũ,vt ſanũ eſſe,quod propter ſe eligitur, eligibilius
eſt ipſo exercitari,quod eligitur propter ſanitatem,& hoc dicit.[Et quod propter ſe eligendum eo eli G
gendo,quod eſt propter aliud eſt eligibilius.]nam quod eſt propter ſe eligendum,vt finis,eſt eligibile.
Quod vero eſt eligendum propter aliud,eligibile eſt,vt medium in finem.Et aſſignat exemplum, &
dicit.[Vt ſanũ eſſe]eligibilius eſt[q̃ exercitari,]cuius cauſam ſubſcribit & dicit.[Illud eĩ propter ſe eli
gendum]videlicet ſanum eſſe.[hoc autem,]ſcilicet exercitari eſt eligendum [propter aliud.] ſcilicet
propter ſanum eſſe,igitur eſt eligibilius.Patet ergo locus pręceptus,qui ab eo,quopter ſe eſt eligendũ,
accipitur.¶Quod vero ad verba attinet,annotatione dignum vt ex iis patet,quæ Ariſt.tradit primo
rhetoricor.& octauo ethico.&vt Alex.annotauit,bona & eligibilia eſſe,aut quæ propter ſe ſunt eligi-
bilia,& hæc ſunt,quæ eliguntur vt fines,vt felicitas,atq; felicitatis partes, & voluptas atq; voluptatis
partes. Felicitas enĩ atq; felicitatis partes, bona honeſta ſunt,quæ cũ ſint fines propter ſe eligũtur.Vo
luptas vero atq; voluptatis partes bona ſunt,quę iucũdadicũtur,& etiã propter ſe eligibilia.Alia vero
bona ſunt,quæ eliguntur propter aliud,quę dicuntur bona vtilia, quòd ea ſint quibus peruenimus ad
bona honeſtave, iucũda,vel ad ea bona,quæ vt fines bona ſunt,vt ſecare,vrere,exerceri,pharmacari,
quibus peruenimus in ſanitatem.Alex . vero addit quædam eſſe bona , quæ & propter ſe bona ſunt
& propter aliud,itemque & propter ſe eligibilia,& propter aliud,vt virtutes, & diuitiæ, & ſanitas,nã
hæc & ꝓpter ſe eligũtur, & propter felicitatẽ, amplius & potẽtia bonũ eſt & ꝓpter ſe & ꝓpter aliud.
Manifeſtum itaque quæ eliguntur propter ſe eligibiliora eſſe iis , quæ propter aliud eliguntur . quod H
exemplis demõſtrauit Ariſt.nam ſanitas quæ propter ſe eligibilis eſt,eligibilior eſt ipſis ſecare, & vre
re,& exerceri,quæ eliguntur propter ſanitatem.Amplius,ſi amicum eligimus propter ipſum veluti &
nos ipſos,ſiquidem amicus eſt aliter ipſe:nummos autem non propter ipſos,amicus nummis eligibi
lior erit.ſic etiam demonſtratur philoſophiam eligibiliorem eſſe rhetorica.¶Sed dices,Ariſto.primo
rhetoricorum tradit multo plura bona iis,quæ hic tradit.aſſerit enim bona alia eſſe iuſta atque æqua,
quorum contraria ſunt iniuſta,atque iniqua.Alia eſſe vtilia,quæ expetuntur vt media in finem, quo-
rum contraria ſunt damnoſa:alia eſſe iucunda atque delectabilia,quæ etiam expetuntur vt fines,quo
rum cõtraria ſunt dolorifica.¶Et dicendum Ariſto.in libro rhetoricorum reſpexiſſe ad genera dicẽ
di,quæ ſunt tria,demonſtratiuum,deliberatiuum,& forẽſe.nam loca,& media,quibus dicimus in ge-
nere dicendi demõſtratiuo,laudando,aut vituperando,omnia accipiuntur per ſe ab ipſo honeſto, vel
turpi.loca autem,& media quibus dicimus pet ſe in genere dicendi deliberatiuo,hortando aut dehor-
tando omnia accipiũtur per ſe ab ipſo vel vtili dãnoſo.loca deniq;,& media quibus dicimus in gene-

A re forensi accusando aut defendẽdo omnia accipiuntur per se ab ipso iusto, atque ęquo aut ab iniusto, atque iniquo. Diximus per se, quoniam per accidens in omni dicendi genere dicimus per loca quę accipiuntur ab omni bono. In genere enim dicendi demõstratiuo per se laudamus, aut vituperamus p loca, quæ accipiuntur ab honesto. Per accidens autem per loca quæ accipiuntur ab vtili, & a iusto, in quantum accidit aliquod honestum esse vtile, & iustum. In genere vero dicẽdi deliberatiuo per se hortamur, aut dehortamur per loca, quę accipiuntur ab vtili, vel damnoso. Per accidẽs vero per loca quę accipiuntur ab honesto & à iusto, quatenus accidit nonnulla honesta, vel iusta esse vtilia. In genere etiã forensi per se accusamus vel defendimus per loca, quæ per se accipiuntur a iusto vel iniusto. Per accidens autem per loca, quæ accipiuntur ab honesto. & ab vtili, quatenus accidit iusta esse honesta vel vtilia. Hic autẽ respexit ad electionem simpliciter, quouis modo fiat, siue per se, siue per accidens, & ad ipsum eligibile simpliciter siue per se siue per accidens, & hoc pacto sub eo continentur omnia bona, qm̃ omne bonum est elgibile, siquidem bonũ per se eligibile est per se: & bonũ per accidens eligibile per accidens. respexit etiam ad vnum genus dicendi, quod est deliberatiuum: ad quod omnia alia genera reducuntur. nam persuadere ad laudem vel vituperationem, aliqua ratione est mouere mẽ-
B tem auditorum ad deliberandum, vt assentiant laudi vel vituperationi alicuius. persuadere etiam iudici ad accusationem vel defensionem, est etiam mouere mentem illius ad deliberandum vt damnet, vel absoluat. Quare cum omnia bona contineantur sub ipso eligibili, omnia genera dicendi continentur sub genere dicendi deliberatiuo. & ideo Aristoteles aliter hic de bonis, & aliter in rhetoricis locutus est. ¶ Vlterius dubitatur, quoniam sanitas eligenda est propter se, virtus autem propter felicitatẽ, & tamen virtus est sanitate eligibilor, igitur non omne eligibile propter se est eligibilius eo, quod eligitur propter alterũ. Dicẽdũ Aristotelẽ per id, quod eligitur propter alterum, intellexisse id quod ordinatur ad illud, quod eligitur propter se, vt patet per exempla eius: modo virtus non ordinatur ad sanitatem, ideo non valet instantia.

¶ LOCVS SEXTVS

9 Et quod per se eo quod per accidens, vt amicos iustos esse eo quod inimicos. Illud enim per se eligendum. hoc autem per accidens eligi-
C mus. Inimicos enim iustos esse eligimus per accidens, vt nihil nobis noceant. Est autem hoc idem ei, quod ante hoc. Differt autem modo. nam amicos iustos esse per se eligimus, & si nihil nobis debeat fore, quanuis apud Indos sint. Inimicos autem propter alterum, vt nihil nobis noceant.

Nunc assignat sextũ locũ, qui potest esse locus pręceptiuus, & locus præceptus. Est quidem locus præceptiuus respicere ad id, quod per se, & ad id, quod per accidens est. Locus vero præceptus est, qđ est per se eligibile, eligibilius est illo, quod est per accidens eligibile. & hoc dicit. [Et quod per se] eligibilius est [eo, quod per accidens] eligibile est. Est autẽ per se eligibile (vt Alexan. exponit) quod p propriam naturam, & præsentiam eligibile est: per accidens vero, quod cum non sit per propriam naturam eligibile, accidit, vt eligatur aliquando propter aliquam circunstantiam. & Aristo. per exempla quale est vtrunque ipsorum manifestauit, & dicit. [Vt amicos iustos esse eo] subaudi eligibilius est, [quod] est [inimicos] iustos esse. Et asignat rationem, & dicit. Illud enim,] scilicet amicos iustos esse [per se eligendũ est,] non enim propter nos, nec vt aliquid nobis ex hoc fiat, ipsum eligimus. Sed qm̃
D amicitia est volũtas mutua bonorum, illius gratia eligimus bona amicis inesse, bonum etiam est & iustitiam habenti. [Hoc autem,] scilicet inimicos iustos esse [per accidẽs eligimus. inimicos enim iustos esse eligimus per accidens, vt nihil nobis noceant.] Non enim est peculiare inimicitiæ voluntas bonorum inimicis illorum genera, quoniam idem esset inimicitia & amicitia. Non igitur per se hoc eligimus, sed per accidens. Cum enim peculiare iustis sit non iniustitiam facere, ne inimici nos iniustitia sequantur, eligimus ipsos esse iustos. Quod si hoc per accidens est eligibile, illud vero per se, manifestum quoniam per se eligibile illo, quod est per accidens eligibile, eligibilius est. Deinde cõparat hunc sextum locum priori quinto loco, & dicit. [Est autem hoc,] scilicet hic locus sextus [idem ei] loco quinto, [qui est ante hoc,] quoniam (vt Alexander inquit) idem est esse per se, & propter se, & idem est esse per accidẽs, & propter aliud. Amicos enim iustos esse & propter se, & per se eligibile est, quẽadmodum & sanitas. Sed inimicos esse iustos per accidens, accidit enim ipsis iustis factis non lædere, & propter aliud, ne nos lædant. [Differt autem modo] scilicet prolationis (vt Alexan. exponit) quoniam in primo loco vtimur propter se, & propter alterũ, in hoc vero loco sexto, vtimur per se, & per accidens, & hoc subscribit. [Differt autem modo, nam amicos iustos esse per se

eligimus, & ſi nihil nobis debeat fore per ipſos,[quanuis apud Indos ſint.]vbi enim in India ſint,ni- E
hil nobis proſunt,[inimicos autem]iuſtos eſſe eligimus per accidens, &[propter alterum,vt nihil no
bis noceant.]ergo differentia ſola horum locorum eſt,in modo proferendi.nā in quinto loco vtimur
propter ſe,& propter alterum,in ſexto vero per ſe,& per accidens,quæ ſubiecto,& re eadē ſunt. Aut
forte,vt Alex.inquit,quod dicit Ariſto.ſolum in exemplis dictis verum eſt.nā amicos iuſtos eſſe eli-
gimus per ſe & propter ſe.Inimicos autem ꝓpter alterū,& per accidēs.In aliis eſt inuenire plura, qui
bus differunt.Nam quædam ſunt eligibilia per ſe, quæ tamen non ſunt eligibilia propter ſe. iis enim
qui frigeſcūt,ꝑ ſe eligibilius eſt calida veſtis,non tamen propter ipſam,ſed propter alterum,quoniam
non frigeſcere ab ipſa fit,per accidens vero aut albam,aut fuſcam, aut queuis colorem habeat veſtis
quā per ſe nos frigentes eligimus. Sic igitur omne eligibile propter ſe eſt eligibile per ſe, & non con-
uertitur.Nam diuitiæ eligibiles ſunt per ſe,non autem propter ſe.per ſe quidem,quia propter ſuam na
turæ quę bona,& vlitis eſt,non autem propter ſe,qm̄ eligimus,vt inſtrumenta,quibus perficimus ali
quas virtutes. Simili ratione quod eſt per accidens eligibile, erit propter alterum eligibile: at quod
propter aliud eſt elihibile, non omnino eſt per accidens eligibile. Diuitiæ enim propter alium
eligibiles ſunt, quæ non;per accidens eliguntur. Per accidens enim ſola ea eligibilia ſunt, quæ per
quoddam accidens quod in ipſis habent eligibile,eliguntur,hoc pacto quandoque paupertas, mor- F
bus,& mors per accidens eligibiles ſunt.Si igitur ꝑ ſe & propter ſe,& per accidens propter aliud non
ſunt eadem,nec hæc loca eadem erunt. ſunt qui aliter differentiam aſſignant. Aſſerunt enim ea eſſe
eligibilia propter ſe,quæ vt fines eligibilia ſunt,ea autem propter alterum,quę eligibilia ſunt vt media
ī finē.verbi cauſa,eligibilia ꝓpter ſe ſunt felicitas & felicitates ꝑtes. eligibilia ꝓpter alterū ſunt,quę fa
ciunt acquirere felicitatem.Per ſe vero eligibilia ſunt, quæ propria natura ſunt bona, vt diuitiæ, quæ
ſunt bonæ propriis naturis,quoniam propriis naturis ſunt inſtrumenta ad aliquas virtutes. non autē
ſunt bonæ propter ſe,quoniam non vt fines: per accidens aūt eligibilia ſunt,quæ habent in ſe aliquid
coniunctum,quod eſt eligibile,vt album, quod habet veſtem eligibilem.Hactenus de differentia lo-
corum.

LOCVS SEPTIMVS.

10 Et quod cauſa boni per ſe eo quod per accidens cauſa, quemadmo-
dum virtus,fortuna.Nam illa quidem per ſe,hæc autem per accidēs eſt
cauſa bonorum,& ſi qu id aliud huiuſmodi. G

Septimus locus præceptiuus eſt reſpicere ad cauſam, cuius locus præceptus eſt non vna ratio-
ne expoſitus. nam Iuniores, ſic exponunt, poſitis pluribus elegibilibus, quod eſt a per ſe cauſa eo,
quod a cauſa per accidēs eſt,eligibilius eſt, ſed ferunt inſtantiam, nam theſaurus a fortuna eſt,& la-
pis eſt a cauſa per ſe,& tamen theſaurus eligibilior eſt lapide, intelligunt locum præceptum cæte-
ris paribus.Nam cum cætera fuerint paria,ſemper quod eſt a cauſa per ſe,eligibilius eo eſt, quod eſt
a cauſa per accidens,Alex.aliter intelligit,& vt mihi videtur,rationabilius.nam(vt inquit)cum Ariſt.
dixiſſet quod eſt per ſe eligibile,eligibilius eo eſſet,quod eſt per accidens,cum in cauſis etiam talis dif
ferētia ſit,nam quædam per ſe aliquorum cauſæ,quædam vero,per accidens.(ædificator enim per ſe
cauſa domus eſt,per accidensvero Athenæus,aut alius) locum quendam nobis & a cauſis ad iudiciū
eligibilioris tradit,& dicit,Quando aliqua duo bona alicuius boni,& eligibilis cauſæ ſunt, alterū per
ſe,alterum autem per accidēs, id quod per ſe cauſa boni eſt,eo eligibilius eſt,quod eſt per accidēs cau
ſa boni.& hoc intellige,quando cauſa per,ſe & cauſa per accidens eiuſdem boni cauſa ſunt. nam hoc
pacto medicina eligibilior fortuna demōſtratur eſſe,quoniam ambæ ſanitatis ſunt cauſæ, vnde dicit
[Et quod cauſa boni per ſe eo]eligibilius eſt,[quodper accidens cauſa]eſt,[quemadmodum virtus]
eligibilior eſt[fortuna,nam illa quidem per ſe],ſcilicet virtus[hæc autem,]ſcilicet fortuna[per acci- H
dens eſt cauſa bonorum,& ſi quid aliud huiuſmodi]cauſa fuerit bonorum per accidēs, vt caſus.bona
vero,vt quorū cauſæ ſunt fortuna vel caſus,ſunt diuitiæ,potentiæ,& honores,& ideo virtus eligibilior
eſt fortuna,quoniam virtus eſt per ſe horum cauſa,fortuna autem per accidens.

LOCVS OCTAVVS.

11 Similiter autem & in contrario, nam quod per ſe eſt cauſa mali,fu
gibilius eo eſt quod per accidens,vt vitium quàm fortuna.Nā illud qui-
dem per ſe malum,fortuna autem per accidens.

Hic octauus locus præceptus eſt de fugibiliori, quod eſt contrarium eligibiliori. Nam per ean-
dem rationem demonſtratur fugibilius eſſe quod per ſe cauſa mali eſt, illo quod eſt per accidens,
vt eſt vitium & fortuna,ſimiliter autem in fortuna & medico,vnde dicit[.Similiter autem in contra-
rio] eſt dicendum ſicut dictum eſt de eligibiliori. nam vt de eligibili ita de fugibili eſt dicendum: &
hoc exponit.[Nam quod per ſe eſt cauſa mali,]tāquam magis malum]fugibilius eſt eo quod per ac-

A cidens]eſt cauſa mali.[vt vitiũ] quàm fortuna[fugibilius eſt.[Nam illud quidem],ſcilicet vitium cũ ſit per ſe cauſa mali[per ſe malum]eſt,[fortuna autem,per accidens]malum eſt, cum ſit per accidẽs cauſa mali.

¶LOCVS NONVS.

12 Et quod ſimpliciter bonum,eo quod alicui,eligibilius eſt: vt ſanum fieri quàm incidi.Nam illud quidem ſimpliciter bonum, hoc autem alicui indigentium inciſione.

Locus nonus præceptiuus eſt reſpicere ad id quod eſt ſimpliciter vel alicui bonum. At locum pręceptum aſſignat,& dicit.[Et quod ſimpliciter bonum,eo eligibilius eſt,quod alicui eſt bonum.]Aſſignat autem exemplum de ſanis.nam vt ſana bifariam ſunt,quædam ſimpliciter ſana,vt ſunt quæ ſana ſunt iis, quæ ſecundum naturam ſe habent, vt deambulationes,exercitium, & quæ ſanis conueniunt: quædam autem ſana ſunt non ſimpliciter, ſed aliquibus. vt ægrotis,vt ſectiones, & quies, & pharmatię iis, qui horum indigent.ſic & bona quædam ſunt ſimpliciter bona,quæ omnibus ſecundũ B naturam habentibus bona ſunt,quædam autem alicui.vt ſanitas quidem ſimpliciter bonum,nam iis, qui ſecundum naturam ſunt omnibus ſimpliciter bonum eſt. Mors autem ſimpliciter quidem malũ, hęret tamen aliquãdo alicui bonũ vt Theagini,ſiquidẽ corporis morbigeri nutritio in philoſophia ipſum tenuit,vt dicit Plato.His igitur ſic ſe habẽtibus eligibilius inquit eſſe bona ſimpliciter, q̃ quæ nõ ſimpliciter,ſed ſunt aliquibꝰ & quãdoq; bona. Inſtãtia,nã ſuperius dictũ eſt bonũ ꝓpriũ eligibilius eſſe bono cõmuni:at bonum commune ſimpliciter bonum eſt, bonum autem proprium bonum alicui,ergo bonum alicui eligibilius erit. Dicendum bonum proprium eſſe particulare bonum,at particulare bonum duplex eſt,alterum quod diminuit a bono ſimpliciter, vt proiicere merces in mare tẽpore tempeſtatis.& de tali loquitur hic,nam hoc eſt ſimpliciter minus bonum.alterum aũt quod nõ diminuit a ſimpliciter bono,vt ſanum eſſe,quod eſt particulare bonum nõ omnibus, ſed animalibus & de hoc locutus eſt ſuperius,quoniam hoc particulare bonum eſt ſimpliciter bonum.

¶LOCVS DECIMVS.

13 C Et quod natura eſt,quod non natura, vt iuſtitia iuſto. Illud enim natura,hoc autem acquiſitiuum.

Locus decimus præceptiuus eſt reſpicere ad id,quod eſt bonum natura, & ad id quod eſt bonum non natura.Locum vero præceptum aſſignat, & dicit. [Et quod natura eſt]eo eligibilius eſt, [quod non natura] bonum eſt.& affert exemplũ,& dicit,[vt iuſtitia]eligibilior eſt[iuſto. Illud enim,[ſcilicet iuſtitia[natura]bonum eſt,quoniam iuſtitiã eſſe bonum,non lege,voluntate,aut arte eſt bonum. ſed ſuapte natura apud omnes iuſtitia eſt bonum. [Hoc autẽ] ſcilicet iuſtũ [acquiſitiuũ] bonum eſt quoniam non natura,ſed aut vſu,aut lege,aut voluntate bonũ eſt.Exponit autem Alex. locum hunc quoniam quæ natura conſtituta ſunt generatim meliora ſunt iis,quę aut acquiſititia ſunt, aut ſecũdũ artes.quæ enim ſunt ſecundum artes,ęmulationes ſunt naturæ.Amplius quæ ſunt ſecundum mores, & placitum, & leges,conſequẽtia ſunt eorũ,quæ natura ſunt.Quare quæ natura ſunt,ſimpliciter meliora & eligibiliora ſunt iis, quę non natura ſunt.nã eorũ quæ ſunt natura,peculiaris cauſa natura eſt. Eorũ autem quæ non ſunt natura,cauſa eſt,aut mos,aut placitũ,aut lex. Quia igitur oĩs virtus ſua natura bonum eſt,ideo iuſtitia quę virtus eſt,natura bonũ erit:iuſtum vero nõ ſua natura bonum eſt,ſed aut ſecundum vſum,aut ſecundum legem.nam alia quidem apud alios ſunt legitime iuſta,cum ſingulis peculiaria legitima ſint,& bona,& eligibilia.Quare ambobus bonis exiſtentibus & iuſtitia, & iuD ſtis lege poſitis.Iuſtitia quæ eſt ſuapte natura bonum,eligibilior erit iuſto nõ natura poſito. Dico iuſto non natura poſito, quoniam eſt aliquod iuſtum ſua natura bonum, vt illud iuſtum, quod recta lege,& virtute iuſtum eſt.Vel per iuſtum,intelligit hominem,qui iuſtitiam habet:nam huic iuſtitia bonum acquiſitũ eſt,non natura.ſiquidem non natura inſunt,qui iuſti ſunt,ſed per acquiſitionem habitus iuſtitiæ.At iuſtitia ſuopte natura bonum eſt.Eſt autem vtraque expoſitio Alexandri,& bona.

¶Sed occurres,nam Ariſto.7.ethic.ait eas virtutes,quæ natura nobis inſunt eſſe mala nobis,vt liberalitas,quæ nobis ineſt à natura,malum eſt,niſi ratione moderetur.ducit enim nos ad paupertatẽ. & abſtinentia quæ nobis natura ineſt,mala eſt,ſi non ratione reguletur,ducit enim ad mortem.Amplius,quæ nobis natura inſunt,neque laudamus,neque vituperamus (vt Ariſtoteles inquit cum non ſint meritoria:at quæ nobis inſunt ex non natura ſunt meritoria,& laude digna.Dicendum,vt Alexander expoſuit Ariſt.intelligere per ea,quæ ſunt bona natura,non ea,quæ nobis inſunt a natura, ſed ea,quæ ſua natura bona ſunt,vt virtus,quæ omnibus ſua natura bona eſt,Per bona vero, quæ nõ ſunt natura talia,intelligit bona,quæ aut vſu,aut lege,aut arte ſunt talia.& ſic ceſſat obiectio, cum ad aliã rationem referat ea,quæ ſunt natura bona,quàm Ariſto.acceperit,Dicit autem Alex.hic præſentem

locũ potẽtia eundẽ eſſe cũ nono loco proxime aſſignato.nã q̃ ſuapte,natura ſunt bona, & ſimpliciter E
ſunt bona,& quę acquiſititia ſunt bona,nõ ſunt ſimpliciter, nec omnibus bona.Differt autẽ ratione,
non enim quia ſimpliciter,ſed quia ſua natura bonum eſt,eligibilius eſt eo,quod acquiſititię bonũ eſt.

¶LOCVS VNDECIMVS.

14 Et quod meliori,& honorabiliori ineſt,eligibilius.vt deo,quàm homini,& animæ quàm corpori.

Locus præceptiuus vndecimus eſt,vt reſpiciamus ad melius & ad honorabilius,locus vero præce-
ptus poteſt dupliciter exponi,vno modo,vt ſit ſenſus:quod meliori & honorabiliori ineſt,]vt eligibi-
le,hoc eſt,quod eligitur a meliori & honorabiliori,eſt[eligibilius]eo,quod eligitur a peiori, & inhono-
rabiliori.[vt] quod[deo]vel a deo eligitur,eligibilius eſt eo,quod eligitur [homini] vel q̃ ab homine.
[& animę,[hoc eſt & ab anima[quàm corpori]hoc eſt q̃ a corpore.& hoc pacto locus verus eſt,mo-
do(vt Alexã.inquit)talia eligibilia ſint ambobus poſſibilia eligere.cum enim ambobus poſſibilia ſunt
ſemper quod a meliori & honorabiliori eligitur,eligibilius eſt. Et differt hic locus(vt Alexander in-
quit)a loco ſecundo, qui erat,& quod magis eligit prudẽs.nam ille locus ſupponebat ea eligibilia eſſe
ab vtriſque bonis,ita vt ſit ſenſus,id eſſe eligibilius,quod eligitur ab eo meliori, quod eſt duorum me- F
lius.Hic vero locus ſupponit ea,quæ eligunt eſſe in natura diuerſa,vt hoc melius,illud peius,vt ab ani-
ma quæ eſt meliora, quàm quod a corpore, quod eſt peius. Alio modo exponi poteſt,vt ſit ſen-
ſus,pluribus exiſtentibus eligibilibus,quod ineſt meliori,& honorabiliori eligibilius eſt eo, quod ineſt
peiori,& minus honorabili,[vt]quod ineſt deo,eligibilius eo eſt,quod ineſt homini, vt immortalitas,
quæ ineſt deo,eligibilior eſt ſapientia,quæ ineſt homini.Et ſanitate & diuitiis,quæ inſunt corpori,eli-
gibiliora ſunt philoſophia,& ſapientia,quæ inſunt animæ. ¶Sed eſt inſtantia.nam ignorantia ineſt
animæ,ſanitas autem corpori,& tamen ſanitas melior eſt ignorantia. Dicendum electionem fieri ali-
quando ſimpliciter,aliquando ſecundum quid.Fit electio alicuius eligibilioris ſimpliciter, aut cũ eli-
gibilibus exiſtentibus cæteris paribus, alterum alterum ſuperat vna ſola præeminentai, aut quoties
numerus præeminẽtiarum in altero eſt maior numero præeminentiarum in altero.Electio vero eli-
gibilioris ſecundum quid eſt,quoties vna præeminentia eſt in vno, quæ nõ eſt in altero,ſiue ſint cæte-
ra paria,ſiue non.Ariſt.fortaſſe ſi loquitur primo modo,locus eſt dialecticus & verus: ſi ſecundo mo-
do,eſt dialecticus tantum.

¶LOCVS DVODECIMVS. 6

15 Et quod melioris proprium, melius quàm quod peioris. vt quod dei quàm quod hominis:nam ſecundum communia quidem vtriſque nihil differunt ab inuicem: propriis autem alterum alteri differentiis ſupereminet.

Locus præceptiuus duodecimus(vt Alex.inquit)ex proprio aſſignatur.nam cum aſſignaſſet locũ
duodecimum ab eo,quod meliori ineſt,nunc ex proprio locũ nobis dat,in plus enim eſt id quod in-
eſt alicui,q̃ proprium.Huius autem locus præceptus eſt,quod eſt melioris proprium,eſt melius q̃ il-
lud quod eſt proprium peioris. vnde dicit. [Et quod melioris proprium,melius q̃ quod peioris, & di-
xit quod melioris proprium eſſe[melius,]& non eligibilius,quoniam(vt Alex.inquit.) comparatio-
nem fecit non ſecundum eligibilius,ſed ſecundũ melius.In plus enim eſt eſſe melius q̃ eligibilius. ali-
quid enim eſt melius quod non eſt eligibilius,quoniam nihil poteſt eſſe eligibilius alicui,quod non ſit
illi poſſibile,at poteſt eſſe aliquid melius & non poſſibile.Vel forte dixit [melius,] quoniam idem eſt
melius & eligibilius:& accepit melius pro eligibiliori.Demonſtrat autem locum per exemplum,& di- H
cit.[Vt quod]proprium eſt[dei]melius & eligibilius eſt,[q̃ quod hominis.]¶Sed occurres nunquid
melius & peius accipiantur ab his,quæ homini & deo competunt communiter aut a propriis differẽ-
tiis, quibus deus & homo differunt.Reſpondet Ariſto. ꝙ accipiuntur a propriis differentiis, & dicit,
[Nam ſecundum communia quidem vtriſque deus & homo nihil differunt ab inuicem,]& ſic ab il-
lis communibus non accipiuntur propria,quoniam in illis communibus neutrum neutri ſuperemi-
net,[propriis autẽ differentiis alterum alteri ſupereminet.]& ideo ab his accipiuntur melius & peius,
vnde ſi animalia ſint deus,homo,& equus(vt Alex.exponit)ſecundũ commune genus quidem ni-
hil ab inuicem differunt,quia vero deus melior eſt homine,& homo equo,relinquitur eorum differẽ-
tiam eſſe ſecundum propria.ſi igitur dei proprium eſt immoralitas,hominis vero ſcientię ſuſceptiuũ:
ſic & animæ proprium eſt motus,corporis vero momentum, eſſet vtique motus momento melior,
quoniam & anima corpore melior.per quæ patet vt recte Alex.annotauit,Ariſto. melius & peius in
iis accepiſſe,quæ ſunt eiuſdem generis homogenia,quoniam & comparatio eſt in habentibus cõmu-
nicationem adinuicem:idcirco dixit ſecundum quidem communia in ambobus nihil differt, nam

A quæ comparabilia sunt, habere debent aliqua communia.

¶LOCVS DECIMVSTERTIVS.

16 Et quod in melioribus, vel prioribus, vel honorabilioribus est melius vt sanitas, robore & pulchritudine, nã illa quidẽ in humidis & siccis, & (vt simpliciter dicatur) ex quibus prius cõstitutũ est animal, hęc vero in posterioribus. nam robur in neruis, & ossibus pulchritudo autem mem brorum quædam commensuratio videtur esse.

Locus decimustertius præceptiuus accipitur ab eo, quod inest prioribus: verum assignãdo locum præceptum replicat duo, proxime assignata, & dicit, [& quod melioribus [subaudi inest, melius & eligibilius est eo, quod inest peioribus, & fuit prima pars loci vndecimi, [vel prioribus] subaudi melius est eo, quod ĩest posterioribus, & eligibilius: & est decimustertius locus. [vel honorabilioribus [melius & eligibilius est eo, quod inest minus talibus, & est secunda pars vndecimi loci superius assignati.
B Quare locus præceptus decimustertius est, quod inest prioribus, melius & eligibilius est eo, quod inest posterioribus, vt si quæratur vtrum scientia aut sanitas sit eligibilior, demõstraretur vtique quoniam scientia. nam duobus existentibus eligibilibus, cum scientia quidem sit in anima, sanitas vero in corpore, & anima melior sit corpore, scientia etiam eligibilior erit sanitate. Amplius, si quæratur vtrũ immortalitas sit eligibilior sanitate: an non? demonstraretur, quoniam immortalitas. nam immortalitas inest deo, sanitas homini, vt deus honorabilior est homine. Aristo. autem ponit exemplum solũ de loco decimotertio, & dicit, [vt sanitas robore & pulchritudine] eligibilior est, cuius causã assignat, & dicit, [nam illa quidem, scilicet sanitas, in humidis & siccis, & vt simpliciter dicatur in primis [ex quibus prius constitutum est animal] est. [hæc vero,] scilicet robur & pulchritudo sunt [in posteriori bus, nam robur] est [in neruis & ossibus, pulchritudo autem] in membris dissimilaribus. nam [pulchri do membrorum,] scilicet dissimilarium [quędam commensuratio videtur esse,] & per humida & sic ca (vt Alexan. exponit) intelligit qualitates elemẽtarias, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. & forte per humida & sicca intelligit quatuor humores, vt choleram, phlegma, sanguinem, & melancholiam. sunt enim in animali quatuor compositiones, nam prima est ex quatuor elementis,
C siue ex quatuor qualitatibus elementariis, quibus constituuntur similaria. Secunda compositio est ex quatuor humoribus, nam omnis humor est res similaris, quibus resultat in animali sanitas, cum fuerit commẽsurata. Tertia est ex similaribus, vt ex carnibus, ossibus & neruis, quibus constãt organica. Quarta est totius corporis ex organicis. Accidit autem sanitas penes primam & secundam compositionem, penes tertiam robur, penes autem quartam pulchritudo. Patet igitur quomodo sanitas in prioribus est, robur autem & pulchritudo in posterioribus. ¶Instantia est, nam tunc sensus eligibilior erit intellectu. nã sensus ĩ sensitiua est anima, intellectus aũt in intellectiua: cõstat aũt sensitiuã priorẽ esse intellectiua. Hic locus non est vniuersalis apud aliquos, sed solũ tenet in rebus materialibus, quæ ex materia educuntur. In his enim quod in prioribus est, eligibilius est eo, quod in posterioribus. At anima nec educitur de materia, cum non sit corpus: nec est harmonia corporis, nec ad harmoniã conueniens: sed est vmbra quædam, ac imago intelligentiæ. forsitan locus est probabilis, & nõ verus. nam quod in posterioribus est, est posterius generatione: quod autem generatiõe est posterius, natura & dignitate est prius. quare locus oppositus est probabilior.

¶LOCVS DECIMVSQVARTVS.

17 Et finis iis, quæ sunt ad finem, eligibilior videtur esse.

Locus præceptiuus est a fine, & est fere idẽ cum loco quinto, qui accipiebatur ab eo, quod est pro
D pter se, vt Alexan. inquit. nam finis est propter se eligibilis. quod autem est ad finem, est eligibile propter alterum, vt propter finẽ, differt autem hic locus ab illo. nam in hoc loco decimoquarto est comparatio finiũ, & eorum quę sunt ad ad finem, ibi autem comparatio fuit vniuersalior, quia eorum quę sunt propter se, & eorũ quę sunt propter alterum: constat autem propter se esse, vniuersalius esse fine. & ꝑpter alterũ esse, vniuersalius esse eo, qđ est ꝑpter finẽ, hac ratiõe sanitas eligibilior: exe rcitatiõe, & cibis, generatimque dięta. nã sanitas finis est, exercitatio autem cibus, ac dięta sanitatis gratia. Amplius felicitas eligibilior est virtute, sanitate, diuitiis, & aliis bonis. nam felicitas est finis, illa autem sunt felicitatis gratia. assignat igitur locum pręceptum, & dicit, [& finis iis, quę sunt ad finem, eligibilior esse videtur.] & accepit [esse videtur] pro esse re vera. nam semper finis re vera est eligibilior his, quæ sunt ad finem.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

18 Et duorum, quod propinquius est fini.

Locus hic decimusquĩtus præceptiuus, vt mihi videtur, accipitur ab eo, quod est fini propinquius

aut minus propinquum.nam vt Alexan.inquit,hic locus in his,quæ ad finem faciunt, comparationẽ E habet.dicit enim Arist.si essent aliqua duo, quæ ad vnum aliquem finem relationẽ haberent, quod propinquius fini esset,eo eligibilius esset,quod a fine est longius,vt sanitatis causa sunt exercere & intendere: quia vero exercitium propinquius sanitati est,quàm tondere,melius & eligibilius est: est enĩ fini propinquius. Hoc pacto operatio secũdum virtutem habitu est eligibilior,est enim felicitati propinquior, quæ finis est amborum. Sic & ars fabrilis eligibilior esse videtur arte, quæ ligna secat, cum ambæ sint ad nauifactiuam artem. Aristo. igitur locum præceptum assignat, & dicit, [& duorum,] scilicet ordinatorũ in finem, [quod propinquius est fini,] eligibilius est. est enim quid propinquius est finis,tanquam finis eius,quod est longius a fine.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

19 Et omnino quod ad vitæ finem, eligibilius,quàm quod ad aliud aliquid,vt quod ad felicitatem cõtendit, quàm quod ad prudẽtiam.nam quod ad felicitatem cõtendit,eligibilius.

Locus decimussextus præceptiuus est respicere ad id,quod est vltimo fini propinquius. verũ pro intellectu loci præcepti,annotatione dignũ,finẽ nõ esse vna ratione,vt Alexan.innuit.nã quidã finis F est,qui est pro vita eligibilis,vt felicitas ipsa. quidã autem finis est pro alio quàm pro vita,sed pro fine qui est pro vita,vt prudentia: prudentia enim non est vitæ finis,cum non sit beatitudo humanæ vitę, est tamen pro fine vitæ,quoniam nullus potest ad beatitudinem peruenire,sine prudentia: quare beatitudo est vltimus & perfectissimus vitæ finis, prudentia autem est conferens ad vltimum vitę finẽ. nam licet sit finis,non est vltimus vitæ finis.Ex his tradit locũ præceptũ,& dicit,[& omnino quod] confert immediate[ad vitæ finem eligibilius]est[q̃ quod]confert[ad aliud aliquid,]quod non est vltimus vitæ finis.[vt quod ad felicitatem contendit]ac confert, quæ est vltimus & perfectissimus vitæ finis,eligibilius est,[q̃]id[quod]confert[ad prudentiam]quæ non est vltimus vitæ finis,nec perfectissimus vitæ finis, [nam quod ad felicitatem contendit] ac confert immediate, [eligibilius est,] quoniam est conferens ad vltimum & perfectissimum vitę finem: quod autem cõfert ad prudẽtiam, non confert ad vltimum vitæ finẽ. non enim prudentia est vltimus vitæ finis, sed ipsa confert ad vltimum vitæ finem. verbi causa prudentię effectiuo puta eruditione,quę prudẽtiæ propinquior,est ipsa prudentia eligibilior est,quoniam prudentia est propinquior felicitati q̃ eruditio,& prudentiæ effectiuis. Si igitur quęreretur vtrum sanitas eligibilior sit diuitiis, quoniam sanitas quidem habet relationẽ G ad vitæ finem.i.ad felicitatem, & diuitię ad operationes quæ sunt secundum liberalitatem,quæ & ipsę ad felicitatem habent relationem,sanitas vtique diuitiis eligibilior erit. At prudentiæ effectiuis eligibilior est actio,quæ est secundum iustitiam.nam ipsa effectrix felicitatis est. demonstraretur vtique per locum istum virtus eligibilior honore,qui est de regno,siquidẽ virtutis quidem finis felicitas est: sed honoris,quæ est apud reges,dominari genti aliquæ,finis est.

LOCVS DECIMVSSEPTIMVS.

20 Et possibile impossibili.

Locus præceptiuus est vt respiciamus ad possibile,& ad impossibilile.& hęc verba possunt exponi vno modo,vt per possibile Aristot.velit illud quod potest finem inducere: & per impossibile,id,q̃d non potest inducere finem.& tunc locus decimusseptimus erit, [& possibile] hoc est,& quod potest finem inducere eligibilius est impossibili,hoc est eo quod non potest finem inducere,vt viuere secundum virtutem eligibilius est ipso ludere.nam per viuere secundum virtutẽ possumus deuenire ad beatam vitam,per ludere nequaquã.Causa huius expositionis est,quoniam impossibile, cum intelligere pro impossibili,non est eligibile.Nam,vt Aristote.inquit,nemo impossibilia eligit. Quare vno modo H intelligi potest per possibile,& impossibile vt dictum est.Alexan.autem exponit per possibile, & impossibile ea,quæ proprie possibile,& impossibile intelliguntur. Et tunc est sensus, si comparatorum esset vnum quidem impossibile,alterum vero possibile,eligibilius est possibile ipso impossibili, vt quoniam quidem homini longa vita possibilis est,immortalitas autem impossibilis,eligibilior vtique erit homini longa vita q̃ immortalitas. Amplius,eligibilior erit homini mediocris passio quam impassibilitas.Nam mediocris passio homini possibilis est, impassibilitas vero nequaquam. Et si dices, nemo impossibilia eligit, quare possibile non erit impossibili eligibilius: alioquin impossibile erit eligibile homini, cum id in quo aliqua comparantur, comnune sit comparatis. Alexander vt mihi videtur, innuit solutionem,quoniam licet immortalitas & impassibilitas homini sint impossibilia,tamen sunt simpliciter possibilia, quoniam deo competunt. Quare cum duorum alterum sit simpliciter,& alicui possibile, alterum vero alicui impossibile, simpliciter tamen possibile, quod est alieni, & simpliciter possibile eligibilius est. vt lõga vita, & mediocris passio eligibiliora homini sunt immortalitate,& impassibilitate: quę licet non sunt possibilia, tamen simpliciter sunt possibilia.

A LOCVS DECIMVSOCTAVVS.

21 Amplius, cũ duo effectiua fuerint, cuius finis melior, & ipsũ melius.

Locus iste præceptiuus 18. accipitur à finibus, & vt Alexander inquit, ob breuitatem obscurus est, verum talis est. Si aliqua effectiua duo fuerint, duorum finium effectiua, cuius eorum effectiuorum finis melior, ac eligibilior, & ipsum effectiuum melius & eligibilius erit. hoc pacto eruditio eligibilior, ac melior demonstrabitur vtique esse exercitio, siquidem exercitium effectiuum sanitatis est, eruditio vero prudentiæ, & est prudentia sanitate melior ac eligibilior. vnde inquit, [Amplius, cum duo effectiua fuerint, cuius finis melior, & ipsum melius.] Intelligitur autem locus, vt Alexander inquit, de finibus æque propinquis effectiuis. nam non est eligibilius tonderi lucro, quanuis hoc quidem ad sanitatem, lucrum vero ad diuitias ducat, quoniam plus distat tonderi à sanitate, quàm lucrum à diuitiis.

LOCVS DECIMVSNONVS.

22 Cum autẽ sit effectiuum & finis, ex proportione quando pluri superat finis finẽ, quàm ille proprium effectiuum (vt felicitas pluri superat sanitatem, quàm sanitas salubre,) effectiuum nimirum felicitatis melius erit sanitate. Nam quantum felicitas superat sanitatem, tantum & effectiuum felicitatis superat salubre. Sanitas autem salubre minus superabat. Quare plus superat effectiuum felicitatis salubre quàm sanitas salubre. quapropter effectiuum felicitatis melius sanitate. Manifestũ igitur, quoniam eligibilius effectiuum felicitatis quàm sanitas, nam id plus superat.

B

Per hunc locum declaratur, quando finis, & quando agens eligibilius est. accipitur autẽ locus præceptiuus ex fine, & agente: locus autem præceptus est, quando finis alicuius agentis longe plus exuperat finem alterius agentis, vt felicitas, quæ est finis virtutis longe plus exuperat sanitatem quæ est finis pharmaci, quàm sanitas pharmacum, effectiuũ felicitatis, videlicet virtus eligibilius erit sanitate. Sup-
C ponit enim Aristoteles agentia suis finibus esse æque proxima. sit felicitas igitur a, superẽtque sanitatẽ, quæ sit c, vt octo. sanitas vero sanatiuum, videlicet pharmacũ, quod sit d, superet vt quatuor: felicitas, vt quatuor superabit effectiuum suum, videlicet virtutem. quare felicitas superabit sanitatem vt octo, suúmq; effectiuũ, vt quatuor: quo fit, vt effectiuũ felicitatis superet sanitatem vt quatuor, effectiuúmque sanitatis, vt octo. Sic igitur effectiuũ felicitatis, videlicet virtus eligibilius erit sanitate, est enim illo melius, vt quatuor. vnde argumentum Aristot. est, sicuti a ad b, ita c ad d. nam a superat b, vt quatuor: & c superat d, vt quatuor: igitur à cõmutata proportione, vt a ad c, ita b ad d: quoniam a superat c vt octo, & b superat d, vt octo: sed c superat d, vt quatuor, ergo b superat d plus q̃ superabat c. quare eligibilius tam ipso c, q̃ ipso d, quod erat propositũ, inquit. [cũ autẽ sit effectiuum] aliquod, [& finis] aliquis, [quãdo ex proportione finis superat finẽ pluri, q̃ ille proprium effectiuum, vt felicitas] quę est finis virtutis [pluri superat sanitatẽ, q̃ sanitas] superat [salubre,] quod effectiuũ est sanitatis, [tũc effectiuum felicitatis melius] erit, & eligibilius [sanitate,] & hoc probat, & dicit, Nam quantum felicitas superat sanitatẽ, tantũ & effectiuum felicitatis] videlicet virtus [salubre superat] scilicet pharmacũ, quod est effectiuum sanitatis. [Sanitas autem,] vt diximus [salubre] hoc est pharmacum [minus superabat. quare plus superat effectiuum felicitatis salubre, quàm sanitas salubre. Quapropter effectiuum felici-
D tatis] videlicet virtus [melius sanitate] est & eligibilius. [Manifestũ igitur, quoniam eligibilius effectiuum felicitatis quàm sanitas] videlicet virtus, [nã idem plus superat,] quod enim melius, hoc eligibilius est, vnde Alexand. inquit, si igitur accipiamus felicitatẽ cuius prudentia est effectiuum, & sanitatẽ cuius effectiuum est exercitium, erit vt felicitas ad sanitatem, sic effectiuum ad effectiuum, hoc est prudentia ad exercitiũ. & vt se habet felicitas ad prudẽtiam propriũ effectiuũ, sic & sanitas ad proprium effectiuum, quod est exercitium sic autem se habentibus, vt præcedens ad præcedens, hoc est, vt felicitas ad sanitatem, sic & cõsequens ad cõsequens, hoc est prudẽtia ad exercitiũ. Quare quãto felicitas sanitate eligibilior est, tanto & prudẽtia exercitio. His positis vt Alexan. inquit, perscrutabimur, vtrum quãto superat felicitas sanitatẽ, tanto sanitas exercitium aut plus aut minus. siquidẽ plus felicitas superat sanitatẽ quàm sanitas exercitiũ; erit & prudentia effectrix felicitatis plus superans exercitiũ, quàm sanitas. si aũt plus superat, manifestũ, quoniã eligibilius erit sanitate, plus enim superãs superaret vtiq; & istã. Si autẽ æqualiter felicitas sanitatẽ, & sanitas exercitiũ superaret, æqualiter vtique prudentia superaret, & sanitas. Si autem æqualiter, similiter esset & eligibilis ipsa. Si autẽ minus felicitas superaret sanitatẽ q̃ sanitas exercitiũ, minus vtiq; & prudẽtia superaret exercitiũ q̃ sanitas. minus autẽ superãs,

manifestum, quoniam & minus vtiq; eligibilis est ipsa, & sic esset vtique finis minus eligibilis demõstratus sanitas effectiuo hoc est prudentia, cui comparabatur. demonstraretur vtique & felicitas plus superare sanitatẽ, quàm sanitas exercitium, eo quia non sic felicitas indiget sanitate vt sanitas exercitio, est enim exercitium effectiuum sanitatis. sanitas vero licet iuuet felicitatem, nõ tamen vt eius effectiuum, sed à longe. quare plus superaret felicitas sanitatẽ quàm sanitas exercitium. plus igitur & prudentia superat exercitium quàm sanitas. At quod in bonitate exuperat, eligibilius est. Hæc Alexander, ex quibus patet interpretatio loci.

LOCVS VIGESIMVSPRIMVS.

23 Amplius, melius est quod propter se, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitiis, & iustitia sanitate, & robore. nam illa quidem propter se honorabiliũ: hæc vero, non propter se, sed propter aliud. nullus enim honorat diuitias propter se, sed propter aliud. Amicitiam vero propter se: & si nihil nobis debeat aliud ab ea esse.

Locus præceptus est, vt Alexãder exponit, quod est per se καλλιον, hoc est melius & pulchrius, hoc est quod est sua natura melius, & honorabilius, & laudabilius, hoc tale est eligibilius illo, quod minus tale sua natura est. Qua ratione locus præceptiuus erit respicere ad conditiones boni, ac pulchri. sunt enim bonorum alia quidem honorabilia, vt quæcunque inter entia principalia sunt, veluti Dii, parẽtes, & felicitas. Alia vero laudabilia, vt virtutes, atque virtutum operationes, & potentiæ, quibus vti bene, & male possumus. Alia vero vtilia, vt Alexander inquit, quæcunque sunt horum bonorum effectiua, atque iuuantia. quare quæcunque sua natura honorabilia atque laudabilia sunt, hæc meliora atque eligibiliora iis sunt, quæ sua natura minus talia sunt. & hoc dicit, [Amplius melius] & eligibilius [est quod propter se, & honorabilius, & laudabilius] est eo, quod sua natura minus tale est. & assignat exemplum, & dicit, [vt amicitia diuitiis, & iustitia sanitate, & robore] hoc est viribus, & asignat causam, & dicit, [Nam illa quidem] videlicet amicitia & iustitia, sunt [propter se honorabilia, hæc vero] videlicet diuitiæ, & vires, [non propter se, sed propter aliud,] & vlterius explanando rationem dicit, [nullus enim honorat diuitias propter se, sed propter aliud,] nam diuitię quanuis per se videantur bona, atque honore digna, relatio tamen electionis ad aliud sunt, vt ad vsum hominum. nullus etiam honorat vires propter se, sed propter aliud. nam quanuis vires videantur etiam per se honore dignę, relatione tamen electionis ad alterum sunt. vires enim ad præcellendũ hominibus sunt sine impedimento, & ad dominandum. [amicitia vero propter se, & si nihil nobis aliud ab ea esse debeat,] hoc autem exposuit Aristoteles octauo ethicorum, & ad eum locum te mitto. Simili ratione, & iustitia propter se honoratur, cum sit, vt Aristoteles quinto ethicorũ inquit, tota virtus integra, nemo autẽ dubitat virtutes esse propter se honore dignas, inter quas iustitia est præclarior. ¶ Quæret autẽ quispiam, in quo differt iste locus à loco sexto, in quo dicebat, quæ sunt per se eligibilia, eligibiliora esse his, quæ sunt per accidens, vel in quo differt ab illo quæ propter se his, quæ sunt propter alia. Dicendum, vt Alexander inquit, satis bene, quòd in locis superius asignatis cõparauit bona per se ad bona per accidens, & bona propter se ad bona propter aliud. & dixit bona per se eligibiliora esse bonis per accidens, & bona propter se eligibiliora esse bonis propter aliud: hic autem comparat bona suapte natura honorabiliora, & laudabiliora ad bona suapte natura minus laudabilia & honorabilia, & dicit bona suapte natura honorabiliora ac laudabiliora magis eligibilia esse bonis suapte natura minus talibus. Sed occurres, nã Arist. dicit, [nullus enim honorat diuitias propter se, sed ꝓpter aliud,] ergo cõparat inter & ꝓpter se, & propter aliud. ¶ Vno modo posset dici Aristoteles hoc dixisse pro exem plo. aut dici potest, idem posse esse tale propter se, & propter aliud, vt diuitiæ sunt propter se honorabiles, & propter aliud: propter se, quia suis in naturis cõtinent organa vitæ, & virtutum aliquarum: propter aliud vero, quoniam propter vsum nostrũ. quare in casu propter aliud esse stat cum esse sua natura tale: nam sumendo propter se pro eo, quod est sua natura tale, idem est sua natura honorabile, & ꝓpter aliud, vt diuitię. quam responsionem Alexander sentit.

LOCVS VIGESIMVSSECVNDVS.

24 Amplius, quando duo aliqua fuerint sibimetipsis similia, & non poterimus præeminentiam aliquam conspicere, alterius ad alterum, videndum ex iis, quæ sequuntur. Nam cui consequens est maius bonum, hoc eligibilius.

Locus præceptiuus 22. est nunc ex cõsequentibus, vt Alex. inquit, asignat autẽ simul rationem, & locum præceptum, & dicit, [Amplius quando duo alii fuerint sibimetipsis similia, & non poterimus

A præeminentiam aliquã cõspicere neq;]à priori,neq; ab æquali,[alterius ad alterũ, videndũ] pro eligibiliorũ electione[ex iis, quæ sequuntur,]tunc assignat causam,& locũ præceptũ,& inquit,[nam id, cui consequens est]magis,vel[maius bonũ, hoc est eligibilius.] verbi causa,si quæritur vtrum discere eligibilius sit quàm exerceri,an non,& vtrum eligibilius sit quod indiget,an quod nõ indiget,accipiemus cõsequentia hæc.sequitur enim ad ipsum discere sciẽtia, ad ipsum vero exerceri,sanitas,ideo maius bonum dicemus discere,quàm exerceri,quanto scientia sanitate melior est.Similiter quod non indiget,eligibius est eo,quod indiget,nam ad non indigere sequitur simile esse diis,ad indigere autẽ, hominibus.Similiter si quæritur vtrũ eligibilius est benefacere,aut bene pati, dicemus eligibilius esse benefacere:quoniam ad benefacere sequitur simile esse diis,ad bene pati simile esse hominibus mortalibus. ¶ Et si occurres,quoniam ad fodere agrum sequitur inuentio thesauri,ad philosophari autẽ,male sentitur de diis,& tamen non est fodere agrum eligibilius ipso philosophari. Dicendum, Aristot.loquutum esse in iis,quæ in omnibus sunt similia, & quæ solum differunt ex parte consequentium,qualia vero sunt hæc,quæ obiecimus.

LOCVS VIGESIMVSTERTIVS.

B 25 Sinautem sint consequentia mala:id cui cõsequens minus malum est, hoc eligibilius est. Vtraque enim cum sint eligenda, nihil prohibet molestũ quid sequi. Dupliciter autem ab eo, quod sequitur cõsideratio est. Nã & prius & posterius sequitur, vt addiscẽtem ignorare prius, scire autẽ, posterius: melius autẽ, vt plurimũ, quod posterius sequitur. Sumendũ igitur eorum,quæ sequuntur quodcunque fuerit vtile. δυχερές τι. difficile.

Hic locus præceptiuus 23. differt à 22. vt Alexand.innuit,ꝗ 22. fit à maiore, hic verò à minore. ideo inquit,[Sin autẽ] similiũ in omnibus,[sint cõsequentia mala,] & quæratur quod eorũ similiũ sit eligibilius,respõdet & dicit,[id] eligibilius erit duorũ similium, [cui cõsequens minus malũ est,] ergo locus iste præceptiuus 23.est à minore, quoniã ab eo cõsequente,quod minus malũ est.Si enim quęreretur vtrũ eligibilius sit curari,an nauigare,quoniã ad ipum nauigare sequitur nauseare,ad ipum vero curari,cõburi aut secari,cũ sit minus malũ nauseare q̃ comburi,dicemus ipsum nauigare eligibilius esse q̃ curari.Et in iis exẽplis,vt Alex.inquit,22.locus patet, qui est ex cõsequentibus à maiore. Nam C cũ ad ipsum curari sequatur sanitas, ad ipsum vero nauigare sequatur lucrũ, aut historia eorũ, quæ ex nauigatione videtur,& horũ maius bonũ est sanitas,secundũ hoc curari eligibilius est q̃ nauigare.non enim est absurdũ ad opposita syllogizare,quãdo non in demonstratiuis,sed in topicis, atq; rhetoricis versamur.habet enim hæ artes pro vtraq; parte loca.Per hunc eundẽ locũ 23.possumus demõstrare vitã contemplatiuam eligibilorẽ esse quàm actiuam: nam ad cõtemplatiuã vitã sequitur se despicere, & negligere ac paruipẽdere bona fortunę,ad vitã actiuã vero sequitur inuidia prosequi,& insidiis molestari,quæ sunt maiora mala.Amplius ex eodem loco possumus demonstrare alterũ altero esse fugibilius,vt quoniã ad iniustitiã facere sequitur odio haberi,ad iniustitiam pati,misereri: & est maius malum odio haberi quàm misereri,ideo minus fugibile est iniustitiã pati quàm iniustitiam facere. ¶ Sed occurres,nam cum antecedentia sint similia quantum ad rationem electionis, non videtur ad vnum eorum posse sequi aliquid mali,vel boni, quod non sequatur ad alterũ, & sic locus à consequentibus frustra assignatur.Huic Arist. respondere videtur, & dicit, [vtraque enim]scilicet antecedentia [cum sint eligenda]& similia in omnibus, [nihil prohibet molestum quid sequi]ad alterũ,quod non sequitur ad alterũ,non enim similia sunt eadẽ,& sic locus à cõsequentibus non est frustra. ¶ Amplius occurres,cum cõsequens sit duplex,alterũ quod prius tẽpore est accidẽte, alterũ quod posterius tẽpore, D quod horũ vtile est pro loco à cõsequẽtibus.Vnde primo ponit differentiã cõsequentiũ,quæ est causa in dubitatione,deinde soluit ibi[sumendũ igitur] quantũ ad primã partẽ dicit,[Dupliciter autẽ ab eo, quod sequitur cõsideratio est,]quoniã duplex est cõsequens,nã & prius]tẽpore,[& posterius] tẽpore sequitur,vt addiscẽtẽ sequitur ignorare prius].s. tẽpore,qui enim discit,prius tẽpore ignorabat. [Scire autẽ posterius] .s.tempore,nam qui discit, postea sciet. Qui enim didicit,scit.& curari quidẽ sequitur prius morbus:si enim aliquis curatur,ægrotat: posterius vero tẽpore sequitur sanari. Si quis enim curatur,sanatur.verũ vt Alexãd.inquit,in corruptione, & fugibilibus secus est. Morbũ enim vt prius tẽpore sequitur sanitas.qui enim ægrotat,prius erat sanus, vt vero posterius sequitur mors. Quare aliqua sunt,in quibus prius est melius,aliqua vero,in quibus prius est peius,verũ plerunque vltima consequentium meliora sunt primis,vnde dicit [melius autem,vt plurimum] est eorum consequentium, quod posterius sequitur,] dixit vt plurimum, quia nõnunquam,quod sequitur vt prius,melius est.tũc soluit,& dicit[sumẽdum igitur eorum quæ sequuntur,quodcũque fuerit vtile,[in generatione quidem & prosequibilibus,id quod tẽpore posterius est. in corruptione vero, id quod est prius. verbi causa. ex consequentibus secundũ posterius demonstratur, addiscere eligibilius esse quàm curari, quoniã illud

quidem ſcientia,hoc vero ſanitas ſequitur,maius autem bonũ eſt ſcientia quàm ſanitas,& ſcire quàm
ſanari:ipſum enim ſcire ſequitur bona animi diſpoſitio:ſanari autẽ, bona diſpoſitio corporis,quæ mi-
nor eſt.& ſi ſequuntur bonum & malum,vtrunque conſiderandum:demonſtrabimus enim prçlian-
tes mori eligilius eſſe,quàm fugere. nam eos,qui in bello moriuntur, ſequitur bonũ quidem,honor,&
gloria:malum vero,miſereri. Eos autem,qui fugiunt,bonũ quidẽ viuere ſequitur, malum vero ſeruire.
Si igitur vita maius bonum eſt quàm honor,& gloria,& miſereri minus malum quàm ſeruire,ſecun-
dum vtrunque eligibilius eſſet in bellis mori quàm fugere. Secũdum prius vero & bonum & malum,
demonſtrabitur vtique curari eligibilius eſſe quàm diſcere, curari enim præcedit conſulere,ipſum ve-
ro diſcere,ab ignorãtia remoueri: eligibilius autẽ eſt cõſulere quàm ab ignorantia remoueri. Amplius
diſciplinam ignorantia,ſanitatem morbus præcedit:eſt autem morbus minus malum ignorãtia, qua-
re ſecundũ hoc eligibilius videtur ſanitas quàm diſciplina. Poſſumus etiã demonſtrare ſcientiam eli-
gibiliorem eſſe voluptate, accipientes à ſcientia quidẽ primũ ipſum ſequens,vt ipſum diſcere, à volu-
ptate vero vltimum,vt ipſum frui,quoniam eligibilius eſt diſcere quàm frui, quare & ſciẽtia volupta-
te eligibilior erit. ¶Sed occurres,quoniã quod prius eſt, non videtur ſequens.omne enim ſequens eſt
poſterius igitur non eſt duplex ſequens,& quod prius,& quod poſterius.Dicendum,vt Alexãder in-
quit poſſe eſſe aliquid ſequẽs poſitione,quod eſt prius eſſe,vt ignorare eſt ſequens poſitione, ad ipſum
diſcere,quod eſt prius eſſe. Vel dicendũ aliquid poſſe eſſe ſequẽs illatione, quod eſt prius eſſe,vt igno-
rare ſecundum eſſe prius eſt quàm diſcere,poſterius vero ſecundum illationem. ¶Amplius occurres,
quoniã non videtur ad antecedẽs bonum ſequi conſequens malum. veluti non ſequitur ad antecedẽs
verũ cõſequens falſum. Poteſt dici ad antecedẽs bonũ ſequi cõſequens malũ,ſecundũ diuerſam inhę-
rendi rationem:quoniam ad ipſum diſcere quod eſt bonũ,non ſequitur ignorare,ſed ipſum ignoraſſe:
qui enim diſcit,ignorauit.

LOCVS VIGESIMVSQVARTVS.

26 Amplius,plura bona paucioribus,vel ſimpliciter,vel quando alte-
ra alteris inſunt,pauciora in pluribus.

Locus 24.præceptiuus eſt à numero maiore, cuius locus præceptiuus eſt ſecundũ vnam recẽtio-
rum expoſitionẽ,plura bona eligibiliora ſunt paucioribus bonis,ſiue illa pauciora ſint ſimpliciter,hoc
eſt ſeorſum in ſe,ſiue ſint altera in alteris vt partes,vel(vt Alexãder exponit,)plura bona paucioribus
eligibiliora ſunt:aut ſimpliciter, quoniam videlicet ſumuntur vt differentia abinuicem,veluti,ſanitas,
& nobilitas & diuitiæ, & memoria,eligibiliora ſunt honore,& fortitudine:quoniã hęc pauciora ſim-
pliciter aſſumpta ſunt, & differũt ab illis pluribus quatenus nullũ eorũ eſt in altero eorũ, nec illa pau-
ciora ſunt de numero illorum plurium.In aggregato enim illo ex ſanitate,nobilitate,diuitiis,& memo
riis,nec continetur honor nec fortitudo: aut non ſimpliciter, vtputa quãdo altera in alteris eſſent cõ-
tenta,pauciora,videlicet in pluribus,& hoc verius eſt.In ſimpliciter enim & penitus alteris nõ eſt ve-
rum,poſſunt enim pauciora ſecundũ numerũ pluribus eligibiliora eſſe, immo poteſt vnũ eſſe eligibi-
lius pluribus, modo illud vnũ nõ cõtineatur in numero illorũ pluriũ:vnde ſi pauciora fuerint maiora
& plura fuerint minora, pauciora erũt pluribus eligibiliora. verbi cauſa, iuſtitia cũ prudẽtia eligibilior
eſt ſanitate,diuitiis,fortitudine,pulchritudine ſimul acceptis:nõ autẽ hoc eſſet, ſi pauciora in pluribus
continerentur. Sanitas enim & diuitiæ,& honor, & nobilitas ſimul ſumpta eligibiliora ſunt ſanitate,
& diuitiis ſimul ſumptis,quoniã hęc pauciora cõtinẽtur in numero illorũ plurũ,vnde dicit,[amplius
plura bona]eligibiliora ſunt[paucioribꝰ,vel]hoc eſt ſiue pauciora fuerint [ſimpliciter]ſubaudi nõ cõ-
tẽta inter illa plura,ſed oĩno diuerſa ab eis,[vel] hoc eſt ſiue[quãdo altera].ſ.[Pauciora inſunt in alte-
ris].ſ.in pluribꝰ]hoc eſt cõtenta inter illa plura,& hoc (vt Alexã.inquit)eſt verius & ꝓ maiore parte.

INSTANTIA PRIMA.

27 Inſtantia, ſi alicubi alterum alterius gratia. Non enim eligibiliora
vtraque quàm vnum. vt ſanũ fieri & ſanitas, quàm ſanitas. eo quòd ſa-
num fieri,ſanitatis gratia eligimus.

Cum aſsignaſſet locum vigeſimumquartum, declarat huiuſmodi locũ non vniuerſaliter valere in
omnibus,quoniam habet inſtantiã:non enim in omnibꝰ plura bona eligibiliora ſunt paucioribus,ſed
ſeruatis cõditionibus. prima,ꝙ illa pauciora ſunt de numero plurium q̃ conditionẽ proximo textu te-
tigit.ſecũda,ꝙ illa plura non ſic ſe habeant,quòd alterũ ſit propter alterũ.Nõ enim ſanũ fieri & ſani-
tas eligibiliora ſunt,ſanitate ſola.cauſa eſt,quia ſanũ fieri eſt gratia ſanitatis.nec deus & mũdus eligibi-
liora ſunt deo.cauſa,quia mũdus eſt gratia dei.vnde dicit, [Inſtãtia] ſubaudi adeſt cõtra locũ aſsigna-
tũ,vtputa[ſi alicubi,].i.ſi in aliquibus ita ſe habet,[vt alterũ alterius gratia ſit,]quãdo enim accipiuntur
duo bona,finis,& illud qđ eſt gratia illius finis,in his plura nõ ſunt eligibiliora q̃ vnũ.& hoc ſubſcribit
[nõ enĩ eligibiliora]ſunt in his[vtraq; q̃ vnũ,vt ſanũ fieri,& ſanitas,] nõ ſunt eligibiliores [q̃ ſanitas]
ſola, eo ꝙ ſanũ fieri ſanitatis gratia eligimꝰ.[Similiter ſciẽtia & diſciplina nõ ſunt eligibiliores ſciẽtia,

A quoniam disciplinam scientiæ causam eligimus. quare, vt Alexander inquit, locus præsens veritatem habet, in quibus plura bona continent pauciora bona, & in quibus alterũ non est propter alterũ. Ex iis patet tunc Aristot. non soluere instatiam, quoties instantia se habet loco exceptionis, vt in casu.

INSTANTIA SECVNDA.

28 Et non bona, bonus nihil prohibet eligibiliora esse, vt felicitatem, & aliud aliquid, quod non est bonum, iustitia, & fortitudine.

Iuniores assignant hic locum vigesimumquintum, & errant, non enim ipsa non bona esse possunt eligibiliora pluribus bonis, propterea, (vt Alexãder exponere videtur,) Aristoteles hic ponit secũdam instantiam. Prima enim instantia erat contra pluralitatem bonorum. demõstrauit enim per primam instantiam non semper plura bona eligibiliora esse paucioribus bonis. Secunda vero instantia est contra bona ipsa, quoniã non semper bona non bonis eligibiora sunt, interdũ enim non bona eligibiliora sunt ipsis bonis, vtputa cũ aliquid non bonũ fuerit simul cũ aliquo magno bono aggregatũ. tale enim non bonum erit bonis pluribus eligibilius, nõ quidẽ ratione sui, sed ratione magni boni, cũ quo aggregatur. vt mollities capillorum quæ est paruũ malũ, cum modestia aggregata, eligibilior est quàm sani-B tas, & vi, & diuitiis. Nã si sola modestia pluribus bonis eligibilior est, puta sanitate, vi, & diuitiis, etiam cum paruo malo eligibilior erit, vt cum mollitie capilli. vnde dicit [& non bona bonis nihil prohibet eligibiliora esse,] nõ quidem ratione sui, sed ratione illius boni, cum quo associatur.] Vt felicitas, & aliud aliquid, quod non est bonũ] videlicet mollities capilli, quod est paruũ malũ, eligibiliora sunt] iustitia & fortitudine] quæ sunt plura bona. hanc instantiã nõ soluit, quemadmodum nec primã, quoniam eam vult esse habendam, vt exceptionem. Cum igitur dixit plura bona paucioribus esse eligibiliora, intelligendum est tribus seruatis, & vt alterum non sit maxime bonũ, quoniã cum eo etiam non bonum erit pluribus bonis eligibilius, & vt alterũ non sit gratia alterius, quoniam sic possunt esse plura bona, & non eligibiliora altero eorũ solo, & vt etiã pauciora sint de numero pluriũ, quoniã fieri potest vt pauciora sint eligibiliora pluribus cum illa pauciora nõ fuerint de numero plurium.

LOCVS VIGESIMVSQVARTVS.

29 Et eadem cum voluptate magis, quàm sine voluptate.

Locus iste vigesimusquintus, vt Alexander inquit, non facit comparationem aliorum ad alia, sed eorũdem ad seipsa. nam eadem bona cum voluptate eligibiliora sunt quàm sine voluptate, vt fortitu-C do cum voluptate eligibilior est, quàm sine voluptate. Potest & hic locus referri ad tẽporis circũstantiam. nam eadem bona tempore, quo voluptuosiora sunt, eligibiliora sunt, quàm in tempore, quo non sunt voluptuosa. Veluti frui, delitiis eligibilius est tẽpore iuuentę, quàm tempore senectę, in quo nõ viget voluptas. Alexander autem dicit, hunc vigesimumquintum locum habere rationẽ ex loco vigesimoquarto, dictũ est enim plura bona eligibiliora esse paucioribns bonis, & propterea fortitudo cum voluptate eligibilior est, quoniam voluptas sua natura bonum est, & ita fortitudo cum voluptate plura sunt bona, igitur eligibiliora sunt fortitudine sine voluptate.

LOCVS VIGESIMVSSEXTVS.

30 Et eadem cum indolentia quàm cum tristitia.

Rursum hic vigesimussextus locus nõ facit comparationem aliorum ad alia, sed (vt dixit Alexander) eorundem ad seipsa. Nam bona cum indolentia eligibiora sunt eisdem bonis, cum tristitia & potest hic locus referri ad temporis circunstantiam, eadem enim bona tempora indolentiæ eligibiliora sunt seipsis, cum fuerint tempore tristitiæ, vel doloris, per quæ innuit Aristoteles aliquid aliud esse indolentiam à voluptate, vt Alexander annotauit. Est enim indolẽtia priuatio doloris ac tristitiæ, voluptas vero vltra priuationem addit fruitionẽ. Multi enim non dolent, nec tristantur, qui tamen nõ sunt D in voluptate. Est enim indolentia quasi medium inter voluptatem & dolorem. Sunt qui inter hæc loca ponant differentiã, quòd voluptas in concupiscibili, tristitia vero in irascibili virtute sint. Tum vero hunc locũ intelligas, siue tristitia pro solicitudine atq; angustia sumatur, quę in nobis fit priuatione rei amatæ, vel fuga rei quæsitæ. Siue sumatur pro perturbatione, quæ peruenit cõtractione cordis facta frigiditate naturali, qualis in senibus est. Semper enim eadem bona cum indolentia eligibiliora sunt seipsis cum tristitia quauis. ¶Sed occurres, quoniã non videtur verũ bonũ cum voluptate eligibilius esse, cũ voluptas sit fugiendorũ 9 Ethicorũ. Præterea pœnitere cũ tristitia eligibilius est, quàm pœnitere cũ indolẽtia. Potest dici voluptatẽ corporis esse fugiendorũ, sed voluptas animæ, de qua hic loquitur, non est fugiendorũ. est enim voluptas animę appetitus rationis, qui est idem, quod voluptas: voluptas vero corporis appetitus est sequẽs sensum. Simili ratione tristitia quę est in parte virtutis intellectiuæ est cum pœnitentia colliganda, quæ vero est in parte sensitiua, cum nullo potest esse bona.

LOCVS VIGESIMVSSEPTIMVS.

31 Et vnũquodque in quo tempore magis habet, in hoc & eligibilius,

vt carentia tristitiæ in senectute, magis quàm in iuuentute. Magis enim E
in senectute valet. Secundum hæc autem & prudentia in senectute eligibilior. Nemo enim iuuenes eligit duces. eo quòd nō constat eos prudentes esse. Fortitudo autem econtrario, in iuuētute enim magis necessaria secūdum fortitudinem operatio. Similiter autem & in temperantia. Magis enim iuuenes quàm senes concupiscentiis molestantur.

Locus vigesimusseptimus est, quòd eligibilium vnumquodq; eligibilius sit in illo tempore, in quo plus valet, vnde dicit, [Et vnumquodque in quo tempore magis valet, in hoc & eligibilius,] & ponit Aristoteles exempla, quorum primum affert, & dicit, [vt carētia tristitiæ in senectute magis quàm in iuuentute. Magis enim in senectute valet,] & Alexander exponit valere vnumquodque plus, quando maxima est illius indigentia. & quia senes sunt tristiores iuuenibus (iuuentus enim iucunditatem habet innatam) ideo in senectute indolentia (quæ Græce dicitur ἀλυπία) est eligenda magis, quia est senibus magis necessaria. ¶Sed hæc expositio non placet, quoniam Aristoteles ait prudentiā esse ma F
gis eligendam in senectute, non quia sit senibus magis necessaria, sed quia senes sunt prudētiores. Prudentia enim inest magis senibus, quàm iuuenibus, & ideo in senibus eligenda magis est. Propterea videtur mihi Arist. hic loquutum esse de indolentia, quæ est sequēs motum rationis, quæ nihil aliud est, quàm carentia solicitudinis, quæ consequitur priuationē rei amatæ, vel fugam rei quæsitæ. hæc enim indolentia magis in sene est, quàm in iuuene, secus de indolentia sensitiua, quæ est carentia perturbationis cordis, hæc vix in sene est. Sunt enim senes hac tristitia tristiores iuuenibus. Quare per plus valere, intelligit plus vigere, viget enim indolentia rationis plus in sene quàm in iuuene, ideo in sene eligibilior est. Assignat secundum exemplum propter eandem causam, & dicit, [Secundum hæc autem & prudentia in senectute eligibilior,] secundum hæc quidem, quoniam prudentia magis reperitur in senibus, quemadmodum indolentia rationis, & hoc ostēdit ab vsu hominum, & dicit, [Nemo enim iuuenes eligit duces, eo quòd non constat eos prudētes esse.] In gubernādis enim rebus publicis magis prudētia principis necessaria est, quàm alia quęuis virtus, vt Aristoteles ait, Deinde ponit tertium exemplum, & dicit, [Fortitudo autem econtrario,] eligibilior est in iuuene. [in iuuentute enim magis necessaria,] & plus valet [secūdum fortitudinem operatio.] deinde ponit quartum exemplum, & di- G
cit, [Similiter autē & in tēperantia.] est enim in sene eligibilior, [magis enim iuuenes quàm senes concupiscentiis molestantur.] quare tēperantia in sene eligibilior est, & plerūque reperta magis, quàm in iuuene. ¶Ex iis sequitur, quęstiones, quas mouent iuniores contra primū exemplum, esse vanas, quęrunt enim vtrum tristitia sit magis eligenda in senectute, supponentes verba textus dicere, tristitiam esse magis eligendam in senectute, quod falsum est. verba enim textus sunt vt ἀλυπία, in senectute. modo alypia, græce latine indolentiam, vel carentiam tristitiæ sonat. Quare frustra quærunt, vtrum in senecta magis sit eligenda tristitia. Verum res ita se habet (vt diximus) quòd senes tristiores sunt, tristitia insequente naturam. sunt enim senes natura melancholici, qui sunt tristes, tristitia vero insequente consilium atque deliberationem rationis, sunt minus tristes, cum sint consilio & deliberatione stabiliores. ¶Quærunt vtrum prudentia sit magis in senecta quàm in iuuenta eligibilior. Et videtur quòd in iuuenta, tum quia eo tēpore homines magis prudentia indigent, tum etiam quia eo tempore magis laudatur, cum eo tempore sit difficillimum. Et dicendum prudentiam in vtroque tempore valere, in iuuenta quidem valet magis valore vtilitatis, cum iuuenes sint ad mala propensiores, à quibus pręseruātur cum prudentes sunt: in senecta vero, valet magis valore cōgruitatis, quia senibus magis congruit, atque idonea est prudentia, & hoc pacto Aristoteles loquitur. Simili ratione de forti- H
tudine asserēdum est. Eligenda enim magis in iuuene fortitudo est, valore congruitatis, vt ita loquar, quia iuuenibus magis propria fortitudo est, & hoc pacto Aristoteles intelligit. in sene vero magis, valore vtilitatis, quia senes imbecilliores sunt, plurimum de fortitudine appetentes & indigentes, eadem ratione de temperantia differendum est. In sene enim eligibilior est temperantia valore, vt ita loquar, congruitatis, quia senibus magis propria temperantia est, propter hebetudinem sensitiuarū virtutum, valore vero vtilitatis in iuuenibus eligibilior est, & magis laudabilis, quia propensiores sunt ad voluptates, & Aristoteles loquitur primo modo. Ex iis possunt concordari Aristoteles & Alexander.

LOCVS VIGESIMVSOCTAVVS.

32 Et quod in omni tempore, vel in pluribus, vtilius, vt iustitia & tēperantia, fortitudine. Nam illæ semper, hæc autem aliquando vtilis.

Locus præceptiuus 38. est à tēpore, vnde locū præceptū assignat, & dicit, [Et quod in omni tēpo-

A vtilius]subaudi est,hoc est eligibilius.tutius vero fecit dictũ(vt Alexander inquit)addens [vel in pluribus,] assignat autẽ exemplum,& dicit, [vt iustitia & temperãtia]eligibiliores sunt[fortitudine.nam illæ]scilicet iustitia & temperantia[semper]vtiles sunt tam tempore belli,quàm tempore pacis.[Hęc autem]scilicet fortitudo[aliquãdo vtilis est,]vt tempore belli. Locus autem iste(vt Alexãder inquit) intelligitur,duobus, vel pluribus existẽtibus apparenter æqualiter eligibilibus. nam aliquibus existentibus apparẽter æqualiter eligibilibus,semper eligibilius est, quod in omni tẽpore vel in pluribus temporibus vtilius est. ¶Quod ad exemplũ attinet,Aristoteles (vt Alexander exponit) comparauit iustitiam & temperantiã fortitudini nõ simul,sed separatim,quoniam & iustitia eligibilior est fortitudine,quia omni tempore eligibilior est: & temperantia etiam eligibilior est fortitudine, quia omni tempore vtilior.Simili ratione demonstratur prudentiam eligibiliorem esse omnibus virtutibus,quoniam vnaqueque virtus est circa determinata aliqua: prudẽtia vero circa omnia. & licet inspexisset ad tempus, non tamen inspexit ad locum: quoniam eadem ratione est inspectio de loco, & de tẽpore. Sicut enim illud est eligibilius, quod omni,vel pluribus temporibus est vtilius: sic illud erit eligibilius, quod omni vel pluribus in locis est vtilius. ¶Sed occurres,quia non videtur verũ,temperantiã omni tempore esse vtilem,quoniam dormientibus non est vtilis.Dicendum,Aristotelem per omne tempus(vt B Alexander exponit)intellexisse,& tempus belli,& tempus pacis,non autẽ singulas horas.¶Amplius occurres,quoniam fortitudo omni tempore est eligẽda,siquidem omni tempore timiditas est fugienda. Dicendum quod assumptum est falsum. est enim tempore pacis timiditas bellica non fugienda. Aristoteles enim loquitur de fortitudine bellica non fugienda. Aristoteles enim loquitur de fortitudine bellica,cuius timiditas nõ omni tempore fugienda est,secus autem de fortitudine simpliciter.Hæc enim fortasse semper eligenda est,saltem habitu. ¶Ad hæc occurres,nam virtutes sunt connexę, ergo nullo tempore aliquis iustus esse poterit,vel temperans,quin sit fortis.Istud quod est de connexione virtutum, est moralis disputatio. Fortasse dici potest virtutes connexas esse, quo ad formale,quod est recta ratio.in hac enim omnes virtutes connectuntur.quo vero ad materiale,possunt virtutes esse abiunctæ, quoniam potest anima affici habitu iustitiæ aliquo tempore quo non afficitur habitu fortitudinis.

LOCVS VIGESIMVSNONVS.

C 33 Et quod cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quàm quod cum haberemus, indigeremus reliquo, vt in iustitia & fortitudine. Nã si omnes essent iusti, nihil vtilis fortitudo. Si vero omnes essent fortes,vtilis iustitia.

Locus præceptiuus vigesimusnonus est ab indigentia, locus vero præceptus est (vt Alexãder exponit)duobus eligibilibus existentibus, si alterum tale esset, vt si omnes ipsum haberemus, nihil altero indigeremus: alterum vero tale,vt si omnes ipsum haberemus,opus esset habere: & alterum eligibilius erit illud, quod habẽtes nihil altero indigeremus. Aut hoc pacto formetur locus præceptus, id, quo habito ab omnibus,altero non indigeremus,magis eligendum est quàm id,quo habito ab omnibus indigeremus altero.Per huiusmodi locum pręceptum determinatur problema,in quo quęritur sitne iustistitia eligibilior fortitudine an non. Determinatur itaque hoc problema, quod sit iustitia fortitudine eligibilior,quoniam si omnes iusti essemus, non esset vtilis fortitudo: at si omnes fortes, adhuc iustitia egeremus. & quod ita sit declaretur: nam si omnes essemus iusti, bellũ destrueretur, cui fortitudo est vtilis.bellum enim oritur aut pro repellenda iniuria,aut pro iniuria vlciscenda,aut pro defensione propriorum bonorum,aut pro recuperatione bonorũ, quæ vi fuerunt ablata. Quæ omnia tol- D litur,quando omnes essemus iusti: at si omnes essemus fortes,adhuc opus esset iustitia. Vnde Aristoteles ponit locum præceptum, & dicit, [Et quod cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quàm quod]cum subaudi omnes [haberemus, indigeremus reliquo] assignat exemplũ per quod docet determinare problema,sit ne iustitia eligibilior temperantia,an non,& dicit, [vt in iustitia,& fortitudine,] & exponit quod dixerat,& dicit, [Nam si omnes essent iusti, nihil vtilis fortitudo,] omnibus enim iustis existentibus,tolletur bellũ, quod propter iniurias semper oritur, [si vero omnes essent fortes,vtilis iustitia.] vnde Marcus Tullius libro de Officiis primo,inquit, In republica conseruanda sunt iura belli. nam cum sint duo genera decertandi, vnum per disceptationem, alterum per vim: cúmque illud proprium sit hominum, hoc belluarum, confugiendum ad posterius, si vti non licet superiore. qua ratione fit, vt bellum iustum sit, aut ad recuperanda bona iniuste ablata, aut ad repellendas iniurias, quibus enituntur hostes bello bona auferre, vt vitam, patriam, libertatem, leges, & cætera bona. Recte ergo Aristoteles inquit, Si omnes essemus iusti, vtilem non esse fortitudinem: at si omnes essemus fortes, vtilis esset iustitia, saltem in certamine disceptatiuo, non enim corrumperentur mutationes pro quibus sedandis opus esset iustitia: quin etiam in bellis opus

esset iustitia. Sed iis occurres.nam si omnes essemus iusti, oporteret aliquando resistere doloribus,atque tristitiis quæ contingunt ex aduersis casibus. Alexander vir egregius concedit hæc,verum asserit huiusmodi resistentiam attinere ad patientiam potius quàm ad fortitudinem. ¶Secundo occurres, nam si omnes iusti essemus, adhuc viribus egeremus ad portandum onera, & pro aliis necessitatibus. Dicendum, Aristotelẽ loquutum esse de fortitudine bellica, nõ autem de robore, quòd dicitur æquiuoce fortitudo.& licet Aristoteles non loquatur de perfectis virtutibus(vt Alexáder inquit,)inde hic loquitur de fortitudine militari,& de iustitia commutatiua. E

LOCVS TRIGESIMVS.

34 Amplius ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & contrariis. Quorum enim corruptiones fugibiliores, ipsa eligibiliora. Similiter autẽ in abiectionibus & in cõtrariis. nam si abiectio vel cõtrarium fugibilius,ipsum eligibilius. In generationibus autem & sumptionibus, econtrario . quorum enim sumptiones, & generationes eligibiliores,& ipsa quoque eligibiliora. F

Hic ponitur locus trigesimus.vbi duo facit,quia primo ponit locũ prçceptiuũ.secundũ ibi.[Quorum enim]ponit locum præceptum,& assignãdo locum prçceptiuum,dicit,[Amplius ex corruptionibus,& abiectionibus, & ex generationibus, & sumptionibus, & contrariis.] qui locus præceptiuus diuiditur in quinq;, quorũ primus accipitur ex corruptionibus, secũdus vero ex abiectionibus, tertius ex generationibus,quartus ex sumptionibus,quintus ex contrariis. Deinde assignat locũ præceptum, & dicit,[Quorum enim corruptiones magis fugibiles,ipsa eligibiliora.] & hic locus præceptus diuiditur in quinque,veluti locus præceptiuus,quorum is, qui ex corruptionibus accipitur, est iste.[quorum corruptiones magis fugibiles,ipsa eligibiliora sunt.]per hunc locum demonstratur scientiam esse eligibiliorem sanitate, nam ignorantia siue obliuio, quæ est scientiæ corruptio, fugibilior est ægritudine,quæ est corruptio sanitatis. ergo scientia eligibilior est sanitate. Etiam demonstratur diuitias eligibiliores esse scientia,quoniam prodigalitas,quæ est corruptio diuitiarũ,fugibilior est obliuione, quæ est scientiæ corruptio.ergo diuitiæ eligibiliores sunt scientia.Deinde tangit secundũ & tertium locum præceptum,qui accipitur ab abiectione,& contrario,& dicit,[Similiter autem in abiectionibus,& in cõtrariis.nã si]alicuius[abiectio,vel]alicuius[contrariũ,fugibilius est,ipsum eligibilius]erit.¶Quod vero ad verba attinet[abiectionib⁹] grçce est ἀποβολῶν,latine tum abiectionibus,tum amissionibus. differt autem corruptio ab abiectione, siue amissione: nam corruptio eorum est, quorum non est regressus,& hoc pacto corruptiones priuationes sunt. hac ratione cçcitas,& surditas corruptiones sunt. propterea si cçcitas surditate fugibilior est,visus auditu eligibilior erit.at abiectio atque amissio eorum est quorum est recuperatio,vt in sanitate & diuitiis, & hac ratione si sanitatis amissio fugibilior est diuitiarum amissione, sanitas diuitiis eligibilior erit. ¶Sed occurres, nam si per corruptiones intelligimus priuationes,cum virtutes sint vitiorum priuationes,sunt enim corruptiuæ vitiorum, quonã modo virtutis esset corruptio,non enim priuationis est corruptio. Vnde argumẽtum est,priuationis non est corruptio,alioquin corruptionis esset corruptio.virtus est priuatio,vt patet,priuat enim vitium,igi tur virtutis non erit corruptio,quod falsum est. Quare per corruptiones non priuationes est intelligendum.¶Et propterea Alexander aliter exponit,& vult Aristotelẽ per corruptionẽ intellexisse corruptionem in accidentibus inseparabilibus,quorũ amissio corruptionis causa est, eo quòd nõ possunt separari ab iis,in quibus sunt:tales autem sunt qualitates, & habitus: at amissio in his est quæ separari G possunt,qualia sunt possessiones. Si enim amissio loci vel ciuitatis fugibilior est amissione domus, ciuitas domo eligibilior erit. Quare secundum Alexandrum expositio est,quòd Aristoteles per corruptiones intelligat priuationes accidentium inseparabilium, & per amissiones siue abiectiones, priuationes accidentium separabilium. Sed quouis modo exponatur, sequitur priuationis esse corruptionem. & ita erit corruptionis corruptio. Quare exponendum est,vt prius,quòd Aristoteles intelligat per corruptiones, proprie mutationes de esse in non esse earũ rerum, quarũ post corruptionem non erit regressus:& per amissiones,priuationes rerum recuperabilium. Tertius vero locus præceptus est in ipsis contrariis.nam(vt Alexander inquit) vt in amissionibus, sic & in contrariis. sunt enim amissiones nonnullæ contrariorum præsentaneæ priuationes, vt virtutes:quædam vero ipsa contraria vt vitia. Quare sicuti eligibilius erit, cuius amissio est fugibilior, sic illud cuius contrarium erit fugibilius, ipsum erit eligibilius. vnde quia repleri, quod est sanitati contrarium, est fugibilius ipso latere, quod est contrarium scientiæ, sanitas nimirum scientia eligibilior erit. Amplius morbus & paupertas cõtraria sunt diuitiarum & sanitatis, & quia morbus fugibilior est paupertate, ideo sanitas eligibilior erit diuitiis.quare,vt in corruptionibus & amissionibus,sic & in contrariis erit. nam quorum H

A contraria fugibiliora sunt, hæc eligibiliora: & quorum eligibiliora contraria, hæc fugibiliora. ¶Sed occurres. nam morbus est fugibilior mala habitudine, & tamen sanitas non est eligibilior bona habitudine. Dic ēdum (vt Alexander innuit) hunc locum esse intelligendum non in subalternis: modo morbus est subalternus malę habitudini, & sanitas bonæ habitudini etiam subalterna. Deinde tāgit quartum locum, & quintum simul, & dicit. In generationibus autem, & sumptionibus econtrario, & explicat loca præcepta, & dicit. [Quorum enim sumptiones, & generationes eligibiliores, & ipsa quoque eligibiliora.] & subaudi, quorum fugibiliores, & ipsa fugibiliora. Si enim addiscere, quod est scientiæ generatio, eligibilius est ipso exerceri, quod est generatio sanitatis, scientia erit sanitate eligibilior: & si exerceri eligibilius quàm lucrari, esset vtique & sanitas diuitiis eligibilior. ¶Sed occurres, quoniam secundo libro eodem loco vsus est, docuit enim ex corruptionibus, & generationibus, & effectiuis, & corruptiuis syllogizare hoc pacto, cuius corruptiua fugibilia sunt, hoc eligibile, & cuius effectiua eligibilia, & ipsum eligibile. contra autē, cuius corruptiua eligibilia, ipsum est fugibile. & cuius effectiua fugibilia, ipsum est fugibile, ergo videtur superfluus. Alexander innuit sol. quæ mihi placet. Asserit enim secundo huius docuisse per illum locum ipsum eligibile, per hunc vero docere comparatiuū, videlicet quæ magis eligibilia, & quæ magis fugibilia sunt. ¶Quod vero ad verba attinet, verbū
B sumptiones, græce est αἱ λήψεις, latine tum sumptiones, tum vt ita loquar recuperationes. differunt autem generatio, & sumptio. nam generatio est in iis, quæ necessario insunt: at sumptio siue recuperatio in iis, quę possunt abesse, & recuperari. veluti in diuitiis, & sanitate.

LOCVS XXXI. XXXII. XXXIII.

35 Alius autem locus est, quod propinquius bono, melius atque eligibilius: & quod similius est bono, vt iustitia iusto: & quod meliori eorū est similius, quemadmodum Aiacem Vlysse dicunt aliqui meliorem esse eo, quòd similior est Achilli.

Laborat Alexander in commentariis suis, sint ne vnus locus trigesimusprimus & trigesimussecūdus an duo. Prima enim facie videtur duo, quoniam alter accipitur ab eo quod est bono propinquius, alter autem ab eo, quod est similius bono. Differunt enim propinquius bono, & similius bono. Ex a-
C lio videtur, ꝙ hæc sint vnus locus. nam si propinquius bono esset alius locus ab eo, quod est similius bono, tūc coincideret locus trigesimusprimus cum loco superius dicto, cum dixit ex duobus, qđ est propinquius fini, eligibilius: finis enim & bonum & felicitas idem. Quare oportet dicere aut trigesimumprimum coincidere cū loco superius assignato, aut cum trigesimosecundo. Est adhuc alia ratio ꝙ hæc duo sint vnus locus, quoniam vt Alex. animaduertit, Amborum vnum exemplum assignauit. quare lege hoc pacto. [Alius autem locus] scilicet præceptus [est, quod propinquius bono, melius atque eligibilius,] exponens autem quo modo propinquius, inquit. [& quod similius est bono,] nam quod sic propinquius est, & similius bono, hoc eligibilius est. Deinde assignat vnum exemplum tantum ad demonstrandum hæc duo vnum esse locum, & dicit. [vt iustitia] subaudi eligibilior est [iusto] nam iustitia existēs in genere virtutis propinquior est felicitati, quę est ipsum bonum, quàm res iusta, quæ non est ipsa virtus, sed habens virtutem, à qua potest absolui. Si vero legantur pro duobus locis, per propinquius bono intelligit ꝓpinquius felicitati: & per similius bono, intelligit similius aliis bonis ab ipsa felicitate. Per primum itaque locum demonstraretur virtutem esse prosperitate eligibiliorem. nam virtus est felicitati propinquior. Per secundum demonstraretur bonam gloriam eligibirem esse voluptate, quia bona gloria virtuti est similior. Amplius, & amicis benefacere eligibilius est, q̃ inimicos lædere, quoniam illud ad virtutem maiorem habet similitudinem, q̃ istud. Amplius, eligibilius est benefacere, q̃ bene pati. Felicitas enim in actione consistit, & non in passione, ac benefacere
D actio est: quare similius est bono. Sic igitur dupliciter Alex. verba Aristo. legit, & vtroque modo cōuenit. Deinde ponit trigesimumtertium locum, & dicit. [& quod meliori eorum est similius,] subaudi eligibilius, & assignat exemplum. & dicit. [Quemadmodum Aiacē Vlysse dicunt meliorem esse, eo ꝙ similior est Achilli,] qui est eorū, qui fuerint in bello Troiano, optimus. Potest inter hęc loca alia poni differētia. nā primus accipitur a similitudine in essentia & substantia: trigesimussecundus & trigesimustertius accipiuntur à similitudine in actione. nam trigesimussecūdus accipitur duobus comparatis ad vnum, quod est simpliciter bonum. 33. accipitur duobus cōparatis ad vnum, quod est melius aliis, & hoc pacto differunt, quicquid voluerit Alexan. vel sic. 31. locus inspicit in relatione boni causata a substantia. 32. vero inspicit in relatione boni causata a qualitate. 33. inspicit in relatione boni intensi duobus comparatis ad vnum. Hæc de differentia locorum.

INSTANTIA.

36 Instantia huius est, quòd non verum sit, prohibet enim nihil non

qua ratione optimus eſt Achilles,eadem ſimiliorem eſſe Aiacem, cum E erit alter quidem bonus , non ſimiliter autem. Conſiderandum autem ſi & in ridiculoſioribus ſit ſimile , vt ſimia homini quàm equus , cum non ſit ſimilis. Non enim eſt ſimia melior,ſimilior tamen eſt homini.

Hic inſtat contra locum trigeſimumtertium: verum non eſt clarum , quid velit, ideo vno modo exponi poteſt,ꝙ Ariſto.duas inferat inſtantias: quarum prima eſt,ꝙ cum Achilles fuerit fortis, & fuerit iracundus,poterit eſſe Aiax magis Achilli ſimilis in iracundia,non autem in fortitudine,& tũc nõ ſequetur,vt Aiax ſit Vlyſſe eligibilior ac melior.quoniam Vlyſſes licet in iracundia non ſit Achilli ſimilis,eſt tamen bonus quadam virtute diuerſa à fortitudine,vtputa iuſtus.Supponamus itaque Vlyſſem eſſe bonum ſecundum iuſtitiã,Achillem fortiſſimum,& periculorum mortis aggreſſorem. Amplius,& iracundus,ſi ita ſupponimus,non ſequitur,Aiax eſt ſimilis Achilli in iracundia,igitur eſt eligibilior Vlyſſe,non enim eſt Achilli ſimilior in ea re,in qua Achilles omnes exuperauit.Vlyſſes autem licet Achilli non ſit ſimilis in ea re,eſt tamen bonus ſecundum iuſtitiã.vnde dicit.[Inſtãtia huius eſt, ꝙ non verum ſit,] hoc eſt quòd non ſequatur,Aiax eſt Achilli ſimilior,ſiue propinquior Vlyſſe, ergo eſt Aiax eligibilior Vlyſſe.& ꝙ non ſequatur, probat,& dicit,[Nihil enim prohibet non qua ratione optimus eſt Achilles,eadem]ratiõe[Aiacem] Achilli[ſimiliorem eſſe.]nam cum Achilles ſit fortis,& iracundus,poteſt Aiax Achilli ſimilior eſſe Vlyſſe in ea re in qua non eſt optimus, videlicet in iracundia. & maxime nõ ſequitur,[cum erit alter,]ſcilicet Vlyſſes,bonus, [nõ ſimiliter autem],ſcilicet ſecundum iuſtitiã. nã erit Vlyſſes bonus,licet non ea virtute qua Achilles.Quare licet Aiax ſit ſimilior Achilli,quia tamen nõ in ea re ſimilior Achilli eſt,in qua Achilles eſt optimus,ideo nõ ſequitur,vt eligibilior ſit Vlyſſe: quoniam Vlyſſes bonus eſt alia bonitate ab ea,qua Achilles eſt optimus. F

¶Secunda inſtantia ponitur ibi,[Conſiderandum autem]& eſt hæc , ꝙ Aiax poteſt intelligi ſimilis Achilli in rebus ignobilioribus , vt in ridiculis,& non in rebus honeſtis.& hoc inquit,[Cõſiderandũ autem ſi & in ridiculoſioribus ſit ſimile,vt ſimia homini]ſimilior eſt [quàm]ſit[equus, cum] equus homini in ridiculoſioribus[non ſit ſimilis,]quare non ſequitur ſubaudi,[nõ enim ſimia eſt]equo melior, [ſimilior tamen eſt homini]q̃ ſit equus.Hæ ſunt duæ inſtantiæ,quas Ariſto.non ſoluit,quoniã in illis,locus patitur exceptionẽ.quando enim inſtantias Ariſt.non ſoluit, vult intelligere eas eſſe exceptiões à loco.Quare locus ſupra dictus intelligitur,quãdo id qđ eſt ſimilius,eſt ſimilius in diſpoſitiõibus melioribus,&nobilioribus.tũc enim eſt eligibilius.Alex.autẽ cuius expoſitionẽ arbitror meliorẽ,aliter exponit hunc locũ. Vult enim Ariſto.vnã facere inſtantiã,quę expoſita eſt in prima parte textus G Deinde ibi[Conſiderandum autẽ.]vult,vt ſoluat eam,& dicat ſimilitudinem eſſe intelligendã in melioribus,& non in ridiculoſioribus.ſi debeat ſimilius meliori eligibilius eſſe . Quam expoſitionẽ ideo puto meliorẽ,quia ibi.[Conſiderandum autem]Ariſtoteles ea dicit, quæ ſolutioni accõmodari poſſunt.quãdo vero in verbis poteſt ſolutio inſtantiæ accommodari,tutius eſt aſſerere Ariſtotelem inſtãtiam ſoluiſſe,q̃ ſolutionem prętermiſiſſe.

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS.

37 Rurſum in duobus,ſi hoc quidem meliori, illud autem peiori eſt ſimilius,erit melius quod meliori eſt ſimilius.

Locus iſte trigeſimusquartus ꝑceptiuus accipitur a cõparatiõe duorũ ad duo.nã(vt Alex.inquit.) locus proximus pręceptiuus acceptus eſt ex ſimilitudine cõparatiua duorũ ad vnũ,aut poteſt dici hũc pręceptiuũ locum accipi ex comparatione duorũ ad vnũ,ſecũdũ diuerſas rationes, quarũ altera melior,altera peior eſt.Et iuxta primã expoſitionẽ lege ſic verba.[Rurſum in duobus] eligibilibus cõparatis ad duo, quorũ alterũ melius,alterũ peius eſt,hic eſt locus ꝑceptiuus . Deinde ponit locũ ꝑceptũ, H & iuxta eãdẽ expoſitionẽ lege,[ſi hoc quidẽ]eligibiliũ]meliori]ſimilius fuerit,[illud autem peiori eſt ſimilius,erit melius,quod meliori eſt ſimilius].Hoc pacto legit Alex.verbi cauſa,qm̃ Aiax ſimilior eſt Achilli,& Vlyſſes Neſtori, fit vt Aiax Vlyſſe ſit melior , vt videlicet Achilles Neſtore melior fuerit.accepit autẽ[ſimilius] quod græce eſt ὁμοιότερον , pro ſimili, vt ſit locus præceptus , ſi duorum eligibilium alterum ſit ſimile meliori,alterum vero ſimile peiori,quod eſt meliori ſimile, hoc eſt eligibilius . & ita Alexander comparatiuum pro poſitiuo legit. poteſt etiam legi comparatiuum pro comparatiuo,vt patebit ſoluendo inſtantias. iuxta vero primam expoſitionem lege verba. [Rurſum in duobus] ſubaudi eligibilibus [ſi hoc quidẽ meliori ,] ſcilicet rationi , [illud autem peiori] rationi [eſt ſimilius , erit melius]& eligibilius, [quod meliori ,]ſcilicet rationi [eſt ſimilius]verbi cauſa, Achilles habet duas rationes , ſiue duas proprietates : eſt enim fortis , & eſt iracundus : quia igitur Aiax eſt ſimilior Achilli in ea ratione , qua eſt fortis , Vlyſſes vero in ea ratione , qua eſt iracundus , ideo Aiax ipſe melior eſt Vlyſſe. Et licet hæc ipſa expoſitio poſſit his verbis accom-

A modari, tamen non conuenit instantiis, quæ subscribentur.

INSTANTIA.

38 Habet autem & hoc instantiam, nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum simile esse, illud autem peiori, valde, vt si Aiax quidem Achilli parum, Vlysses autem Nestori valde.

Instat Arist. hic contra proximum locum, & supponit in instãtia Achillem esse bonum in multis, Nestorem vero bonum in paucis, aut non in tot, in quot est bonus Achilles. Fuit enim Achilles validis viribus, periculorum mortis aggressor, iniuriarum vltor, irarum impatiens, aliena egens prudentia. Nestor vero prudentissimus, eloquentissimus, optimo consilio vir longæuus. Vixit enim annos. 300. non fuit autem fortissimus, nec mortis periculorum aggressor. Instat ergo Aristoteles, sit Aiax Achilli optimo, qui in tot bonus est, parum similis, hoc est nec valde, nec in multis. Vlysses vero Nestori, qui est bonus, licet Achille minus bonus, valde similis, tunc non sequitur, Aiax est meliori similis, & Vlysses peiori. ergo Aiax est melior Vlysse, quoniam Aiax Achilli est similis parum, & in paucis. Vlysses vero Nestori bono, licet minus bono q̃ Achilles valde, & in multis. Quare nõ sequitur B Aiacem meliorem esse Vlysse. vnde inquit. [Habet autem & hoc] id est, hic locus trigesimusquartus [instantiam,] cuius rationem exponit. & inquit. [nihil enim prohibet hoc quidẽ meliori parum simile esse, illud autem peiori] hoc est minus bono [valde, vt si Aiax quidem Achilli parum, Vlysses autem Nestori valde.] nam sic non sequitur Aiacem Vlysse esse meliorem. ¶ Quod verò ad verba attinet, verbum [parum] græce est ἠρέμα, latine tum remisse, tum in paucis, verbum autem [valde] græce est σφόδρα, latine tum intense, tum in multis bonis. nam si Aiax fuerit remisse Achilli similis, & in paucis, Vlysses vero Nestori similis intense, & in multis bonis eorum bonorum, quibus Nestor est bonus. Nestor enim non est penitus malus, sed in multis bonus, licet non ita bonus, vt Achilles, nec in tot, non sequitur isto casu posito, vt Aiax sit melior Vlysse, quoniam potest Vlysses esse bonus illis bonis, quibus est bonus Nestor intense, & in multis eorum.

INSTANTIA SECVNDA.

39 Et si hoc quidem meliori in peioribus, illud autem peiori in melioribus, vt equus asino, & simia homini.

C Secunda instantia est, quoniam potest quod est simile meliori, esse simile illi in peioribus, vt Aiax Achilli in iracundia. Illud autem peiori in melioribus, vt Vlysses Nestori in prudentia. vbi patet non sequi Aiacem meliorem esse Vlysse. Vnde Aristoteles inquit. [Si hoc quidem meliori in peioribus] fuerit simile, vt Aiax Achilli in iracũdia [illud autem peiori in melioribus] fuerit simile, vt Vlysses Nestori in prudentia, non sequitur tunc Aiacem Vlysse esse meliorem. Aristoteles tamen assignat exemplum in animalibus, & inquit. [vt equus asino] sit similis in melioribus, puta in bonis, quibus asinus est bonus, [& simia homini.] in peioribus, scilicet in ridiculis, quibus homo est malus, nõ propterea sequitur simiam esse equo meliorem, licet sit meliori similior, quoniam non in virtutibus, sed in vitiis simia est homini similis. hæ sunt duæ instantiæ, per quas duas exceptiones vult esse intelligendas, vt sit loci proximi sensus, simile meliori melius est: quando illi fuerit intense simile, & in bonis. Hæc de loco 34.

¶ LOCVS TRIGESIMVSQVINTVS.

49 Alius, quod maxime nobile, eo quod minus tale est.

Locus præceptiuus trigesimusquintus sumitur a comparatione in nobilitate, locus vero præceptus (vt Alexander exponit) est, duobus existentibus eligibilius, quæ in omnibus æqualiter se habent D quod eorum fuerit nobilius, erit eligibilius. verbi causa. ciuitati benefacere eligibilius est, quàm benefacere vni, & benefacere dominanti q̃ idiotæ. Hoc pacto demonstraret aliquis actiuam vitam esse contemplatione eligibiliorem. nam actiua nobilior speculatione est: actiua enim ciuitati, contemplatio vni benefacit. vnde inquit. [Alius] scilicet locus trigesimusquintus præceptus est, [quod maxime nobile, eo qđ minus tale est,] subaudi eligibilius est. ¶ Quod vero ad verba attinet, maxime nobile græce est ἐπιφανέστατον, latine tum maxime notum, tũ maxime nobile. nam nobile a notitia dicitur. etiã & maxime insigne exponi potest: nec accipit hic [maxime] superlatiue, sed comparatiue pro magis, vt patet per verba Alexandri. Amplius, nec nobile accipit pro eo, quod ab origine est nobile, vt Albertus exponit. sed pro eo, quod est nobile secundũ officiũ. nõ enim semper quod est genere nobilius, est eo eligibilius, quod est genere minus nobile. Vnde locus præceptus patet, semper enim quod officio nobilius est, eo eligibilius erit, quod officio est minus nobile: veluti ciuitati benefacere eligibilius est quàm benefacere vni. Et dominanti benefacere, eo quod est benefacere idiotæ eligibilius: & vita actiua vita contemplatiua, propter eandem rationem. Hæc de loco. 35.

ἐπιφανέστατον nobilissimũ maxime notũ.

41 Et quod difficilius, magis enim amamus, cum habemus quæ non est facile sumere. E

Locus trigesimussextus præceptiuus accipitur a comparatione duorum penes facile, & difficile, cuius locum præceptum assignat, & dicit. [Et quod difficilius,] subaudi eligibilius eo est, quod facilius cuius causam assignat, & inquit. [Magis enim amamus] ea [quæ nõ est facile sumere cum habemus,] hac ratione virtus diuitiis & sanitate eligibilior esse demonstratur. nam rarum est & difficile virtutem capere. Simili ratione demonstratur vita contemplatiua eligibilior vita actiua. quoniam rarum est & difficile vitam contemplatiuam capere. ¶ Sed occurres, quoniam superius dixit difficilius esse minus eligibile. ideo annotatione dignum ea, quæ difficile acquiruntur, bifariam esse. nam quædam acquirũtur cum difficultate, & possidentur cum delectatione, vt virtutes. quædam vero acquiruntur cum difficultate, & non possidentur cum delectatione, vt vulnera & plagæ, quæ multis laboribus possidẽtur. tunc locus præceptus erit, eorum, quæ acquiruntur, & cum delectatione possidentur, quod difficilius est acquiri, eligibilius. patet, quia cum id habuerimus, magis amabimus propter delectationem. eorum vero quæ acquiruntur, & sine delectatione possidentur, minus difficile, eligibilius est, quoniam cum ipsum habuerimus, & non amabimus, immo odio habebimus Arist. ergo hic (vt Alex. exponit) intelligit primo modo, superius vero intellexit secundo modo. F

¶ LOCVS TRIGESIMVSSEPTIMVS.

42 Et quod magis proprium eo quod communius.

Locus præceptiuus trigesimusseptimus accipitur a comparatione duorum penes proprium atque commune, cuius locum præceptum assignat, & inquit. [Et quod magis proprium] eligibilius est [eo, quod communius,] proprius autem (vt Alexan. exponit) est quod soli competit. hac ratione prudentia eligibilior est sanitate. nam prudentia est hominis proprium, quippe quæ soli homini competit. At sanitas commune & aliis animalibus est.

¶ LOCVS TRIGESIMVSOCTAVVS.

43 Et quod malis incommunicabilius, nam magis eligẽdum quod nulla molestia sequitur, quàm quod sequitur.

Alexander ex verbis præcedentis textus, & ex verbis p̃sentis textus facit tria loca p̃cepta. primus erat, quod est proprium, eligibilius est eo, quod est commune. Secundus autem, quod inest paucis, eligibilius est eo, quod inest pluribus. Hac ratione virtus eligibilior est nummis, & sanitate. nam virtus paucis inest, nummi vero & sanitas pluribus. Tertius vero locus qui accipitur a maiore, vel minore mistione cum malis & dolorificis, est. [Et quod malis] id est dolorificis ac tristibus rebus est [incommunicabilius] hoc est minus permistum eo est eligibilius, quod est cũ dolorificis ac tristibus plus permistum. Intelligit enim per mala, ea quæ dolorem, tristitiam, & molestiam inferunt, vt sunt praua desideria, & concupiscentiæ, & id genus. Quod enim iis malis minus permistum est, eo est eligibilius, quod iis est plus permistum. Et hoc probat Aristo. & inquit. [Nam magis eligendum quod nulla molestia sequitur, q̃ quod sequitur.] id enim ad quod molestia sequitur, magis permistum est malo, q̃ id ad quod nulla molestia sequitur. Hac ratione demonstrabitur modestia esse eligibilior abstinentia. nã modestia est extra omne desiderium prauum, abstinentia vero desideria habet vehementia & praua: eadem ratione contemplatio vita actiua erit eligibilior. nam actiua vita multis p̃turbationibus permista est. hoc pacto exposuit Alexander, & quidem optime. G

LOCVS TRIGESIMVSNONVS

44 Amplius, si hoc illo melius, & simpliciter optimum eorũ, quę in hoc melius eo, quod in altero optimum: vt si melior est homo quàm equus, & optimus homo optimo equo melior. H

Locus præceptiuus trigesimusnonus accipitur a comparatione vnius generis ad alterum alterius generis in qualitate boni, & tũc locus p̃ceptus erit, si aliquid vnius generis est melius aliquo alterius generis, optimum illius generis erit melius optimo alterius generis. Alexan. autẽ aliter exponit, & quidẽ ad verba optime, intelligit enim per [hoc] genus aut speciẽ, & tunc intelligit. [Amplius si hoc, scilicet genus, aut species erit, [illo] scilicet genere aut specie [melius, & simpliciter optimum eorũ quæ in hoc] id est & quod est in meliori genere, aut specie [optimum, melius erit eo quod in altero] est [optimum.] erit ergo locus præceptus (vt exponit Alexan.) si aliquod genus vel species aliquo genere vel specie est melius, & quod in meliori specie aut genere optimum est, melius erit illo quod in minore genere aut specie optimum est. verbi causa, si animatum genus inanimato genere melius, & optimum animatorum melius erit optimo inanimatorum. Arist. vero exemplum de homine & equo assignat, & inquit. [Vt si [simpliciter] homo melior est q̃] simpliciter [equus, & optimus homo optimo

A equo melior.

LOCVS QVADRAGESIMVS.

45 Et si optimum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius, vt si optimus homo optimo equo melior, & simpliciter homo simpliciter equo melior.

Locus vero præceptus quadragesimus, vt Alexan. exponit, est, si optimum eorum, quæ sunt in aliquo genere melius est eo, quod in alio genere est optimũ, & simpliciter genus genere erit melius. Est autem hic locus quadragesimus conuersio proximi loci, vnde Arist. inquit. [& si optimum] subaudi eorum, quæ sunt in aliquo genere [melius] est eo quod in alio genere est optimum, simpliciter hoc,] scilicet genus [illo,] scililicet genere [melius] est, cuius exemplum assignat, & inquit. [Vt si optimus homo optimo equo melior] fuerit [& simpliciter [homo] hoc est genere equorum [melior] erit. Amplius si optimus vir optima muliere melior est, & vir muliere melior erit. ¶ Sed instaret vtiq; aliquis dicẽs, optimã mortẽ optima deãbulatiõe meliorẽ esse. verbi causa, mori ĩ bello, quę est optima mors secũdũ B Platonem, & Aristo. est melior optima deãbulatione, quæ fiebat ab Arist. cum discipulis. non tamen simpliciter mors secundum genus simpliciter deambulatione est melior. cũ non omnis mors omni deambulatione sit melior, veluti nulla priuatio est melior actu. ¶ Et dicendum non esse mortem optimam in specie, cum sit priuatio, quæ vt priuatio nihil boni habet. at optimus homo in specie hominis est optimus. Est enim optimus homo maxime homo, quoniam secundum hominis virtutem, & omne quod est in aliquo genere optimum, maxime est illud. at mors optima non est, maxima mors, bene enim in morte, non qua mors est, sed secundum præsentiam alicuius alterius est aliquid boni, vtputa cum sit secundum virtutem, quæ non est mortis, sed morientis. Mors enim optima aliquid mistum est ex morte ipsa, & virtute eius, qui moritur. sic igitur mors optima non per se melior est deambulatione, sed propter virtutem atque fortitudinem morientis, quæ magnum est bonum. hoc modo respondet Alexan. potest tamen breuioribus responderi, ꝙ mors bifariam cõsiderari possit: vno modo sub ratione, qua est priuatio vitæ, atque deambulationis, & omnium operationum, & sic nec est optima, nec bonũ. Alio modo potest considerari secundum eam virtutem, qua moriẽs moritur, & sic optima mors erit melior optima deambulatione, immo erit melior vita deam C bulantis, & fugientis. quia igitur optima mors non est melior optima deambulatione ea ratione, qua mors, non oportet vt mors secundum genus sit melior deambulatione secundum genus, & tunc hæc responsio non differt ab illa Alexandri.

LOCVS QVADRAGESIMVSPRIMVS.

46 Amplius, ea quibus est amicos participare eligibiliora, quàm quibus non est.

Locus præceptiuus quadragesimusprimus accipitur a participatione cum amicis, locus vero pręceptus est [Amplius, ea quibus est amicos participare,] id est quibus possunt amici participare [eligibiliora q̃ quibus non est] subaudi participare. cuius loci exempla assignat Alexander, cum inquit, sic demonstraretur virtus esse sanitate melior, & diuitiæ nobilitate. nã virtute & diuitiis est amicos participare, sanitate vere & nobilitate, impossibile. Sed occurres, contra exẽpla. nã amici possunt & virtute, & sanitate, & diuitiis & nobilitate ꝑticipare, igitur nõ est impossibile amicos ꝑticipare sanitate, & nobilitate. Dicendum, Alexãdrũ & Arist. per participare intellexisse communicare. vnde locus sic intelligitur, quæ possumus amicis communicare, eligibiliora iis sunt, quę non possumus amicis communicare. Et quoniã virtutem & diuitias possumus amicis communicare, sanitatem vero & nobilitatem D non, ideo virtus sanitate, & diuitiæ nobilitate eligibiliores sunt. Quod autem nec sanitatem, nec nobilitatem communicare possumus, patet. nam non est in nobis dare amicis sanitatẽ, & genus.

LOCVS QVADRAGESIMVSSECVNDVS.

47 Et quæ ad amicum agere malumus quàm quæ ad quemlibet, illa eligibiliora vt iuste agere, & benefacere magis quàm videri. Nam amicis benefacere volumus magis quàm videri. quibuslibet autem econuerso.

Locus præceptiuus quadragesimussecundus ab iis sumitur, quæ ad amicos agimus: locus vero ꝓceptus est. [Et quæ ad amicum agere malumus, quàm quæ ad quemlibet, illa eligibiliora.] cuius exẽplum assignat, & dicit, [vt iuste agere] magis subaudi eligibile est quàm videri] iuste agere [, & benefacere. Nam amicis benefacere] & iuste agere subaudi volumus. [magis quàm videri] benefacere, vel iuste agere, [quibuslibet autem econuerso. [Nam aliis satis est, vt videamur iuste agere, vel benefa

cere. ergo benefacere eligibilius est quàm videri benefacere, & iuste agere similiter eligibilius quàm videri iuste agere. Alexan. autem inquit huiusmodi argumentationes probabiles, & persuasiuas, & propterea (vt inquit) per has aliquis demonstrabit docere eligibilius esse q̃ ostendere. nam docere ad amicos eligimus, ostendere vero quibuslibet. E

LOCVS QVADRAGESIMVSTERTIVS.

ἐκ περιουσίας. ex opulentia ex adiectione ad substātiā. ex appositiōe boni ad necessarium.

48 Et quæ sunt ex circunstantia, necessariis meliora, aliquando autem & eligibiliora. Melius enim quàm viuere, bene viuere. bene autem viuere est circunstantia. ipsum autem viuere necessarium. Aliquando autem meliora, & non eligibiliora. non enim si meliora, necessario & eligibiliora. Philosophari siquidem melius quàm lucrari, sed nō magis eligendum indigenti necessariis, ex circunstantia autem est, quādo existentibus necessariis, alia quædam adiiciuntur bonorum. Fere autem eligibilius quod necessarium est, melius autem quod ex circunstantia. F

Locus præceptiuus quadragesimustertius accipitur ab iis, quæ sunt ex circunstantia, sine ex appositione boni ad bonum. Verum pro expositione huius loci, exponamus primo quæ sunt ex circunstantia & quæ necessaria, vt etiam exponit Alexander, & ipsemet Arist. sic enim patebit vsus loci. necessaria quidem igitur sunt, sine quibus impossibile est esse. Ex circunstantia vero, sunt aliqua bona, quæ cum non sint necessaria, necessariis existentibus adduntur. vt viuere quidem necessarium est, ex circunstantia vero bene viuere. nam præsentia istius, scilicet bene, cum non sit ad esse necessaria, ornat vitam, quæ est necessaria. Meliora autem dicit, quę sunt ex circunstantia, quàm quæ ex necessitate. nā melius est bene viuere q̃ viuere & bene dicere quàm dicere. Arist. ergo primo assignat locū p̃ceptum. & inquit, [Et quæ sunt ex circunstantia, necessariis meliora,] verbum ex circunstantia græce est, ἐκ περιουσίας, latine cum ex opulentia, tum ex additione ad substantiam, etiam ex appositione boni ad necessarium. Et quia quod est ex circunstantia, est ex additione boni supra id, quod est necessarium, fit vt omne quod ex circunstantia est, sit melius eo, quod est necessarium sine circunstātia. Si enim quod necessarium est sine circunstantia, est bonum, quod erit ex circunstantia, erit melius, cum esse ex circunstantia sit additione boni. Addit autem Aristo. [aliquando autem & eligibiliora.] non semper quæ ex circunstantia sunt, erunt eligibiliora. non enim melius semper est eligibilius. Sunt enim quædam meliora aliquando & eligibiliora, & ponit exemplum, & inquit. [Melius enim q̃ viuere bene viuere, bene autem viuere ex circunstantia est, ipsum autē viuere necessariū] & sine cir circunstantia, & sic bene viuere erit melius, & eligibilius. melius quidem, quoniam ex additione boni supra necessariū: eligibilius vero, quoniam nobis possibile, & sine impedimento. Deinde exponit, quando ea quę sunt ex circunstantia, sunt meliora & nō eligibiliora, & dicit. [Aliquando autem] ea quæ sunt ex circunstantia, sunt [meliora, & non eligibiliora,] & quia aliquis posset dicere, si sunt meliora, ergo & eligibiliora, quoniam semper melius est eligibilius, quasi respondens, inquit. [Nō enim] sequitur [si meliora, necessario & eligibiliora,] nam aliquid potest esse melius, quod propter particulare impedimentum non est à nobis eligibile, & hoc exponit. & inquit. [Philosophari siquidem melius q̃ lucrari, sed non magis eligendum indigenti necessariis. [Simpliciter enim philosophari melius est, propter tamen particulare impedimentum non est eligibilius quàm lucrari. Ad hæc, vt Alexan. suppleuit, aliquod est melius, quod est nobis impossibile, & hoc erit melius, non tamen eligibilius. Melior enim est immortalitas q̃ longa vita, sed nobis immortalitas non est eligibilior, quoniam impossibilis. Sic igitur, quæ ex circunstantia sunt, quædam sunt meliora & eligibiliora, quædā vero meliora & nō eligibiliora vel ꝓpter particulare impedimentū, vel ꝓpter impossibilitatem. deinde exponit quæ ipse velit ex circunstantia, & dicit. [Ex circunstantia autem est,] id est intelligo autem aliquid esse ex circunstantia, [quando existentibus necessariis, alia quædam bonorum adiiciuntur] dico alia quædam bonorum. nam male viuere ex additione est, non tamen boni supra bonum. Similiter mori ex additione est, cum dicitur homo mortuus, non tamen boni supra bonum, ideo non est melius. Sed occurres, cum id quod est sine circunstantia sit necessarium, vtrum sit eligibilius, si non fuerit melius. ¶ Respondet ipse, & inquit. [Fere autem fortasse eligibilius quod necessarium est,] & sine circunstantia, vt viuere quàm bene viuere, & dicere quàm bene dicere, & ditari quàm philosophari. [Melius autem quod ex circunstantia,] est enim ex additione boni supra bonum, ergo melius. dixit autem, [fere, & fortasse,] quoniam non semper id quod necessarium est, eligibilius est eo, quod ex circunstantia est. Nam si quod necessariū est, fuerit cū turpitudine, nō erit eligibilius. Viuere enim G H

A cum turpitudine, nec est melius q̃ bene viuere, nec eligibilius. Fortibus enim viris (tertio ethicorum) & melius & eligibilius est mori quàm viuere. Erit igitur necessarium eligibilius, quando ex priuatiõe circunstantiæ non relinquitur in ipso turpitudo. ¶Sed cõtra exemplum Arist. sunt instantiæ. prima, quoniam ex locis superius assignatis, vnus erat, cuius oppositum est magis fugiendum, ipsum est magis eligendum: sed oppositum ipsius viuere est magis fugiendum, eo opposito quod est ad bene viuere. ergo ipsum viuere est eligibilius quàm bene viuere. Secunda vero, quoniã illud eligibilius est, cuius absentiã grauius ferimus. at ipsius viuere absentiã grauius ferimus q̃ ipsius bene viuere. ¶Vno modo dici potest, loca esse probabilia, & ideo pro vtraque parte possunt adduci. Dialecticus enim habet viã ad vtrunque. non enim necessitatem, sed probabilitatem inducunt loca dialectica. Aut dici potest ad primum, minorem esse falsam: non enim oppositum ipsius viuere est magis fugiendum quàm oppositum ipsius bene viuere. eligit enim fortis potius mori, quàm fugere. simili ratione ad secundum patet solutio.

LOCVS QVADRAGESIMVSQVARTVS.

49 Et quod non est ab alio exquirere, quàm quod est ab alio, quale sustinet iustitia ad fortitudinem.

B Locus præceptiuus quadragesimusquartus accipitur ex carentia alterius a quo accipi possit, vel ex priuatione alterius a quo fieri possit. Locus vero præceptus vno modo exponitur, vt Iuniores intelligũt, hoc pacto, quod non habet posse ab alio, eligibilius est eo, quod habet posse ab alio. Et hoc pacto fortitudo eligibilior est iustitia. nam, vt Plato in politicis inquit, iustitia non potest exercere suos actus sine fortitudine: at fortitudo sine iustitia potest: ergo fortitudo secundum hunc locum erit eligibilior iustitia. legitur autem πορίσασθαι grece secundum hanc expositionem, latine posse. Aliter exponit Alexander locum præceptum, vt sit sensus, quod non potest fieri, nec exquiri ab alio quam a seipso, hoc eligibilius eo est, quod potest fieri, atque exquiri ab alio quam a se. & hoc inquit, [Et quod non est ab alio exquirere,] sed solum a seipso, eligibilius [est, q̃] illud, quod ab alio etiam accipi, ac exquiri potest. & per πορίσασθαι intelligitur accipere, atque sumere. est enim sensus, [& quod nõ est,] id est quod nõ contingit ab alio [exquirere] hoc est accipere, sed solum a nobis ipsis, subaudi eligibilius est, [q̃ quod est,] id est q̃ id quod contingit [ab alio accipere] Huius loci causam assignat Alexã. ex eo quia quæ raro sunt, eligibiliora iis videntur esse, quę fiunt plerũque. & propter hoc quod impossibile est ab alio accipere, sed solũ ex nobis, hoc eo eligibilius est, quod potest ab alio accipi. hoc loco demonstrabis virtutes fortunæ bonis eligibiliores esse. Nam virtutum quidem nobis solis mediantibus est possessio, bonorũ vero fortunæ multæ aliæ possunt esse causæ. Sic & possessionibus & liberis maxime studemus, quoniam non est ab alio accipere. Hanc ob causam etiam maximum studium est circa propria opera, affert autem Aristo. exemplum, & inquit, [quale sustinet iustitia ad fortitudinem.] Nam vt Alexã. exponit, iustus à nullo alio accipit, aut exercet suum actum, qui est ius suum vnicuique tribuere. Sed solum exercet iustitiæ opus ab ipsa iustitia, quam habet. At salus à periculis quæ fit aliquando nobis a fortitudine, potest etiam ab aliis nobis fieri, quæ non sunt fortia, & ideo iustitia eligibilior nobis esse fortitudine: quoniã iustus non exquirit suum actum ab alio, sed solum a se. at salus à periculis & a forti, & ab aliis exquiri potest, ergo iustus eligibilior est forti. Hæc expositio est verior, quoniam si locus exponeretur primo modo, vix differret a loco sequenti.

C

¶LOCVS QVADRAGESIMVSQVINTVS.

50 Et si hoc quidem sine illo, eligendum, illud autem sine hoc, non. Vt potestas sine prudentia non eligenda: prudentia vero sine potestate, eligenda.

D Locus pręceptiuus quadragesimusquintus accipitur ab independenti electione. Secundum vero nõnullos accipere ab independentia essendi: ideo secundum hos locus pręceptus erit, quod potest esse sine altero magis eligendum quàm illud quod non potest esse sine altero. Vt quoniam potestas non potest esse sine prudentia, prudentia vero potest esse sine potestate, igitur prudentia erit eligibilior potestate. Alexander vero (vt mihi videtur) locum præceptiuum accipi vult ab independenti eligibilitate, & propterea legit locum præceptum, Duobus eligibilibus existentibus, si alterum eorum sine altero non fuerit eligibile, alterum vero & per se & sine altero eligibile fuerit, quod per se & sine altero eligibile est, eligibilius est. vnde dicit, [Et si hoc quidem sine illo eligendum] vel hoc eligibile est, [illud autem sine hoc, non] fuerit eligibile, quod subaudi est eligibile sine altero, eligibilius ęst. Ponit exemplum, & dicit, [vt potestas sine prudentia non eligenda,] nec eligibilis est [prudentia vero sine potestate eligenda,] ergo prudentia eligibilior potestate est. nec solum in potestate proprie dicta (vt Alexander inquit) quæ est regnum, hic locus verus est, sed etiam in aliis bonis, quæ potesta

tes dici consueuerunt.similis est ratio, nihil enim eorum eligibile est sine prudentia. Sunt autem alia bona quæ potestates dici consueuerunt Tyrannicæ potestates, de quibus quinto politic. Aristote. hæ enim sine prudentia non prosunt. Ideo etiam iis prudentia eligibilior est, ¶ Sed iis occurres, quoniam quarto huius Aristo. asserit, potestatem & eligendorum esse per se, & bonorum, ergo sine prudentia est eligibilius. ¶ Fortasse Aristo. quarto huius de ea potestate loquitur, quæ naturalis est, qualem potestatem ignis habet, vt comburat. hæc enim est de numero eligendorum per se, & bonorum, & huiusmodi non indiget prudentia. Hic vero loquitur de potestate dominanti, quæ sine prudentia friuola est. E

¶ LOCVS QVADRAGESIMVSSEXTVS.

51 Et duorum, si alterum negamus, vt reliquum videatur nobis inesse illud eligibilius, quod volumus nobis videri inesse. Vt laborem diligere negamus, vt ingeniosi esse videamur.

Locus præceptiuus quadragesimussextus accipitur ab eo, quod volumus videri nobis inesse: locus vero præceptus est, duorum eligibilium si alterum eorum negamus nobis inesse, vt alterum videatur nobis inesse, quod volumus magis, vt videatur nobis inesse eligibilius est, hoc loco, demonstrabitur ingenium eligibilius esse labore, & studio. nam negamus elaborare, atque studere, volentes videri ingeniosi, ergo ingenium studio, ac labore eligibilius est, vnde inquit, [& duorum, si alterum negamus, vt reliquum videatur nobis inesse, illud eligibilius est, quod volumus nobis videri inesse,] assignat exemplum, & dicit, [vt laborem diligere negamus, vt ingeniosi esse videamur,] ergo ingenium eligibilius est studio, & dilectione laboris. [Laborem diligere] græce est, φιλοπονεῖν, latine tum studere, tum laborare etiam, proprie tamen latine est laborem diligere. Multi enim negant studium, vt ingeniosi videantur, quoniam simpliciter ingenium eligibilius est labore, & studio. Addit autem Alexander. hunc locum, & in disciplinis, & exercitiis esse probabilem. negamus enim rhetoricã, vt videamur vera persuadere alicui. Nam vera persuadere alicui eligibilius est oratione rhetorica. Amplius, negamus stratagemata, vt videamur fortes, quoniam fortitudo eligibilior est stratagematibus. ¶ Sed occurres, quia non videtur ingenium studio eligibilius. Primo, quia vt Boetius inquit, studium redigit in facilitatẽ, quod possumus per naturam. Sed facile posse eligibilius est posse, est enim ex circunstantia. Posse autem per ingenium est, facile posse per studium: ergo ingenium minus studio eligibile. Deinde studiũ est fini proximum scilicet scientiæ, quæ est laborum finis: ingenium vero valde remotum a fine est: ergo studium ingenio est eligibilius. ¶ Sed delentur hæ. instantiæ nam studium vno modo accipi potest, vt Cicero inquit, pro applicatione animi cum assiduitate legendi ad aliquid peragendum, & hoc modo ingenium est studio eligibilius. nam ingenium est naturalis perspicacia, quę est promptitudo inueniendi mediũ in non perspecto tempore, vt ait Aristo. Primo posteriorũ. Alio modo studiũ accipi potest, pro exercitatione scientiæ acquisitæ, & sic est fere ipsa scientia nondum firmata, & hoc pacto non loquitur Aristotel. Tollatur ergo prima instantia, quia facile posse est eligibilius ipso posse, non quidem per se, sed ratione præsuppositi, quod est ipsum posse. Secunda etiam. nam studium pro exercitatione scientiæ acquisitæ est scientiæ proximum, quoniam est sciẽtia nondum firmata. & hoc modo non loquitur Arist. sed accipit studium pro assiduitate legendi, & hoc modo ingenium est eligibilius studio. F G

¶ LOCVS QVADRAGESIMVSSEPTIMVS.

25 Amplius, pro cuius absentia minus increpandi sunt moleste ferentes, hoc magis eligendum. H

Locus præceptiuus quadragesimusseptimus sumitur a minore increpatione eorum, qui moleste ferunt rem amissam. Locum vero præceptum assignat Aristo. & inquit. [Amplius pro cuius absentia minus increpandi sunt moleste ferentes, hoc magis eligẽdum.] verbum absentia græce est ἀπουσία latine etiam amissione, vt quoniam minus increpamus moleste ferentes filiorum amissionem quàm nummorum: eligibiliores sunt filii nummis, & sanitas voluptate, eadem ratione eligibilior est, & amici nummis. nam minus est increpandus, qui moleste fert amissionem amicorum quàm nummorũ.

¶ LOCVS QVADRAGESIMVSOCTAVVS.

53 Et pro cuius absentia non moleste ferentem magis increpandum, id eligibilius.

Locus quadragesimusoctau⁹, a maiore increpatiõe eorũ, qui nõ moleste ferũt rẽ amissam accipitur. Locum vero præceptum assignat, & inquit. [Et pro cuius absentia non moleste ferẽtẽ magis increpandum, id eligibilius.] Hac ratione scientia sanitate eligibilior est, nã magis increpamus nõ moleste

A ferentem ignorantiam, eo qui non moleste fert morbum. Rursum sanitas diuitiis eligibilior, quoniam magis increpamus non non moleste ferentem morbum, eo qui non moleste fert paupertatem. Qua ratione fit, vt siquis egre molesteque fert se carere virtutibus, minus iure increpandus sit eo, qui egre molesteque ferret se plurimas amisisse oues, quoniam per hunc locum quadragesimumseptimũ virtus multis ouibus est eligibilior. Amplius sequitur, vt si quis ꝙ virtus aliqua sibi desit nõ egrefert, iure magis increpandus sit, q̃ si non egreferret se non habere diuitias, quoniam per hũc locum quadragesimumoctauum, virtus diuitiis eligibilior est.

LOCVS QVADRAGESIMVSNONVS.

54 Amplius eorum, quæ sunt sub eadem specie, quod habet propriam virtutem eo, quod non habet.

Locus præceptiuus quadragesimusnonus accipitur a virtutis propriæ possessiõe, tunc assignat locum præceptum, & dicit. [Amplius eorum, quæ sunt sub eadem specie, quod habet propriã,] & peculiarẽ [virtutẽ,] eligibilius [eo] est, [qđ nõ habet] propriã atque peculiarẽ virtutẽ. Quid vero Aristo. intelligat per virtutem, non est clarum. Anonymus interpres per virtutem, intelligit potentiam generandi. nã eorũ quæ sub eadẽ specie sunt, quod habet propriã virtutẽ generãdi, qua potest generare tale, quale ipsum est, ꝑfectũ & nõ orbatũ est, id vero quod hac generandi potentia vacat, imperfectũ est, & ideo quod talem habet potentiã, eligibilius est eo, qđ hac potentia vacat. Hadenolphus vero asserit Alexan. appellare hic virtutem, formã procedendi in finem, ad quem est, quod enim habet, hanc formã procedendi in finẽ, ad quẽ est, eligibilius eo est, quod hac forma vacat. Alexander, vt mihi videtur, rectius exponẽs, inquit, Aristote. intelligere per propriã atque peculiarẽ virtutem, finẽ atque ꝑfectionẽ, quæ est peculiaris naturæ. Est enim eligibilius perfectũ simpliciter. Ergo Alexan. per propriã virtutem, intelligit virtutẽ, quæ iam attingit finẽ propriũ propter quem est. nã sic est perfectũ, & propterea eorum quæ sub eadẽ specie sunt, quod propriam habet virtutem fini proprio copulatã, eligibilius eo est, quod non habet. Hac ratione homo virtutem habens fini proprio copulatã eligibilior homine est, qui talem virtutem non habet. Nam sub eadẽ specie sunt omnes homines, hoc etiam modo vas quod peculiarem habet vsum, ob quem factum est, eligibilius vase est, quod non habet. Nam hęc est virtus vasis, per. hunc quidem locum demonstrabis poculum terreum, quo ad bibendum commode vti possumus, esse eligibilius q̃ poculum argẽteum, quo vti non possumus ad bibendum. eligibilius dico, non simpliciter, sed in specie poculorum, quibus vtimur ad bibendum. ¶ Quod vero ad verba C attinet, diligenter dixit Arist. [eorum quæ sunt sub eadem specie,] sic enim verus est locus, non enim verum esset dicere, [eorum quæ sunt sub eodem genere, quod habet propriã virtutem] eligibilius est [eo, quod non habet,] nam lepus habens peculiarem leporis virtutẽ, scilicet velocitatem non est melior homo non habente propriam virtutem, nullus enim est lepus homine melior.

LOCVS QVINQVAGESIMVS.

55 Vtrisque autem habentibus, quod magis habet, eligidilius.

Hic præceptiuus locus quinquagesimus accipitur a maiore possessione proprię virtutis, & ideo assignat locum præceptum, & dicit. [Vtrisque autem habentibus] & subaudi existentibus sub eadẽ specie, [quod magis habet] propriam virtutem debito fini copulatam [eligibilius] est. Dato enim ꝙ sint duo visus videntes, visus acute vidẽs eligibilior est visu obtuse vidente. & vt diximus de visu, ita de cęteris virtutibus intelligendum.

LOCVS QVINQVAGESIMVSPRIMVS.

D 56 Amplius, si hoc quidem facit bonũ illud, cui adest, illud autem non facit, quod facit eligibilius. Quemadmodum calidius quod calefacit eo, quod non.

Locus præceptiuus quadragesimusprimus accipitur a factura operis boni, pro intellectu vero loci ꝑcepti, distinguamus bona, vt Alexan. distinguit, ꝙ sint quædã bona, quæ sua præsentia bonos faciunt ea habentes, vt virtutes: quædã vero nõ, vt diuitiæ, nobilitas, voluptas, talia bonorũ eligibiliora sunt, quæ bonos faciunt, cũ ꝑsentia sint: sic omnis virtus omni voluptate eligibilior est, & omni prosperitate. Aristote. ergo assignat locum præceptum, & dicit. [Amplius si hoc quidem facit bonum illud cui adest, illud autem non facit, quod facit] bonum id, cui adest [eligibilius] est. Hunc locum exẽplo sumpto a calido declarat, & dicit, [quemadmodum calidius] est [quod calefacit] cui adest, [eo qđ non] subaudi calefacit, cui adest. Vt calidior est ignis niue habente & ipsa caliditate, quoniam ignis quidem calefacit, nix vero non.

LOCVS QVINQVAGESIMVSSECVNDVS.

57 Si autem vtrunque facit, quod magis facit, aut quod melius, &

principalius facit bonum. vt si hoc quidem animam, illud autem corpus. E

Locus præceptiuus quinquagesimussecundus accipitur a factura maioris, vel melioris boni, verũ Alexá.legit verba Aristo.vt sint duo loca, quorum quinquagesimussecundus accipitur a factura magis boni. Locus vero quinquagesimustertius accipitur a factura boni eius, quod est melius & principalius, & iuxta primum legantur verba Aristote.sic[Si autem vtrunque facit]hoc est, si autem ambo præsentia bonos faciunt eos, quibus adsunt, hæc si comparentur, [quod magis facit] bonum id, cui adest, eligibilius est eo, quod minus facit. Hac ratione virtus perfecta demonstrabitur eligibilior virtu te naturali.nam ambæ quidem faciunt habentes bonos, sed magis perfecta virtus. Iuxta secundum locum dicit, [aut quod]facit bonum id [quod] est[melius, & principalius,] eligibilius est faciente bonum id quod est peius, & non principale. Sic virtus sanitate & robore melior ac eligibilior est. nam virtus quidem animam bonam facit, sanitas vero & robur corpus faciunt, melius autem anima corpore est. Sic & sapientia modestia eligibilior est, nam sapientia intellectum, modestia vero concupiscibilem partem bonam facit. melior autem intellectus est quàm pars animæ cõcupiscibilis.

LOCVS QVINQVAGESIMVSTERTIVS. F

58 Amplius aũt a casibus, & vsibus, & actionibus, & operibus. & hęc ab illis. Sequuntur enim sese inuicem, vt si quod iuste, est eligibilius quàm quod fortiter, & iustitia fortitudine eligibilior. Et si iustitia quàm fortitudo eligibilior, & quod iuste quàm quod fortiter. similiter autem & in aliis.

Hic est locus quinquagesimustertius circa quem Aristoteles.sic procedit, quia primo ponit locum pręceptiuum, deinde ibi. [Sequuntur enim sese]ponit exemplum & innuit locum præceptum, non tamen explicat ipsum. Alex.vero explicauit.dicit enim, prolatis secundum casum, si quod est secundum alterum casum fuerit eligibilius, & quod simpliciter dicitur, cuius est casus: eligibilius erit, & ecõ uerso, si quod est simpliciter, eligibilius erit, & quod est secundum casum, eligibilius erit. hic est locus præceptus. Est autem casus hoc, scilicet iuste, fortiter, & quot dictiones sic formauerunt, ea vero, quorum sunt casus, sunt vt iustitia, & fortitudo. per vsus vero vna ratione vtentes intelligimus. verbi causa per vsum iustitię intelligit eum, qui vtitur iustitia. & ꝑ vsum fortitudinis, intelligit eũ, qui vtitur fortitudine, hoc est intelligit iustum, & fortem: per opera vero intelligit officia. nam opus iustum est officium iustum, & opus forte est officium forte, officium vero ipsa virtus est quæ generatur ex laudibilibus actibus, quæque hominem reddit officiosum. Per actiones vero intelligit actus. actiones enim quæ a virtutibus proficiscuntur, vel ex quibus virtutes oriuntur, dum fiunt, actus sunt, & operationes. & iuxta hanc expositionem Aristoteles inquit. [Amplius autem a casibus, & vsibus] id est, & ab vtentibus [& ab actionibus]id est, & ab actibus, [& operibus]id est, & ab officiis sequuntur ea, quæ simpliciter dicuntur, quæque dicuntur abstracta [& hæc ab illis] id est, & econuerso. Nam ab his omnibus sequuntur quæ simpliciter dicuntur, & econuerso ab his, quæ simpliciter dicuntur, sequuntur casus, vsus, rationes & opera. Ea quæ simpliciter dicuntur sunt, vt iustitia, fortitudo, & id genus, quæque a nostris abstracta dicuntur. Hic est locus pręceptiuus quinquagesimustertius. deinde exempla assignat, vt habeatur locus præceptus, & dicit, [Sequuntur enim sese inuicem, vt si quod iuste]subaudi fit, [eligibilius]est[quàm]id, [quod fortiter fit, & iustitia fortitudine eligibilior,] deinde exponit quo modo econuerso sequitur, & dicit, [& si iustitia quàm fortitudo eligibilior]est, [& quod iuste]fit id est, & quod est secundum casum. [eligibilius]est [q̃] id quod fortiter fit, quod etiam est secundum casum. [Similiter autem & in aliis]id est, sicuti autem est in casibus, sic etiam & in vsibus. Si enim iuste factũ est eligibilius q̃ id, quod fortiter fit, & iustus vsus eligibilior erit forti vsu, id est & qui vtitur iustitia, qui est iustus, vtẽte fortitudine qui est fortis: & iustũ opus id est iustũ officium eligibilius forti opere, & forti officio, & iusta actio forti actione. & addit ꝙ conuertantur hæc ad inuicẽ. nã quodcũq; eorũ eligibilius esse accipitur, & casus qui cũ illo colligati sunt, eligibiliores erũt. Sũt enĩ hæc coordinata, iustitia, iustũ, iuste, fortitudo, forte, & fortiter. Vniueasaliter igitur cuius vsus est eligibilior, & vtens vtente, & habitus habitu, & officiũ officio casus eis correspõdens eligibilior erit, & ecõ uerso. Siquis autem vult potest diuidere hunc locũ in plures vt Alexan.diuidit, & erit secunda expositio. nam a casibus locus potest esse alius, alius vero ab actionibus, alius ab operibus, alius ab officiis. Vsus enim proprie vtilium dicuntur, actio vero, quæ circa vtile est vsus, vtilia vero dicuntur, bonorum proprie quæcunque sunt organica. Et ideo organica quorum vsus eligibiliores, & ipsa eligibiliora. Si enim vsus diuitiarum vsu virium eligibilior, & diuitiæ eligibiliores, & econuerso. Alius locus est, qui est ab operibus. est autem opus secundum hanc nouam Alexandri expositionem, communiter quidem omnis rationabilis actio, proprie autem quæ est secundum electionem, id est G H

A actio,quæ fit ſecundum virtutem,aut ſecundum vitium.& ideo quorum opera eligibiliora, hæc eligi
biliora,vt ſi iuſta facere eligibilius eſt quàm fortia operari,& iuſtitia fortitudine eligibilior : & econ-
uerſo,ſi iuſtitia fortitudine eligibilior,& iuſta facere eligibilius,q̃ fortia operari. Similiter autem & lo-
cus,qui eſt ab officiis,cuius enim officium eligibilius , & ipſum ſimiliter & econuerſo , vt ſi officium
ędificatoriæ officio fabrilis eligibilius eſt,ędificatoria fabrili eligibilior . & conuertitur,ſi ędificatoria
fabrili,& officium officio, & quoniam amici officium eligibilius quàm beneuoli officium, & amicitia
quàm beniuolentia eligibilior erit.Eſt autem amici officium cum voluntate operatio boni erga ami-
cum.At beniuoli ſola boni voluntas erga beniuolum . Et econuerſo.quoniam amicitia eligibilior eſt
beniuolentia,& amicitiæ officium beniuolentiæ officio,& benefacere amicis quàm malefacere inimi
cis eligibilius.Eſt autem benefacere amicis officium liberalis , malefacere vero inimicis fortis, quare
liberalitas fortitudine eligibilior erit.Rurſum & econuerſo ſi medicus eligibilior ędificatore,& medi-
ci officium,eligibilius erit ędificatoris officio.eſt autem operatio, quæ tendit in finem, officium vero
finis.Hæc eſt ſecunda expoſitio,quæ bene verbis Ariſto.conuenit. Quare diuidendo loca hic enu-
merata breuibus dicamus,omnia loca huiuſmodi eſſe viginti . nam a caſibus, ab vſibus , ab actioni-
bus,ab operibus ad abſoluta loca quatuor ſunt:econuerſo vero ab abſolutisad caſus,ad vſus,ad actio-
B nes,ad opera,etiam quatuor:ergo loca ſunt octo.a caſibusvero,ab vſibus,ab actiõibus ad opera loca
tria,ecõuerſo etiã tria.igitur ſex.A caſibus,ab vſibus,ad actiões loca ſunt duo,& ecõuerſo duo. igitur
quatuor.A caſibus autem ad vſus locus eſt vnus, ecõuerſo etiam vnus.igitur duo.Quare loca omnia
ſunt viginti.Intelligit ergo ſecundumhanc tertiam expoſitionem Ariſtoteles per caſus,aduerbia,quæ
cadũt ab abſolutis.per vſus,intelligit actiones,quę ſunt circa bona vtilia.per actiones,intelligit officia,
quibus fungimur circa res factibiles,vt erga domus,erga amicos,erga corpora:per opera, intelligit a-
ctiones,quæ fiunt ſecundum virtutes.Sunt tres expoſitiões,quæ in re ſunt vna, licet quo ad expoſitio
nẽ verborum ſit aliqua differentia,vt viſum eſt.

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVARTVS.

59 Amplius, ſi aliquo eodem hoc,quidem maius bonum eſt,illud autem minus , magis eligendum maius . aut ſi maiore maius fuerit alterum.

Locus pceptiuus quĩquageſimusquart⁹ accipitur a maiore minoréue cõparatis ad idẽ,cuius locus
C pceptus eſt , vt inquit.[Amplius ſi aliquo eodem,hoc quidẽ maius bonũ eſt,illud autẽ minus,]illud
quod eſt[maius,magis eſt eligendum.]verbi cauſa, vt Alex.probat , illud quod aliqua magnitudine
eſt maius,etiam erit maius ea magnitudine,quæ eſt minor. Vt quoniam tricubitum bicubito maius
eſt,manifeſtũ quoniam & cubito,quod minus eſt bicubito,maius erit.ſic & ſi aliquo eſt maius bonũ,
erit eligibilius eo,quod eſt illo eodem minus bonum.Sic demonſtrabitur virtus voluptate eligibilior,
quoniam virtus ſuperat ſanitatẽ,quæ eſt voluptate eligibilior . Deinde Ariſtoteles ponit eundem lo-
cum ſub aliis verbis,& dicit,[aut ſi maiore maius fuerit alterum.]hoc ſubaudi eligibilius erit eo, quod
illo maiore eſt minus,vt quoniam virtus eſt ſanitate maior,quæ eſt voluptate etiam maior, ideo vir-
tus voluptate erit eligibilior.Amplius quoniam diſciplina eſt virtute maior qua videlicet virtute ſani-
tas minor eſt,erit etiam ſanitate diſciplina ipſa eligibilior.

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVINTVS.

D 60 Sed & ſi duo quædam vno aliquo ſint eligibiliora,quod longe eligibilius eo quod minus eſt eligendum,eligibilius eſt.

Locus præceptiuus quinquageſimusquintus ſumitur ab inęqualitate exceſſuũ eorũ , quæ ſunt ali-
quo eodem maiora.cuius locum præceptũ aſſignat,& dicit.[Sed & ſi duo quædam vno aliquo ſint
eligibiliora,]ſubaudi inęqualiter,quoniã alterũ magis,alterũ minus.Illud[eligibilius eſt,qđ]eſt [lõge
eligibilius eo , quod minus eſt eligendũ.]nam(vt Alex.inquit)aliquorũ ſuperantiũ,quod magis ſupe-
rat, eſt maius , & ita eligibilius . vt quoniam virtus & ſanitas diuitiis ſunt eligibiliores. plus autem eſt
eminentia virtutis ad diuitias,quàm quæ ſanitatis , virtus ſanitate eligibilior erit. Sic & ſcientia recta
opinione,eligibilior,ambæ enim eligibiliores ſunt ſophiſtica apparentia.magis autem ſcientia, quàm
recta opinio , ergo ſcientia recta opinione eligibilior.

LOCVS QVINQVAGESIMVSSEXTVS.

ὑπερβο-λὴ

61 Amplius cuius ſuperabundantia eſt ſuperabundantia eligi - exceſſus ſummitas

bilior, & ipsum eligibilius, vt amicitia pecuniis. Nam eligibilor superabundantia amicitiæ, quàm pecuniarum. E

Hic locus pceptiuus quinquagesimus sextus accipitur a cõparatione excessuũ in eligibilitate, cuius locum præceptum assignat, & dicit. [Amplius cuius superabũdantia] id est su mmitas [est superabũdãtia] id est summitate [eligibilior, & ipsum eligibilius] cuius exẽplũ assignat, & dicit [vt amicitia pecuniis. nam eligibilior] est [superabundantia amicitiæ q̃ pecuniarum.] Alexander vero assignat aliud exẽplum, & dicit, & quoniam summitas quæ est in sanitate, eligibilior est summitate quæ est in voluptate, & sanitas voluptate eligibilior. Exponit autem Alex. quid summitas sit in sanitate, & quid summitas sit in voluptate, & dicit, est quidem sanitatis summitas bona habitudo, voluptatis vero impermistum esse cum tristitia. constat autem omnibus bonã habitudinem eligibiliorem esse eo quod est esse impermistum cum tristitia. secundum hanc expositionem per hyperbolen Aristote. intelligit aliquod peculiare quod est summum alicui, per quod excedit aliud peculiare, quod est summũ alteri. & tunc quęritur quod est tale summum in amicitia, & quid tale in pecuniis. Nec Aristo. dixit, nec Alexan. suppleuit. Et dicendum in amicitia talem summitatem esse potestatem, & vitæ securitatem. qui enim amicis abundat, est aptus dominari, & vita securus. in pecuniis vero, summitas est possessio pecuniarum multarum, F

LOCVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

62 Et id, cuius vtique magis eliget quis, vt ipse sibi causa sit, quàm cuius alter, vt amicos pecuniis.

Locus præcepiuus quinquagesimus septimus accipitur ab excessu boni, vt nos magis sumus illius causa, verum non est locus pręceptus clarus. Vno enim modo potest intelligi, vt id sit eligibilius cuius volumus nos magis esse causam vt nobis insit, q̃ id, cuius volum⁹ vt sit alter causa, vt nobis insit. Amici enim nobis insunt & pecuniæ, sed quoniam causa qua insunt nobis amici, nos volumus esse. non enĩ amicos accipimus, nisi volentes, causa vero qua nobis insunt pecunię, volumus vt sit alter: quoniã volumus magis vt alii dent, q̃ vt nos demus, ideo amici eligibiliores sunt pecuniis, dicit. [Et id cuius vtiq; magis eliget quis, vt ipse sibi causa sit,] eligibilius subaudi est, [q̃] id [cuius] eliget, quis vt causa sit [alter, vt amicos pecuniis] eliget quis magis. Alio modo locus intelligi potest, vt id sit eligibilius G quod per seipsum aliquis magis possidere eligit, quàm quod possidere per alterum. Vt amicos per nos ipsos magis eligimus possidere, quàm per alios: pecunias autem per alios, quoniam volumus magis eas ab aliis accipere, quàm ipsi aliis dare. Et ideo amici pecuniis eligibiliores sunt. & hæc est expositio Alexandri, & tu lege, [& id, cuius vtique magis eliget quis, vt ipse causa sit,] vt per seipsum possideat, eligibilius est, [quàm] id [cuius alter] est causa. id est, quàm vt per alterum possideat, [vt amicos pecuniis.] Attentione dignum, amicos nos accipere, a nobis ipsis magis illos volẽtes, at pecunias accipimus eas magis volentes ab aliis. et propterea amici eligibiliores pecuniis sunt. & ideo tertia expositio oritur, vt id eligibilius sit habendum, quod magis a nobis quàm ab aliis accipere volumus. & hoc dicit [& id, cuius vtiq; magis eliget quis, vt ipse causa sit] id est, & id est eligibilius, qđ magis quis a se eliget, [quàm] id [cuius alter] subaudi est causa, id est quàm id quod ab altero eliget. [vt amicos pecuniis] eliget quis magis a se, pecunias vero ab altero. ergo amici eligibiliores sunt pecuniis. ¶ Sed occurres, quoniam hic locus videtur idem cum loco quadragesimoquarto, cum dixit, [& quod non est ab alio exquirere, quàm quod est ab alio]. ¶ Alexander asserit hic Aristote. velle id esse eligibilius, cuius causa est ipse magis, quàm id cuius causa est alter. superius vero voluit id esse eligibilius, quod quis non potest habere ab alio quàm a se, quàm quod potest ab alio habere quàm a se, Vt virtutes diuitiis, nam virtutes a solis nobis habemus, diuitias autem a multis aliis. & sic præsens locus dffert ab illo solum in verbis, idem enim est in re non posse aliquid hahere ab alio quàm a se, & esse causam per seipsum alicuius, vt habeat. differt autem sola appellatione nominum. H

LOCVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

63 Amplius ex appositione, si eidem appositum aliquid, quod totum eligibilius facit.

Locus pręceptiuus quinquagesimus octauus accipitur ab appositione cõparatiua duorũ eidem absolute. Et procedit Aristo. hoc modo, quia primo pceptiuũ, deinde pceptũ locũ assignat, & dicit primo. [Amplius ex appositione] subaudi cõparatiua duorũ eidẽ absolute. deinde assignat locum præceptum, & secundũ Alexãdrum præceptus locus iste est, Si aderetur eidem aliud & aliud, & fieret totumcum iis quæ addũtur, quandoque quidem eligibilius, quãdoque autem minus eligibile est id, cuius appositione totum cui additur, fit eligibilius, eligibilius erit altero apposito, cuius additione

A fit minus eligibile.verbi causa,si diuitiis adderetur virtus aliquando, & aliquando sanitas,sintque diuitiæ cum virtute eligibiliores q̃ diuitiæ cum sanitate,virtus sanitate eligibilior erit.Insuper si ipsi viuere quandoq; quidẽ iuste adderetur,quandoq; vero suauiter,si iuste viuere eligibilius est q̃ suauiter viuere, & iuste eligibilius est q̃ suauiter, vnde dicit[si eidẽ appositum aliquid] nunc videlicet & aliud alias, id[quod] sui additione[totum facit eligibilius,]q̃ alterum faceret, si adderetur,hoc subaudi est eligibilius.Vt quoniam homo cum sapientia eligibilior est homine cum voluptate, igitur sapientia voluptate est eligibilior.Insuper,quoniam Cæsar cum exercitu eligibilior est,Cæsar cũ delitiis est. hoc pacto intelligendo locus perspicuus est.

INTASNTIA.

64 Cauere autem oportet extendere ad ea,in quibus altero quidem appositorum vtitur commune, vel alio quolibet modo cooperatiuum est.Reliquo autem non vtitur,neque cooperatiuum est, vt serra & falce cum arte fabrili.Nam eligibilior serra consotiata. Simpliciter autem nõ

B eligibilior.

Aristoteles hic soluit instantias,quoniam non sequitur,liberalitas cum diuitiis eligibiliores sunt liberalitate cum viribus: igitur diuitiæ egilibiliores sunt viribus.neque sequitur, vires cũ fortitudine eligibiliores sunt q̃ diuitiæ cum fortitudine,igitur vires diuitiis eligibiliores sunt.Esset enim idem eodem magis & minus eligibile.nam in liberalitate diuitiæ sunt eligibiliores viribus.In fortitudine autem vires sunt eligibiliores diuitiis,& ita diuitiæ erunt viribus magis & minus eligibiles,quod est absurdum. Insuper nec sequitur,vires cum fortitudine eligibiliores sunt, quàm vires cum modestia : igitur fortitudo est modestia eligibilior. causa autem, quare locus non in omnibus verus est,hæc est,quoniam in multis commune, cui additio fit, altero additorum aut vtitur, veluti instrumento, aut cum eo cooperans est,altero vero neque vtitur,neque cum eo cooperans est.Ideo eo,quo vtitur, non existente eligibiliori,totum tamen eligibilius fit,vnde diuitiis quidem liberalitas vtitur, non vtens viribus secundum suam peculiarem actionem.Rursum fortitudo viribus,non autem diuitiis vtitur.Ad hęc vires fortitudini cooperantes sunt,modestiæ vero nullatenus,icciro Arist.dixit, [Cauere autem oportet] subaudi[extendere] locum[ad ea in quibus commune] cui fit additio nunc vnius,nunc alterius.

C [vtitur altero quidem appositorum]veluti instrumento[vel]si non vtitur,vt instrumento,saltẽ[quolibet alio modo est cooperatiuum] cum illo addito. Liberalis enim diuitiis vtitur vt instrumento ad peculiarem suam actionem,quæ est donare.non autẽ vtitur viribus,& ita licet in liberalitate diuitiæ sint eligibiliores viribus : non tamen simpliciter diuitiæ sunt viribus eligibiliores. Amplius,vires fortitudini cooperantes sunt, modestiæ vero nullatenus, & ideo licet in fortitudine vires eligibiliores sint,q̃ in modestia,non tamen sequitur,vt fortitudo sit modestia eligibilior.ideo addit,[reliquo autẽ] appositorum[non vtitur,neque cooperatiuum est,]in illis enim additis,ad quæ commune sic se habet,vt vno vtatur,altero non,vel vt cum vno sit cooperans, cum altero non,locus non est verus. Et assignat exemplũ in arte fabrili,& dicit,[vt serra,& falce cum arte fabrili,nam eligibilior serra]est[cõsotiata]arti fabrili,quàm sit falx,[simpliciter autem]serra[non est falce[eligibilior,]nam serra est instrumentum artis fabrilis,non autem falx.Rursum falx cõsotiata arti messorię eligibilior est quàm sit serra.Simpliciter autem non est eligibilior. Quare in iis verus est locus, in quibus apposita simili ratione se habent ad ipsum commune,cui adduntur.Hæc ad instantias.

¶LOCVS QVINQVAGESIMVSNONVS.

D 65 Rursum si minori appositum aliquid, quod totum maius facit.

Hic locus præceptiuus quinquagesimusnonus accipitur ex appositione comparatiua in bonitate duorũ ad duo.Locus vero p̃ceptus,vt Alexan.exponit, est,minori bono appositum, & totum maius bonum faciens,eligibilius est eo,quod maiori bono apponitur & totum primo toto minus bonum facit,& vt locum magis intelligas,sint duo aliqua bona,vnum quidem maius,alterum aut minus,& illis apponantur aliqua,ita vt ex eorum appositione, illud quod est minus bonum, fiat maius bonum, & quod est maius bonum,fiat minus bonum,minori bono additum eligibilius est addito alteri maiori. verbi causa,bona habitudo & sanitas duo bona sunt,sanitas quidem minus, bona autem habitudo maius bonum.At bonæ habitudini maiori bono existenti diuitiæ, sanitati vero minori bono existenti virtus addantur,quoniam sanitas cum virtute maius bonum est quàm bona habitudo cum diuitiis,ideo virtus diuitiis est eligibilior.Insuper,quoniam dicere & tacere duo bona sunt, & cum eligibilius sit dicere quàm tacere,quoniam & plus est in vsu,apponatur quidem modeste ipsi tacere,rhetorice vero ipsi dicere. quia igitur modeste tacere eligibilius est quàm rhetorice dicere, ideo modestia rhetorica eligibilior est. Dicit. [Rursum si minori appositum aliquid,] id est si minori bono appositum sit aliquid,[quod totum facit maius bonum] subaudi quàm alterum bonum apposi-

tum maiori bono, quod ſubaudi minori bono additur, eligibilius eſt eo, quod additur maiori bono, E
patent igitur ex additione.

LOCVS SEXAGESIMVS.

66 Similiter autem & ex ablatione. Quo enim ablato ab eodem quod reſtat, eſt minus, illud maius vtique erit. Quando quod ablatum eſt, reliquum minus facit.

Iſte eſt locus ſexageſimus, vbi primo aſſignat locum prçceptiuum, & dicit. [Similiter autem & ex ablatione,] hoc eſt ſimiliter oportet argumentari ex ablatione quemadmodum ex additione. deinde ponit locum p̄ceptum, verũ non eodẽ modo exponitur ab omnibus. Iuniores locum præceptũ intelligunt hoc modo, Si quod aufertur ab aliquo, ſui ablatione, facit id, a quo aufertur minus bonum, eligibilius eſt eo a quo aufertur, & ita volunt cõparationem fieri inter id, quod aufertur, & id, a quo aufertur & hoc dicit Ariſto. [Similiter autem & ex ablatiõe,] ſcilicet argumentari poterimus quemadmodum ex additiõe. & exponit quod dixerat, & dicit, [quo enim ablato ab eodẽ, quod reſtat, eſt minus, illud] ablatum ſubaudi [maius] in bonitate [vtique erit,] & eligibilius. Sed occurres, nam beatitudo eſt eligibilior appoſito ei aliquo bono externorum, & reſtat minus bonum eo ablato, & tamen illud bonum quod aufertur, non erit beatitudine eligibilior. Ad tollendam hanc inſtantiam, ſubdit, [quando quod ablatum eſt, reliquum facit minus] bonum, non quidem intenſione, ſed ſpecie: modo beatitudo eo bono ablato, non remanet minus bonum in ſpecie. Eſt enim eiuſdem bonitatis in ſpecie cum illo & ſine illo. Licet ſine illo ſit minus bonum intenſione. nec Alexandro diſplicet hæc expoſitio. aſſerit enim locum hunc verum eſſe, etiam ſi vnũ aliquid fuerit ipſum eligibile, quod aufertur. deinde auferatur ab ipſo id, cuius appoſitiõe fiebat eligibilius. Aliter poteſt intelligi locus præceptus, vt recte Alexander etiam exponit. Vt ſi ſint duo eligibilia, & auferantur ab eodem, cui prius addebãtur, ſi illud, quod relictum eſt minus fieret alterius ablatione, quàm alterius, cuius ablatiõe minus fit, illud eſt eligibilius altero, cuius poſt ablationem non fit minus id, a quo aufertur. Locus iſte maxime patet in magnitudinibus, & numeris. Diminuuntur enim decem & trium & quinque ablatione. ſed quoniam decem magis diminuuntur ablatione quinque quàm trium, ideo quinque plura ſunt tribus. eadem ratio eſt & in magnitudinibus. Eodem modo in eligibilibus, nam ſi ex ſanitate & diuitiis & pulchritudine fieret vnum ſimul exiſtens, & auferatur ab illo aggregato ſanitas, quoniam illud qđ reſtat, ablatione ſanitatis, fit minus eligibile q̃ ablatione diuitiarum: ideo ſanitas diuitiis eligibilior eſt. G
& non ſolum ſanitas diuitiis eſt eligibilior, ſed pulchritudo cum ſanitate etiam eligibilior, q̃ pulchritudo cum diuitiis. vnde dicit, [ſimiliter autem & ex ablatione,] quemadmodum ex additione argumentari poterimus. & exponit quo modo, & dicit, [quo enim ablato ab eodem, quod reſtat, eſt minus,] ſubaudi quàm ablatione alterius, [illud] cuius ablatiõe reſtat minus, [maius] & eligibilius [erit] altero, cuius ablatiõe non reſtat, minus addit. & intelligo hunc locũ [quãdo quod ablatũ eſt, facit reliquum] ſcilicet a quo aufertur, [minus] ſui ablatione, q̃ alterum faceret ſui ablatione. Quando enim locus ſic intelligitur, comparatio vertitur inter ea, quæ auferuntur ab eodem. Et non inter ablatum & id, a quo aufertur, vt voluit prima expoſitio.

LOCVS SEXAGESIMVSPRIMVS.

67 Et ſi hoc quidem propter ſe, illud autem propter gloriam eligendum. Vt ſanitas pulchritudine. Terminus autem eius quod eſt ad gloriam, eſt, quod nullo conſcio, non ſtuderet ineſſe.

Locus præceptiuus ſexageſimusprimus ſumitur ab inſpectione boni comparati ad finem ſpecialẽ H
qui eſt gloria, cuius locum præceptum aſſignat, & dicit, [Et ſi] ſubaudi duorum eligibiliũ, [hoc quidẽ propter ſe] eligitur, non alterius gratia, [illud aut ꝓpter gloriã eligendũ] eſt, quæ eſt finis quidam ſpecialis, eligibilius eſt, quod ꝓpter ſe eligimus eo, quod ꝓpter gloriã. Et aſſignat exemplum, & dicit, [vt ſanitas] eligibilior [pulchritudine] eſt. nam ſanitatem propter ſe eligimus, quanuis eam nullus cognoſcere deberet. At pulchritudinem, propter gloriam, quæ ex ea oritur. Vana enim pulchritudo videretur eſſe, ſi non cognoſceretur. & ꝙ ita ſit, probat ex definitione eius quod eſt eſſe ad gloriam, & dicit, [terminus autem eius quod eſt] eſſe [ad gloriam,] eſt [quod nullo conſcio,] nec cognoſcente, [non ſtuderet ineſſe] id eſt non diligenter fieret. nam cui color infelix, aut cui placuiſſe labores. Hac ratione demonſtraremus diuitias honore eligibiliores eſſe, quoniam honor appetitur propter alterum, diuitiæ propter ſe, cum ſit honor honorantis, non honorati, diuitiæ vero poſſidentis.

LOCVS SEXAGESIMVSSECVNDVS.

68 Et ſi hoc quidem propter ſe, & propter gloriam eligendum: illud

A autem propter alterum tantum.

Locus præceptiuus sexagesimussecundus accipitur ab inspectione boni comparati ad finem specialem, quæ est gloria, & ad priuationem illius specialis finis, cuius locum præceptum assignat, & dicit.] Et si hoc quidem propter se, & propter gloriam] est [eligendum, illud autem propter alterum tantum] subaudi eligibilius est id, quod propter ambo est eligibile, q̃ id, quod est eligibile propter solam gloriam. ¶ Addit Alexander etiam esse eligibilius eo, quod est propter se. Et ita quod est propter ambo, non solum eo eligibilius est, quod est propter alterum tantum, sed etiam eo, quod est propter se tantum. Nam quod est propter duo videtur eligibilius eo, quod est propter vnum ipsorum eligibile. hac ratione domus cum vtili ornatum habens eligibilior ea est, quæ solum ornatum habet, aut solum vtile. Similiter & vestis, quæ existens bona visui apparet bona, demonstraretur eligibilior esse veste bona tantum, & veste apparente tantum bona. Nam licet quæ apparent in visu bona sint multis, quæ latent eligibiliora, tamen quæ sunt & apparent visui bona eligibiliora sunt, & iis, quæ sunt tãtum bona, & iis, quæ videntur tantum bona. ¶ Sunt qui dicunt id quod est eligibile propter se, & gratia alterius eligibilius esse eo, quod est eligibile gratia alterius tantum. Non tamen eo, quod est eligibi-
B le propter se tantum, vt voluit Alexan. & hoc probat Albertus ex eo, quoniam quod est eligibile propter se, est purum bonũ. Quod aũt est eligibile propter se, & gratia alterius, est bonũ cũ diminutione. Nã per hoc ipsum, quod est esse propter aliud, diminuitur ratio boni, & ita redditur impurũ. Et propterea volunt quod est bonum propter se, & propter alterum eligibilius esse eo, quod est bonum propter alterum tantum. ¶ Alexander autem vult quod est eligibile & bonum propter duo semper esse melius atque eligibilius eo, quod est bonum, & eligibile propter vnum, siue illud vnum sit esse eligile propter gloriam tantum, siue propter se tantum atque propter priuationem gloriæ. Superius enim dictum est duo bona eligibiliora esse altero bono tantum. ¶ Quod autem dicit Albertus, fortasse locum habet, generatim accipiendo eligibile. Nam album purum melius est albo cum paruo nigro permisto. Tamen speciatim vt loquitur Aristoteles & Alexãder, nõ est verum. Aristoteles enim & Alexander loquuntur in bonis propter se, & comparatis ad finem specialem, quæ est gloria. modo in bonis comparatis ad finem, quæ est gloria, vel honor, semper bonum propter se, & propter gloriam eligibilius eo est, quod est & propter se tantum, & eo, quod est propter gloriam tantũ. Et sic locus est in eligibilibus cõtractis ad finẽ particularẽ, quæ gloria est: non in bonis simpliciter, quæ sunt ad finem simpliciter.

C LOCVS SEXAGESIMVSTERTIVS.

69 Et vtrumuis magis propter se honorandum, hoc & melius & eligibilius. Honorabilius vtique fuerit secundum se, quod cum nihil aliud debeat esse, propter se eligimus magis.

Locus præceptiuus sexagesimustertius accipitur ab inspectione boni comparati ad finem, qui est honor. Locus vero præceptus non intelligitur eodem modo ab omnibus. Secundum ergo Anonymum locus p̃ceptus est, si aliqua duo sunt eligenda propter se, illud quod est inter ea magis honorandum, est eligibilius, vt quoniam sanitas, & philosophia sunt propter se eligibiles, & phlosophia est honorabilior sanitate, philosophia sanitate eligibilior est, & tunc verba sic legunt, [Et vtrũuis propter se] eligibilium, quod subaudi est [magis honorãdũ,] hoc & melius, & eligibilius. Hæc expositio corrũpit verba, vt inspicienti patet. Adenolphus vero exponit, si sunt duo propter se honoranda, vt sanitas, &
D philosophia, quod eorum est propter se magis honorandum, hoc est eligibilius, & hoc videtur plane Arist. dicere, cum inquit [& vtrũuis] duorum propter se honorabilium, quod est [magis propter se honorandũ, hoc & melius & eligibilius] est. Alex. vero si recte verba eius intellexi, exponit, & quemadmodũ, inquit, quod est propter se eligibile eo quod est propter gloriam eligibilius est. & quod est propter se, & propter gloriam eo quod est propter alterũ tãtũ, est eligibilius: sic honorabile quod est propter se honorandũ eligibilius est eo, quod est propter alterum honorãdum. Et quod est & propter se & propter alterum honorandum, est eligibilius eo, quod est honorandum propter vnum tantum. Et propterea dicit Aristo. [& vtrum vis,] id est & quodcunque [magis propter se honorandum,] quia tam honorandum propter se, quàm honorandum propter se & propter alterum, vtrum enim est per se magis honorandum, [hoc & melius, & eligibilius] est. quasi dicat, sicuti tã id quod est eligibile propter se q̃ id quod est eligibile propter se & propter gloriã, est eligibilius eo quod ꝓpter gloriã est eligibile, quia magis bonũ: sic tam id quod est honorandũ propter se, q̃ id quod est honorandũ ꝓpter se & ꝓpter alterum, est eligibilius eo, qđ ꝓpter alterũ est honorandũ, quia vtrunque est magis honorãdũ. Vt si magis ꝓpter se honorabilium est theoretica, quàm practica, theoretica eligibilior erit. At theoretica quòd magis propter se honorabilior, patet, nam omnis practica fieri videtur, vt aliquid dirigatur. theoretica vero propter se honorabilis est, & eligibilis. Insuper quia prudentia propter se

magis honorabilis fortitudine,ideo elig.bilior.prudentiæ enim operatio vbique , fortitudinis vero in periculis tantum.Exponit autem quid sit honorabile propter se.& accepit comparatiuum pro positiuo,& dicit,[honorabilius]hoc est,[honorabile itaque fuerit secundum se,quod cum nihil aliud debeat esse]cognoscens,aut sciens,[propter se eligimus magis]vt nobilitas propter se honorabilior est viribus,& pulchritudine,quoniam & si nihil aliud fuerit, magis nobilitatem eligeremus quàm vires, & pulchritudinem. E

LOCVS SEXAGESIMVSQVARTVS.

70 Amplius diuidendum quoties quod eligendũ est,dicitur, & quorum gratia,vt vtilis,vel honesti, vel delectabilis.Nam quod ad omnia, vel ad plura est vtile,eligibilius fuerit eo, quod non similiter.

Quoniam locus præceptiuus sexagesimusquartus accipitur a diuisione ipsius eligibilis,ideo proponit diuisionẽ ipsius eligibilis,& dicit.[Amplius diuidẽdũ quoties quod eligendũ est dicitur, & quorum gratia]vtrum gratia meliorum,vel peiorum,[vt]vtrum gratia[vtilis,vel]gratia[honesti,vel]gratia[delectabilis,]quæ sunt meliora. an gratia damnosi , vel inhonesti , vel dolorifici, quæ sunt peiora.Dixit[quoties quod eligẽdum est,dicitur,]quoniam tripliciter dicitur eligibile.nam honestum,delectabile,& vtile eligibilia sunt.Tacuit autem iustum,quod etiam eligibile est,quoniam fortasse appellatione honesti iustum intelligere voluit,licet sit differentia,vt primo rhetoricorũ ipse exposuit. Nam honestum eligimus in genere dicendi demonstratiuo.persuademus enim in hoc dicendi genere locis sumptis ab honesto.Iustum vero eligimus in genere dicendi forensi. persuademus enim in foro locis sumptis a iusto,delectabile & vtile eligimus in genere dicendi deliberatiuo, nam in huiusmodi dicẽdi genere persuademus locis sumptis ab vtili,& à delectabili.Dixit, [& quorum gratia], quoniam licet quod eligimus,nec sit per se honestum nec vtile,nec delectabile,potest gratia finis eligi,quando finis est honestus,vel vtilis,vel delectabilis.proposuit autem Aristoteles hãc diuisionem,quoniam(vt Alexan.inquit)ex diuisione ipsius eligibilis accipit occasiones,& loca argumentãdi.Si enim diuidamus quot modis eligibile dicitur,quoniam non vno modo solum,abundabimus argumentationibus ad cõstruendum eligibilius.deinde assignat locum præceptum,& dicit.[nam quod ad omnia vel plura est vtile]id est cui hæc omnia insunt,vel per omnia hæc est eligibile,hoc est tam per se , quàm omnium eorum hoc eligibilius eo est,cui non omnia hæc insunt,vel[cui non similiter]omnia insunt.[vel]pro & cui plura eorum horum insunt,eligibilius eo est,cui pauciora. & intelligit Aristote.vt Alex. diligẽter suppleuit, modo cui vnum,& cui omnia vel plura insunt,insint similiter ac pariter.Quoniam potest etiam quod est secundum vnum eligibile esse secundum id nimis valde eligibile: quo casu non sequitur id quod est secundum omnia eligibile , esse eligibilius eo,quod est secundum vnum eligibile. Prudentia enim per se solum eligibilis est, vires vero sunt eligibiles per omnia:quoniam & per se eligibiles sunt,& vt honestæ,& vt vtiles,& vt delectabiles.Sed quoniam prudentia superat in per se eligibili hæc omnia,ideo non sequitur,vt vires prudentia sint eligibiliores.Simili ratione modestia est honore eligibilior,qui est propter delectabile & propter vtile,hoc est per plura eligibilis Nam modestia est per se & proprie eligibilis valde nimis,adeo,vt ipsa secundum vnum existẽs eligibilis superet honorem,qui in pluribus est eligibilis.Erit igitur eligibilius quod est secundum omnia , quam quod est secundum plura eligibile , & quod est secundum plura eo , quod est secundum pauciora, si fuerit quod est secundum omnia,& secundum plura, simile ei,quod est secundum pauciora,vel secundum vnum,inæqualitate eligibilitatis,quod est dicere in vtrisque comparatis,vt cætera sint paria.Amplius considerandum,si pauciora in pluribus continentur:nam si continentur,esse potest, vt quod per pauciora est eligibile,eligibilius sit eo,quod est per plura eligibile.Sic enim in ethicis demonstrauit Arist. amicitiam,quæ est propter honestum,eligibiliorem esse ea, quæ propter vtile,& delectabile. quando enim propter honestũ amicitia est,habet delectabile,& vtile Nã in honesto hæc ambo continentur. Quare locus intelligi debet, modo plura in paucioribus (vt inquit Alexander) non contineantur. F G H

LOCVS SEXAGESIMVSQVINTVS.

71 Si autem eadem vtrisque insunt,vtri magis insunt,considerandum: vt vtrum delectabile,an honestum,an vtile magis.

Locus præceptiuus sexagesimusquintus accipitur a comparatione eorum,quæ non sunt vtrisque comparatis,cuius locum præceptum assignat , & dicit. [Si autem eadem vtrisque] comparatis[insunt,vtri]hoc est cui.nam eorum[magis insunt,considerandum.vt vtrum delectabile, an honestum, an vtile]insit[magis],scilicet vni cõparatorũ q̃ alteri.Nam cui magis inest,illud eligibilius erit.Sic demõstrabitur modestia abstinẽtia eligibilior,vtraq; enim ꝑpter se eligibilis est,sed magis modestia.Demonstrabitur etiã disputare,qđ est literaria exercitatio eligibilius esse ipso exercere corpus.Nam licet

A vtrunque sit eligibile propter vtile, tamen magis vtile est disputare, quod est exercere animum, quàm exercere corpus. Eodem modo demõstrabitur iustitia fortitudine eligibilior esse, nam vtraque & propter honestum, & propter delectabile est eligibilis. Sed non similiter iustitiæ fortitudo delectationem habet, propter vulnera, & occisiones, quas non patitur iustus.

LOCVS SEXAGSIMVSSEXTVS.

72 Rursum quod gratia melioris, eligibilius: vt quod virtutis gratia, quàm quod delectationis.

Locus præceptiuus 66. accipitur à comparatione finium, ad quos eligibilia ipsa ordinantur. Proposuit enim diuisionem eorum, quæ eliguntur, & penes naturas, quas habẽt, & propter fines, ad quos ordinantur. Cum asignasset loca ex diuisione naturarum, nunc asignat locũ ex cõparatione finium, & dicit, [Rursum quod gratia melioris,] scilicet finis, hoc [eligibilius.] Vt disputare magis est eligibile, quàm exercere.. Nam disputamus gratia scientiæ, exercemus autem corpus gratia virium. Est autem hic locus 66. in antedictis potentia exploratus. Dictũ est enim [quorum fines eligibiliores, eligibiliora sunt & ipsa.] In hoc ergo loco præsens continetur potentia, Aristoteles autem asignauit exemplum, B cum inquit, [vt quod gratia virtutis] eligibilius est, [quàm quod gratia delectationis.] Nam virtus eligibilior delectatione est.

DE FVGIBILIORIBVS.

73 Similiter autem & in fugiendis. nam magis est fugiendum quod magis impedit virtutes, vt ægritudo turpitudine. Voluptatis etenim & eius quod est studiosum esse, prohibentior est ægritudo.

Nunc per eundem locum 64. & 65. demonstrat fugibiliora, & primo proponit intentionẽ, & dicit, [Similiter autem & in fugiendis] loca subaudi asignantur, vt in eligendis. nam & in istis fugibilibus, quod est plurium bonorum impeditiuum, & quod maiorũ bonorũ est impeditiuum, hoc est magis fugiendum, & hoc dicit, [Nam magis est fugiendum, quod magis] id est quod plures [impedit virtutes] id est bona. accepit enim [magis] secundo loco explicatum pro verbo plures (vt Alexander exponit,) [& virtutes] pro bonis. & quòd ita intelligat, exemplũ loci demonstrat, cum inquit, [Vt ægritudo] magis fugienda est [turpitudine.] cuius rationem asignat, & inquit, [Voluptatis etenim] quod C est vnum bonum, & eius quod est studiosum esse] quod est alterum bonum, [prohibentior est ægritudo.] At turpitudo solum voluptatis, simili ratione demonstrabitur amisio disciplinarum nummorum amisione esse magis fugienda, nam amisio disciplinarum melior est destructiua. Insuper quod propter gloriam est eligibile, est magis eligendum quàm quod est eligibile propter delectabile, & propter vtile. Quare destructiuum gloriæ est magis fugiendum, quàm quod destruit delectabile & vtile.

74 Amplius, ex similitudine demonstrari potest fugiendũ & eligendum, quod propositum est. Minus enim eligendũ huiusmodi est, quod æque & eligeret aliquis & fugeret altero quod eligendum est tantum. Ad seinuicẽ igitur cõparationes (quemadmodum dictũ est) faciendum.

Docet nunc Aristoteles locum, quo accipimus aliquid esse minus fugiendum, & minus eligẽdum per similitudinem ad loca, quibus docuit magis eligẽda, & magis fugienda, & primo proponit intentionem, & dicit, [Amplius ex similitudine] locorum, quæ dixit de eligibilioribus & fugibilioribus [demonstrari potest quod propositum est] minus [fugiendũ & minus eligendum] tacuit verbũ [minus,] quoniam dedit intelligere per id, quod subscribit. Vel fortasse, quia fugiendum est minus eligẽdum, & eligendum minus fugiendũ. vel forsan Aristoteles proponit demonstrare propositum esse eligendum D & fugiendum ex similitudine, quam habet eligendum ad minus fugiendum, quoniam minus fugiendum, & eligendum habent similitudinem. Similiter minus eligẽdum videtur fugiendum. habet enim minus eligendum, & fugiendum similitudinem quandam. ergo [ex similitudine demõstrari potest fugiendum & eligendum, quod propositum est,] fugiendum quidem ex minus eligẽdo. Eligendũ vero ex minus fugiendo, proposita intentione, exequitur, & dicit, [Minus enim eligendum huiusmodi est, quod æque eligeret aliquis & fugeret altero, quod eligendum est tantum,] Est enim minus eligibile, quod simili ratione & eligibile & fugibile est, eo quod est solum eligibile. Nam si circa ciuitatem versari & eligibile & fugibile est. Est enim fugibile ob turbationes, eligibile vero propter societatem ciuilem: & philosophari eligibile solum, ergo minus fugiẽdum erit philosophari. esset etiam nauigare minus eligendum quàm agrum colere, ob pericula quæ in mari sunt: qui enim nauigat, potest se seruare, & periclitari. qui vero agrum colit, seruat se tantum. ergo nauigare minus eligendum, quàm agrum colere. Tũc epilogat, & dicit, [Ad seinuicẽ igitur cõparationes] circa ipsa eligibilia, & fugibilia, (quẽadmodum dictum est) faciẽdum, & per hæc loca. propositis enim pluribus eligibilibus, quæ ex æquo

apparēt esse eligibilia, his locis cognoscitur quod eorum est magis eligendū. declarantur enim omnes E eminentiæ, quibus vnum eligibile potest secūdum rem alteri eminere. Nihil enim aliud est eligibilius, quàm quod vna vel pluribus eminentiis, vt postea dicemus, alteri supereminet.

DE ELIGENDIS ET FVGIENDIS.

75 Idem autem loci vtiles, & ad demonstrandum quoduis eligēdum, & fugiendum. Nam auferre solum eam oportet, (quæ ad alterum est) præeminentiam. Si enim quod honorabilius, eligibilius, & honorabile eligendum. Similiter autem & in aliis: quæcunque huiusmodi habent comparationem.

Cum assignasset loca, quibus possibile est comparationes facere, quæ sunt secundum eligibilius, id est quibus argumentari poterimus duobus eligibilibus propositis, quod eorum sit eligibilius, ostendit, quòd eadem loca valent ad argumentandum propositum esse eligibile, simpliciter, & sine comparatione. Si enim demōstrauerimus aliquid esse eligibilius, vt quia vtilius, pulchrius, & melius, si præeminentius, & comparationes quæ sunt eorum adinuicem, auferemus, demonstrabimus ipsa simpliciter F eligibilia esse, & quidem per eadem loca. Causa autem quia in cōparatiuis intelliguntur positiua, non enim potest aliquid esse eligibilius, quin sit eligibile, nec aliquid potest esse honorabilius, quin sit honorabile: nec aliquid vtilius, quin sit vtile: nec delectabilius, quin sit delectabile. Quare quot locis demōstramus eligibiliora secundum comparationem, demōstrabimus eligibilia simpliciter sine comparatione. vnde dicit, [Idem autem loci vtiles] sunt [ad demonstrādum quoduis eligēdum, & fugiendum] simpliciter & sine cōparatione, quibus demōstrantur eligibilius & fugibilius secundū cōparationem. & assignat causam, & dicit. [Nam auferre solum eam præeminentiam oportet, quæ ad alterum est,] & relinquitur ex loco ipsum eligibile simpliciter. & hoc exemplo ostendit, & dicit, Si enim quod honorabilius, eligibilius & honorabile] erit [eligendum,] in ipso enim cōparatiuo positiuum tanquā cōparationis origo intelligitur. Deinde reddens regulam vniuersalem, dicit,] Similiter autem & in aliis] eligibilioribus quæcunque comparationem huiusmodi, secundum magis, & minus [habent.] cur vero addit, [quæcunque huiusmodi habent comparationē,] sequēti textu exponet, nunc vero sit hæc vniuersalis regula, quot locis demonstramus aliqua esse aliis eligibiliora, vel fugibiliora, tot & eisdem demōstrare poterimus illa eadem esse eligibilia vel fugibilia, quoniam ablatis comparationibus, & præeminentiis, omne eligibilius est eligibile. dixit, [Similiter autem & aliis,] quoniam nō solum in honorabili, sed etiam in vtili, & delectabili, & honesto. G

76 In aliquibus enim statim secundum eam, quæ ad alterum est comparationem, & quoniam eligendum vtrūque, vel alterum dicimus. Vt quando hoc quidem natura bonum, illud autem non natura bonum dicimus. Nam quod natura bonū, manifestum, quoniam eligendum est.

Cum dixisset, [similiter autem & in aliis, quæcunque huiusmodi habent comparationem,] nunc exponit, cur additum est, [quæcunque huiusmodi habent comparationem,] & ait hoc esse additum quoniam sunt quædam eligibilia, & fugibilia statim. & secundum eam comparationem quæ est secundum magis, & minus, vtputa quæcunque secundum naturam sunt bona. hæc enim statim quia sunt natura bona, sunt eligibilia, secundum comparationem quod est dicere eligibiliora. nam eligibile secundum comparationem est idem, quod eligibilius altero. vnde dicit, [In aliquibus enim statim dicimus & quoniam vtrunque vel alterum] est [eligendum secundum eam comparationem, quæ est ad H alterum,] sunt enim aliqua quæ sunt eligibilia statim secūdum comparationem, & exponit quę, & dicit, [Vt quando hoc quidem natura bonum, illud autē non natura bonum dicimus. nam quod natura bonum, manifestum, quoniam eligendum est,] secūdum comparationē statim, hoc est quod sit altero eligibilius. idem enim est dicere altero eligibilius, & eligibile, secundū comparationem. sunt autē hæc ea in quibus bonitas inest per se à natura. Exponit autem hoc Alexander. asserit enim Aristoteles addidisse, [quæcunque huiusmodi habent comparationē, intelligens per [huiusmodi] manifestam, quoniam aliqua habent comparationem manifestam, vt terminū ad duo, eminentia manifesta est vnum. Et propterea tria manifesta comparatione sunt plura duobus, aliqua habent eminentiam immanifestam, vt si aliqua magnitudo excederet aliam in quodam paruo insensibili. Demonstramus ergo aliquod esse eligibile secundū comparationem, locis à comparatione, in quibus eminētia non est manifesta. Nam [in aliquibus,] vt inquit, [statim, absque locorū argumentatione [dicimus & quoniam eligendum est vtrunque vel alterum,] secundum eam comparationē, quæ est ad alterum. ita enim in eis statim demonstramus eligibile secundū comparationem sine locis. lege ergo copulatim cum præcedenti textu sic. [Similiter autem & in aliis, quæcunque habent comparationē huiusmodi] hoc est ar-

A gumentabilem per loca eminentiæ, in iis enim ſemper demõſtramus ipſum eligibile eiſdem locis, quibus demonſtratum eſt ipſum eligibilius, dico [quæcũque habent comparationem huiuſmodi] hoc eſt per loca argumentabilem, [enim] nam [in aliquibus ſtatim dicimus, quoniam eligẽdum vtrunque vel alterum ſecundum eam, comparationem, quæ eſt ad alterum,] nam ſunt aliqua quæ aliis ſunt eligibiliora ſtatim ſine argumentatione per loca, & exponit quæ, & dicit, [Vt quando hoc quidẽ natura bonum, illud autem nõ natura bonum] eſt, [nam quod natura bonum] eſt, [manifeſtum] ſtatim eſt ſine locorum argumentatione [quoniam eligẽdum eſt] ſecundũ comparationem ſubaudi, id eſt quoniam eſt eligibilius eo, quod eſt non natura bonum. In his vero quæ ſunt bona non natura, oſtendimus alterũ altero eligibilius argumentis per loca, vt ſuperius patuit, & his eiſdem locis demonſtramus ipſum eligibile ſimpliciter, quibus demonſtratum eſt eligibilius. Quid vero Ariſtoteles intelligat per natura bonum, hic non expoſuit, nec Alexander declarauit. ideo dicamus cum Ariſtotele primo Rhetoricorum, bonum bifariam dici, alterum aperte bonũ, quod & bonum ſimpliciter dicitur, vtputa, quod expetitur propter ſe, & non propter aliud, & hoc dicitur bonum vt finis. alterum eſt bonum nõ ſimpliciter propter ſe expetibile, ſed quod expetitur propter aliud vel alterius gratia, quatenus aut afficit, aut ſeruat, aut antecedit, vt medium, bonum ſimpliciter, quod eſt bonũ vt finis. Bonum vero ſimpliciter B ab Ariſtotele, ibi multifariam deſcribitur. Vno modo, vt ſit quod ſui gratia eſt expetẽdum. Alio modo, vt ſit cuius gratia alia, quæ ad ipſum ducunt, appetimus. Tertio, vt ſit quod omnia appetunt. dico omnia, vel quæ ſenſum, vel intellectum habent, vel ſi haberẽt: illud appeterẽt, & hoc dicitur bonum, vt finis, vt felicitas, & felicitatis partes: & quoniam finis eſt duplex, ſimpliciter, & alicui generi accõmodatus, ideo bonũ ſimpliciter, eſt vno modo abſolute ſimpliciter, quod nulli generi accõmodatur. Alio modo, quod alicui generi accommodatur, veluti finis particularis, quem prouidentia vnicuique (vt Themiſtius inquit) tanquam bonum conſtituit. hoc modo cõſeruatio formicæ, quæ in hyeme fit comeſtione frumenti, finis eſt eorum laborum, quibus æſtate formica colligit triticum, & creatio pullorum finis eſt aui, vt nidificet, & captio muſcarũ finis eſt araneis vt telas ſtruant. Hic enim finis bonum ſimpliciter eſt, ſed nõ abſolute, ſed cuidam generi accommodatum. Ex iis patet quid ſit bonum natura, de quo Ariſtoteles hic loquitur. eſt enim bonum, vt finis, quod eſt bonũ manifeſte, quod eſſe bonum non argumentatione per loca patet. Bonum vero non natura, eſt bonum in ordine ad finem, quod eſſe bonum argumẽtatione patet. Recte ergo Ariſtoteles inquit eſſe quædam bona, quæ ſtatim eſſe eligibiliora aliis, quæ ſunt bona non natura, patet. Non autem patet in iis, quæ ſunt bona non na- C tura, quid eſt eligibilius, ſed locis deducitur, & quoniam bona ſecundum naturam ſunt eligibilia, ideo in illis bonis nõ oportet locis probare quid ſit eligibile. Sunt enim manifeſte bona, ergo manifeſte eligibilia, in bonis igitur non natura eligibile eiſdem locis probatur, quibus & eligibilius probamus.

77 Sumẽdum autem quàm maxime vniuerſales locos de eo, quod eſt magis, & minus: nam ſic ſumpti ad plura vtiles erunt. Fieri autẽ poteſt, vt eorum, qui dicti ſunt, quoſdam vniuerſales magis quis faciat, parum tranſmutans ſecundum appellationem.

Cum dediſſet nobis de maiore & minore & generatim de iis, quæ in comparatione ſunt, loca cõparatiua in aliquo definito ac determinato accidente, vt in ipſo eligibili, omnes enim in hoc fecit cõparationes. nam eſt locorum traditio in aliquo determinato accidente facilior. Et quoniã non fit comparatio ſolum in ipſo eligibili, ideo mirabili arte oſtẽdit nobis quomodo eiſdem locis generatim ad omnia alia vti poterimus, in quibus ſecũdum magis & minus comparatio fit. Quoniam igitur magis comparatiuum exiſtens, & maius ſimiliter non ſolum in bonis, & malis, & eligibilibus, & fugibilibus dicitur, ſed etiam in aliis, maxime quidẽ in magnitudinibus, & numeris, & grauibus, & cæteris id ge- D nus, comparatio quæ eſt ſecundum magis, vel maius, fieri poteſt, ideo dicit, [Sumendum autẽ quàm maxime vniuerſales locos de eo quod eſt magis, & minus,] & per [magis] intelligit etiam maius. Loca enim quæ accepit, fuerunt accepta contracte, & cum additione, nunc oportet vt vniuerſaliora accipere, & aſsignat rationem, & dicit, [Nam ſic ſumpti ad plura vtiles erunt,] & non ſolum ad eligibilia, & fugibilia, ad quæ nunc ipſis vſi ſumus. Deinde cum hoc dixiſſet, quomodo poſsibile eſt prædicta loca vniuerſaliter facere, ſupponit, & dicit, [Fieri autem poteſt, vt eorum qui dicti ſunt, quoſdam vniuerſales magis quis faciat, parum trãſmutans ſecũdum appellationem.] Si enim parum mutamus in expoſitione, ipſorum cõmunius pro ſpecialiori ponentes, fierent vtique loci, quibus vſi ſumus, vniuerſales. dixit autem [quoſdam,] quoniam licet omnes fieri poſsint vniuerſales, nõ de omnibus, ſed de quibuſdam illud exponit, & dixit, [parum tranſmutans ſecundum appellationem.] quoniam ponẽdo hoc nomen tale pro hoc nomine eligibile, & hoc nomen magis tale pro hoc nomine magis eligibile, redduntur loci, quibus vſi ſumus ſpeciatim, vniuerſales & ad plura communes.

78 Vt quod natura tale, eo quod non natura tale, magis tale.

Et quomodo hoc fieret, per exempla in locis manifestat, & primo quidem in eo loco, qui proxime dictus est, videlicet quod est natura bonũ eligibilius eo est, quod non natura est bonum. Locus enim hic in bonis solum & horum comparatione vtilis est. Quia vero non solum quod natura bonum eo quod non natura bonum magis bonum & eligibile est. sed etiam quod natura fugibile, eo quod nõ natura fugibile, magis fugibile. & quod natura album eo, quod nõ natura album, magis album, & in aliis similiter. si itaque dicamus pro eo quod est natura bonũ, quod est natura tale, dicemus tunc quod est natura tale: eo quod non est natura tale, esset magis tale. & hoc pacto vniuersalẽ locũ faciemus, quo poterimus ad ea omnia vti, in quibus est natura, & nõ natura, omnia enim cõcessa sunt, sic loco posito. vnde dicit, [Vt quod natura tale eo, quod nõ natura tale est, magis tale] est, nã mutatio facta est ad vniuersales locos parua in nominibus mutatione facta. nam primo locus in terminis specificis, postea transmutatione facta, in transcendentibus locus relinquitur. E

79 Et si hoc quidem facit, (illud autem nõ facit, quod habet tale) cuicunque insit, magis tale est, quod interdũ facit tale, quàm quod nõ facit.

Nunc assignat secundum exemplum in alio loco superius assignato. dictum enim est, si hoc quidem sui pręsentia bonos facit, non faciente eligibilius est. Fit autẽ hic locus vniuersalis, si acceperimus sic locum in terminis transcendentibus, [& si hoc quidem facit, cuicunque insit, illud autem non facit quod habet tale,] id est id, cuicunque insit, [magis tale est, quod interdũ facit tale, quàm quod non facit,] sic enim locus ad terminos transcendentes conuersus, ad multa valebit, sic enim conuerso poterimus ad multa ipso vti, vt ad calida, ad dulcia, ad alba, ad bona, ad magna, & ad cætera omnia, in quibus cõtingit dicere tale, & quale. ❡ Quod vero ad verba attinet, annotatione dignũ per hęc verba Aristot. duo loca significasse: quorum primus est, Duorũ si hoc quidem sua pręsentia bonos facit, illud autẽ non facit, quod facit bonos, non faciente eligibilius est. Secũdus vero, Duorũ si hoc quidem sui præsentia interdum facit bonos, illud autem nunquam, quod interdũ facit, nunquam faciente eligibilius est. His etiam duo loca vniuersalia respõdent, quorum primus est, Duorũ talium, si hoc quidem sui præsentia facit tale, illud autem non facit tale: quod sui præsentia facit tale, non faciente tale, magis tale est. & hunc locum induit in primis verbis textus. Secundus vero duorũ talium, si hoc quidem sui præsentia interdum facit tale, illud vero nunquam facit, quod facit interdum tale, nunquam faciente magis tale est, & hunc locum dedit intelligere per verbum [interdum,] vt perspicuum est. F

80 Si autem vtrunque facit, quod magis facit tale. G

Tertium exemplum in alio loco etiam superius assignato. dicebatur enim, si duo inerunt alicui, & ambo illud, cui insunt, bonum facit, quod magis idipsum bonũ facit, eligibilius eo est, quod idem minus bonum faciet. Trãsitum ergo ad generalissima assignat, & dicit, [Si autem vtrunque] sui pręsentia [facit, scilicet tale, quod magis facit tale,] subaudi erit magis tale. sic enim vniuersaliorẽ locũ fecit, & ad longe plura vtilẽ, quia ad dulcia, ad calida, ad bona, ad magna, & ad ea omnia, in quibus est reperiri tale & quale.

81 Amplius, si eodẽ aliquo, hoc quidẽ magis: illud autem minus tale.

Hic assignat quartum exemplum, superius enim assignauit sic locum de eligibili, si eodem aliquo hoc quidem maius bonum est, hoc vero minus, quod maius, eligibilius eo est quod minus. Sic enim (vt diximus) bona habitudo diuitiis eligibilior est, quoniam demonstrata sanitate, bona habitudo est sanitate eligibilior, diuitię vero sanitate minus eligibiles sunt, ergo bona habitudo diuitiis eligibilior. assignat ergo quartum exemplũ, & docet hunc locũ cõuerti ad vniuersalẽ, & dicit, [Amplius si eodem aliquo hoc quidem magis] tale fuerit, [illud autem minus tale,] subaudi magis tale est, quod eodẽ est magis tale. Sic enim locus ad generalissima cõuersus erit cõmunis ad calida, ad bona, ad alba, ad dulcia, & ad omnia his similia, in quibus aptari possunt, tale, & quale. H

82 Et si hoc quidem tali magis tale, illud vero nõ tali tale, manifestũ, quoniam primum magis tale.

Nunc assignat quintum exemplum, verum locus contractus ad bona & eligibilia vno modo potest intelligi, duorum bonorum si vnum est aliquo bono maius bonũ, alterum vero illo eodẽ non est maius bonum, quod est maius bonum eo bono, eligibilius est, vt quoniam bona habitudo magis bonum est sanitate, & diuitiæ nõ sunt sanitate magis bonum, bona habitudo eligibilior diuitiis est. Docet ergo transmutare hunc locum ad vniuersalem, & dicit, [Et si hoc quidem.] scilicet bonũ existẽs [tali] bono existente fuerit [magis tale, illud vero] etiam existens bonum [non] subaudi fuerit [tale.] scilicet magis, illo [tali,] quo primũ erat magis tale, [manifestum, quoniam primũ] est [magis tale.] Sic enim locus communis erit ad bona, ad dulcia, ad calida, ad alba, & ad ea omnia, quibus tale & quale aptari possunt. Potest autem locus aliter legi, sic, Duorum bonorũ, si vnum quidẽ aliquo bono maius esset, alterum vero nullo bono esset maius bonum, eligibilius erit, quod est aliquo bono maius. Si igitur sic

A intelligitur locus contractus, lege verba Aristot. sic. [Et si hoc quidem] duorum bonorũ [tali] scilicet bono [magis tale] fuerit, [illud vero] bonum existens [non tali] id est nullo tali bono, [tale] scilicet magis fuerit, [manifestum, quoniam primum magis tale] erit. Sic enim conuertendo locum, per eum poterimus & callidius aliud alio esse demonstrare, & dulcius, & alia quàm plurima his similia. verum, vt Alexander bene animaduertit, si locus iste hoc pacto exponitur, videtur alius ab iis, quæ superius dicta sunt, non tamen est curandum, quoniam hæc vt exempla inducuntur, quæ faciunt intelligere regulam Arist. superius assignatam. quare siue sint trãsmutationes locorum supradictorum, siue nouorum, quos nunc assignat, vtroque modo intelligunt, qui discunt.

83 Amplius, ex additione, si aliquod eidem additum, totum magis tale facit.

Nunc per sextum exemplum docet cõuertere loca ex additione, & ablatione, quæ superius posuit, quorum primus ex additione fuit, Si aliquod eidem additum, totũ magis facit bonum, eligibilius erit altero addito illud non faciente, vt quoniam virtus addita sanitati eligibiliorem eam reddit quàm diuitiæ si eidem adderentur, virtus diuitiis eligibilior erit. Docet igitur hunc locum transmutare ad vni-B uersalem, & dicit, [Amplius ex additione, si aliquod eidem additum, facit totum magis tale] hoc erit nõ faciente, magis tale. nam hic terminus magis tale, vniuersalior est illo, videlicet eligibilius, quoniam iste terminus, magis tale, aptari potest ad album, ad malum, ad dulce, & ad alia huiusmodi. eligibilius vero solum ad bona.

84 Aut si ei, quod minus est tale, additum totum magis tale facit.

Secũdus vero locus ex additione fuit, Si alicui quod est minus bonum, adderetur aliquod bonum, quod faceret sui additione illud magis bonum, hoc eligibilius esset non faciente. verbi causa, si virtus adderetur diuitiis, & robur etiam diuitiis adderetur, cum virtus reddat totum magis bonũ quàm redderet robur, virtus robore eligibilior erit. Docet ergo locum hunc transmutare ad vniuersalem, & dicit, [Aut si ei] aliquid [additum] fuerit, [quod minus tale.] & [totũ magis tale facit,] hoc erit magis tale non faciente. hic enim terminus (vt diximus) tale, & magis tale, vniuersalior est termino eligibilius, quoniam (vt diximus) terminus ille aptari potest ad album, ad malum, ad bonum, ad dulce, & ad alia huiusmodi, eligibilius vero solum ad bonum.

85 Similiter autem & ex ablatione. nam quo ablato reliquum minus C tale est, ipsum magis tale.

Nũc assignat exemplum in loco ab ablatione, fuit enim locus dictus in ipso eligibili sic, quo enim ablato ab aliquo, quod relinquitur minus est, eligibilius est eo, quo ablato reliquum nõ minus erit. verbi gratia, sit vnum cõpositum ex modestia, diuitiis & robore, quoniam ablata modestia quod remanet est minus quàm si auferatur robur, igitur modestia robore eligibilior. Est enim diuitiæ cum robore minus bonum, quàm diuitiæ cum modestia. hunc ergo locum docet transmutare ad vniuersalẽ, & dicit, [Similiter autem & ex ablatione] locus cõtractus potest reddi communis, [nam (vt inquit) quo ablato reliquũ minus tale est] altero ablato, [ipsum erit magis tale] cuius ablatione remanet illud minus q̃ si alterum auferatur. Sic enim locus vniuersalior erit, nam minus tale, & magis tale, cõmuniora sunt minore & maiore bono, quibus vsus est, & propterea loco sic conuerso poterimus ad plura vti.

86 Et quæ cõtrariis sunt impermistiora, magis talia, vt albius quidem nigro impermistius.

D Iste locus translatus fuit ad vniuersaliorẽ ab hoc, videlicet bonum quod cum malo impermistum est, eligibilius est eo, quod est permistum. eundẽ etiam dixit, cum ait, doloris expertia eligibiliora sunt dolorificis, nunc vero hæc loca reddens vniuersaliora, dicit, [Et quæ contrariis sunt impermistiora,] hoc est minus permista cum contrariis, hæc sunt [magis talia, vt albius quidem nigro impermistius,] albius est, & dulce similiter. potest etiam, (vt Alexander inquit) hic locus esse translatus ab vltimo loco, videlicet ab hoc. [Amplius ex similitudine monstrari potest fugiendum & eligẽdum,] sed quouis è loco sit translatus, exemplum est clarum.

87 Amplius, præter ea quæ dicta sunt prius, quod magis suscipit propositi rationẽ. Vt si albi est ratio, color disgregatiuus visus, albior is est color, magis disgregatiuus visus.

Præter comparatiua loca quæ data sunt, proponit nunc quendam locum, qui ex definitione est, cuius non meminit in locis de eligibili secundum comparationem. est autem locus præceptus, quod magis recipit definitionem propositi, magis tale est. verbi causa, album quidem magis erit, quod magis rationem albi recipit, quod enim color magis visus disgregatiuum est, album magis est. Est enim

albi definitio, color disgregatiuus visus. Simili modo in dulci, dulcius enim esset, quod magis dulcis rationem suscipit. & in ipso eligibili, eligibilius enim esset, quod magis rationem eligibilis recipit, & suauius quod magis ratione voluptatis. vnde dicit, [Amplius prçter ea, quæ dicta sunt, prius] scilicet prçter loca comparatiua de eligibili, est hic locus nouus, [quod magis suscipit propositi rationem] subaudi, hoc est magis tale, [vt si albi est ratio color disgregatiuus visus, albior is color est,] subaudi, qui [magis est disgregatiuus visus.] Hunc autem locum fortasse (vt Alexander inquit,) ideo non tradidit in locis superius assignatis de eligibiliori, quoniam nec boni, nec eligibilis vna est ratio. nam bona & eligilia eorum sunt, quæ multipliciter dicuntur. E

DE PROBLEMATIBVS ACCIDENTIVM PARTICVLARIBVS.

88 Si autẽ particulariter, & non vniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti vniuersaliter cõstructiui, vel destructiui, loci omnes vtiles. Vniuersaliter enim interimentes, vel construentes, & particulariter mõstramus. Nam si omni inest, & alicui: & si nulli inest, nec alicui.

Cum secundo libro, & præsenti tertio dixisset de vniuersalibus problematibus, quot de accidente habentur, siue vniuersalia problemata quæsitum simpliciter, siue comparatiuum habuerint: dixissetq; omnia loca, quæ aptantur ad ipsa: nunc quidem nõ amplius de comparatiuis problematibus dicit, sed demonstrat quomodo locis datis vti poterimus ad destructionem, & constructionem problematum particularium. & primo ostendit id, quod & in principio secundi libri dixit, quomodo loca vniuersaliter dicta non solum ad vniuersalia problemata sunt vtilia, sed etiam ad particularia. vniuersali enim problemate cõstructo, & particularia, quæ illis subalterna sunt, cõstruuntur. Et rursum vniuersali destructo, & particularia destruuntur. & si problema propositum particulare fuerit, vtilia sunt loca vniuersalia. Si enim quæritur vtrum hæc voluptas est bonum, vel ne, qui monstrauit omnem voluptate esse bonum, monstrauit quoniam & ea, quæ quæritur, est bonum, & si propositum fuerit monstrare aliquam voluptatem non esse bonum, qui monstrauerit nullam esse bonum, monstrabit, quoniam proposita non est bonum. Horum autem meminit secundo huius parte illa, [sunt autem ad vtraque genera problematum communia vniuersalia, & constructiua, & destructiua. nunc autem idem repetit, sed manifestius, cum inquit, [Si autem particulariter, & non vniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti vniuersaliter constructiui, vel destructiui loci omnes vtiles] scilicet & ad vniuersalia, & ad particularia loca. Quòd quidem ad vniuersalia sint vtilia, probauit superius: quòd autem ad particularia, nunc ostendit, & dicit, [Vniuersaliter enim interimẽtes, vel cõstruentes, & particulariter monstramus,] omne enim vniuersale monstratum, monstrat etiam particulare, quod est sub se. [nam si omni] subiecto prædicatum quod est, [inest, & alicui] subiecto inerit. [et si nulli inest, nec alicui.] & intelligas negatione postposita alicui non inesse, vt si album nulli coruo inest, & alicui coruo non inerit. nam non aliquis æquiualet nulli. quare licet Aristoteles dicat, nec alicui. tu intelligas quòd alicui non insit. F G

89 Maxime autẽ opportuni & cõmunes loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. Similiter enim probabile est existimare, si omnis voluptas bonum, & tristitiam omnem malum esse. Et si aliqua voluptas bonum, & tristitiam aliquam esse malũ. Item si aliquis sensus nõ est potestas, & insensibilitas quædam non est impotẽtia. & si quoddam opinatum disciplinatum, opinio quędam disciplina. Rursum si aliquod iniustorum bonum, & iustorũ aliquod malum. Et si aliquod eorum, quæ iniustè malum, & aliquod eorũ quæ iuste bonum. Et si quoddam delectabile fugiendum, & delectatio quædam fugienda. Secundum hęc autem si aliquod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis. H

ἀγαθόν. bonum.

Nunc ostendit, quæ loca communia sint maxime vtilia & opportuna ad demonstrãdum problemata vniuersalia & particularia, & dicit, [Maxime autẽ opportuni] & vtiles sunt, [&] hi [communes loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus,] subaudi ad demonstrandum particularia, & vniuersalia problemata. Non enim omnia particularia problemata possibile est monstrare per vniuersalia. Sunt enim aliqua particularia quæ sunt per se vera, & falsa, propterea oportet ad ea habere quædam propria loca. Ad demonstrandum enim aliquem hominẽ esse musicum, impossibile est vti hoc, videlicet omnem hominem esse musicum, quoniam non est verum hoc, & quoniam quadrupliciter

A dicuntur oppoſita, in omnibus ſpeciebus oppoſitis præter quàm in oppoſitis ſecundum cõtradictio-
nem demõſtrat eundem locum accommodari poſſe, ſimiliter vniuerſali & particulari problemati, &
primo mõſtrat hoc in contrariis, & dicit, [Similiter enim probabile eſt exiſtimare, ſi omnis voluptas
bonum, & triſtitiam omnem malum eſſe,] qui locus eſt ex contrariis vniuerſaliter. Deinde ponit ex-
emplum in contrariis particularibus, & dicit, [Et ſi aliqua voluptas bonum, & triſtitiam aliquam eſſe
malum. Eſſet enim voluptas, quę eſt in bonis operibus, bonum, & in eiſdem operibus triſtitia malum.
Si enim quæratur in problemate vniuerſali, vtrum omnis triſtitia malum vel ne? oportet hoc proba-
re ex contrariorum argumentatione, ſic, ſi omnis voluptas bonum, & omnis triſtitia malum. Si au-
tem problema fuerit particulare, vtrum triſtitia quædam malum eſt, an non, probabitur ex contrarii
argumentatione, ſic, ſi voluptas quędã eſt bonum, & triſtitia quædam malũ, & dixit, [Similiter enim
probabile eſt exiſtimare,] quoniam locus iſtę à contrariis probabilem argumentationẽ facit, non au-
tem demõſtratiuam. Deinde idem oſtẽdit in locis oppoſitis ſecundũ priuationẽ, & habitũ. hoc enim
loco vti poſſumus ad vniuerſalia, & particularia problemata, verum ſolum meminit particularium, &
dicit, [Si aliquis ſenſus nõ eſt poteſtas, & inſenſibilitas quædam non eſt impotẽtia,] ſunt enim ſecun-
dum habitum & priuationem oppoſita ſenſus, & inſenſibilitas. Quare ſi voluerimus mõſtrare, quòd
B aliqua inſenſibilitas non ſit impotentia, monſtraremus accipientes quoniam aliquis ſenſus non eſt po
tentia: at ſi nobis propoſitum fuerit mõſtrare problema vniuerſale, quòd videlicet omnis inſenſibili-
tas ſit impotentia, vniuerſaliter vtique & oppoſitum in habitu accipiemus quòd omnis ſenſus ſit po-
tentia. ¶ Quod vero ad verba attinet, cum Ariſtotele dicit quendã ſenſum nõ eſſe poteſtatẽ, accepit
ſenſum pro communi quodam ad potentiam naturalem ſentiendi, & ad ſenſationem ipſam quæ eſt
actus ſentiendi: modo ſic ſumendo terminum, hæc eſt vera, aliquis ſenſus non eſt poteſtas, vt ſenſatio
ipſa. hæc enim non poteſtas naturalis, ſed actus eſt. Simili ratione inſenſibilitas accipi poteſt pro pri-
uatione actus, & pro priuatione potentiæ, & ſic accipiendo inſenſibilitatem pro termino communi,
hæc eſt vera, quædã inſenſibilitas non eſt impotentia, quoniã priuatio actus ſentiendi, non eſt impo-
tentia. Priuatio enim viſionis non eſt cæcitas. cuius enim ſenſus habitus accipitur non eſſe potentia,
eius priuatio non erit impotẽtia. Quare ſi monſtrare voluerimus quòd nulla inſenſibilitas impotẽtia
ſit, oportet pro probabili accipere quòd nullus ſenſus ſit potentia. Deinde aſsignat exemplum in op-
poſitis relatiue, & dicit, [Et ſi quoddam opinatũ diſciplinatum, opinio quędam diſciplina,] hoc enim
exemplũ in particulari problemate eſt. Si enim quæratur vtrũ aliqua opinio ſit diſciplina an non. Sic
aliquis poſſet ex oppoſito argumẽtari ſumendo pro probabili, quoniam aliquod opinatũ eſt diſcipli-
C natũ, ergo aliqua opinio eſt diſciplina. refertur enim opinio ad opinatũ, & diſciplina ad diſciplinatũ. ſi
autẽ in vniuerſali problemate quæratur vtrũ omnis opinio ſit diſciplina, an non, accipiemus oppoſi-
tum opinionis, ſcilicet opinatum vniuerſaliter hoc pacto, ſi omne opinatũ eſt diſciplinatũ, & omnis
opinio erit diſciplina. nõ autem meminit oppoſitorũ ſecundum affirmationem & negationem, quo-
niam contradictio non eſt in particularibus. aliquid enim eſſe, & aliquid non eſſe, nõ opponuntur ſe-
cundũ contradictionẽ, ſed eſt in vniuerſalibus & particularibus, & propterea qui mõſtrauit quòd fal-
ſa ſit vniuerſalis affirmatio, monſtrauit quoniam vera eſt particularis negatio in eodẽ: & qui mõſtrat
falſam eſſe negationem particularẽ, monſtrat veram eſſe vniuerſalem affirmationẽ illi contradicto-
riam. Simili modo in vniuerſali negatione & particulari affirmatione, non tamen qui demõſtrat ve-
ram eſſe particularem affirmationem, mõſtrat falſam eſſe particularẽ negationem, qui enim mõſtrat
veram eſſe hanc, aliquis homo eſt muſicus, non monſtrat hanc falſam eſſe aliquis homo non eſt mu-
ſicus, nec econuerſo. Cum demonſtraſſet igitur de oppoſitis, quomodo & vniuerſalibus & particula-
ribus poſſumus vti locis, rurſum monſtrat quomodo poſsibile eſt vti locis ex caſibus in vniuerſalibus
& particularibus, ſunt enim caſus iniuſte, iniuſtũ: verum antequam hoc exequatur, repetit exemplum
in cõtrariis, & dicit, [Rurſum ſi aliquid iniuſtorũ bonũ, & iuſtorũ aliquid malũ. nam ſi particulariter
D quæratur, vtrum aliquod iuſtum eſt malum, vel ne, ex contrariis argumẽtari poterimus, [ſi aliquid in-
iuſtorum bonum. & iuſtorum aliquid malũ, iterum ſi quæritur vtrum aliquod iniuſtum eſt bonũ, vel
non [&] à caſibus argumentari poterimus ſic, [ſi aliquid eorum quæ iniuſte] fiunt, eſt [malum, & ali-
quid eorum, quæ iuſte] fiunt, erit [bonum.] Si autem vniuerſaliter quæritur vtrum iuſtum bonũ, ſim-
pliciter vtique caſus accipiatur, ſi iniuſte male, & iuſtum bonũ. nam ſimile eſt vt in particulari parti-
culare, & in vniuerſali vniuerſale. Deinde locum ex cõiugatis, particularibus problematibus accom-
modat, & dicit, [Et ſi quoddam delectabile fugiendum, & delectatio quędam fugienda, ſecundũ hęc
autem & ſi aliquod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis,] ſunt autẽ coniugata inuicẽ fortitudo
fortis, & fortiter, rurſum voluptas, voluptuoſe, & voluptuoſum, & omnia quæ adinuicem ſic ſe habẽt.
At ſi vniuerſaliter quæratur de omni delectatione, vniuerſaliter vtique accipiendũ eſt, ſi omnia dele-
ctabilia fugienda, omnis delectatio fugienda. ipſe vero exemplum aſsignauit ſolum in particularibus
problematibus, quoniam in vniuerſalibus ita eſſe argumentandum patet ex aliis.

90 Et in corruptionibus autem, & generationibus & corruptionibus

ſimiliter.Nam ſi aliquid corruptiuum, delectationis, vel diſciplinæ bonum erit, eſt quædam delectatio, vel diſciplina malorum. Similiter autem & ſi corruptio quædam diſciplinæ bonorum, vel generatio malorum,erit quędam diſciplina malorũ,vt ſi obliuiſci quæ quis turpia egit, bonorum eſt,vel reminiſci,malorum,erit ſcire quæ quis turpia egit,malorum, ſimiliter autem & in aliis.in omnibus enim ſimiliter probabile. E

Nunc oſtendit loca,quæ accipiebantur ex corruptiuis,& generatiuis,& ex generationibus,& corruptionibus eſſe maxime oportuna & vtilia ad mõſtrandum problemata vniuerſalia, & particularia, & primo proponit hoc,& dicit,[Et in corruptiuis autẽ,] & ſubaudi in generatiuis [& generationibus & corruptionibus ſimiliter,]valẽt ad vniuerſalia,& particularia problemata veluti valẽt loca, quæ diximus ex oppoſitis,& caſibus, & cõiugatis.Sunt enim loca communia,& maxime oportuna ad vniuerſalia, & particularia problemata.probabile enim ſimile eſt in vniuerſalibus,& particularibus.ſicuti enim probabile eſt hoc vniuerſale,videlicet, ſi omne corruptiuũ voluptatis eſt bonũ, omnis voluptas F eſt malum:ſic probabile eſt & hoc particulare, ſi aliquid corruptiuum voluptatis eſt bonũ,aliqua voluptas eſt malum.Erat enim propoſitus locus,quorũ corruptiua ſunt bona,ipſa mala ſunt: quorũ vero mala,ipſa bona ſunt. ecõtrario vero in generatiuis, vnde dicit, [Nam ſi aliquid corruptiuum delectationis,bonum eſt,erit quædã delectatio malorum,vel]ſi aliquid corruptiuum[diſciplinæ] bonum eſt,erit[vel diſciplina malorũ,] ecõtrario vero in generatiuis. nam ſi aliquid generatiuum delectationis bonum,erit quædam delectatio bona:& ſi aliquid generatiuum delectationis malũ,erit quædam delectatio mala.Deinde aptat locum qui eſt ex corruptionibus,& dicit, [Similiter autem & ſi corruptio quædam diſciplinæ bonorum,vel generatio malorum, erit quædã diſciplina malorũ,] quoniam quemadmodum in corruptiuis,& generatiuis, ita in corruptionibus, & generationibus eſt argumentandum,& ponit exemplum,& primo in corruptiuis,& dicit,[vt ſi obliuiſci]eorum,[quæ quis turpia egit,bonorum eſt,vel reminiſci malorum,erit ſcire]ea,[quæ quis turpia egit,malorum. ¶Quod vero ad verba attinet,differt corruptiuum à corruptione.obliuio enim diſciplinæ & ſcientiæ corruptiuum, ignorantia vero,corruptio eſt. Sanitas etiam corruptiuum, plenitudo humorũ eſt, morbus vero corruptio,& per[ſcire,]nõ ſpeculari intelligit,ſed practice intelligere.qui enim ea ſcit,quę quis turpia egit G non ſcientiam contemplatiuam, ſed practicã accipit. vel fortaſſe per ſcire intelligit cognoſcere. ſcire enim communi nomine idem quod cognoſcere eſt.& licet hæc exempla in problematibus particularibus ſint, & in vniuerſalibus ea intelligere poterimus, ſicuti enim particulare ad particulare,ita vniuerſale ad vniuerſale. Exempla vero ex corruptionibus & generationibus vniuerſaliter quidẽ ſunt hæc,ſi corruptio ſcientiæ bonũ,ſcientia malum eſt:ſi vero generatio ſciẽtiæ malũ,& ſcientia malũ.Eſt enim locus vnus quidẽ ex corruptionibus,cuius corruptio bona,ipſum eſt malum,& cuius corruptio mala, ipſum eſt bonũ.Alter vero ex generationibus,cuius generatio mala, ipſum eſt malum: & cuius generatio bona,ipſum eſt bonũ. Tacuit autẽ(vt diximus)exempla vniuerſalium problematũ,quoniam ſimilis eſt ratio , loca enim quæ vtilia ſunt ad particularia problemata, & ad vniuerſalia ſimili ratione vtilia ſunt,&(vt diximus)exempla quæ poſuit,ſunt in corruptiuis.vel dici poteſt exempla hæc eſſe in corruptiuis & corruptionibus,obliuiſci enim fortaſſe eſt corruptio, & corruptiuum ſcientię,& cognitionis.vſus eſt enim cõmuniter nomine ſciẽtię, pro cognitione. Similiter reminiſci eſt generatio ſciẽtiæ,& generatiuum etiam.quare ſi reminiſci eorũ,quæ turpiter fiunt,malũ eſt,& ſcire ea,quę turpiter fiunt,malũ erit. Addit[ſimiliter autẽ & in aliis,]vno modo exponitur,[& in aliis]hoc eſt in vniuerſalibus problematibus . Similiter enim probabile eſt in vniuerſalibus & particularibus problematibus. H Alio modo exponitur, [& in aliis,] hoc eſt in aliis exemplis, quoniam ea quæ dicta ſunt, non ſolũ in his exemplis,quæ dicta ſunt,vera ſunt:ſed & in aliis exemplis argumentamur verum:nam ſequitur,ſi alicuius corruptiuũ eſt eligẽdum,ipſum eſt fugiendũ,quaſi dicat non ſolũ in ſcientia, ſed etiam in aliis loca à generatione & corruptione, & à corruptiuo & generatiuo ſunt vtilia.vel tertio exponitur[& in aliis,]quia in effectiuis,vſibus,acceptionibus.[In omnibus enim ſimiliter probabile,]erat enim poſitum,cuius effectiuum bonum,ipſum eſt bonum,& cuius vſus,& acceptio bona,ipſum eſt eligibile,& bonum. vel intelligit, [& aliis,] hoc eſt locis econtrario factis. nam cuius corruptio vel corruptiuum malum,ipſum bonum.[In omnibus enim]iſtis[ſimiliter probabile] & in vniuerſalibus,& particularibus problematibus.

91 Amplius ex eo,quod eſt magis,& minus, & ſimiliter.Si enim magis quidem eorum,quæ ſunt ex alio genere aliquid tale. Illorum autem nihil eſt, nec quod dictũ eſt, erit tale. Vt ſi magis quidẽ diſciplina quædam bonum quàm voluptas, nulla autem diſciplina bonum, nec volu-

A ptas bonum erit. Et ex eo quod eſt ſimiliter quidē, & minus, eodē modo. nam erit & interimere, & conſtruere. Veruntamen ex eo quod eſt ſimiliter, vtraque: ex minus autem, cōſtruere ſolum, deſtruere autē non. Si enim ſimiliter poteſtas quędam bonum, & diſciplina. eſt autem quędam poteſtas bonum, & diſciplina. Si autem nulla poteſtas bonum, nec diſciplina. Si autem minus quędam poteſtas bonum quàm diſciplina, eſt autem quædam poteſtas bonum, & diſciplina. At vero ſi nulla poteſtas bonum, nō neceſſe eſt & diſciplinam nullam eſſe bonum. Manifeſtum igitur quoniam conſtruere ſolum ex eo quod minus eſt.

Nunc oſtendit loca quæ accipiebātur ex magis, & minus, & à ſimili, eſſe maxime opportuna & B vtilia ad monſtrādum problemata vniuerſalia, & particularia: & primo proponit intentionē, & dicit, [Amplius] ad problemata omnia ſunt opportuna & vtilia loca, quæ ſumūtur & [ex eo quod eſt magis, &] ex eo, quod eſt [minus, &] ex eo, quod eſt [ſimiliter:] Hec enim loca, quæ à maiore, & à minore, & à ſimili ſunt data, ſunt opportuna, & vtilia ad omnia ꝓblemata & vniuerſalia, & particularia. Et tu intellige modo ſumātur in cōmunibus atq; tranſcendētibus terminis (vt ſupra dictū eſt,) & quod ita ſit, primo declarat hoc, in loco à maiore. & quoniā hæc loca poſſunt accipi in eis quæ ſunt diuerſorū generū, & in eis quæ ſunt eiuſdē generis, ideo primo declarat hæc loca in his quæ ſunt diuerſorū generū, deinde in his quæ ſunt eiuſdem generis. de prima parte dicit, [Si enim magis quidem eorum quæ ſunt ex alio genere aliquid tale] eſt, [Illorum autem nihil eſt, nec quod dictum eſt, erit tale.] Erat enim locus propoſitus à maiore, ſi cui magis videtur ineſſe, nō ineſt, nec cui minus videtur ineſſe, inerit. & aſsignat exemplum, & dicit, [Vt ſi magis quidem diſciplina quædā] videtur eſſe [bonū quàm voluptas, nulla autem diſciplina bonum, nec voluptas bonum erit.] Eſt enim hoc exemplum in rebus diuerſorum generum, & in vniuerſalibus problematibus. nam ſi nulla diſciplina eſt bonum, nulla etiam voluptas erit bonum. Tacuit autem exemplū in problematibus particularibus, quoniam nō eſt aliter deſtruere particularia affirmatiua, quàm vel per indefinite poſita, cum ſimpliciter deſtruuntur, C vel per vniuerſale negatiuum, vt Ariſtoteles demōſtrauit. Deinde declarat illud idem in locis à ſimili & à minore. aſsignat autem primo differentiā locorū, ex eo quoniam locus qui eſt ex maiore ſolū deſtructiuus eſt. ſi enim magis aliquid exiſtens nō eſt, neque vtiq; minus erit. Qui vero eſt ex minore, conſtructiuus, ſi enim minus aliquid exiſtēs, eſt, & maius vtique erit. Qui denique à ſimili locus eſt, ad vtraque vtilis, quia ad conſtruendum & deſtruendum. ſi enim quod ſimiliter alicui exiſtens eſt illud, & hoc ſimiliter exiſtēs illi erit vtique: & ſi quod eſt ſimiliter alicui non eſt, nec quod eſt ſimiliter ei erit. primo igitur proponit illud idem eſſe de loco à minore & à ſimili, quod eſt de loco à maiore, & dicit, [Et ex eo quod eſt ſimiliter quidē, &] ſupple ex eo, quod eſt [minus eodem modo] ſubaudi eſt dicendum, vt dictum eſt in loco à maiore. [Nam erit] per hęc loca [& interimere, & conſtruere] & vniuerſalia, & particularia problemata, veluti dictū eſt de loco à maiore, quoniam per eum eſt deſtruere tantum. Aſsignat tamen differētiam inter locum à ſimili, & locum à minore, & dicit, [Veruntamen ex eo quod eſt ſimiliter, vtraque] eſt facere, quia & interimere, & conſtruere. [ex minus autem conſtruere ſolum, deſtruere autē non.] ex maiore autē, vt diximus, erit ſolum deſtruere, cōſtruere vero nō. D Deinde aſsignat exēpla horum quæ dixit, & dicit, [Si enim ſimiliter poteſtas quædā bonum, & diſciplina: eſt autem quædam poteſtas bonū, & diſciplina] ſubaudi quædam erit bonum, & hoc pacto exemplum eſt in particulari problemate. vel, eſt autē omnis poteſtas bonū, ergo omnis diſciplina eſt bonum, & erit exemplum in vniuerſali. Deinde oſtendit in negatiuis, & dicit, [Si autem nulla poteſtas bonum, nec diſciplina.] hoc eſt exemplum in vniuerſali negatiuo, tacuit autē in particulari negatiuo, quoniam (vt dixi) particulare negatiuum deſtruitur ex vniuerſali negatiuo, vel ex indefinito negatiuo. hæc igitur ſunt exempla locorum à ſimili. Deinde exempla aſsignat in loco à minore, & dicit, [Si autem minus quædam poteſtas] videtur [bonū] eſſe, [quàm diſciplina, eſt autem quædam poteſtas bonum, & diſciplina] igitur erit bonū, hoc exemplum poteſt intelligi & vniuerſaliter, & particulariter, quoniam indefinitum eſt vtrunque. Deinde oſtendit hunc locum non eſſe ad deſtruendum, & dicit, [At vero ſi nulla poteſtas bonū, non neceſſe eſt & diſciplinam nullam eſſe bonum.] Poteſt enim nulla poteſtas eſſe bonum, & tamē aliqua diſciplina eſſe bonum, ideo concludit. [Manifeſtū igitur quoniam conſtruere ſolum] eſt [ex eo, quod minus eſt] & non deſtruere, hæc in rebus diuerſorū generum exempla ſunt. Et licet Ariſtot. hæc dixiſſet, non tamen meminit horum locorum differentiæ, quam ſuperius (cum de eis dixiſſet) aſsignauit. dixit enim hæc loca vera eſſe, cum vnum de duobus dicitur, & cum duo de vno, & cum duo de duobus. Hic enim vno de duobus tantum vtitur. nam bonum de

disciplina & voluptate dici accepit in primo exemplo, in secũdo vero de disciplina & potestate. Qui E autẽ vult vti aut duo de vno, aut duo de duobus in his locis, quærat ea, quæ superius diximus, & Alexandri commentaria in hoc loco. Hæc enim quia sunt exposita, bona fronte prætermisimus.

92 Nõ solum autem ex alio genere est destruere, verum & ex eodem dum sumit quis, quod maxime tale est, vt si positum est disciplina quædam bonum, ostẽditur autem quoniam prudentia non bonum, nec alia vlla erit, quia nec quæ maxime videtur.

Nunc declarat quomodo loco à maiore destructiuo non solũ vti possumus in rebus diuersorũ generũ, sed etiam in rebus eiusdẽ generis. & primo proponit intentionẽ, & dicit, [Non solũ autẽ ex alio genere] loco, videlicet à maiore [est destruere, verum & ex eodẽ] Deinde exponit quomodo per exemplum, & dicit, [dum sumit quis] sub eodem genere [quod maxime tale est,] cum enim hoc sumit, quod maxime videtur esse, & nõ est, deducetur quòd nec erit tale id, quod minus videtur. [Vt si positum est disciplina quædam bonum] ita vt sit problema, vtrum disciplina sit bonum an non. [ostenditur autẽ quoniã prudentia non est bonũ] quę maxime videtur bonũ: hoc enim ostenso & demon- F strato, ostẽdetur quoniam [nec alia vlla erit] & sic nec disciplina, [quia nec] prudẽtia, [quæ maxime videtur] est bonum. Insuper si quæreretur vtrum virtutes sunt scientię, an non? terminabitur hoc problema hoc pacto, prudẽtia quæ maxime videtur scientia, non est scientia, ergo nulla virtus erit scientia. Erit enim locus, siquid maxime tale videtur esse, & non est tale, nec aliquid aliud alii eorũ quæ sub eodem genere sunt, tale erit. ¶ Ad hęc, si quęratur vtrũ nulla voluptas est optimum, an nõ? terminabitur hoc modo, voluptas animi, quæ maxime videtur optimum, non est optimum, ergo nulla voluptas optimũ. Et licet Aristoteles ostendat loco à maiore nos posse vti destructiue in rebus etiam eiusdem generis, tamen (vt Alexander docet) etiam loco à simili, & loco à minore vti poterimus etiam in rebus eiusdem generis, tamen (vt Alexander docet) etiam loco à simili, & loco à minore vti poterimus etiam in rebus eiusdẽ generis, loco quidem à simili constructiue & destructiue, loco vero à minore constructiue tantum. Et tu intellige tam in vniuersalibus, quàm in particularibus problematibus. In omnibus enim his supradictis locis vti possumus in reb⁹ diuersorũ, & eiusdẽ generis. ¶ Quod vero ad exemplum textus attinet, attentione dignũ Aristot. supposuisse prudẽtiam & disciplinam esse eiusdem generis, & quòd prudentia videatur maxime bonum inter ea omnia, quæ sunt in genere habitus intellectualis. Ex iis sequitur, sed prudentia non est bonũ, igitur nec disciplina. Vtrum autẽ ve- G rum sit quod sumit, quòd scilicet prudentia non sit bonum, non refert ad exemplum. Ponimus enim exempla, vt sentiant qui discunt primo Priorum.

ἀξιώσαντας. postulãtes, pro dignitate petentes.

93 Amplius, ex suppositione similiter probãtes, si vni, & omnibus inesse, vel nõ inesse: vt si hominis anima immortalis, & alias. Si autẽ hæc non, nec alias.

Exposuit Aristo. q̃ loca vtilia sunt ad ꝓblemata particularia, & primo declarauit qm̃ per quę loca vniuersalia demõstrãtur, ꝑ hæc & ꝑticularia demõstrari poterũt. quia ꝑticularia sub vniuersalib⁹ sunt. Secundo exposuit, qm̃ simile probabile habẽt loca in vniuersalibus & particularibus problematibus. Cũ igitur mõstrasset à locis ꝑdictis similiter nos posse ad vniuersalia & particularia argumẽtari, nunc transit ad eũ locũ qui est ex suppositione, & declarat quo modo est vtilis ad vniuersalia & particularia ꝓblemata. Et primo exponit qui locus ex suppositione est, & asserit locũ ex suppositione esse, quãdo pro dignitatate supponitur, si vni inest, omnibus inesse similiter. Est enim hic locus constructiuus, & destructiuus: constructiuus quidẽ, qñ supponitur si vni inest, oĩbus inesse similiter. destructiuus verò H qñ supponitur si vni nõ inest, nulli inesse similiter. Est enim hypothesis affirmatiua, si vni inest, oĩbus inest: negatiua autẽ, si vni non inest, nulli inest. Si enim quæsitũ fuerit vtrũ omnis anima est immortalis an non: hoc enim problema vniuersale est. ad terminandũ igitur problema vniuersale vtemur loco ex suppositione, putantes si vna monstratur immortalis, & omnes sic se habere. mõstrantes enim quoniã hominis anima est immortalis, demonstrabimus per suppositionẽ omnes esse immortales. Si autẽ destruemus, accipientes quoniam vna non est immortalis, cõcludemus destructiue, quoniã nulla est immortalis. Monstrantes enim quandã non esse immortalem vel quæ est hominis, vel quæ est alterius animalis, vniuersaliter demonstrabimus quoniã nulla. Patet igitur quomodo vtilis est ad vniuersalia problemata hic locus, qui ex suppositione est. At si quæsitũ est, vtrũ aliqua anima est immortalis an nõ, ꝓblema est particulare. Demõstrabimus autẽ hoc particulare similiter vtẽtes loco ex suppositione, & accipiẽtes, si est immortalis, & oĩs aĩa est immortalis: hęc enim est suppositio, mõstrãtes autẽ aliquã esse immortalẽ, per hoc ipsum & omnem immortalẽ esse demonstratũ accipiemus. Accipiẽtes vero demõstratũ omnẽ esse immortalẽ, & aliquã immortalẽ esse, erit demõstratũ. qđ erat ꝓblema ꝓpositũ. Insuper qm̃ aliqua nõ est immortalis mõstrantes, & qm̃ nulla, haberemus vtiq;. Ex quo

A deducemus, quoniam aliqua nō est immortalis, de qua fuit problema. Patet ergo ex his locū, qui est ex suppositione, vtilē esse ad vniuersalia & particularia problemata, non tamē eodē modo. est enim vtilis ad vniuersale problema, quando suppositio est, si vni inest, similiter omnibus inest, & positū sit vni inesse, sequitur enim omnibus inesse. In destructione vero cū fuerit suppositio, si vni nō inest, nulli inest, & positū sit sed vni non inest, ergo nulli. Ad particulare vero vtilis est hic locus, quādo ex suppositione acceperimus quod & omni insit, sequitur enim quod alicui insit, vel acceperimus quod nulli insit, nam sequitur alicui non inesse. Quare per hunc locū mōstramus vniuersale, quādo ex hypothesi sumpta, ponimus particulare: quando vero deducimus vniuersale & illud ponimus, mōstramus particulare, dicit, [Amplius, ex suppositione] locus erit, quādo erimus [similiter ꝓbantes, si vni, & omnibus inesse, vel non inesse,] hoc est nulli inesse. Ergo locus ex suppositione est, quādo suppositio fuerit si vni inest, similiter omnibus inest, vel quādo suppositio fuerit [si vni] subaudi nō inest, nulli similiter inest. Et assignat exemplū, & dicit, [vt si hominis anima immortalis] est, supponamus similiter [alias etiam] omnes esse immortales. [Si autem hæc non] fuerit immortalis, supponamus [nec alias] hoc est nullam aliam immortalē esse. Vbi patet in argumētatione ex suppositione, aliud esse suppositionem, aliud vero positū. est enim suppositio, si hominis anima immortalis, similiter omnes: vel, si anima hominis non immortalis, similiter nulla. positū vero est accidēs suppositionis cum ponitur, videlicet sed hoīs aīa est immortalis, nā ex hoc posito, & cōcesso sequitur, ergo omnis aīa immortalis. Amplius si ponitur, sed hominis anima non est immortalis, sequitur, ergo nulla anima est immortalis.
B

94 Si igitur inesse alicui positum est, ostendendū quoniam alicui non inest, nam cōsequetur per hypothesim nulli inesse. Si autem alicui non inesse positum est, ostendendum quoniam inest alicui. Nam & sic consequetur omnibus inesse. Manifestum igitur est quoniam qui hypothesi vtitur, facit problema vniuersale particulariter positum. Nam particulariter confitentem, vniuersaliter probabit confiteri, quoniam si vni, & omni similiter probabit inesse.

Vt Alexander exponit, Aristot. ostēdit quo modo vniuersale problema per locū ex hypothesi terminatur, & primo quo modo terminatur vniuersale negatiuū. & per [positū,] intelligit problema quæsitum, lege igitur. [Si igitur inesse alicui] pro problemate [positū est,] vt vtrū alicui inest, aut nulli, hoc enim est problema positū. Tunc docet quo modo problema istud vniuersale sit terminandum, & dicit, [ostendendū] pro terminatione huius negatiui vniuersalis problematis, [quoniam alicui nō inest. nam consequetur per hypothesim,] quæ est, si alicui non inest, nulli inest, [nulli] subiecto [inesse,] accidens prædicatū, & hoc pacto problema vniuersale negatiuū terminabitur. Deinde demōstrat, quo modo problema vniuersale affirmatiuū terminatur, & dicit, [si autē alicui inesse] pro ꝓblemate [positū est] vt vtrū alicui non inest vel omni inest, ad terminandū vniuersale affirmatiuum hoc problema, [ostendendū, quoniam inest alicui, nam & sic cōsequetur omnibus inesse] per hypothesim, quæ est si alicui inest, omnibus inest. Ex iis Aristoteles infert, quale problema facit qui ad argumentandū vtitur hypothesi. Et asserit eum, qui hypothesi vtitur, formare problema quod terminabitur vniuersaliter, sub forma particulari. Quærit enim vtrum alicui inest, an non. Hæc enim quærendi forma particularis est, verum terminatur vniuersaliter. quoniam si alicui inest, omni inest, si alicui nō inest, nulli inest per hypothesim, vnde dicit, [Manifestū igitur est, quoniam qui hypothesi vtitur] ad terminādum problemata vniuersalia, [facit problema vniuersale] in conclusione [particulariter positum.] quando quæritur, atq; proponitur. Nam proponitur particulariter, terminatur vero vniuersaliter. [Nam particulariter cōfitentem,] qui hypothesi vtitur, [probabit vniuersaliter cōfiteri,] quia sequitur, alicui inest, ergo omni inest, & etiam sequitur alicui nō inest, ergo nulli inest, [quoniam si vni] inest, [& omni similiter probabit inesse.] quare qui vtitur hypothesi, problema quod particulariter ꝓponitur, vniuersaliter terminat. ¶ Sed occurres, quoniā videtur circulus si verba exponuntur, vt Alexād. asserit, quoniam Alexād. vult Aristot. hic docere quo modo locus ex hypothesi vtilis sit ad problema vniuersalia & particularia. quod vtilis sit ad vniuersalia, omnes expositores sentiūt, quoniā si hypothesis vera est, quod si vni insit, vel nō insit, omnibꝫ similiter, vel nulli inesse oporteat. & si sit cōcessum vni inesse, vel vni non inesse, secundū omnes sequitur vel omnibus, vel nulli inesse, & sic secundū omnes patet, vtilem esse hūc locū ad vniuersalia. Sed ꝙ nō sit vtilis ad particularia, patet, quoniā esset circulus, vel petitio principii. Assumeretur enim alicui inesse vel alicui non inesse, & inferretur etiam alicui inesse, vel alicui non inesse, & sic idem per idem. Et per hanc rationem expositores latini asserunt hunc locum solum vtilem esse ad vniuersalia problemata. Sed expositio Alexandri est vera, quoniam ad probandum alicui inesse vel alicui non inesse, non accipitur pro cōcesso alicui inesse, vel alicui non inesse, sed accipitur in singulari, huic non inest, vel huic inest. nam hypothesis erat, si vni inest, omnibus inest,
C
D

& ſi vni non ineſt,nulli ineſt. Modo ille terminus vni diſcrete accipitur, & ita conceſſo quoniam vni E ineſt,vel vni nõ ineſt,ſtatim ſequitur omnibus,vel nulli ineſſe. Hoc autem conceſſo,ſequitur problema particulare vt alicui inſit, vel non inſit.Sic enim nõ erit idem cõceſſum,& quæſitũ,quoniam primum conceſſum eſt propoſitio ſingularis, cõceſſum vero immediatum eſt propoſitio vniuerſalis. At quæſitum eſt particularis oratio,& ſic non eſt idem conceſſum & quæſitum.

95 Cum autem indefinitum eſt problema, vno modo deſtruere contingit. Vt ſi dixerit voluptatem bonum eſſe,vel non bonum,& nihil aliud quicquam determinauerit. Nam ſi aliquam voluptatem dixerit bonum eſſe,oſtendendum vniuerſaliter, quoniam nulla,ſi debeat interimi propoſitum.Similiter & ſi aliquam dixerit voluptatem nõ eſſe bonum, oſtendendum vniuerſaliter, quoniam omnis . Aliter vero non contingit interimere.Si enim oſtẽderimus quoniam eſt quædam voluptas bonum,vel non bonum,nondum interimitur propoſitum.Manifeſtũ igitur,quoniam interimere quidem vno modo dicitur. Cõſtruere autem, F dupliciter.Siue enim vniuerſaliter oſtenderimus,quoniam omnis voluptas bonum,ſiue quoniam eſt quædam voluptas bonum,oſtenſum erit, quod propoſitum eſt.

Docet hic Ariſtoteles terminare problemata indefinita, & vult indefinitum problema tãtum deſtrui per ſuum contradictorium. conſtrui verò dupliciter, Verum antequam ad textum veniam, quæ Alexander pręaccipit,breuibus reſumamus.ſunt enim vtilia.accipiamus igitur primo,problema multiplex eſſe,vniuerſale,particulare,& indefinitum. Vniuerſale quidem,vt omnis virtus eſt bonum, aut nulla voluptas eſt bonum. Particulare vero,dupliciter:aut indeterminatum,veluti aliqua voluptas eſt bonum, vel aliqua voluptas non eſt bonum: aut determinatum, vt modeſti voluptas eſt bonum,immodeſti voluptas non eſt bonum.Hæc enim particularia ſunt,cum determinatione aliqua,quoniam modeſti vel immodeſti determinatione determinantur . At indefinitum problema eſt, quod nec de- G terminatione ſigni nec determinatione caſus eſt definitum, vt voluptas eſt bonum, voluptas non eſt bonum.Hæc enim proprie indefinita ſimpliciter dicũtur.Particularia autem indeterminata,nõ proprie indefinita ſimpliciter dicuntur,cum ſaltem ſigno ſint determinata.dicuntur autem ab Alexãdro indefinita in parte.De ſingularibus vero problematibus non loquitur Alexãder,quoniã illa ſunt pręter artes & doctrinas.Secundo accipiamus,omne genus problematis reperiri in accidentibus,& vniuerſale,& particulare,& indefinitũ:omnis enim nix alba eſt,& nullus coruus rubeus,vniuerſalia problemata in accidẽtibus ſunt.Aliquod animal eſt muſicum,aliquod animal nõ eſt muſicũ,particularia indefinita ſunt. Voluptas eſt bonũ,voluptas nõ eſt bonũ,indefinita ſimpliciter ſunt.Voluptas modeſti eſt bonũ,voluptas immodeſti eſt malũ, particularia ſunt definita. ¶His declaratis, veniamus ad textum,& dicamus quòd Ariſtoteles oſtendat primo indefinitũ problema, cum deſtruitur,vno modo tantum deſtrui,videlicet per ſuum cõtradictorium:cum vero conſtruitur,dupliciter cõſtrui,& per vniuerſale,& per particulare. de prima parte dicit,[Cum autem indefinitum eſt problema,] ſiue ſit indefinitũ ſimpliciter,ſiue indefinitũ in parte,[vno modo deſtruere cõtingit]ſcilicet per ſuum cõtradictorium. Deinde exponit per exẽpla, quid intelligit per problema indefinitũ.& exempla, quæ ponit,ſunt problemata indefinita ſimpliciter, & dicit,[vt ſi dixerit]ſcilicet reſpondens[voluptatatẽ bo- H nũ eſſe,]vel voluptatẽ[non bonũ eſſe,[& nihil aliud quicquã]videlicet aut per caſum,aut per ſignum [determinauerit.]Nã ſic dicẽdo problemata facit ſimpliciter indefinita.Deinde reddit cauſam quare problema indefinitũ ſolũ vno modo deſtruatur,ſcilicet per contradictoriũ, & aſsignando cauſam, vtitur exemplis in problematibus indefinitis in parte.& dicit,[nam ſi]reſpondens[dixerit aliquã voluptatẽ bonum eſſe,]hoc problema eſt indefinitũ in parte,& deſtruitur per ſuum cõtradictorium, & hoc dicit,[oſtendendũ vniuerſaliter,quoniã nulla]ſcilicet voluptas eſt bonũ,[ſi debeat interimi ꝓpoſitũ,]ſequitur enim, nulla voluptas eſt bonũ,ergo non aliqua voluptas eſt bonũ. Ecce quo modo per cõtradictorium deſtruitur.[ſimiliter & ſi aliquã dixerit voluptatẽ nõ eſſe bonũ,] eſt enim hoc ꝓblema indefinitũ negatiuũ in parte.Si igitur reſpõdẽs ſic dixerit, [oſtẽdendũ]ab opponẽte[vniuerſaliter quoniã omnis]voluptas eſt bonũ.[Aliter vero nõ cõtingit interimere.]hoc eſt per ſuũ ſubcõtrarium. Si enim oſtẽderimus,quoniã eſt quædã voluptas bonũ,nondũ interimitur ꝓpoſitũ]ſcilicet illud,aliqua voluptas non eſt bonũ.in accidẽtibus enim ambæ ſubcõtrariæ ſunt ſimul verę. & ſi oſtẽderimus quoniã quædã voluptas[nõ eſt bonũ,]nondũ interimitur ꝓpoſitũ illud,aliqua voluptas eſt bonum,

A quia possunt esse simul veræ, vt dictū est. Dixit igitur Aristot.recte, [quoniam est quædam voluptas bonū vel non bonū] ad ostendendū subcontrarium nullū esse vtile ad interimendum suum proprium correspondens subcontrarium. Non enim affirmatiuum destruit negatiuum, nec negatiuum affirmatiuum, quoniam in accidētibus prædicatis possunt esse simul vera. Ex iis concludit primū quod proposuerat, & dicit, [manifestum igitur quoniam interimere quidē] problema indefinitū in parte, [vno modo dicitur] scilicet per suū contradictoriū. Deinde cōcludit secundū, & dicit [cōstruere autē dupliciter,] quoniā & per vniuersale, & per particulare determinatū casu, vel supposito. & hoc exponit, & dicit, [siue enim vniuersaliter ostēderimus, qm̄ omnis voluptas bonū, siue quoniā est quædā voluptas bonū] vt modesti, vel Socratis, [ostēsum erit, quod propositū est]. s. quoniā quædā voluptas est bonū.

96 Similiter autē & si oporteat differere quoniam est quędā voluptas non bonū, si ostenderimus quoniā nulla bonū, vel quoniam quędā non bonū, ostendentes erimus vtroque modo, & vniuersaliter, & particulariter, quoniam est quædam voluptas non bonum.

B Et quia sunt etiam quędā problemata indefinita in parte affirmatiua de prædicatis infinitis, nunc Aristoteles ostendit etiā hæc dupliciter construi, quoniā sunt affirmatiua, licet habeāt prædicata negata, vel indefinita, & dicit, [Similiter autē & si oportet differere] & cōstruere problemata indefinita in parte, quæ sunt affirmatiua de prædicatis negatis, vt sunt, [quoniam est quædā voluptas nō bonū,] hoc enim problema affirmatiuū indefinitū in parte est. si enim huiusmodi problemata oportet differere, ita hæc cōstruenda sunt dupliciter, vt ea quæ dicta sunt. & exponit hoc, & dicit, [si ostēderimus, quoniā nulla bonū, vel quoniā quædā] scilicet illa immodesti, est [nō bonū, ostendentes erimus vtroque modo, & vniuersaliter & particulariter, quoniam est quædam voluptas nō bonum.] Quare hoc problema, quędā voluptas est non bonū, dupliciter cōstruitur, & per vniuersale, & per particulare determinatū casu, vel supposito. tacuit autē modum, quo problemata simpliciter indefinita terminētur. Quoniam sicuti in his quæ diximus, ita in illis dicendum est. de similibus enim eadem ratio est.

97 Cum autem determinata fuerit positio, dupliciter interimere erit. Vt si ponatur alicui quidē inesse voluptati bonum esse, alicui autē non C inesse. nam siue omnis ostendatur voluptas bonum, siue nulla, interemptum erit propositum.

Docet nūc interimere positionē, siue problema, quod est positio (vt Alexāder exponit) vocat autem Aristoteles problema, quod est determinata positio, hanc propositionē aduersatiuam, aliqua voluptas est bonū, aliqua vero voluptas nō est bonū. & dicit Alexāder in hac aduersatiua propositione, addidisse illam, Aliqua vero voluptas nō est bonum. nō quod debeat omnino in propositione determinata iacere: sed vt manifestatiuū propositionis particularis, quæ est positio. Hæc enim aliqua voluptas est bonum, non est manifesta quo ad suam particularitatem, nisi adderetur aliqua vero nō. per hanc enim additionē propositio illa, aliqua voluptas est bonū, cognoscitur quoniam est vera in parte. Si enim ille propositiones essent duæ particulares diuersæ, nulla earum destrueretur duobus modis, quia per quam construitur propositio, per illam non destruitur. At hęc, aliqua voluptas est bonū, construitur per vniuersalem. sequitur enim omnis voluptas est bonū, ergo aliqua voluptas est bonum. Similiter sequitur, nulla voluptas est bonum, ergo aliqua voluptas non est bonum. quare nulla earum D interemitur dupliciter. Ergo Aristoteles per problema, quod est positio, intelligit hanc aduersatiuam propositionem, aliqua voluptas est bonum, aliqua vero voluptas non est bonum. Per hanc enim aduersatiuam scimus vnamquanque partium eius esse determinatam ad partem, scimus enim hanc esse veram in parte, quædam voluptas est bonum, quoniam aliqua non est bonum. & scimus etiam hanc esse veram in parte, quædam voluptas non est bonum, quoniam aliqua est bonum. Altera igitur pars ponitur, vt manifestatiua alterius. Recte igitur Alexander per determinatā positionem intelligit propositionem aduersatiuam cōpositam ex duabus particularibus subcontrariis, quæ coniunguntur per notam aduersatiuam, quæ est autē, vel vero. De hac enim loquēs Aristot. dicit, [cum autem determinata fuerit positio, [quæ est propositio aduersatiua ex duabus particularibus subcontrariis per notam aduersationis inuicē coniunctis, [dupliciter interimere erit. vt si ponatur] determinata positio pro exemplo [alicui quidem inesse voluptati bonū esse, alicui autem non inesse,] ita sit determinata positio hæc, aliqua voluptas est bonum, aliqua autem non est bonum. [Nam siue omnis ostēdatur voluptas bonum, siue nulla, interemptum erit propositum.] Semper enim sequitur, omnis voluptas est bonum, ergo non quędam voluptas bonum, quædā autē non bonum. Omni enim voluptate bona mōstrata, destruitur hęc, aliqua quidem voluptas est bonū, aliqua vero non est bonum. Et si nulla monstrabitur bonum esse, similiter illa destruetur. Impossibile enim est nulla voluptate bona existente,

aliquam quidem bonam esse, aliquam vero non bonam esse. Si igitur sic se habet particularis positio, patet quomodo destruitur. E

98 Si autem vnam solam voluptatem posuerit bonum esse, tripliciter contingit interimere. ostendentes enim quoniam omnis, vel quoniam nulla, vel quoniam plures quàm vna bonum: interimētes erimus quod propositum est.

Nunc docet interimere positionem, quæ est determinata duabus determinationibus, & vult problema, quod est positio duabus determinationibus determinata, trifariam esse destruendū: vt tantum vna voluptas est bonum, destruitur primo per hanc, nulla voluptas est bonum. deinde, per hāc omnis voluptas est bonum. et tertio etiam per hanc, plures voluptates quàm vna sunt bonū, vnde dicit, [Si autem] respondens [vnam solam voluptatem posuerit bonum esse,] quæ est positio duabus determinationibus determinata, [tripliciter contingit interimere. ostendentes enim quoniam omnis] voluptas est bonum, destruitur hæc, vna sola voluptas est bonū, [vel quoniam nulla] voluptas est bonum. si enim nulla est bonum, neque vna sola erit bonum, [vel quoniam plures quàm vna] sunt [bonum, interimentes erimus, quod propositum est] scilicet illam, vna sola voluptas est bonum. Sequitur enim plures quàm vna voluptas sunt bonum. ergo non vna sola. ¶Sorticolæ vero asserunt hoc problema, quod est positio duabus determinationibus determinata, videlicet tantū vna voluptas est bonū, destrui tripliciter, primo per hanc, nulla voluptas est bonū. deinde per hanc, non vna voluptas est bonum. tertio etiam per hanc, non tantū vna voluptas est bonum. ¶Ego vero dicerem his etiam modis illam posse destrui, sed quoniā omnis destructio est per notius, quales nō sunt destructiones Sorticolarum, iure Aristot. & Alexand. prætermiserūt illas. ¶Adhuc occurres, quo modo destruitur hęc, vna sola voluptas non est bonum, de qua Aristoteles & Alexander nihil dixerunt, tamen dici potest hanc posse destrui quadrupliciter. si enim vna sola sit bonum, si omnis sit bonum, si nulla sit bonum, si plures non sint bonum, destruitur illa, vna sola non est bonum. F

99 In pluribus vero positione determinata (vt quoniam prudētia sola virtutū scientia est) quadrupliciter est interimere. Ostenso enim quoniam omnis virtus scientia, vel quoniam nulla, vel quoniā & alia quædam, vt iustitia, vel quoniā eadem prudentia non est scientia, interemptum erit propositum. G

Nūc docet interimere problema, quod est positio tribus determinationibus determinata, vt istud prudentia sola virtutum scientia est, & dicit, [In pluribus vero] quàm tribus [positione determinata, (vt quoniam prudentia sola virtutum scientia est) quadrupliciter est interimere,] & exponit quo modo, & dicit, [ostenso enim quoniam omnis virtus est scientia, vel quoniā nulla] virtus est scientia, [vel quoniam & alia quædam] est scientia, hoc est vel quoniam plures virtutes sunt scientiæ. [vt] prudētia & [iustitia, vel quoniam eadē prudētia nō est scientia,] hoc est vel quoniā prudentia ipsa nō est scientia, omnibus his demonstratis, [interemptum erit propositū.] videlicet prudentia sola virtutū scientia est. Sequitur enim omnis virtus est scientia, ergo non sola prudentia. amplius sequitur, nulla virtus est scientia, igitur non prudentia est scientia, quare nec sola prudentia erit scientia. Insuper sequitur plures virtutes sunt scientia, igitur non sola prudentia. Ad hæc sequitur, prudentia non est scientia, igitur non sola prudentia est scientia. Sed si problema sit, tantum tres virtutes, videlicet prudentia, iustitia, & fortitudo, sunt scientia, quæritur quot modis interimitur. Dicendum hoc interimi quinque modis, quoniam quatuor determinatur determinationibus. Si enim omnis virtus, si nulla virtus, si plures quàm tres, si pauciores quàm tres, si nec prudētia, nec iustitia, nec fortitudo fuerint scientiæ, problema propositum, videlicet tantum tres virtutes prudentia, iustitia, & fortitudo sunt scientia, interimitur. Simili modo si quinque determinationibus determinetur positio, sex modis interimitur. & ita quasi pro regula ponitur ab Alexādro, quot positio determinatur determinationibus, tot modis, vno addito, problema huiusmodi interimitur. Causa autē, quoniam supra inhęrētiam prædicati ad subiectū determinatio ponitur, quare quot determinationes, tot destructiones esse oportet: & vltra determinationes est inhęrentia prædicati ad subiectum, quæ habet suum propriū modū destruendi. igitur toties destruitur vno modo addito. De his modis destruendi positionē determinatā vna vel pluribus determinationibus, Theophrastus videtur scripsisse in fine de affirmatione, verum nos volumus hæc satis esse. H

100 Vtile autem & inspicere in singularibus, in quibus inesse aliquid, vel non, dictum est, quemadmodum in vniuersalibus problematibus.

Nūc vero docet cōstruere, & interimere ꝓblema indefinitū, qđ est in parte per inspectionē ad ea,

A sunt sub subiecto, & sub ꝑdicato ꝓblematis, & primo per inspectionē ad ea, q̄ sunt sub subiecto. secūda ibi[amplius in quibus possibile,]per inspectionē ad ea, quę sunt sub ꝑdicato: inspiciendo autē ad ea quę sunt sub subiecto, primo docet inspicere ad ea, quę sunt sub subiecto, qn̄ subiectū est species, deinde qn̄ subiectū est genus. De prima parte dicit, [vtile autē] ad cōstruendum & destruendū, problema indefinitū in parte vel simpliciter, [& inspicere]subaudi quando problematis subiectū est species, [in singularibꝰ]q̄ cōtinentur sub subiecto, quod est species. [In quibus]2. libro inesse aliquid [vel nō]inesse aliquid [dictū est. queādmodū in vniuersalibꝰ problematibus] & 2. libro docuimus. Secūdo enim libro huius diximus, quādo volumus vniuersaliter construere, aut destruere problema esse ad singularia, aut ad ea, quę sunt sub vniuersali inspiciendū. Nam si multis eorū, quæ sub ipso subiecto vniuersali sunt, prædicatū inuenitur non inesse, vniuersaliter accipiendū, quoniam nulli inest: aut si multis inuenitur inesse, quoniam omnibus oportet ponere, aut afferre instātiam in aliquo nō sic se habēte, sic inquit oportet facere in problematibus indefinitis, quę sunt in parte. Nā si fuerit positū, quoniam aliqua voluptas est bonū, oportet inspicere ad voluptates, quæ sub voluptate, quæ est subiectum cōtinentur, quæque particulares voluptates dicūtur. oportet dico inspicere ad particulares voluptates, queādmodum esset positū, quoniā omnis voluptas est bonū, & si inuenietur in hac inspectione, quoniā aliqua B voluptas est bonum, esset vtique problema propositum constructum, & monstratum. At si in multis non sic se habere inueniretur, vniuersaliter putabimus, quoniam nulla voluptas est bonū. Et tunc destruemus propositū, quod erat particulare. vniuersalis enim negatiua destruit particularē affirmatiuā. Quare hæc inspectio vtilis est communiter & vniuersalibus, & particularibus problematibus.

101 Amplius, in generibus inspiciendū diuidēti secundū species vsque ad indiuidua, sicut prius dictū est. Nam si omni appareat inesse, siue nulli multa proferenti, postulandū vniuersaliter confiteri, aut ferre instantiam in aliquo non sic.

Nunc docet inspicere ad ea, quæ sunt sub subiecto, quando subiectum est genus. Fuit autē & hoc in vniuersalibus problematibus dictū secūdo libro. ibi enim dictū est, quando in aliquibus problematibus accipitur subiectū genus, oportere facere illius diuisionē in species, & rursum in ea, quæ sunt sub speciebus vsq; ad indiuidua, & inspicere si vnicuiq; eorū inest prædicatū, quod in problemate ponebatur. vt si fuerit problema, vtrū oppositorū eadem est scientia, an non: quoniam opposita sunt mul- C tipliciter, oportet vnūquodq; eorum seorsum accipere, deinde ea, quæ sunt sub vnoquoq; eorū seorsum, & inspicere si in vnoquoque eorum est eadē scientia. Est autē hæc inspectio vtilis ad destructionem, & ad constructionem. dicit igitur, [Amplius in generibus]scilicet quādo subiecta in problematibus indefinitis sunt genera [inspiciendū diuidenti secundū species vsq; ad indiuidua. sicut prius] secūdo libro[dictū est,]quasi dicat, quemadmodū in vniuersalibus, sic oportet facere in particularibus problematibus, quādo subiectū eorū fuerit aliquid generale. & repetit quę dicta sunt 2. lib. de vniuersalibus ꝓblematibus, & dicit, [nā si omni appareat inesse siue nulli multa proferēti]id est ei qui multis inesse vel nō inesse profert, [postulandū vniuersaliter cōfiteri] hoc est debemus sumere pro dignitate, quoniā omnibus vel nulli inest, [aut ferre instantiam in aliquo nō sic.]Hæc fuerunt secūdo huius dicta in vniuersalibus problematibus. Eodem modo asserit esse faciendū in particularibus problematibus, quando subiectū fuerit genus, aut aliquod generale: vt si problema fuerit, aliquorū oppositorū eadem est scientia, diuidendū similiter opposita, & in vnoquoque aspiciendū, & ipsa, & quę sub ipsis, & si in multis apparet sic se habere, oportet cōstruere problema, vt fiebat in vniuersali problemate. Cum D vero in problemate fuerit positum alicui ipsorū non inesse, si in multis non sic se habere inueniretur, rursum putare debemꝰ, quoniā nulli: & ita destruendū est problema. Simili ratione siquis diceret virtutem scientiam esse, diuidendū est primū quidē ad rationales & morales: deinde sic rursum morales seorsum, & rationales eodem modo. mōstrantes enim semper augendo, quoniam non sunt scientiæ, oportet vniuersaliter accipere quoniā nulla, & sic destruemus aliquā virtutē esse scientiam. Alexander annotauit hic differentiam inter hunc locū, & locum proxime assignatū. nam præsens locus facit diuisionē generis in species, postea specierū vsque ad indiuidua. At locus qui proxime assignatus est factum aspiciebat ad indiuidua, quæ sunt sub subiecto. Causa autem, vt diximus, est, quoniā in primo loco voluit subiectum problematis esse speciem, in secundo autem voluit subiectum esse genus.

102 Amplius, in quibus possibile est aut specie, aut numero determinare accidens, inspiciendum, si nullum horum inest. Vt quoniam tempus non mouetur, nec est motus, annumeranti quot sunt species motus. Nam si nulla earum inest tempori, manifestum, quoniam nō mouetur, nec est motus. Similiter autem & quoniam anima non est numerus, di-

uidēti, quoniam omnis numerus aut impar, aut par. Si enim anima neque impar, neque par, manifestum, quoniam nō est numerus. Ad accidens igitur per talia, & hoc modo argumentandum. E

Cum superius dixisset, quoniā oportet diuidere subiectum terminum in problematibus, in quibus prædicatur accidēs, similiter in vniuersalibus & particularibus, & si fuerit genus in species vsq; ad indiuidua: si fuerit species, statim ad indiuidua, tūc de prędicato, quod subiecto accidit dicit, & in vniuersalibus & particularibus, in quibus possibile est. & dicit, [Amplius in quibus possibile est autē specie, aut numero determinare accidens] quod est prædicatum, [inspiciendū, si nullū horum] subiecto inest.] dixit [specie,] quando prædicatum est accidēs, genus, dixit [aut numero,] quando prædicatum fuerit species. Si enim aliquod eorū, quæ ex diuisione sunt, subiecto inest, erit constructum problema particulare: si vero nullū eorum inuenitur inesse, erit destructum. subdit Aristot. exemplū in particulari negatiuo [vt quoniā tempus non mouetur, nec est motus,] quasi dicat, vt si quęratur vtrū tempus mouetur, vel nō, [Annumerāti quot sunt species motus, (nam si nulla earū inest tēpori) manifestum quoniam non mouetur, nec est motus,] quoniam motus multipliciter dicitur, diuidēdum est, & accipere oportet species motus. Est enim motus aut secundū locū latio, aut secundū quantū argumētatio & diminutio, aut secundū quale, alteratio: aut secundū substātiam generatio & corruptio. vnūquemque igitur motū accipiendum est, & quærendum, si aliquo eorū possibile est tēpus moueri. & si videbitur nec loco moueri. quod enim nō permanet, impossibile est mutare locū, nec secundū magnitudinem, similiter quia nō permanet, nec secundū qualitatem simili ratione, nec secundū aliam quamuis speciem destruetur problema quod erat, tēpus mouetur. Simili ratione, si quæretur vtrū tēpus est motus, an nō, mōstrabitur quoniā non est motus: quia nec localis, nec alteratio, nec quātitatiuus. si enim tempus aliquis istorum motuum fuerit, omne quod in tēpore est, in motu aliquo istorū erit. Similis ratio erit in anima, si quæratur vtrum moueatur an non, Amplius & si quæratur vtrum est numerus, an non. quoniam omnis numerus aut par, aut impar: si anima nec fuerit par nec impar, neque vtiq; numerus erit. Et hæc diuisio generis in species est, secundum autē indiuidua esset, si vnūquodq; eorum subdiuideremus in ea, quæ sunt sub ipsis. Nam si anima esset par, aut duo, aut quatuor, aut 6. aut 8. aut decem erunt. Si vero impar, aut tria, aut quinque, aut 7. aut 9. quorū numerorum dicere quendā animam, absurdum est. Quare nec par, nec impar numerus est anima: & si non est aliquis horū, nec omnino numerus erit. Tunc epilogat, & dicit, [ad accidens igitur per talia] loca,] & hoc modo] per illa, vt diximus, [argumentandum.] Illud tamē attentione dignum, Aristotelem hic per exempla, vniuersalium problematum non particularium meminisse, verum quæ dixit de vniuersalibus, & de particularibus vult esse intelligendum. Hæc de tertio libro satis.

F

G

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER QVARTVS CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS COMMENTARIIS.

autem enim Al.

POST hæc autem de iis, quæ ad genus, & proprium inspiciendum. Sunt autem hæc elemēta eorum, quæ sunt ad terminos. De his ipsis autem raro considerationes fiunt disputantibus.

P Ostquā in secundo & tertio libro Topici nogotii Aristot. loca nobis tradidit, per quæ ad problemata de accidente destructiue & constructiue argumentari possumus, siue simpliciter quæratur vtrum accidens inest, aut non inest subiecto, siue etiam comparatiue ad aliud, quoniam comparatiua problemata coordinabantur his, quæ de accidente sunt, nunc vult loqui de aliis problematum generibus, qualia sunt, quæ de genere, & proprio, & definitione quæruntur. In his enim sunt omnia dialectica problemata, nā propter quid est aliquid, vt propter quid mūdus est sphæricus, aut luna deficit, quæsita sunt, non tamen problemata dialectica. quæsitum enim causæ est scientificum. Similiter quærere quid est hoc, vt quid est anima, aut quæ natura est aquarū, quæsita sunt, non autem interrogationes dialecticæ, quippe cum interrogatio dialectica (vt diximus) contradictionis est interrogatio. Sed quid est, vel propter quid est, nec contradictio, nec omnino oratio negatiua est. Tradit autem Aristoteles prius loca & considerationes problematum de genere. Post enim accidens cōmunius est genus, siquidem accidens communissimum & simplicissimum prædicatum est, cuius accidentis esse solum sit inexistentia. At generis, proprii, & definitiones esse non solum inexistentia est. Non enim sufficiens est solum inesse ad hoc vt aliquid sit genus, aut proprium, aut definitio, quemadmodū erat H

A accidenti sufficiens. Sed oportet etiam proprium ac peculiarem modum inexistentiæ cuiusque horũ in constructione monstrare. quæ enim sic insunt, habent quandam peculiaritatem ad subiectum, cui insunt, quam non habet accidens. Sed quoniam genus communius est, prædicatur enim de pluribus & differentibus specie, propriũ autẽ & definitio non de pluribus differentibus specie, sed de contigua aliqua natura. Communia autem propriis priora sunt, ideo primo loca tradit, quæ sunt ad problemata de genere. Est enim genus cõmunius proprio & definitione, coordinauit autẽ cũ problematibus de genere ea, quæ de differentiis quæruntur, sicuti primo libro dictum est. Est enim differentia in substantia rei, cuius est differentia, sicuti & genus, & communis & ipsa sicuti genus. Coordinabit etiam problemata de specie (si qua sunt) cũ problematibus de genere, quoniam species de pluribus in eo qđ quid est, prædicatur, sicuti genus, vnde dicit. [Post hæc autem de iis] locis, & considerationibus [inspiciendum, quæ ad genus & ad proprium] spectant, & per [proprium] etiam definitionem intelligit. Cur vero de considerationibus & locis, quæ spectant ad genus & ad proprium prius quàm de considerationibus & locis, quæ spectant ad definitionem Aristotele. (vt Alexander exponit) assignat causam, & dicit, [sunt autem hæc, elementa eorum quæ sunt ad terminos] id est, ad definitiones, & Alexander per [hæc,] intelligit loca, quibus ad genus & ad proprium argumentamur construentes, aut destruentes. Nam hæc loca & considerationes quæ sunt ad genus & ad proprium, elementa & principia sunt argumentationum, quæ sunt ad definitiones. Et ꝙ ita sit, Alexan. pulchre declarat, ex eo, quia oportet definitionẽ non solum genus habere, sed esse rei proprium, cuius assignatur definitio. Quare loca generum & propriorum constructiua vtilia sunt definitionum, constructionibus, & destructiua destructioni. qui enim monstrauerit in ratione data esse genus & rationem propriam rei, erit demonstratum, quoniam ratio data est definito. Qui vero monstrauerit ꝙ in ratiõe data nec sit genus, nec ꝓpria ratio rei, destruxit rationẽ datã esse definitionẽ, itẽ q̨ mõstrauerit ꝙ ratio data non sit proprium, destruet eam esse definitionem. Sic igitur patet loca & considerationes quæ sunt ad problemata de genere, & de proprio, esse principia & elementa ad destruendum, & construendum definitiones. & sic patet Aristo. per [hæc] intellexisse loca & considerationes, quæ sũt ad problemata de genere & de proprio. patet etiam verbũ [autem] non teneri hic aduersatiue, sed causaliter: quoniam (vt Alexander inquit) per hæc verba, quæ Aristo. subscripsit, assignat causam ordinis vel fortasse per [hæc,] Aristo. genus & proprium intelligit, quasi dicat [autem] nam [hæc] scilicet genus & proprium] elementa eorum] sunt, [quæ sunt ad terminos]. Hoc est elementa definitionum, cuius expositionem Alexander etiam assignat, quoniam (vt inquit.) oportet definitionem constare ex C genere & proprio, hoc est ex communi genere & differentia propria. differẽtia enim propria, propriũ est. Ego vero probo primã expositionem, dicit enim Aristo. [sunt autem hæc elementa eorum, quæ sunt ad terminos] ea quæ sunt ad terminos, genus & proprium sunt: modo genus & proprium non sunt ad genus & proprium, idem enim esset ad idem. quare melius per [hæc] intelligit loca, quasi dicat, diximus prius esse agendum de locis ad problemata de genere, & de proprio, quoniam hæc loca sunt elementa eorum, ex quibus constant termini. nam sunt principia, quibus intelligimus genus, & proprium, ex quibus constant definitiones. Alexan. tamen defendit vtrãque expositionẽ. Cũ assignasset causam, quare prius vult dicere de locis, quę sunt ad problemata de genere & proprio, assignat causam cur vult dicere de locis & considerationibus ad problemata de genere, & de proprio, vt non solũ ordinis, sed rei causa pateat, & dicit, [de his ipsis autem raro cousiderationes fiunt disputantibus] vbi patet verbum [autem] non aduersatiue, sed causaliter teneri, vt Alexander indicat. Dixit autem [raro] quoniam plura problemata dialectica de accidente quærũtur, vt si eligibile est vxorem ducere, aut in ciuitate versari, aut si bonum sunt diuitię, aut sanitas. problemata vero quę sunt de generibus, propriis & definitionibus, diligentiori quàm dialectica indigent methodo: spectant enim solum ad sapientes, at problemata de accidente ad omnes.

D

LOCVS PRIMVS.

1 Si ergo ponatur genus alicuius existentium, primum quidem inspiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei quod dicitur: si de aliquo nõ prædicatur, quem ad in accidente. Vt si voluptatis, bonum ponatur genus, si aliqua voluptas non bonum. Nam si hoc manifestum est, quoniã non genus bonum voluptatis. genus enim de omnibus, quæ sunt sub ipso speciebus prædicatur.

Cum assignasset intentionem libri quarti, ordinem, & causas ordinis, & intentionis, nunc transit ad narrationem locorum. fuit enim pars assignata, vt procemium: hæc autem est narratio. incipit igitur narrare loca. & quoniam locus (vt superius diximus de intentione Alexandri) est duplex, præceptiuus, & est terminus, vel termini, a quo vel quibus sumitur consideratio. Locus vero præceptus est

ipsa consideratio, vel maxima, quæ habetur, vt Topica dignitas. Aristoteles igitur hic ponit locum E
præceptum, non autem locum præceptiuum. Locus vero præceptus vno modo intelligitur sic, si aliquid vt genus alicuius entis assignatur, inspiciendum est ad species, cognatas illi, cuius fuit assignatum genus. Nam si de earum aliqua non prædicatur, quod vt genus est assignatum, interimẽdum est problema, & dicendum illud assignatum non esse genus. Verum huic expositioni non est consonum exẽplum Aristot. vt intelligenti patet. Aliter igitur exponitur, ꝙ si aliquod assignatur genus alicuius entis, inspiciendum est ad ea omnia, quæ continentur sub illo ente. nam si de aliquo eorum non prædicatur, interimendum est problema. vnde dicit, [Si ergo ponatur genus] aliquod subaudi [alicuius existentium] id est alicuius eorum, quæ sunt sub ente, [primum quidem inspiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei, quod dicitur] ens vni de numero existentium, & per [cognata] intelligit ea quæ sunt cognata sub eadem natura illius, cuius assignatur genus. quasi dicat, primum inspiciendum ad omnia contenta sub eo, quod dicitur vnum entium. Contenta enim sunt cognata & eiusdem naturæ, [si de aliquo] eorum [non prædicatur,] & ꝙ per [cognata,] intelligat contenta, id, quod subscribit, manifestat, dicit enim [quemadmodum in accidente] subaudi factum est, nam & in problematibus de accidente hortabatur aspicere ad omnia contenta sub subiecto, cui inesse assignabitur accidens, vt patuit in fine proximi libri. Verum differt hic locus ab illo accidentis, quoniam in illo sufficiebat ad con- F
struendum, vt vni ex ipsis insit, quoniam omnibus inesse construitur, vel vt vni non insit, quoniã nulli inesse patebit. At in genere nisi omnibus cõtentis inest, impossibile est ipsum esse genus illius, cuius assignatum est genus. Adhæc exemplum, quod affert, demonstrat hanc expositionem esse rectam. dicit enim [vt si bonum ponatur genus voluptatis, si aliqua voluptas non bonum,] vt immodestiorum voluptas, [nam si hoc,] scilicet immodestorum voluptas non est bonum, [manifestum est, quoniam bonum non est genus voluptatis,] vt Plato in Philebo argumẽtatus est, [genus enim de omnibus speciebus, quæ sunt sub ipso] de quo dicitur genus [prædicatur] eadem ratione monstratur, quoniam scientia non est genus virtutis. nam scientia est necessariorum, virtus vero circa contingẽtia est. Est etiam hic locus vtilis ad constructionem, quoniam si omnibus similaribus inest necesse est ipsum esse genus. Sed de loco præceptiuo Aristote. nihil dixit. Albertus dicit hunc locum accipi ab ea generis definitionis parte, quæ dicit genus esse, quod de omnibus speciebus, & de omnibus specierum indiuiduis prædicatur. Quare locus accipitur a prædicari de omnibus speciebus, & de omnibus quę sub speciebus continentur. Melius autem dico & breuius locum accipi ab inspectione eorum, quæ cõtinentur sub ente, de quo genus assignatur. & quod ita sit, patet, quoniam Aristo. dicit] quemadmodũ G
in accidente] modo in accidente inspectio fuit ad contenta sub subiecto cui accidens sumebatur inesse, ergo in præsenti loco inspectio erit a contenta sub eo ente, cuius assignatur genus.

LOCVS SECVNDVS.

2 Deinde si non in quid est, prædicatur: sed vt accidens. Quemadmodum album de niue, vel de anima a seipso motum. Neque enim nix quod quidem est album. Quapropter non est genus album niuis. Neque anima quod quidem motum, nam accidit ei moueri: quemadmodum & animali frequenter & ambulare, & ambulans esse. Amplius, motum non quid est (sed quid faciens vel patiens) si generare videtur. Similiter autem & album. Non enim quid est nix, sed quale quid est, in dicat, quare neutrum horum in quid est prædicatur.

Hic est secundus locus, & accipitur ab eo, quod est prædicari in quid. Nam si aliquid assignetur H
pro genere alicuius considerandum vtrum prædicetur in quid. nam si non prædicatur in quid, problema est destruendum. vnde dicit. [Deinde] subaudi destruendum est problema, [si] illud, quod est assignatum pro genere, [non in quid est prædicatur, sed vt accidens] hoc est sed in quale, vt prædicatur accidens de eo, cuius est accidens. & addit [sed, vt accidens,] quoniam potest aliquid omnibus similaribus inesse, non autem, vt genus, sed vt accidẽs, & ita non erit genus. licet omnibus simularibus insit. Est enim generi peculiare, ac proprium in eo quod quid est prædicari. si igitur assignatum pro genere non sic prædicaretur, monstraretur, quoniam non est eius genus, cuius assignatum est. deinde assignat exemplum & dicit, [quemadmodum album de niue,] vt Empedocles genus assignauit, [vel de anima a seipso motum,] vt assignauit Plato. ꝙ autem album non in eo quod quid est prædicetur de niue, probat primo ex parte niuis, quæ subiicitur, & dicit, [neque enim nix] subaudi est, [quod quidem est album,] ergo album non prædicatur in eo quod quid est de niue. [Quapropter non est genus album niuis.] ꝙ vero nix non sit quod quidem est album, probat Alexan. & quidem recte, quoniam si nix esset quod quidem album, cum album sit quod quidem color, color vero quod quidem

A qualitas, erit vtique nix quod quidem qualitas. quando enim alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, tot de subiecto prædicantur, quot de prædicato dicuntur. ꝙ etiam nec a seipso motum prædicetur de anima in eo quod quid est, probat etiam ex parte animæ quæ subiicitur, & dicit [neq; anima est quod quidem motum] a seipso. ꝙ vero anima non sit quod quidem motũ a seipso, probat Alexander, quoniam si anima esset quod quidem motum a seipso, anima esset quod quidem moueri a seipso. si anima esset quod quidem moueri a seipso, anima esset quod quidem motus: at motus imperfecta est actio, quare erit anima quod quidem imperfecta est actio, quod absurdum videtur. non igitur anima est quod quidem motum a seipso. ꝙ vero ex se moueri non sit genus animæ, Aristo. probat ex parte prædicati, vt Alexandro videtur, & dicit, [nam accidit ei moueri, quemadmodum & animali] accidit [frequenter & ambulare & ambulans esse,] igitur ex se moueri non est genus animæ. Secundo idem probat etiam ex parte prædicati, & dicit. [amplius, motum non quid est, sed quid faciens vel patiens significare videtur,] inquantum enim moueri dicitur anima, patitur. inquantum vero ex seipsa facit motum, facit. [Similiter autem & album] non est genus niuis, [nõ enim quid est nix, sed quale quid est, indicat] ecce quod prima ratio ex parte subiecti sit habẽda, cum dixit [neque enim nix quod quidem est album, neque anima est quod quidem motum,] secunda vero ratio ex parte prę
B dicati, quod est album de niue, & ex se moueri de anima. Hanc differentiam Alexander animaduertit cum dicit, differt autem iste locus a prædicto, hoc est, hæc secunda ratio a prima. nam per primam rationem monstrabantur ea non esse genera ex parte subiecti, quoniam nec nix est quod quidem album, nec anima quod quidem moueri ex se. per secũdam vero contra, ex parte ꝑdicati, quoniam nec album significat quid est niuis, neque ex se moueri, quid est anima.

LOCVS TERTIVS.

3 Maxime aũt in accidentis definitione est inspiciẽdũ, si aptatur ad dictũ genus. vt & ad ea quæ nunc dicta sunt. Contingit enim quippiam mouere seipsum, & non. Similiter & album esse, & non. Quare neutrũ horum genus, sed accidens, eo quòd accidens dicimus quod cõtingit idẽ inesse alicui, & non.

Fortasse hæc est tertia ratio ad probandum album non esse niuis genus, nec ex se moueri genus animæ, quæ ratio sumitur ex parte definitionis accidentis. sed melius est dicere quoniam hic est tertiꝰ
C locus, qui accipitur a definitione accidentis, vnde inquit. [Maxime autem in accidentis definitiõe est inspiciendum, si aptatur ad dictum genus] id est si alicui eorum, quæ vt genera cõceduntur, inest [vt] si aptatur, [& ad ea, quę nũc dicta sunt,] videlicet albo, qđ ponitur genus niuis, & ex se moueri, qđ ponitur genus animæ. Est autem accidentis definitio hæc. accidens est quod cotingit idem alicui inesse, & non inesse. modo hæc vnicuique eorum aptatur, quod probat, & inquit. [contingit enim quippiã,] vt animal [mouere seipsum, & nõ.] mouere seipsã, [Similiter] cõtigit quippiã vt aĩal [esse albũ, & nõ] esse albũ quare. [neutrũ horũ genus,] quia nec albũ niuis, nec ex se moueri animę, [sed accidens,] tunc explicat definitionem accidentis, & dicit, [eo quòd accidens dicimus quod contingit idem inesse alicui & non] inesse. ¶ Sed quæret aliquis quo modo aut niui album, aut animæ ex se moueri possibile est inesse, & non inesse, secundum eos qui ponunt animam semper moueri. Alexan. mouet hanc quæstionẽ, sed in solutione cõfuse loquitur. quicquid sit, dico ꝙ definitio accidentis debet sic intelligi, accidens est quod idẽ specie contingit alicui inesse, & eidem numero vel specie non inesse. licet igitur niui album insit inseparabiliter: tamen aquę, & eis quæ sunt eiusdem speciei cum mistura niuis, potest nõ inesse. Vel dicendum ꝙ licet ex parte subiecti, vt niuis, vel animę, aliquod accidens insit semper, & nęcessario, tamẽ ex parte prædicati, non. Potest enim album, vt album, niui inesse, & non inesse: moueri
D ex se, vt moueri ex se, animę inesse, & non inesse. Signũ autem, quoniam album idem specie inest aliis subiectis a niue: & moueri ex se aliis subiectis ab anima. & propterea Arist. addit [quod contingit idẽ] scilicet specie & ratione [inesse alicui] subiecto. [& non inesse] idem sed alteri etiam.

¶ LOCVS QVARTVS.

4 Amplius, si non in eadem diuisione est genus & species, sed hęc quidem substantia, illud autem, quale. Aut hæc quidem ad aliquid, illud autem quale. vt nix quidem & cygnus substantia. album vero non substãtia, sed quale: quare non est genus album niuis, neque cygni. Rursum disciplina quidem ad aliquid, bonum autem & pulchrum quale. quare non est genus pulchrum vel bonum disciplinæ. genera enim eorum,

quę ſunt ad aliquid, & ipſa ad aliquid oportet eſſe, vt in duplici. Etenim E multiplex eſt genus duplicis, & ipſum eorum quæ ſunt ad aliquid eſt. Vt autem generatim dicatur, in eadem diuiſione oportet genus eſſe ſpeciei. Nam ſi ſpecies eſt ſubſtãtia & genus, & ſi quale quippiã ſpecies eſt, & genus quale quippiam, vt ſi album quale quippiam, & color. Similiter autem & in aliis.

Hic eſt locus quartus, qui accipitur ab identitate prædicamenti, cuius locus præceptus eſt, quando aliquid aſſignatur pro genere alicuius, conſiderandum eſt ſi aſſignatum, & id cui aſſignatur genus eiuſdem prædicamenti. quoniam ſi non ſunt eiuſdem prædicamenti, interimendum eſt problema, vnde dicit. [Amplius ſi nõ in eadem diuiſiõe eſſet genus, & ſpecies, ſed] genus aſſignatum in alio prædicamento eſſet, & in alio ſpecies, cuius vt genus eſt aſſignatum, quoniam [hæc quidem] ſcilicet ſpecies eſt [ſubſtantia, illud autem] ſcilicet genus eſt [quale. aut hæc], ſcilicet ſpecies [ad aliquid, illud autem] ſcilicet genus [quale,] non erit ſubaudi id quod eſt aſſignatum genus, vere genus. demonſtrat F hoc quod dixit per exempla, & dicit. [Vt nix quidem & cygnus ſubſtantia, album vero non ſubſtantia, ſed quale, quare non eſt genus album niuis, neque cygni.] Præterea etiam nec motus genus animæ eſſe poteſt. Siquidem anima ſubſtantia, motus autem non ſubſtantia, ſed aut paſſio aliqua, aut qualitas, aut ad aliquid, aut quantum. Deinde aſſignat ſecundum exemplum, & dicit. [Rurſum diſciplina quidem ad aliquid, bonum autem & pulchrum quale. quare non eſt genus pulchrum vel bonum diſciplinæ.] ¶ Quæret aliquis quo modo ſcientia erit genus geometriæ, muſicæ, & aliarum ſcientiarum, ſiquidem ſcientia eſt ad aliquid, illę vero qualitates. ¶ Dicendum ſcientiã & qualitatẽ eſſe, quatenus eſt habitus, & ad aliquid. Erit igitur genus illarum quatenus eſt qualitas, quatenus vero eſt ad aliquid, non eſt genus earum. hoc pacto virtus genus eſt modeſtiæ, & fortitudinis, non inquantum eſt ad aliquid, ſed inquantum eſt habitus, & qualitas. Vel dicendum, vt Alexander innuit, ſcientiam eſſe ſecundũ rem, & id quod eſt, eſſe in prędicamẽto qualitatis. ſecundum vero rationẽ, & ſecundũ dici, eſſe in prædicamento relationis. ſcientia igitur erit genus earũ ſecundũ id quod eſt in re, non autem ſecundum id, quo dicitur ad aliud. deinde Ariſt. reddit cauſam eorũ, quæ dixit, & inquit. [Genera enĩ eorum quæ ſunt ad aliquid, & ipſa] quorum aſſignantur genera, [ad aliquid oportet eſſe, vt in duplici G Etenim multiplex eſt genus duplicis, & ipſum,] ſcilicet multiplex [eorũ quæ ſunt ad aliquid eſt.] vtrũque enim ad aliquid oportet eſſe. Deinde quaſi affert dignitatem, in qua locus firmatur, & dicit. [Vt autem generatim dicatur,] ſcilicet pro maxima, & dignitate, [in eadẽ diuiſione] hoc eſt in eodem prædicamento [oportet genus ſpeciei eſſe. nam ſi ſpecies eſt ſubſtantia, & genus] oportet eſſe ſubſtantiã [& ſi quale quippiam ſpecies eſt, & genus quale quippiam] oportet eſſe, [vt ſi albũ quale quippiam, & color. ſimiliter autem & in aliis.] per hunc locum monſtramus, quoniam ſimitas non eſt genus naſi curui, ſiquidem naſus ſubſtantia, ſimitas vero non eſt ſubſtantia, ſed qualitas. eſt enim ſimitas quædam paſſio. Iccirco rationabilius eſt dicere ſimitatem eſſe paſſionem in naſo. Eſt autẽ (vt Alex. inquit) locus hic ſolum ad interimendum vtilis. ſi enim prædicatum non eſt in eodem prædicamento cum ſubiecto, ſequitur non eſſe illius ſubiecti genus, non tamen ſi vtraque eiuſdem generis eſſent, ſequitur, vt alterum alterius ſit genus.

LOCVS QVINTVS.

5 Rurſum ſi neceſſe fuerit, vel ſi contigerit genus participare quod poſitum eſt in genere, terminus autem eius, quod eſt participare, eſt ſuſcipere participati rationem. Manifeſtum igitur, quoniam ſpecies quidem participant genera. Genera autem ſpecies non. nam ſpecies ſuſcipit generis rationem, genus autem ſpeciei non. Conſiderandum igitur ſi participat, vel ſi contingit aſſignatum genus participare ſpeciem. vt ſi quis entis, vel vnius, genus quippiam aſſignauerit. Accidet enim genus participare ſpeciem. Nam de omnibus quæ ſunt, ens & vnum prædicantur, quare & ratio eorum. H

Hic eſt eſt locus quintus qui accipitur a definitione ipſius participare, vnde dicit. [Rurſum ſi neceſſe fuerit, vel ſi contigerit genus] hoc eſt aſſignatum pro genere, participare quod poſitum eſt in genere,] cum ita contingit, interimendum eſt problema. nam ſpecies debet genus participare, & non

A genus speciem, pro intellectu vero loci, & pro ratione, qua pateat locus, exponit quid ipse velit intelligere per participare, & dicit,]Terminus autem]id est definitio eius, quod est participare, est suscipere rationem participati]subaudi tanquam partem suæ definitionis. ratio enim rei participatæ ponitur in definitione rei participantis, vt pars, veluti animalis in definitione hominis. nam si animal vt pars, & ratio animalis vt pars ponitur, quid sit igitur participare, ex hisce patet, tunc ex hac definitione concludit speciem participare genus, & non econuerso, & dicit, [Manifestum igitur, quoniam species quidem participant genera, genera autem species non,]& reddit causam, & inquit. [Nam species suscipit generis rationē]tanquam partem suæ definitionis. [genus autem speciei nō,]& sic patet id, quod de specie illatum est. Ex hoc manifestato repetit locum, vt simul locus, & loci causa pateant. & dicit. [Considerandum igitur]quando aliquid assignatur pro genere alicuius speciei, [si participat vel si contingit assignatum genus participare speciem,]cuius assignatur genus. nam si contingat participare, assignatum genus non erit genus. & ponit exemplum in opinione Stoicorum, & dicit, [Vt si quis entis vel vnius assignauerit genus, [hoc videlicet[quippiam.]Stoici enim genus entis, ponūt ipsum quid, vel ipsum quippiam, quod idem est, Reprobat hanc opinionem, & dicit. [Accidet enim genus participare speciem,]quod probat, & dicit. [Nam de omnibus, quæ sunt]in rerum natura, [ens B & vnum prædicantur, quare & ratio eorum]etiā de omnibus, quæ sunt, p̄dicantur. nō ergo quid erit genus entis vel vnius, nam cū ipsum quid sit ens, accidet, genus participare speciē. accidet enim quid, quod ponitur a Stoicis genus entis: participare ens, quod ponitur species ab eis. Simili ratione ipsum quid non potest esse genus ipsius vnius, quoniam vnum & generabilius ipso quid, ipsum enim quid rationē vnius suscipit, & non econuerso. Alex. defendit Stoicos, dicit enim Stoicos posuisse ipsum ens, solū de corporeis dici: ipsum aūt quid nō de corporeis solū, sed etiā de īcorporeis: & hoc pacto quid erit ipso ente generalius. Per hūc modū mōstrabimus multitudinē non esse genus numeri, quoniā multitudo numerus est, & numeri ratio aptatur ipsi multitudini. Quare non recte definiunt numerum dicētes esse multitudinem vnitatum, cum ipsa multitudo sit vnitates multæ. ¶ [Sed occurres, quoniā Aristo. dixit entis & vnius rationes & definitiones esse, cū sit falsum. nam æquiuocorum neque ratio est, neque definitio: at ens & vnum æquiuoca esse nemo est qui dubitat. Respondet Alexander ens & vnum non esse pure æquiuoca, sed sic multipliciter dicuntur: quia sunt ab vno, & ad vnum, hoc est analoga. modo analogorum est aliquo modo ratio. Aliter respondet. asserit enim Aristotelem esse loquutuum secundum Stoicos, qui concedunt ipsum quid esse genus entis, & vnius. Si enim sic dicatur, entis & vnius est aliqua ratio, Iuniores metaphysici dicunt Aristo. per rationem intellexisse C conceptum obiectiuum, quem ens & vnum dicere intellectui opinantur. sed hæc negotium nostrū transcendunt. Insuper occurres, quoniam theologi asserunt omnem rem creatam dei essentiam participare, & tamen constat nullam rem creatam suscipere rationem essentiæ diuinæ tanquam partē suæ definitionis. Dicendum secundum Theologos, participare esse bifariam: formaliter, & hoc pacto nulla res creata participat dei essentia: & virtualiter, siue eminenter. & sic vnaqueque res creata participat dei essentia. Aristo. vero diceret nullam rem creatam participare dei essentia, quoniam ipse nō nouit ipsum participare virtualiter, sed solum ipsum participare formaliter, vt ex definitione, quam assignat, perspicuum est.

LOCVS SEXTVS.

6 Amplius, si de aliquo assignata species vera est, genus autem non. Vt si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur. nam de non ente opinabile prædicabitur. Multa enim non entia opinabilia sunt, sed quòd ens, vel scibile non prædicetur de non ente, manifestum. Quare non D est genus ens, neque scibile opinabilis. De quibus enim species prædicatur, & genus oportet prædicari.

Hic est locus sextus, qui sumitur a proprietate speciei. quam habet ad genus, quæ est vt de quibus species prædicetur, & genus etiā prædicetur. vnde dicit, [Amplius si de aliquo assignata species vera est,]hoc est vere prædicatur, [genus autem non,]subaudi interimendum est problema, & hoc exponit exemplo, & dicit, [vt si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur,]vt asserit Protagoras. nam de non ente opinabile prædicabitur,]opinamur enim de non ente, quoniam non est, vt libro de interpretatione dixit. non tamen ens, aut vnum, aut bonum, aut scibile de non ente verum est. Aristote. tamen probat aliter id, quod assumpsit. dicit enim, multa enim non entia opinabilia sunt, vt terram esse sole maiorem, & lunam qualibet stella. [Sed quoniam ens vel scibile non prædicatur de non ente, manifestum, quare non est genus ens, neque scibile opinabilis,]cuius maximam ponit, & assignat p̄prietatem speciei, quam habet cum genere, e qua sumitur locus, & dicit, [De quibus enim species prę-

dicatur,& genus oportet prædicari.] per hunc locum monſtratur bonum non eſſe voluptatis genus. E
nam voluptas de immodeſtorum voluptate prædicatur, bonum autem non. Inſuper monſtra-
tur quoniam ſcientia virtutis genus,quoniam virtus vera eſt de his, quæ poſſunt aliter ſe habere,ſciẽ-
tia vero haud quanquam non. eſt autem hic locus,vt Alexander etiam animaduertit,deſtructiuus.

LOCVS SEPTIMVS.

7 Rurſum ſi nullam ſpecierum contingit participare quod poſitum
eſt in genere. Impoſsibile enim eſt participare genus,quod nullam ſpe-
cierum participat,niſi aliqua ſecundum primam ſpecierum diuiſionem
ſit.illæ enim genus ſolum participant.Si igitur motus genus voluptatis
ponatur, conſiderandum ſi neque corruptio, neque alteratio voluptas,
neque vllus cæterorum (qui aſsignari ſolẽt)motuum. Manifeſtũ enim
quoniam nullam ſpecierũ participabit,quare neque genus,eo quòd ne- F
ceſſarium eſt quod genus participat,& ſpecierum aliquam participare,
non erit igitur ſpecies motus voluptas,neq; indiuiduorum,neque eorũ
quicquam quæ ſub ſpecie motus ſunt.etenim indiuidua participãt ſpe-
ciem & genus,vt quidam homo,& hominem participat,& animal.

Hic eſt ſeptimus locus qui accipitur a participatione ſpecierum, quæ ſunt ſub aſſignato genere.
& dicit.[Rurſum ſi nullam ſpecierum contingit participare, quod poſitum eſt in genere.]proble-
ma ſubaudi interimitur,& aſſignat rationem,& dicit.[Impoſſibile enim eſt participare genus, quod
nullam ſpecierum participat.]Sed occurres,quoniam ſi quicqud participat genus, oportet ſpeciem
illius aliquam participare:ſed primæ ſpecies vt corporeum & incorporeum, participant genus ſcili-
cet ſubſtantiam, igitur participabunt aliquam ſpecierum ſubſtantiæ, & ita oportebit eas participare
ſeipſas.¶Ad tollendam hanc obiectionem dicit,[niſi aliqua ſecundum primam ſpecierum diuiſio-
nem ſit.illæ enim]quæ ſunt primæ generis ſpecies,[ſolum genus participant.] & nullam generis ſpe G
ciem oportet participare,quoniam enim genera diuiduntur ad aliquas ſpecies immediatas,& illæ rur
ſum ſpecies,quæ ſub illo genere ſunt,etiam diuiduntur in alias ſpecies:ſunt enim & ipſæ aliquorum
genera.nihil enim prohibet ſpecies aliquorum eſſe,aliorum vero genera,vt auis ſe habet.non enim in
genera auis diuiditur,ſed in ſpecies,vt ad coruum,& ad cygnum,& ad alia ſimiliter.Hæc autem rur-
ſum ad iudiuidua,manifeſtum quoniam quæ ſub genere ſunt nõ ſecundum primam diuiſionem,ſed
ſub aliqua generis ſpecierum.neceſſe eſt aliquam ſpecierum participare recipereque ſpecierũ alicuius
rationem,quando quod datur,eſt ſub genere.ſpecies enim quæ ſub genere immediatæ ac contiguæ
ſunt,ſolum genere participant,& ſolum illius recipiũt rationem.Quæ vero non ſunt ſub genere ipſo
immediatæ,ſed plus ab eo diſtantes,neceſſe vt participent aliquam ſpecierum earum quæ ſunt pri-
mo ſub genere,& rationem alicuius earum recipere,ſi debet illud quod aſſignatum eſt earum genus,
eſſe genus.Si igitur aliquid vt genus alicuius dabitur,quærẽdum eſt,ſi hoc,cui genus aſſignatum eſt,
participat aliquam generis ſpeciem.nam ſi nec ſecundum primam diuiſionem conceſſum genus par
ticipat,nec aliquam ſpecierum ipſius,impoſſibile erit quod pro genere aſſignatum eſt,eſſe genus.Deĩ
de quod dixit,per exemplum declarat,& dicit.[Si igitur motus genus voluptatis ponatur,conſiderã-
dum,ſi neque corruptio,neque alteratio]ſit[voluptas,neque vllus motuũ cęterorum qui aſſignari ſo- H
lent.]hoc eſt neque generatio, neque auctio, neque diminutio. quoniam enim non ſecundum pri-
mam motus diuiſionem voluptas, vt ſumit pro conceſſo,eſt motus.nam motus immediate diuiditur
in eum, qui eſt ſecundum locum, & in eum qui eſt ſecundum quantum, & in eum qui eſt
ſecundum qualitatem, & in eum qui eſt ſecum ſubſtantiam, non autem ad voluptatem. opor-
tet voluptatem,ſi eſt ſub genere motus,aliquam ſpecierum motus participare, eſſeque ſub mutatiõe,
quæ eſt ſecundum locum,aut ſecundum quantum,aut ſecundum quale, aut ſecundum ſubſtantiam.
ſupponatur enim nunc generationem & corruptionem motus eſſe,quare ſi voluptas ſub nullo horũ
fuerit,nec ſub motu erit.Ariſto.igitur rationem eius reddit quod dixit, & inquit.[Manifeſtum enim
quoniam]voluptas[nullam ſpecierum]motus[participabit. quare neque genus] ſcilicet motum [eo
ꝙ neceſſarium eſt quod genus participat,& ſpecierum aliquam participare,nõ erit igitur ſpecies mo
tus voluptas]& ita neque motus.Supponit autem Ariſtote.voluptatem nullam ſpeciem motus eſſe,
Alexan.vero probat.nam ꝙ voluptas nec ſit diminutio,nec augmentum,perſpicuum eſt.Quòd ve-
ro nec generatio,nec corruptio,ex eo patet,quoniam voluptas non eſt ſecundum ſubſtantiam muta-
tio.neque dici poteſt voluptatem eſſe eam generationem,quæ dicitur repletio,vel perfectio. nõ enĩ

A voluptas repletio,sed in repletione est.non enim qui lætatur,repletur.Est enim repletio corporis,vo-
luptas vero animi.Insuper nec voluptas est alteratio. nam alteratio est transmutatio in passione,aut
transitus secundum passionem,voluptas vero non.Est enim passio existens atque permanens volu-
ptas.Differt autem passio secundum transitum,& passio permanens,veluti albedo & albificatio, cali
ditas & calefactio,sic igitur voluptas non est alteratio.Cum dixisset voluptatem nõ esset speciem mo
tus, addit,[neque eorum quicq̃ quæ sub specie motus sunt,]nã sub speciebus motus indiuidua sunt,
quæ etiam sunt sub motu.Et assignat causam,cur voluptas non est aliquod indiuiduum motus, [ete
nim indiuidua participant speciem & genus,vt quidam homo,]qui est indiuiduum,participat[& ho
minem]qui species est,[& animal,]quod est genus,oportet si voluptas est aliquod indiuiduũ specie-
rum motus,vt participet & aliquam motus speciem,& ipsum motum, sed subaudi tu, voluptas nec
participat aliquam speciem motus,nec motum,non enim suscipit rationẽ alicuius speciei motus, nec
ipsius motus. igitur voluptas non est sub genere motus. Hac ratione monstrabitur nec numerus ani-
mæ genus esse. non enim anima sub prima numeri diuisiõe est.Est enim prima numeri diuisio in im
par,& par.at anima nec est par,nec impar,nec rationem alicuius horum participat, non enim paris
aut imparis rationem suscipit.Simili ratione nec dei genus est animal,si deus nec pedestre,nec volati
B le,neque aquatile animal est.Insuper eadem ratione,quantum non est animæ genus, cum anima nõ
sit punctum,neque nunc,nec quantum continuum,neq; discretum,in quæ est prima quanti diuisio.

¶LOCVS OCTAVVS.

8 Amplius,si de pluribus dicitur quàm genus,quod in genere positũ est. vt opinabile quàm ens. nam & ens, & non ens, opinabile. quare non erit opinabile species entis. De pluribus enim semper genus quàm species prædicatur.

Hic est locus octauus,qui accipitur ab eo quod est genus prędicari de pluribus quàm prædicetur
species,vnde,dicit[Amplius,si de pluribus dicitur q̃ genus,quod in genere positum est],subaudi in-
terimendum est problema.Exẽplũ huius assignat,& dicit,[vt opinabile q̃ ens,]posuit enĩ Pythagoras
ens genus esse ad opinabile,quod interimitur ex eo quia opinabile in plus est q̃ ens,[nã & ens,& non
ens,opinabile]est.[quare nõ erit opinabile(vt dixit Pythagoras.)species entis.]cuius causã,& q̃dẽ ma
ximam ponit,& dicit.[De pluribus enim semper genus quàm species prædicatur.]hoc loco mõstra
C tur vtique quoniam non potest animal animati genus esse,nam in plus est animatum quàm animal,
si quidem animatum etiam de plantis dicitur,quæ non sunt sensitiuæ,animal autem non.¶Videbi-
tur autem locus iste idem cum loco sexto.vbi dictum est,si de aliquo species data vera est, genus au-
tem non:& maxime hic locus illi idem videtur, quoniam eodem exemplo in ambobus vsus est. Sed
tamen est vtique aliqua differentia.in primo enim loco nõ quoniam in plus dicitur assignata species
q̃ genus,destructũ est genus.sed quoniã in aliquibus assignata species vera est, in quibus nõ genus ve
rũ est.Potest autẽ de pluribus prædicari,quod datũ est alicuius,vt genus,non tamen de aliquibus præ
dicari de quibus data species prædicabitur.verbi causa, continuum de pluribus prædicaturquàm quã
tum non compositum ex habentibus positionem.continuum enim prædicatur de quinque,videlicet
de linea,superficie,corpore,loco,& tempore:quantum vero nõ cõpositum ex habentibus positionẽ.
solum de tribus,quoniam solum de numero,de tempore,& oratione.Et tamen non de quibus prædi
catur quantum non compositum ex habentibus positionem,prædicatur continuum. non enim con
tinuum de numero aut oratione prædicatur.Ideo impossibile est continuum genus esse quanti non
compositi ex habentibus positionem.nam quantum non compositum ex habentibus positionem,de
aliquibus p̃dicatur de quibuscontinuũ non p̃dicatur.Oportet enim de quibus species p̃dicatur,& ge-
D nus p̃dicari.At locus pręsens destruit genus eo quoniã in plus dicitur species q̃ assignatũ genus,vt est
animatum de animali.Hac ratiõe bonum fuit exemplum opinabilis,est enim opinabile in plus q̃ ens,
siquidem de omnibus entibus & de non entibus prædicatur. & quantum ad hoc seruit loco præsen-
ti.ex eo vero quoniam non omnia entia opinabilia sunt, seruit loco sexto superius assignato. est igi-
tur vsus eodem exemplo alia atque alia ratiõe. Hãc expositionem etiam Alexander secutus est,& est
optima.Albertus autem dixit illum locum differre ab hoc loco,quoniam ille destruit genus assignatũ
ex eo quia de aliquo species prædicatur,de quo non prædicatur genus:hic vero destruit genus, ex eo
quia de pluribus assignata species prædicatur q̃ assignatum genus,quoniam oportet semper vt de plu
ribus genus q̃ species prædicetur. Verum non exposuit quo modo fieri possit, vt aliquid de pluribus
prædicetur q̃ aliud,& tamen non de quibus prædicatur illud,ipsum prædicatur.Hoc enim Alex.ex-
posuit.nam continuum prædicatur de quinque quantitatibus,discretum vero de tribus, & tamen cõ
tinuum non est genus discreti quanti,quoniam non de quibus prædicatur discretum,continuum prę
dicatur.Intelligit autem Alex.per non compositum ex habentibus positionem,idem quod discretũ,
& per compositum ex habentibus positionem,continuum.

LOCVS NONVS. E

9 Rursum si de æqualibus genus & species dicitur, vt si eorum quæ omnia consequuntur, hoc quidem genus, illud autem species ponatur, quemadmodum ens, & vnum. Omne enim ens, & vnum. quare neutrum neutrius genus est. de æqualibus enim dicuntur. Similiter autem & si primum, & principium, ad seinuicem ponatur. nam & principiũ, primum, & primum, principium. Quare aut vtraque quæ dicta sunt, idem sunt, aut neutrum neutrius genus. Elemẽtum autem est ad omnia huiusmodi, de pluribus genus quàm speciem & differẽtiam dici. de paucioribus enim etiam differentia quàm genus dicitur.

Hic est locus nonus, qui sumitur ab æqualitate prædicatiõis, vnde dicit. [Rursum si de æqualibus genus & species dicitur,] subaudi interimẽdũ est problema. & ponit exempla, & dicit, [vt si eorũ, quæ F
omnia consequuntur, hoc quidem genus, illud autem species ponatur,] & exponit quæ sunt illa, quæ omnia consequuntur, & dicit, [quemadmodum ens & vnum,] & vt Auicenna addit, res, bonum, & aliquid, quæque ab eo transcendentia dicuntur. Hæc enim prædicantur de omnibus, & ad omnia, vt prædicata consequuntur. [Omne enim] quod est, [ens] est [& vnum,] res etiam bonũ, & aliquid. Quare ad omnia, vt prædicata cõsequuntur, & de omnibus dicuntur. Hinc concludit intẽtũ in exẽplo, & dicit [Quare neutrũ neutrius genus est. de æqualibus enim dicuntur.] & ad omnia sequuntur. Per hunc locum refellitur positio Platonicorum quorundam qui dixerunt vnum esse genus entis. Refellitur enim quoniam ens de æqualibus prædicatur, de quo etiam vnum dicitur. deinde assignat secundum exemplum, & dicit. [Similiter autem & si primum & principium ad seinuicem] alterum vt genus, alterum vt species, [ponantur,] erit etiam error, [nam & principium primum] est, [& primũ] est [principium. quare aut vtraque quę dicta sunt,] scilicet principium & primum [idem sunt, aut neutrum neutrius genus] est, sic nec animal sensitiui genus est. etenim hęc æqualiter sunt. Deinde ponit elementum talium locorum, & dicit. [Elementum autem ad omnia huiusmodi] loca, quæ dicta sunt ad interimendum genus, [est, de pluribus genus quàm speciem, & differentiam dici,] & quia G
addit genus dici in plus q̃ differentiam, quasi extra propositum, reddit rationem, & dicit. [De paucioribus enim etiam differentia q̃ genus dicitur.] nam (vt Alexã. inquit,) genera à differentiis secantur, & ex vnaquaq; differentia species quædã circunscribitur. ergo differẽtia de paucioribus quàm genus dicitur, ideo dixit elementum talium locorum esse, in plus debere dici genus quàm speciem & differentiam, & per [elementum] principium exponit Alexander. est autem principium maxima propositio, quę in dialecticis vaga & communis, in scientiis vero propria propositio est. Sed iis, quæ dixit de vno & ente, occurres, quoniam vnum diuidit ens. Ens enim prima sui diuisione diuiditur per vnum & multa, & nihil conuertitur cum aliquo membro suæ diuisionis, quare ens non conuertitur cũ vno.

¶ Auerroes in commentariis metaphysicis asserit vnum trifariã dici, transcendenter, & hoc pacto conuertitur cum ente, & (vt Aristo. inquit.) non est genus entis prædicamentaliter. & sic distinguitur contra numerum qui fit ex diuisione continui, & sic nec diuidit ens, nec conuertitur cum ente. Tertio modo accipitur vnum quasi mediocriter, vt est ad multitudinem distinctum, & sic diuidit ens, & non conuertitur cum ente. sed hæc res metã nostram transcendit.

LOCVS DECIMVS.

10 Videndum autem & si alicuius eorum quæ non differunt specie, H
non est genus quod dictum est, vel non videatur vtique. Construenti autem, si est alicuius. idem enim omnium eorum, quæ nõ differunt specie, genus est. Si igitur vnius monstretur, manifestum quoniam omniũ: & si vnius non, manifestum quoniam nullius, vt si quis insecabiles ponens lineas, indiuisibile genus earum dicat esse. Nam linearum habentium diuisionem non est genus, quod dictum est, cum sint indifferẽtes secundum speciem. Indifferentes enim sibiinuicem secundum speciem rectæ lineæ omnes.

Locum hunc decimum accipit a ratione prædicandi de indiuiduis, quæ eiusdem speciei sunt, & dicit. [Videndũ autem, & si alicuius eorum quæ non differunt specie, non est genus quod dictum est]

A pro genere,[vel non videatur vtique eſſe genus. & per ea quæ non differũt ſpecie, intelligit indiuidua eiuſdem ſpeciei, quæ ſolo numero differunt. Si igitur quod aſſignatum eſt genus alicuius, non ſit, vel non videatur eſſe genus alicuius indiuidui eorum, quæ ſub illa ſpecie non differunt, niſi numero, illud quod aſſignatum eſt vt genus, illius non erit genus. Secundum vero Alex. locus eſt, ſi aliquid quod aſſignatum eſt vt genus alicuius, nec ſit, nec videatur eſſe genus alicuius eorum, quæ ſunt illi, cuius aſſignatum eſt, ſimilaria, & eiuſdem ſpeciei, nec illius erit genus, quoniam omnia indifferentia ſpecie adinuicem ſub eodem genere ſunt. verbi cauſa, ſi aliquis nigrum æthiopis genus eſſe dicat, quoniam indifferẽtes ſpecie ſunt AEthiopes homines cum Scythis, oẽs enim homines eiuſdem ſpeciei ſunt, nõ prædicatur autem nigrũ de Scythis vt genus. nec igitur de AEthiopibus vt genus prædicabitur. Sed videtur hic locus decimus coincidere cum primo loco, vbi hortabatur inſpicere ad cognata ei, cuius aſſignatur genus. Fortaſſe hæc differentia, quoniam in primo loco hortabatur inſpicere ad ſimilaria genere, hic autem ad indiuidua, quę ſunt ſimilaria eiuſdem ſpeciei, deſtruenti igitur ſic eſt faciendum. Deinde oſtendit quid agendũ conſtruenti, & dicit.[Conſtruendi autem, ſi eſt alicuius] genus, quod pro genere eſt aſſignatum, videndum eſt. nam ſi eſt genus alicuius eorum quæ non differunt ſpecie, erit etiã genus illius, cuius aſſignatum eſt genus. cuius cauſam dicit.[Idem enim omnium eorum, quę
B non differunt ſpecie, genus eſt.] propterea recolligit breuibus quod dixerat, & dicit, [Si igitur] quod aſſignatum eſt genus, [vnius] eorum [monſtretur] eſſe genus, [manifeſtum, quoniam omnium,] & ita illius, cuius aſſignatum erat genus, [& ſi vnius nõ,] eſt genus, [manifeſtum quoniã nullius] eorũ quæ eiuſdẽ ſpeciei ſunt, & ita nec eius, cuius erat aſſignatũ genus. Ponit exẽplũ ĩ ſecũda pte, & dicit[vt ſi qs inſecabiles ponẽs lineas] ſaltẽ aliquas, [dicat genus earũ eſſe, indiuiſibile,] errat, quia qđ aſſignatur vt genus, nõ eſt genus. [nã linearũ habẽtiũ diuiſionẽ] indiuiſibile, [qđ dictũ eſt] eſſe genus linearũ inſecabiliũ, [nõ eſt genus,] quod probat, cũ dicit. [cũ ſint indifferentes ſpecie] ſubaudi omnes lineę. nã oẽs lineæ cũ omnibus lineis eiuſdem ſpeciei ſunt. [Indifferentes enim ſecũdum ſpeciẽ ſunt, rectæ lineæ omnes,] immo nõ ſolum rectę, ſed (vt Alex. inquit) omnes lineæ. Quare ſi indiuiſibile non eſt genus linearum ſecabilium, nec erit genus linearum inſecabilium, omnes cum omnibus eiuſdem ſpeciei ſunt. Quod vero ad rationẽ attinet, Platonici dixerũt bifariam lineas rectas eſſe, aliquas, quæ ex pũctis cõponuntur, & harũ genus poſuerunt indiuiſibile. Aliquas vero, quæ componuntur ex lineis, & harũ genus poſuerunt diuiſibile. Ariſtot. autẽ ex vi huius loci, probauit indiuiſibile non eſſe genus linearum rectarũ inſecabiliũ, quoniã nõ eſt genus linearũ rectarũ ſecabiliũ. quod enim nõ eſt genus vnius ſimilaris in ſpecie, nec aliorũ eiuſdẽ ſpeciei genus erit. Sũt aũt oẽs lineę ſaltẽ rectę eiuſdẽ ſpeciei, de qbus Pla
C tonici loquebãtur. Alex. vero aſſerit oẽs lineas eſſe eiuſdẽ ſpeciei, qđ intelligẽdũ eſt vt quatenus lineę.

LOCVS VNDECIMVS

11 Conſiderandum autem & ſi quod aliud genus eſt aſſignatę ſpeciei, quod neque continet aſſignatum genus, neque ſub illo eſt, vt ſi quis iuſtitiæ ſcientiam ponat genus. Eſt enim virtus genus, & neutrum generũ reliquum cõtinet. quare nõ erit ſciẽtia genus iuſtitiæ. Videtur enim quãdo ſpecies vna ſub duobus generibus eſt, alterũ ab altero contineri.

Hic eſt vndecimus locus, qui ſumitur a cõtinẽtia ſub alio genere, vnde dicit. [Cõſiderãdũ aũt & ſi qđ aliud genus eſt aſſignatæ ſpeciei, qđ neq; cõtinet aſſignatũ genus, neq; ſub illo eſt,] nã ſi ita eſt, deſtruẽdũ eſt pblema, & mõſtrãdũ quoniã nõ eſt genus, qđ datũ erat vt genus. nõ enim poſſibile eſt eſſe duo genera eiuſdẽ, niſi eſſet alterũ eorũ ſub altero. Idcirco aquilæ, & auis & aĩal genera ſunt, quoniã
D auis ſub aĩali eſt. Deĩde ponit exẽplũ, & dicit. [vt ſi quis iuſtitiæ ſciẽtiã ponat genus, vt Socrates poſuit] errat ſubaudi, cuius rationẽ ſubſcribit, & dicit, [Eſt enim virtus genus] iuſtitię, [& neutrũ generũ reliquũ cõtinet.] nõ enim virtus ſub ſciẽtia eſt, cũ nõ oĩs virtus ſcientia ſit, nec ſcientia ſub virtute. Geometria enim ſciẽtia exiſtẽs, nõ eſt virtus, [quare] vt cõcludit [nõ erit ſciẽtia genus iuſtitiæ.] Deinde aſſignat rationẽ, & maximã, & dicit. [Videtur enim quãdo ſpecies vna ſub duobus generibꝰ eſt, alterum ab altero contineri.] vt quoniã aquilæ, & auis & animal genera ſunt, auis ſub animali eſt.

DVBITATIO.

12 Habet autem dubitationẽ in quibuſdam hoc tale. Nam videtur qui hoc tale.
buſdam prudentia, & virtus, & ſcientia eſſe: & neutrum genus a neutro τὸ τοιοῦτο huiuſmodi
contineri. Non tamen ab omnibus conceditur prudentiã ſcientiam eſſe. Si igitur quis admittat quod dictum eſt, verum eſſe, attamẽ ſubalterna, vel ſub eodem ambo fieri, quæ eiuſdem ſunt genera, neceſſarium videbitur eſſe, quemadmodum & in virtute, & in ſcientia accidit, vtraq;

enim ſub eodem genere ſunt, nam vtrunque eorum habitus & diſpoſi- E
tio eſt. Cõſiderandum igitur ſi neutrum eſt in aſſignato genere. ſi enim
neque ſubalterna ſunt genera, neque ſub eodem ambo, non erit genus
quod aſſignatum eſt.

Contra maximam aſſignatam Ariſto. nunc affert inſtantiam, quoniam videtur prudentia, & ſciē-
tia & virtus eſſe, & ſic eſt ſub duobus generibus, quæ non ſunt ſubalterna, vnde dicit. [Habet autem
dubitationem in quibuſdam hoc tale] id eſt hæc talis maxima, quæ proxime dicta eſt. [Nam videtur
quibuſdam] vt Socrati, [prudētia, & virtus & ſcientia eſſe, & neutrum genus a neutro contineri.] ſol-
uit Ariſtoteles primo, & dicit. [Non tamen ab omnibus conceditur prudentiam ſcientiam eſſe,]
quoniam non a Peripateticis. ſi enim prudentia eſt circa contingentia, & quandoque aliter ſe ha-
bentia, non erit vtique prudentia ſcientia. Deinde reſpondet in opinione Socratis. & dicit. [Si igi-
tur quis,] vt Socrates, [admittat quod dictum eſt, verum eſſe,] nam Socrates omnes virtutes ponit eſ-
ſe ſcientias. tunc dat ſolutionem conceſſa hac opinione, & dicit. [attamen ſubalterna] hoc eſt alterū
ſub altero, [vel ſub eodem] communi genere [ambo fieri neceſſarium videbitur eſſe,] quaſi dicat, ſi F
prudentia eſt ſcientia & virtus, oportet ſcientiam & virtutem vel eſſe genera ſubalterna, vel ſaltē am-
bas eſſe ſub communi vno genere. & de his duabus diſiunctiuæ partibus, declarat ſecundam, & dicit.
[quemadmodum & in virtute, & in ſcientia accidit. Vtraque enim ſub eodem genere ſunt. nam vtrū-
que eorum habitus & diſpoſitio eſt.] Quare ſi non ſub generibus ſubalternis, nec ambo ſub vno ali-
quo cummuni genere fuerint, impoſſibile ambo ipſa genera eſſe propoſiti. tunc recolligit locum, & di-
cit, [Cõſiderandum igitur ſi neutrum] hoc eſt neque virtus neque ſcientia [eſt in] communi [aſſigna-
to genere,] quia non ſunt in habitu, vt in communi genere. Per aſſignatum enim genus, habitum
vel diſpoſitionem intelligit, ideo dicit. [Conſiderandum igitur ſi neutrum eſt in aſſignato genere,] ita
vel ne. [ſi enim neque ſubalterna ſunt genera, neque ſub eodem] communi genere [ambo, nõ erit ge-
nus quod] pro genere [aſſignatum eſt.] ſi enim ſcientia & virtus neque ſunt ſubalterna genera, neque
ſub communi genere, ſcientia quæ aſſignatur prudentiæ genus, non erit genus. nam prudentia eſt in
genere virtutis. Sed occurres, quia vnum numero eſt ſubſtantia & quantum. Eſt quantum, quoniam
eſt numeri quãti augmentatiuum, ſiquidem omne quod augetur, ab eo quod ſui gen eris augetur. Eſt
etiam ſubſtantia, quoniam vnū numero eſt contrariorum, quod eſt proprium ſubſtantiæ, igitur idem
erit ſub ſubſtantia, & ſub quãto, quæ genera ſunt nec ſubalterna nec ſub aliquo communi genere con- G
tenta. Soluitur (vt Alexã. ſoluit) vnum numero dictum non ſecundum eandem rationem eſſe in ge-
nere ſubſtantiæ, & in genere quãti, ſed ſecundū aliud, & aliud. hoc pacto ſcientia eſt in genere qualita-
tatis, & relationis.

LOCVS DVODECIMVS

13 Conſiderandum autem & genus aſſignati generis, & ſic ſemper ſu-
perius genus, ſi omnia prædicantur de ſpecie, & ſi in eo quod quid eſt
prædicãtur. Nam omne ſuperius genus prædicari oportet de ſpecie in
eo quod quid eſt. ſi ergo alicubi diſſonet, manifeſtum quoniam non eſt
genus, quod aſſignatum eſt.

Hic eſt locus duodecimus, quē ſumit ab ordine generū ſuperiorū p̃dicãtiū in quid, & dicit. [Cõſi-
derandū aũt & genus aſſignati generis, & ſic ſemper ſuperius genus, ſi oĩa p̃dicantur de ſpecie] cuius
genus aſſignatū eſt, [& ſi in eo quod quid eſt] omnia [prędicãtur.] Q̃m̃ ſi nõ omnia p̃dicantur, vel ſi
oĩa p̃dicãtur, ſed nõ in quid oĩa, interimēdū eſt ꝓblema, & dicēdū nõ eſſe genus, quod ꝓ genere eſt aſ- H
ſignatum. Cuius maximam & cauſam aſſignat, & dicit, [nã omne ſuperius genus p̃dicari oportet de
ſpecie in eo quod quid eſt.] Tunc quaſi epilogat, & inquit. [Si ergo alicubi diſſonet] ita vt vel non o-
mnia ſuperiora p̃dicentur, vel ſi prædicentur omnia, non omnia in quid p̃dicentur, [manifeſtū quo-
niã nõ eſt genus, quod aſſignatum eſt] pro genere. Oportet enim genus de aliquo, & de his omnibus
quæ ſub illa ſpecie ſiue genere ſunt, in eo quod quid eſt p̃dicari. genus enim auis de oĩbus, & de ſpecie-
bus ſub aui, & de indiuiduis non ſolū prædicatur, ſed in eo quod quid eſt p̃dicatur. Per hūc locū mon-
ſtratur verecūdię nõ eſſe genus virtutē. Nã virtutis genus habitus eſt, q̃ nõ p̃dicatur de verecūdia, nõ
enim eſt habitus verecūdia, ſed paſſio. Mõſtratur etiam ꝙ virtus nõ ſit genus abſtinentię, quoniã opti-
mus habitus non p̃dicatur de abſtinētia, non enim optimus habitus eſt, qui eſt in prauis deſideriis, de
omni vero virtute optimus habitus p̃dicatur. nõ enim ſolū habitus, eſt virtus, ſed optimus, vitiū enim
habitus eſt, ſed nõ optimus. Sed nec de niue albū, non enim qualitas quæ eſt genus albi, de niue prędi-
catur. nec dulce genus eſt mellis, quoniam nec ſuccus in quid de melle dicitur, qui eſt genus dulcis. At-
tentione tamen dignum, quoniam verum eſt genera aſſignati generis oĩa debere in eo quod quid eſt

A prædicari de eo, cuius eſt aſſignatum genus, non tamen conuerti: non enim ſi aliquod ſuperiorum in
eo quod quid eſt de aliquo prædicatur, oportet omnia quæ ſunt ſub illo, in eo quod quid eſt de eodem
prædicari. Nam cõtraria ſub eodem ſunt genere, & de contrariis in eo quod quid eſt prædicantur, nõ
tamen & contraria, ambo, quorum eſt genus illud. ſi enim & de albo color in eo quod quid eſt præ-
dicatur, non tamen & nigrum de eodem albo prædicabitur, quanuis & de nigro etiam color prædice
tur. Eſt enim genus nihil minus ad illud. Similiter & de iniuſtitia habitus ꝑdicatur, non tamen virtus,
quæ eſt ſub habitu. Quare licet genera omnia ſuperiora aſſignati generis oporteat de eo cuius aſſi-
gnatur genus, prædicari, non tamen ſi aliquod ſuperiorum in eo quod quid eſt de aliquo prædicatur,
oportet omnia inferiora ad illud de eodem prædicari, quam regulam Alexãder ſic expoſuit.

¶ LOCVS DECIMVSTERTIVS.

14 Rurſum ſi genus participat ſpeciẽ, vel ipſum, vel aliquod ſuperio-
rum generum. Nam nullum ſuperiorum participat quod inferius eſt.
Deſtruenti igitur quemadmodum dictum eſt, vtendum. Aſtruenti au-
B tem ſi confiteatur quidem ineſſe ſpeciei, quod dictũ eſt genus, ſed quod
vt genus inſit dubitetur, ſufficit oſtendere aliquid ſuperiorum generum
in eo quod quid eſt de ſpecie prædicari. Vno enim in eo quod quid eſt
prædicato, omnia & ſuperiora illius, & inferiora (ſi prædicantur de ſpe
cie) in eo quod quid eſt prædicabuntur. Quare & aſsignatum genus in
eo quod quid eſt prædicabitur. Quod autem in eo quod quid eſt prędi-
cato, omnia etiam reliqua (ſi prædicantur) in eo quod quid eſt prædica-
buntur, per inductionem ſumendum. Si autem ſimpliciter ineſſe dubi-
tetur aſsignatum genus, non ſufficit oſtendere aliquod ſuperiorum gene
rum in eo quod quid eſt de ſpecie prædicari, vt ſi ambulationis genus
quiſpiam aſsignauit lationem, non ſufficit oſtẽdere quòd motus ſit am-
C bulatio ad oſtendendũ quod latio ſit, eo quod alii motus ſunt. Sed oſten
dendum quoniam nullum participat ambulatio eorum, quæ ſunt ſecũ-
dum eandem diuiſionem, niſi lationem. nã neceſſe eſt quod genus par-
ticipat, & ſpecierum aliquam participare ſecundum primam diuiſionẽ.
Si enim ambulatio neque augmẽtationem, neque diminutionem, neq;
alios motus participat, manifeſtum quoniam lationem participabit,
quare erit genus latio ambulationis.

Locus decimustertius hic eſt, quem accipit a participatione ſpeciei, & dicit. [Rurſum ſi genus
participat ſpeciem,] & addit dico, ſi participat ſpeciem, [vel ipſum vel aliquod ſuperiorũ generum]
ad ipſum. Nam ſi ipſum quod aſſignatur pro genere, participat eã ſpeciẽ, cuius aſſignatur genus, vel
D aliquod ſuperiorũ generum ad ipſum quod aſſignatum eſt pro genere, non eſt genus: ſic aquila nõ po
teſt eſſe genus animalis, quoniam aquila non ſolum animal participat, ſed etiam genera, quæ ſunt ſu
pra, & infra animal, aquila enim participat animal volatile, & auem, & animalis genera, quæ in recta
linea prædicamẽtali ſunt ſupra animal. quare aquila nõ eſt genus animalis. Quod vero nec ipſum ge
nus, nec aliquod ſuperiorum generum debeat participare ſpeciem, probat & dicit. [Nam nullum ſu-
periorum participat quod inferius eſt,] quoniam nullum ſuperiorum ſuſcipit rationem ſui inferioris
tanquam partẽ ſuæ definitionis. Sed occurres, quoniam videtur Ariſtoteles hunc locum dixiſſe in
quinto loco, dixit enim. [Rurſum ſi neceſſe fuerit, vel ſi cõtigerit genus participare quod poſitum eſt
in genere,] ponitur autem in genere ſpecies. quare hic locus continetur in quinto loco. igitur ſuper-
fluus hic decimustertius videtur. Alex. reſpondet. ꝙ hic locus differt ab illo additiõe huius, quod addit
[vel ipſum, vel aliquod ſuperiorum generũ,] in quinto enim loco dixit deſtruendum eſſe problema, ſi
genus participat ſpeciem, cuius genus eſt aſſignatum. Hic vero dicit deſtruendum eſſe problema ſi
genus vel aliquod ſuperiorum ad genus participat ſpeciem, cuius eſt aſſignatum genus. Aliter dicit
Alexan. ait enim hunc locum eſſe deforis interpoſitum, & non in textu. Nã hic locus ꝑtim in quinto,
ꝑtim in duodecimo cõtinetur. duodecimo enim loco dixit, [Cõſiderandum autem & genus aſſigna-

ti generis,& sit semper superius genus]& reliqua. Quare cum hic locus pro qualibet sui parte in aliis sit contentus,videtur non in textu contineri,sed extra quasi glossema. Cũ igitur loca dixisset, quibus destruitur problema de genere,nũc assignat loca quibus construitur,& primo epilogat,& dicit.[Destruenti igitur quemadmodum dictum est,vtendum.]Deinde docet construere.est autem hæc constructio econuerso se habens destructioni, quæ facta est loco duodecimo.destructio enim duodecimo loco facta,fuit si aliquod eorum prædicatorum, quæ de dato genere prædicantur in eo quod quid est,non prædicaretur de specie,assignatum genus non erit genus. constructio vero quæ nunc dicitur,est,si datum alicuius genus prædicetur quidem de eo cuius est datum genus, dubitetur vero si vt genus, & in eo quod quid est prædicetur. & sic constructio vnum præsupponit, alterum quærit. Præsupponit enim assignatum genus de specie prædicari, quæritur autem si vt genus, & in quid prædicetur. Ad videndum si vt genus,& in quid prædicetur, dicit esse quærendum si aliquid eorum quæ sunt superiora ad assignatum genus, in quid prædicetur de specie,cuius est assignatum genus.id est videndum est: si aliquod genus prædicati, quod vt genus assignatur,prædicetur in eo quod quid de subiecto,cuius assignatur genus, si enim sic aliquid eorum prædicari inuenietur, id quod est datũ, vt genus,in eo quod quid est,& vt genus prædicabitur. Si enim aliquod superiorum in quid prædicatur de aliquo subiecto ad aliquod genus, oportet illud genus de eodem subiecto prædicari etiam F in quid,vnde dicit.[Astruẽti autem,si] aliquis[cõfiteatur quidem inesse speciei,]& prædicari de specie, [quod dictum est genus,sed, quod vt genus insit] & in quid prædicetur,[dubitetur,sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est de specie prædicari,]cuius est assignatũ genus. dixit[superiorum generum]quia non oportet vt quodlibet superius prædicetur in quid,nisi sit de superioribus generibus in recta linea prędicamentali. Deinde assignat maximam pro causa eius quod dixerat,& inquit.[Vno enim] genere[in eo quod quid est prædicato] de aliqua specie,[omnia & superiora illius]prędicati,[& inferiora]dico inferiora,[si prædicantur de specie,]cuius est assignatum genus,[in eo quod quid est prædicabuntur,quare & assignatum genus in eo quod quid est prædicabitur.]Dixit autem Aristo.si inferiora prędicantur de specie,quoniam homo inferior ad animal non prædicatur de animali. Maxima igitur intelligitur de omnibus generibus ad prędicatum superioribus, & de omnibus generibus ad prędicatum inferioribus,modo hæc inferiora ad prædicatum prædicetur de specie,cuius prædicatum assignatur genus. Deinde exponit quo modo hæc maxima pateat, & dicit.[Quod aũt in eo quod quid est prędicato, omnia etiã reliqua]& superiora & inferiora[si]inferiora[prædicabantur,in eo quod quid est prædicabuntur,per inductionem sumendum.] Si enim(vt Alexan.inquit)ens,aliquid,vnum,bonum,& verum, aut de superioribus generibus dati generis, aut G de inferioribus speciebus eiusdem dati generis prædicantur in eo quod quid est,necesse est omnia alia sic se habere,modo prædicentur de eo subiecto, cuius assignatum est genus.vnde si inductio in omnibus fiat,nullo pacto dissonãs inuenietur: sic mõstrabitur dispositio esse genus virtutis. nã dispositio de virtute prędicatur.ꝙ aũt p̃dicetur in eo qđ quid est,patet ex eo,quia qualitas est dispositiõis genus. & de dispositiõe, p̃dicatur in eo qđ quid est p̃dicatur etiã in eo qđ quid est de ipsa virtute,est enim virtus qualitas. Sic etiam monstratur auis esse aquilę genus, quoniã genus auis.scilicet animal in eo qđ quid est de aquila prędicatur. & cum monstrasset si inesse quidem concederetur assignatũ genus alicuius, dubitaretur vero,si in eo quod quid est de ipso prędicetur,& vere genus, quomodo possibile est monstrare ꝙ & in eo quod quid est,& vt vere genus de illo prædicetur. Monstrat nunc & si hoc ipsum quod assignatur vt genus,dubitaretur inesse, quomodo poterimus ipsum monstrare inesse, & in eo quod quid prædicari,& dicit.[Si autem quod assignatur pro genere]alicuius speciei,[simpliciter inesse]illi[dubitetur,]ita,vt sit duplex dubitatio,vt vtrum insit,vel ne. & dato quod insit, vtrum prædicet de illo,inquit,vel ne. Tunc respondet in casu,quot requiruntur ad terminãdum hoc problema, in quo est duplex dubitatio,& primo exponit quid non sufficit, innuens hoc, quod non sufficit esse vnum de requisitis,& dicit.[non sufficit ostendere aliquod superiorum generum in eo quod quid est H prædicari de specie,]cuius erat datum genus assignatum.non enim valet consequentia,motus de ambulatione prædicatur in quid,igitur latio est genus ambulationis,& prædicatur in quid de ambulatione. oportet enim addere ꝙ motus prædicetur in quid de ambulatione,& nulla alia species motus de ambulatione prædicetur in quid& hoc dicit,[vt si ambulationis genus quispiam assignauit lationẽ, non sufficit ostendere ꝙ ambulatio sit motus]id est ꝙ motus prędicetur de ambulatione,licet sit requisitum,[ad ostendendum quod]ambulatio[latio sit] id est ad ostendendum quod latio sit genus ambulationis,cuius causam assignat,& dicit,[eo ꝙ alii motus sunt]hoc est,quia sub motu sunt alia genera motus p̃ter lationẽ.sunt enim alteratio,motus in quãto,& mutatio in substãtia.& ita posset dubitari an aliqđ aliorũ generũ,quæ sub motu sunt, sit genus ambulatiõis,& ꝑpterea subscribit q̃d requiritur & sufficit,& dicit.[Sed ostẽdẽdũ,quoniã ambulatio nullũ motũ] participat,[eorũ] motuũ, seu eorum generũ motuum[quę sunt secundũ eandẽ diuisionem]qua motus diuiditur in lationem[nisi lationem,] quę est motus in loco,genera enim motus, quę sunt secundum eandem diuisionem cum

A lationem, ſunt motus in quali, motus in quanto, & motus in ſubſtantia. nam hæc contradiuiduntur lationi. Motus enim prima diuiſione his quatuor generibus motus diuiditur. & quia aliquis poſſet dicere motum prædicari de ambulatione, nulla ſpecie motus de ambulatione prædicante, ad refellendum hoc, dicit. [Nam neceſſe quod genus participat,] & de quo genus prædicatur, [& ſpecierum aliquam participare,] dico ſpecies, quæ ſunt [ſecundum primam diuiſionem.] vt quoniam ambulatio participat motum, oportet etiam vt participet aliquam primarum ſpecierum motus. Eſt enim dictũ ſuperius, de quo genus prædicatur, oportet vt aliqua ſpecierum prædicetur, modo ſint de primis ſpeciebus, & ipſum de quo prædicatur genus, non ſit aliqua prima ſpecies. tunc quaſi recolligens locum totum, dicit, [Si enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participat,] ita vt nullum aliud genus motus de ambulatione prædicetur in eo quod quid eſt, & ſubaudi participat motum. [manifeſtum quoniam lationem,] vt proprium genus [participabit,] per hæc enim duo ſimul copulata, patent duo, & quod latio prædicetur de ambulatione, & ꝙ prędicetur in quid & vt genus. Sequitur enim ambulatio, participat motum, & nullum genus motus, de ambulatione prædicatur in quid. igitur latio eſt genus & prædicatum in quid de ambulatione, propterea conludit. [quare erit genus latio ambulationis] eſt igitur tota ratio hæc, ambulatio eſt motus,
B aut igitur augmentatio, aut diminutio, aut alteratio, aut generatio, aut corruptio, aut latio. ſed non eſt auctio, nec diminutio, nec alteratio, nec generatio, nec corruptio, igitur eſt latio. ſi enim non eſſet latio, nec motus eſſet, quod enim in aliquo genere eſt, neceſſe eſt aliquam ſpeciem illius participare. Sic monſtrabitur iuſtitia eſſe virtus, habitus enim electiuus de iuſtitia prædicatur, quod eſt virtutis, & vitii genus. ſi igitur iuſtitia non eſt vitium, erit virtus. Sic etiam monſtrabitur tria eſſe numerum imparem, quoniam tria ſunt numerus, & non par, igitur impar. ſic monſtrabitur, animam eſſe formam, eſt enim anima ſubſtantia, & non eſt materia, igitur eſt forma. Sed occurres primo, contra primum locũ conſtruendi. nam conceſſo quoniam homo ineſt animali, & quoniam aliquod ſuperius ad hominẽ prædicatur in quid de animali, non ſequitur hominem eſſe genus animalis. Inſuper contra ſecundum locum conſtruendi, quoniam dubitato vtrum homo inſit viro, non ſequitur animal ineſt viro, & nulla ſpecies animalis contra diuiſa homini ineſt viro, igitur homo eſt genus viri. nec ſequitur dubitato vtrum homo inſit ęthiopi, animal ineſt ęthiopi, & nulla animalis ſpecies, quæ homini ſub animali primo contradiuiditur, prædicatur de ęthiope, igitur homo eſt genus ęthiopis. Ad primam inſtantiam Hedenolphus dicit Ariſt. per ineſſe, intellexiſſe prædicari ad modum quo ſuperius prædicatur de inferiori. hoc enim modo pro conceſſo in primo conſtruendi loco ſupponit aſſignatum genus ineſſe
C ſpeciei. Sed hæc expoſitio petit quod quæritur in principio, quærimus enim vtrum prædicetur, vt genus. ſi igitur ſupponitur prædicari aſſignatum genus de ſpecie, vt ſuperius, erit petere aſſignatum genus eſſe genus. Aliter ergo dicendum Ariſtotelem per ineſſe, intellexiſſe prædicari. Supponit enim aſſignatum genus de ſpecie prædicari, hoc eſt eſſe vnum quatuor prædicatorũ, de quibus primo huius dictum eſt. ſi igitur aſſignatum genus eſt vnum prædicatorum de ſpecie, & aliquod ſuperius genus ad aſſignatum genus prædicatur in quid de illa ſpecie, cuius erat genus aſſignatum. Igitur genus aſſignatum erit genus ſpeciei, cuius erat aſſignatum: quoniã ſi genus illius prædicatur de ea ſpecie, oportet vt genus aſſignatum prædicetur in quid: & cum ſit prædicatum, & in quid, igitur genus. & hęc eſt expoſitio Alexandri. Secunda inſtantia ſoluitur. nam ſi dubitauerimus vtrum homo inſit viro, vel æthiopi, dubitare debemus vtrum homo ſit prædicatum vt pars de viro, & de æthiope. Modo homo non vt pars, ſed vt totum de viro & æthiope prædicatur, & ſic non eſt ad propoſitum inſtantia.

LOCVS DECIMVS QVARTVS.

D

15 Rurſum de quibus ſpecies quæ poſita eſt, vt genus prædicatur, cõſiderandum ſi & aſſignatum genus in eo quod quid eſt de ipſis eiſdem prædicatur quemadmodum & ſpecies. Similiter autẽ & ſi omnia quæ ſupra genus ſunt. Nam ſi alicubi diſſonat, manifeſtũ quoniã nõ eſt genus, quod aſſignatum eſt. Si enim eſſet genus, omnia ſuperiora & illius, & ipſũ, in eo quod quid eſt prędicarẽtur de iis, de quibus & ſpecies in eo quod quid eſt prædicatur. Deſtruẽti igitur vtile, ſi nõ prædicetur genus in eo quod qd eſt, de qbus & ſpecies prędicatur. Aſtruẽti vero, ſi prędicetur in eo quod qd eſt, vtile. accidet enim genus, & ſpeciẽ de eodẽ in eo quod quid eſt prædicari. Quare & idẽ ſub duobus generibus ſit, neceſſe

igitur ſubalterna genera eſſe. Si igitur oſtendatur quod volumus genus E
aſtruere, non eſſe ſub ſpecie : manifeſtum quoniam ſpecies ſub hoc erit.
Quare oſtenſum erit quoniam genus hoc.

Hic eſt locus decimusquartus, quem accipit a ſubalternatione generum per cõparationẽ ad ſpe-
ciem, & ad contenta ſub ſpecie, & primo quidẽ deſtruendo, ſecundo autem ibi[aſtruenti vero,] con.
ſtruendo. Alex.aũt aliter continuare videtur, dicit enim Ariſt.huc vſq; per data genera vt genus, textũ
monſtraſſe quomodo deſtruere & conſtruere poterimus genus eſſe propoſiti, quod vt genus datũ
eſt. Nunc ecouerſo, ab eo quod vt ſpecies datum eſt, loca tradit per quæ conſtruere & deſtruere pote
rimus datum ipſum genus. Secundum igitur Alexan.hic locus accipitur a data ſpecie cuius aſſigna-
tur genus. Nam ſi ſpecies, quæ in aliquo genere ponitur, ipſa eſſet genus aliquorum, oportet aſpicere
ſi quorum hæc genus eſt, de eis etiam eius datum genus in eo quod quid eſt prędicetur, & omnia quę
ſupra genus ſunt, & hoc dicit.[Rurſum de quibus ſpecies, quæ poſita eſt vt genus, p̃dicatur, conſiderã
dum ſi & aſſignatum genus in eo quod quid eſt de ipſis eiſdem prædicetur quemadmodum & ſpe-
cies]ſcilicet in quid. Dixit[quæ poſita eſt vt genus]quia oportet vt ipſa ſit genus aliquorum, & ſpe- F
cies dati generis, & non ſolũ conſiderandũ ſi aſſignatum genus prædicetur in quid, vt ſapiens prædi-
catur, cuius genus eſt aſſignatum.[Sed ſimiliter & ſi omnia quæ ſupra genus]datum[ſunt] ſubaudi in
eo quod quid eſt, prædicantur, vt ſpecies, quæ erat ſpecies, & genus prædicabatur. [Nam ſi alicubi diſ
ſonat,]hoc eſt, vel quia aſſignatũ genus de eiſdẽ nõ p̃dicatur, de quib⁹ aſſignata ſpecies. vel ſi p̃dicatur,
nõ p̃dicatur in eo qđ quid eſt, vel ſuperiora genera dati generis nõ p̃dicãtur, de quibus ſpecies p̃dicaba
tur: vel ſi prædicantur, non in eo quod quid eſt, prædicantur[manifeſtum quoniã non eſt genus, quod
aſſignatum eſt,]vt genus illius ſpeciei. deinde aſſignat cauſam, & ponit maximam, in qua firmatur eo
cus, & dicit,[Si enim eſſet genus]ſubiecti, quod ponitur ſpecies[omnia & ſuperiora]ſcilicet genera[il
lius]dati generis[& ipſum]ſcilicet datum genus,[in eo quod quid eſt prædicarentur de iis, de quibus
& ſpecies in eo quod quid eſt, prędicatur.]Nam vt libro Porphyrii dictum eſt, omnia generaliſſima de
vltimis, & in eo quod quid eſt prædicantur. Tunc epilogat, & dicit,[deſtruenti igitur vtile, ſi non præ
dicetur genus]aſſignaũ[in eo qđ quid eſt] de ſubiectis, quæ ſub data ſpecie ſunt,[de quibus & ſpecies
prædicatur,]dico ſi non prædicetur genus, aut ipſum, aut aliquod generum ſuperiorum ad ipſum. Sic
monſtratur ſcientia non eſſe genus virtutis, quoniam non prædicatur de ſpeciebus quæ ſunt ſub vir-
tute, quoniam non prædicatur in eo qđ qd eſt. immo nullo modo prædicatur de fortitudine, neque de G
modeſtia, neque de alia virtute earũ, quæ ſub virtute vt ſpecies habentur. deinde docet conſtruere, &
primo proponit intẽtũ, & dicit, [Aſtruẽti vero, ſi]genus datũ[prędicetur in eo quod quid eſt]vtile de
iis, quæ ſunt ſub ſubiecta ſpecie, & ꝙ vtile ſit ad conſtruẽdum hoc quod dictum eſt, probat, & dicit,
[accidet enim] ſubaudi ſi poſitum vt ſpecies de ſuis ſubiectis in eo quod quid eſt prædicaretur, & qđ
datur vt genus illius ſpeciei, etiam ſi de eiſdem in eo quod quid prædicaretur,[genus & ſpeciẽ de eo-
dem]vel de eiſdem[prędicari.]Tunc vlterius infert,[quare & idem ſub duobus generibus ſit,] idem
dico, de quo datum genus & data ſpecies in eo quod quid eſt, prædicatur. Tunc vlterius infert[neceſ
ſe igitur] ea ambo quæ de eodẽ in eo quod quid eſt, p̃dicantur,[ſubalterna genera eſſe]ita vt alterum
ſub altero ſit, quia quando aliquid fuerit in pluribus generibus ita vt illa ſint illius genera, oportet ſub-
alterna eſſe, vt libro prædicamentorum ſatis patet. Tunc vlterius infert.[Si igitur oſtẽdatur, qđ volu-
mus genus aſtruere, non eſſe ſub ſpecie,]cuius erat datum genus,[manifeſtum quoniam ſpecies]data
[ſub hoc]dato genere[erit. quare oſtenſum erit quoniã genus hoc,]ſcilicet quod eſt datum, ſit genus
datæ ſpeciei, & ita habetur intẽtũ. Eſt igitur hic idẽ locus vtilis ad conſtruẽdũ, ſed ꝑ plures illationes.
ad deſtuẽdũ vero, nõ per tot illatiões. hoc Alexã. exẽplo declarat. nã ſi quæratur vtrũ volatile aĩal ſit
genus auis, cũ auis ſit genus aquilæ, corui, & aliorum, quę his cõtradiuidũtur, & de his in eo quod q̃d H
eſt volatile animal p̃dicatur quemadmodũ & auis, igitur volatile animal genus eſt auis. probatur hoc
pluribus illationibus, quoniam cũ auis & volatile animal, eiuſdem ſint genera, oportet vt ſubalterna
ſint genera, & alterũ ſub altero eſſe, non eſt autem volatile animal ſub aui, quoniã volatile animal in
plus eſt quàm auis. relinquitur igitur, vt auis ſit ſub volatili animali tanquam ſub genere, & ſic pluri-
bus illationibus patet conſtructio. Sed dubitatur, quoniã videtur præſens locus deſtructiuus coinci-
dere cum primo loco, vbi hortabatur aſpicere ad omnia quæ cognata ſunt ei, quæ vt ſpecies alicuius
generis ponitur, ſi de aliquo ipſorum datum genus non prædicetur. ergo ſuperfluit. Dicendum vt re-
cte Alex. inquit, hunc locũ differre ab illo, quia hoc additur, eſſe aſpiciẽdũ ad genus datũ, & ad genera
ſuperiora generis dati, non ſolum ſi prædicantur, ſed ſi prædicãtur in eo quod quid eſt de iis omnibus,
de quibus ſpecies data prædicatur, hoc pacto (vt Alexan. innuit) differt hic deſtructiuus locus a pri-
mo. per hunc locum monſtratur numerus non eſſe animæ genus, quoniam nulli animæ, genus nu-
meri competit, videlicet multitudo, anima vero competit omnibus ſpeciebus animæ. Alterationis ve
ro mõſtratur genus eſſe motus, quoniã motus p̃dicatur in eo quod quid eſt de omnibus ſpeciebus alte

A rationis, prædicatur enim motus de albificatione,& de nigrificatione, ſimiliter autem & de aliis ſpeciebus alterationis: igitur motus eſt genus alterationis.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

16 Conſiderandum autem & rationes generum ſi aptantur & ad aſsignatam ſpeciem,& ad participantia ſpeciem. Neceſſe eſt enim generũ rationes prædicari de ſpecie,& de iis quæ participant ſpeciem. Si igitur in aliquo diſſonet,dilucidũ quoniam non eſt genus,quod aſsignatũ eſt.

Hic eſt locus decimusquintus,qui accipitur a ratiõe generis.cum enim docuiſſet ex eo quod eſt prædicari,aut non prædicari,conſtruere,vel deſtruere genus, quoniam genera de ſpeciebus non ſolũ in eo quod quid eſt prædicantur,ſed vniuoce,hoc eſt ſecundum eandem rationem,ideo dicit.[Conſiderandum autem & rationes generum]ſcilicet tam dati generis, quàm rationes eorum generum, quæ ſecundum rectam lineam ſunt genera dati generis, [ſi aptentur & ad aſſignatam ſpeciem, & ad participantia ſpeciem]quæ ſunt ſub ſpecie,cuius eſt datum genus. Tunc ponit maximam, quę B eſt cauſa conſiderationis,& dicit.[Neceſſe eſt enim generum rationes]ſcilicet tam dati generis,quã cæterorum omnium,quæ genera ſunt dati generis[prædicari de ſpecie, & de iis quę participant ſpeciem.]nam(vt Alexander inquit)non ſolum in quid de ſpecie, & de contentis ſub ſpecie prædicari debet,ſed vniuoce.Tunc colligit locum,& dicit.[Si igitur in aliquo diſſonet,]quia vel ratio dati generis nõ prædicetur de ſpecie, vel de cõtẽtis ſub ſpecie,aut ratio alicuius generis dati generis non prædicetur de eiſdem, [dilucidum quoniam non eſt genus quod aſſignatum eſt] pro genere, & ſi in nullo diſſonat,aſſignatum pro genere erit genus. vt ſi ratio auis prædicetur de aquila,& de contentis ſub aquila,& ratio animalis volatilis de aquila & de contentis ſub aquila, & ratio animalis ſimiliter, eſſet monſtratum auem eſſe genus aquilæ, & animal volatile genus auis.at ſi ratio animalis volatilis, vel ratio animalis non conſonat aquilæ,non erit auis genus aquilæ,vel non erit animal volatile genus auis.Sic etiam monſtratur numerus non eſſe genus animæ, quia nulli animæ ratio numeri competit, nulla enim anima multitudo eſt ex vnitatibus compoſita,animæ vero ratio quæcunque fuerit vnicuique animæ competit. ſic etiam monſtratur motus genus eſſe alterationis. ratio enim motus iis omnibus competit,quæ ſub alteratione comprehenduntur.Nam de ipſa albificatione & denigratione,ratio motus prædicatur,atque de cæteris alterationibus. Sed occurres, quoniam ſecundum hæc nulC lum generaliſſimum erit genus alicuius ſpeciei, nullum enim tale habet definitionem. Boetius in prædicamentis aſſerit omne generaliſſimum habere definitionem, & ſi non quæ proprie dicitur, ſaltem quæ eſt quædam deſcriptio, vel expoſitio nominis: & ſic fortaſſe Ariſtoteles hic intelligit.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

17 Rurſum ſi differentiam,vt genus aſsignauit,vt ſi immortale genus dei. Differentia enim eſt animalis immortale: quoniam animalium alia mortalia,alia immortalia. Manifeſtum igitur quoniam peccant. nullius enim differentia eſt genus. Quòd aũt hoc verũ, manifeſtũ. Nulla enim differẽtia ſignificat quid eſt,ſed magis quale quid,vt greſsibile & bipes.

Hic eſt locus decimusquintus,quẽ accipit a differẽtia via prædicationis,& dicit.[Rurſum ſi diffe D rẽtiã,]ſcilicet ſpecificã alicuius[aſſignauit,vt genus]illius,cuius eſt ſpecifica differentia,ſubaudi peccauit in aſſignatione.deinde ponit exemplũ in doctrina Platonis,& dicit,[vt ſi immortale genus dei] ſubaudi aſſignauit,hic peccauit.cuius rationem aſſignat,& dicit,[Differentia enim eſt animalis,]ſcilicet diuiſiua[immortale,]ſpecifica vero dei.& ꝙ immortale ſit differentia ſpecifica dei,& diuiſiua animalis,exponit,& dicit.[quoniam animalium alia mortalia, alia immortalia.]ergo immortale differentia diuiſiua eſt animalis. Tunc concludit locum deſtructiuum,& dicit.[Manifeſtum igitur quoniam peccauit]aſſignando videlicet differentiam pro genere.[nullius enim differentia] ſpecifica[eſt genus]illius,cuius eſt ſpecifica differentia,& ꝙ ita ſit,probat,& dicit.[Quod autẽ hoc verum, manifeſtum.nulla enim differẽtia ſignificat quid eſt,]ſcilicet ſubiectum,cuius eſt ſpecifica differentia[ſed magis quale quid]eſt ſubiectum,cuius eſt ſpecifica differentia,[vt greſſibile,& bipes.]addit autẽ[magis,]quoniam non eſt ſimpliciter quale differentia.Differentia enim quæ eſt in ſubſtãtia,licet ſit ſubſtantia, tamen circa ſubſtantiam quale determinat, & ſi ipſa non ſit quale: ſic nec hominis mortale eſt genus, nec impar trinitatis.nam impar trinitatis,mortale vero hominis differentia eſt ſpecifica.

τὸ περιττὸν ὅπερ ἀριθμὸν abũdans, qđ numerum.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

18 Et ſi differentiam in genere poſuit,vt ſpeciem, vt imparẽ quidem

numerum. Differentia enim numeri, & non ſpecies eſt, neque videtur E participare differentia genus. Omne enim quod participat genus, aut eſt ſpecies, aut indiuiduum. Differentia autem neque ſpecies, neque indiuiduum eſt. Manifeſtum igitur, quoniam non participat genus differentia. quare neque impar ſpecies, ſed differentia erit, quoniam non participat genus.

Hic eſt locus decimusſextus, quem Ariſt. accepit a differentia, ſed via ſubiectionis, & dicit. [Et ſi differentiam in genere poſuit,] cuius eſt diuiſiua, [vt] illius [ſpeciem,] hic peccat, quoniam male aſſignauit genus illius differentiæ, peccat igitur quatenus aſſignauit genus illius differentiæ, vt ſi [impar em quidem] quis dicat [numerum,] hoc eſt ſpeciem numeri, hic peccat, [differentia enim numeri, & non ſpecies eſt] impar ſubaudi quando accipitur de per ſe. nam quando ponitur cum numero videtur ſpecies nnmeri. Impar enim numerus videtur ſpecies numeri, ſed impar de per ſe eſt differentia numeri diuiſiua, ſed ſpecifica ſpeciei. Secundo idem probat alia ratione, & dicit. [nec videtur differentia participare genus, omne enim quod participat genus, aut eſt ſpecies, aut indiuiduum] quoniã ſpecies aut indiuiduum ſuſcipit rationem generis, & non differentia. [differentia autem neque ſpecies, neque indiuiduum eſt. manifeſtum igitur quoniam non participat genus differentia.] tunc concludit propoſitum, & dicit. [Quare neque impar ſpecies ſed differentia] numeri [erit, quoniam non participat genus] ſcilicet numerum ipſum. & ſi vis potes reſoluere hunc textũ ad artem prioriſticam, hoc pacto, omnis ſpecies vel indiuiduum numeri participat numerum, Impar nõ participat numerũ, igitur impar non eſt indiuiduum, neque ſpecies numeri. Sed occurres, quoniam hoc quod Ariſt. dixit, ecõtrario eſt, non enim quoniam non participat iccirco eſt differentia, ſed quoniam eſt differentia, ideo non participat genus. notius enim eſt impar differentiam eſſe, q̃ non participare numerum. Alexander aſſerit Ariſto. vt conceſſum accepiſſe ipſum impar eſſe differentiam numeri, & propterea addit, neque videtur participare differentia genus.] quoniam licet impar eſſe differentiam numeri ſit notius quàm non patticipare numerum, tamen ex hypotheſi ſyllogiſmus eſt. Supponitur enim vt cõceſſum omnem ſpeciem numeri, numerum participare, & impar non participare numerum, his enim vt cõceſſis ab aduerſario vtitur.

LOCVS DECIMVSSEPTIMVS. G

19 Amplius, ſi genus in ſpecie poſuit, vt contiguitatem idipſum quod eſt continuitatem, aut miſturam idipſum quod eſt temperamentum, aut (vt Plato definiuit) lationem ſecundum locum mutationem. Non enim neceſſarium contiguitatem continuitatem eſſe, ſed econuerſo continuitatem cõtiguitatem. Non enim omne contiguum continuatur, ſed quod continuatur contiguum eſt. Similiter autem & in aliis. Nam neque miſtura omnis temperamentum. Siccorum enim miſtura non eſt temperamentum, neque ſecundum locum mutatio omnis latio. Ambulatio enim non videtur latio eſſe. Pene enim in iis, quæ inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit. Manifeſtum autem quoniam & de pluribus ſpeciebus dicitur genus in aſſignatis, cum oporteat econtrario fieri. H

Hic eſt locus decimusſeptimus, qui ſumitur a cõparatione ad ſpeciem, & dicit. [Amplius ſi genus in ſpecie poſuit,] hic ſubaudi errat. Nã quod ĩ minus dicitur, illius genus aſſignat. quod eſt in plus & aſſignat exemplum, & dicit [vt] qui [contiguitatem idipſum quod eſt continuitatem] id eſt, qui cõtinuitatem genus contiguitatis ponit, hic errat, quoniam continuitas ſpecies contiguitatis eſt. [aut] etiam peccat, qui ponit [miſturam idipſum, quod temperamentum] id eſt qui ponit miſturæ genus eſſe temperamentum, hic enim ſub ſpecie ponit genus, quoniã in plus eſt miſtura q̃ temperamentũ, [aut] etiam peccat, qui [(vt Plato definiuit) lationem ſecundum locũ mutationem] id eſt peccat, qui ponit lationem genus loci mutationis, quoniam in plus eſt loci mutatio quàm latio. deinde reddit rationem horum exẽplorũ, & dicit. [Non enim neceſſariũ contiguitatẽ cõtinuitatẽ eſſe] id eſt, nõ enim neceſſariũ eſt dicere contiguitatem eſſe cõtinuitatis genus, [ſed ecõuerſo continuitatem] eſſe [conti-

A nuitatem]id est sed econuerso contiuuitatem esse genus contiguitatis, cuius rationem subscribit argumentando à coniugatis, & dicit, non enim omne contiguuũ[continuatur, sed quod continuatur]subaudi omne[contiguum est.]sic igitur, quia contiguum in plus est quàm continuum, fit vt continuitas potius contiguitatis species sit, quàm ecõuerso. deinde transit ad alia exempla, & hoc proponit, & dicit,[Similiter autem & in aliis] est ita vt diximus, & exponit se, & dicit, [Nam neque mistura omnis temperamentum]est.[siccorum enim mistura non est temperamentũ.]quare qui misturæ temperamentum genus dicit, sub specie ponit genus. est enim temperamentũ species misturæ. Deinde exponit tertium exemplum, & dicit,[Neque secundũ locum mutatio omnis est latio.] in plus enim est secũdum locũ mutatio quàm latio. cõtinet enim secundũ locũ mutatio, lationẽ & ambulationẽ, vt species diuersas,[ambulatio enim nõ videtur latio esse,] cuius rationem affirmat, & dicit, [pene enim in iis quæ inuoluntarie locũ ex loco permutãt, dicitur latio, quemadmodũ inanimatis accidit.] Quare qui dicit lationem genus esse motus secundũ locũ, genus in specie ponit. ¶ Quod vero ad verba attinet, Aristot. dixit inuoluntarie græce ἀχόντως, pro non voluntarie. inanimata enim vt grauia & leuia permutant locum, non quidẽ inuoluntarie, sed non voluntarie. quæ enim inuoluntarie mouentur, apta sunt voluntarie moueri, vt ambulantia.

B

LOCVS DECIMVSOCTAVVS.

20 Rursum si differentiã in specie posuit, vt immortale idipsum quod est deũ. Accidit enim de æqualibus, aut pluribus quàm speciẽ dici. differẽtia enim semper de æqualibus, aut de pluribus quàm species dicitur.

Hic est locus decimusoctauus, quem accipit per comparationem differentiæ ad speciem, & dicit, [Rursum si differẽtiam in specie posuit] etiam peccat. nam quemadmodũ qui genus in specie ponit, peccat ex eo quia quod in plus est, illi supponit quod est in minus, sic peccat qui differẽtiæ dat genus speciem, quoniam quod est in plus, vel in æquo, illi supponit quod est in minus, vel in æquo. Peccat autem hic dupliciter. Primo, quia quod est in plus, vel in æquo, assignat sub eo quod est in minus vel in æquo. Secundo, peccat in assignatione generis, quod dabatur illius speciei, vel illius differẽtiæ. Non enim datũ genus potest esse genus speciei, quando differentia ponitur sub illius specie, quoniã oportet differentiam, qua diuiditur genus, esse vel in plus vel in æquo quàm sit species, cuius est datum genus. Deinde ponit exemplũ, & dicit,[Vt]peccat subaudi, qui dicit [immortale idipsum quod est deũ]esse. id est vt peccat, qui de immortali prædicat deum. Est enim immortale differentia, deus autẽ species, C & in plus est immortale, si quidem nõ omne immortale deus. & qui de rationali hominẽ, etiam peccat. Deinde reddit rationem eius quod dixerat, & dicit,[accidit enim de æqualibus aut pluribus quàm speciem dici.]dixit autem hęc, non quod genus æqualiter aliquando cũ specie dicatur, sed quoniam omne quod prædicatur de aliquo vere, aut est æqualiter cum ipso, aut in plus. Si igitur aliquis prædicat speciem de differentia, diceret vtique aut æqualiter aut in plus esse speciem quàm differentiã. Est autem non sic, nam differentia aut æqualiter est cũ specie de qua prædicatur, quando propria & specifica differentia speciei esset, sic pedester specifica differentia est pedestris animalis. pedestre enim animal species animalis est, cuius differẽtia æqualis cum ea specie est pedestre. aut est in plus, vt hominis bipes, vel rationale. Esset enim æqualiter homini disciplinæ susceptiuum, si disciplinæ susceptiuum sit differentia. Sic igitur argumentum erit, omne vere prædicatũ dicitur in plus vel in ęquo cum eo de quo prædicatur, & hanc maiorem Aristoteles posuit, tunc dat minorem, & dicit, [Differentia enim semper de æqualibus aut de pluribus quàm species dicitur.] subaudi, igitur est vere prædicatum, quare non subiicitur speciei. Peccat igitur qui ponit differentiã sub specie. ¶ Sed dices syllogismus ille est in secunda figura ex vtrisque affirmatiuis. Dicendũ hoc esse possibile, quãdo maior conuertitur in terminis, vt est in casu. nam facta cõuersione, syllogismus relinquetur in prima figura. Alexand. addit D aliam rationem, contra eos qui sub specie ponunt differẽtiam. argumẽtatur enim si de differẽtia species prædicetur, & de specie prædicatur genus in eo quod quid est, & de differentia genus prædicabitur in eo quod quid est. sed hoc est impossibile. non enim differentia participat genus. ergo aliqua ꝓpositionum, non minor, ergo maior, erit impossibilis, quæ est quod differentia ponatur sub specie, vel quod species prædicetur de differentia.

LOCVS DECIMVSNONVS.

21 Insuper si genus in differentia, vt colorem, quod quidem est cõgregatiuum, aut numerum, quod quidem impar.

Hic est locus decimusnonus, quem sumit per comparationem generis ad differentiam, & dicit, [Insuper si genus]posuit vt speciẽ[in differentia]siue sub differentia, ita vt genus sit species, differentia autẽ genus, iste sic ponẽs peccat. nam quod est in maius, ponit sub eo, quod est in minus. Est enim differẽtia in minus quàm genus. Pręterea, vt dixit loco 16, qui ponit differentiam sub genere, etiam

errat, quoniam genus nõ in eo quod quid est de differẽtia prædicat. Quanto magis errabit qui genus E
sub differentia posuit, quandoquidem quod est in maius sub eo ponit, quod est in minus. Est autẽ hic locus econuerso positus loco 16. (vt Alexãd. animaduertit,) tunc Arist. assignat exemplum, & dicit, [vt] errat, qui [colorẽ] posuit [quod quidem congregatiuum.] nam color genus est, cõgregatiuum vero differentia coloris. colorum enim alii congregatiui sunt, vt nigrum, alii vero disgregatiui visus, vt album, [aut] etiam peccat, qui ponit [numerum quod quidem impar] id est qui ponit numerum sub impari: nam impar numeri differentia est, cum numerorum alii pares, alii impares sint.

LOCVS VIGESIMVS.

22 Et si genus vt differentiam dixit. Possibile est enim aliquem & talem suscipere positionem. vt temperãtiæ, misturam, differentiam: aut lationis, secundum locum mutationem.

Hic est locus vigesimus, quem sumit per comparationẽ generis ad differentiam, & dicit, [Et si genus, vt differentiam dixit,] peccat, nã quod in plus de aliquo dicitur, & in eo quod quid est, prædicatur, vt diuidens accipit. Deinde secundum Iuniorũ expositionẽ, Aristot. remouet dubitationem. nam F
forte aliquis haberet pro inopinabili genus poni loco differentiæ. Respondet, & inquit, [Possibile est enim aliquem] virum [& talẽ suscipere positionem] quasi dicat, non esse impossibile genus aliquando sumi pro differentia, cuius causam dicit Albertus, quoniam cũ differẽtia sit generalis, cum genere collocanda est. Potest enim volatile differentia animalis esse & sumi pro genere auis, & sic licet non sit genus, pro genere aliquãdo poni potest. non tamen respectu eiusdem. nam ad vnum potest esse differentia, vt ad animal: ad alterũ vero genus vt ad auem. Preterea animatũ potest esse genus & differentia, est differentia respectu corporis, genus vero eorum, quæ viuunt. Quare possibile est aliquem Philosophum & talem positionẽ suscipere respectu diuersorũ, non autem respectu eiusdem, & quod non respectu eiusdem, per exemplum exponit (vt Alexander animaduertit) nam peccat, & qui misturam dicit esse differentiam temperantiæ. siquidem temperantia species, mistura vero, vt dictum est, genus est. & hoc dicit [vt] peccat, qui dicit, [tẽperantiæ, misturam differẽtiam.] Similiter peccat qui differẽtiã [lationis esse secundũ locũ mutationẽ] dicit, nã quod in plus de aliquo dicitur, & in eo quid quod est, prædicatur, vt diuidens ipsum accepit. ¶ Quęret vtiq; aliquis in quo differt ponere genus in specie, & genus vt differẽtiam speciei dare. videntur enim eadem, quoniam Aristoteles eisdem exemplis G
in vtrisque vtitur. hæc est quæstio Alexandri, quæ meo iudicio non videtur rationalis, quoniam differẽtia locorum perspicua est omnibus, & nullam quæstionẽ habet. nam qui ponit genus in specie, ponit misturam esse temperantiam, qui vero ponit genus, vt differentiam, ponit misturam differentiam temperantiæ, & vtroque modo dicens, peccat.

23 Inspiciendum autem omnia quæ sunt huiusmodi, per eadem. Cõmunicant enim loci, de pluribus enim genus quàm differentiam oportet dici, & non participare differentiam. Sic autem assignato, neutrũ eorũ quæ dicta sunt, possibile est accidere. nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam.

Cum exposuisset loca, quibus patet nec genus sub differẽtia, nec genus loco differentię accipi posse, nunc exponit maximas cõmunes, quibus hæc loca patent, & sunt duæ maximæ. quarũ prima est, quod genus dicitur in plus quàm differentia. secunda, quod genus non participat differẽtiam, hoc est quod genus non suscipiat rationem differẽtiæ. Arist. igitur primo proponit quæ intẽdit, & dicit, [Inspiciendum autem omnia] loca, [quæ sunt huiusmodi, per eadem,] hoc est per easdem maximas. loca vero huiusmodi sunt, quod genus non ponatur sub differentia, quoniam est error: & quod non ponatur vice differentię, quoniam, vt diximus, est error. dico inspicienda hæc esse per easdem maximas, quoniam [loci] tales [communicant] in eisdem maximis. & exponit maximas, per quas oportet inspicere, & arguere quæ dicta sunt, & dicit, [de pluribus enim genus quàm differentiam oportet dici,] hæc est prima, [&] genus [non participare differentiam,] hoc est non suscipere rationem differentiæ. hæc est secunda. tunc per has maximas verificat loca prædicta, & dicit, [Sic autem assignato] scilicet genere respectu differentiæ, quod scilicet sit in plus quàm differentia, & quod non participet differentiam, [neutrum eorum quę dicta sunt, possibile est accidere,] quia nec accidere poterit vt genus sit sub differẽtia, nec vt vice differẽtiæ ponatur, [nam] quodcũque horũ accidet, [&] genus [dicetur, de paucioribus, & genus participabit differentiã.] Si enim ponatur genus sub differentia, nemo dubitat ea accidere. statim enim sequitur si genus ponitur sub differentia, ꝙ sit illius species, igitur de paucioribus q̃ differentia prædicatur. Sequitur etiam ꝙ illius rationẽ suscipiat, quoniam semper quod ponitur vt species alicuius, participat illud, & illius rationẽ, sub quo vt species ponitur. ¶ Sed quæres,

A quo modo si vice differẽtiæ genus poneretur, sequitur genus de paucioribus dici q̃ differẽtiam, & differentiam participare. ¶ Dicendũ hęc sequi, quoniam si genus ponitur vicæ differentiæ, ponetur vt diuisiuum, veluti qui dicit colorem differentiam congregatiui, hic enim statim dicet genus in minus quàm differẽtiam, colorem enim in minus quàm congregatiuũ facit. Amplius si genus nunc est temperantia, mistura vero differentia eius, quoniam temperãtia in minus est quàm mistura, erit in minus genus quàm differentia. Amplius quoniam mistura in eo quod quid est prædicatur de temperãtia, & parte mistura est differentia tẽperantiæ, participabit genus differentiã, quia participabit mistura tẽperantiam, cuius est differentia. sic Alexãder deducit locum hunc. ¶ Melius autem dicerẽ non esse dubium, quãdo genus ponitur vice differẽtiæ, quòd sit in minus. quando enim color poneretur vice differentiæ eius quod est congregatiuum, manifestũ est quoniam est in minus. Similiter quando mistura poneretur vice differentiæ temperantię, & motus secundũ locũ vice differentiæ lationis. In omnibus enim his patet genus esse in minus. sed quo modo participabit color, Si vice differẽtię poneretur, eius quod est congregatiuum, ipsum congregatiuum, & mistura temperantiam, & motus secundũ locum lationem, non est clarum. Potest autem dici quòd cum color ponitur vice differentię cõgregatiui, non est vera illius differentia, non enim quod est vice talis, est tale vere. Et si ponitur vice differen-
B tiæ, erit species. nam species vice differentię ponitur sub genere, & color erit species congregatiui, tunc participabit illud, hoc pacto mihi videtur. quòd si tibi aliter appareat, placebit.

LOCVS VIGESIMVSPRIMVS.

24 Amplius, si nulla generis differentia prædicatur de asignata specie, nec genus prædicabitur. vt de anima neque impar, neque par prædicatur, quare neque numerus.

Hic est locus vigesimusprimus, quem accipit ab inspectione plurium differentiarũ, quibus diuiditur genus, & asserit quando dabitur aliquod genus alicuius, quęrendũ est quæ differentiarũ dati generis diuisiuarum prædicantur de eo, quod ponitur vt species. Si enim nulla differẽtia dati generis prædicaretur de eo quod positũ est vt species, quod datum est vt genus, non erit genus. vnde dicit, [Amplius si nulla generis differentia prædicatur de asignata specie, nec genus prędicabitur.] quare datum genus nõ erit genus. quoniam enim ex genere diuiso secundũ differentias fit specierũ illius generatio, manifestum quoniam omnis species alicuius generis habet aliquam differentiam, iccirco & definitio
C ex genere & differentiis est, vt est hominis animal genus, & propterea rationale & mortale animalis differentiæ existentes prædicantur de homine. quot enim prædicati differẽtiæ, tot (vt dixit in prædicamentis) & subiecti erunt. generis enim differentiæ in subiectis generis omnibus sunt, aliæ videlicet in aliis, secundũ quas specificatur vnũquodque eorũ quæ sunt sub ipso. Quare recte dicit non esse genus datum genus alicuius, si nulla species de illo prædicatur, & ponit exemplũ, & dicit, [vt de anima neque impar, neque par prædicatur, quare neq; numerus,] (vt Plato inquit) prædicabitur de anima, mõstrabitur enim quoniã numerus non est animæ genus, nam nulla numeri differẽtia prædicabitur de anima. Differentiæ enim numeri sunt par & impar, quorũ neutrum de anima prædicatur. sic monstrabitur quoniam mũdus non est animal, nec astrorũ aliquod, quoniã nulla animalis differẽtia prædicatur de mũdo, nec de astrorum aliquo. neque enim volatile, neque aquatile, neq; terrestre, quæ sunt animalis differentię, de eis prædicantur, neque de eis prædicatur generabile, vel sensitiuum, quæ sunt aliæ differẽtiæ animalis. Equiuoce enim diuina cũ istis animalia sunt, est enim illorũ vita alterius rationis, sic monstratur quoniam nec annus est motus, quoniã differentiæ quidẽ motus sunt velox & tardum, quę de anno haud quanquã prædicantur, & quoniã differẽtiæ motus nec de voluptate prædicantur, fit vt motus non sit voluptatis genus. sic monstratur quoniam vnitas non est quantũ, quoniam nec continuum nec discretum de vnitate prædicãtur. Et licet Aristot. locũ hunc destructiuum
D fecerit, potest, (vt inquit Alexand.) constructiuus esse. nam si aliquæ differentiæ dati generis videntur de subiecto prædicari, statim sequitur vt illud subiectũ sit species dati generis. quare datum genus erit genus asignatæ speciei. Non oportet autẽ intelligere differẽtiam prædicari de specie in eo quod quid est, quoniam monstrauit superius nullam differẽtiam prædicari in eo quod quid est de aliquibus existẽtibus sub genere, quando differentia per se accipitur, nec aliquid existẽs sub genere aut genus ipsum de ipsa differentia. Hæc licet Alexander dicat, ex iis quæ superius diximus, patent.

LOCVS XXII. ET XXIII.

25 Amplius, si prius natura species, & simul interimit genus, videtur enim contrarium.

Hic textus potest exponi vno modo, quòd hic Aristoteles ponat 22. locum tantum, quem accipit ab ordine generis ad speciẽ, & tunc lege sic, [Amplius si] asignata [species] fuerit [prius natura] dato de ea genere, [&] pro ita, vt ea interempta [simul interimat genus,] quãdo sic data species ad datum

de ipſa genus ſe habuerit,interimendũ eſt problema,cuius rationem dicit,[Videtur enim]inquit[cõtrarium,]eſt enim genus natura ſpecie prius, quo videlicet interempto ſpecies interimitur. hoc pacto Alexãd.exponit. Aſſerit enim hunc locũ perſpicuũ eſſe, eſt enim manifeſtũ genera natura priora ſuis ſpeciebus:genera enim cũ deſtruũtur,ſpecies deſtruũt:ecõtrario vero ſpecies nõ deſtruũt gña. Quare ſi poſita ſpecies deſtruit id,quod vt genus datũ eſt,non erit illius ſpecies,ſic nec miſturę tẽperantia eſt genus,nec latio motus ſecundũ locũ, nec cõtiguitas cõtinuitatis, nec ictus ſtrepitus. nã deſtructo motu ſecundũ locũ deſtruitur & latio,ſed motus ſecundũ locũ non deſtruitur deſtructa latione. Et dicit Alexãd.hũc locũ potentia eundem eſſe cũ loco 17. [Amplius ſi genus in ſpecie poſuit.] differt autem additione illius verbi, & ſimul interimit genus,quod nõ ponebat in loco 17. Eſt autẽ hic locus ſolum deſtructiuus,& nullo pacto cõſtructiuus. non enim ſi aliquid natura prius aliquo eſt,erit illius genus, ſubſtãtia enim cæteris generibus prius natura eſt,& tamen non eſt genus illorũ. Inſuper vnitas omni numero prior natura eſt, non tamen eſt genus numerorũ.Ad hæc vegetatiua anima prior natura eſt cæteris animabus, non tamen eſt earum genus. hæc eſt vna expoſitio textus. poteſt etiam exponi reſoluẽdo verba Ariſt.in duos locos, quorum primus eſt ab ordine generis ad ſpeciem,ſecũdus vero eſt ab interitu. nam ſi aliquid aſsignatur pro ſpecie alicuius dati generis, conſiderandum eſt,vtrum corrupto eo quod aſsignatur pro ſpecie,interimatur & id, cuius aſsignatur ſpecies.nam ſi ſic, ꝓblema eſt F interimendum,ponitur autẽ locus ſecũdus ibi,[& ſimul interimit.]Alex.tamẽ exponit primo modo.

LOCVS VIGESIMVSQVARTVS.

26 Inſuper ſi contingit relinquere dictum genus,vel differentiam (vt animam moueri, vel opinionem verum & falſum) neutrum erit dictorum genus,vel differẽtia. Videtur enim genus & differẽtia ſequi,quandiu fuerit ſpecies.

Hic eſt locus 24. qui accipitur à neceſſaria conſecutione generis, vel differentiæ ad ſpeciem. Eſt enim peculiaris proprietas generis & differẽtiæ,vt ne ſeparabiles ſint à ſpecie. accipiũtur enim in cuiuſque ſpeciei ſubſtantia,cũ definitio ex iis conſtet.& quoniã quę accipiuntur in ſubſtãtia atque definitione alicuius,ab eo inſeparabilia ſunt,ideo ſi dabitur aliquid, vt genus alicuius, vel differẽtia,& cõtingit ipſum ab eo ſeparari, cuius dabatur genus vel differentia,quod dabatur vt genus, nõ erit genus, nec quod dabatur vt differentia,erit differentia,vnde dicit,[Inſuper ſi dictum genus,vel] datã[differentiam contingit relinquere]id,cuius aſsignatur vt genus,vel vtdifferentia,ſubaudi nõ erit genus,nec differentia illius.Et ponit exemplum,[vt]ſubaudi ſi contingit[moueri] derelinquere[animam,] non erit motus genus,nec differẽtia animæ, ſicuti putant dicentes animam eſſe ſubſtãtiam per ſe motam. nam contingit ipſam eſſe ſine motu,quoniam per accidens mouetur, corpore cuius eſt anima,moto. ſed cum corpus quieſcit,patet nec animam moueri. Ponit ſecundum exemplum,& dicit[vel]ſi[opinionem]derelinquat[verum & falſum,]non erunt verum & falſum,nec genus nec differẽtia opinionis,propterea ſubdit[neutrũ erit dictorũ genus vel differentia,] quoniam nec motus animæ, nec verum & falſum opinionis.Videtur autẽ futurorum opinio talis eſſe,quoniam opinio futurorũ neutrum eorum habet determinate.Sic nec graue & leue corporis ſunt differentiæ, quoniam contingit corpus eſſe,& neutrum horum habere.Deinde ponit maximã,in qua locus firmatur,& dicit, [Videtur enim genus & differentia ſequi]neceſſario ſpeciem, [quandiu fuerit ſpecies.] Quare cum aliquid aſsignatum pro genere vel pro differẽtia,neceſſario non ſequetur illud, cuius aſsignabitur pro genere vel differentia,non erit illius genus,nec differentia. G

LOCVS VIGESIMVSQVINTVS.

27 Inſpiciendum autem & ſi quod in genere poſitũ eſt,participat aliquod contrariũ generi,aut contingit participare.Idem enim ſimul contraria participabit, quoniam ipſum genus quidem nunquam relinquit, participat autem & contrarium,aut contingit participare. H

Hic eſt locus vigeſimuſquintus, quem accipit à comparatione cõtrarii eius generis,quod aſsignatur, cuius locus præceptus eſt, ſi aliquid aſsignetur genus alicuius, inſpiciendũ eſt ſi dati generis ſpecies poteſt participare contrarium dati generis:nam ſi ſic, non erit genus quod poſitũ eſt pro genere. Si enim erit genus,idem ſimul contraria participabit, eo quod ſpecies dati generis nunquam amittet ſuum genus,quare ſi participabit contrarium illius dati generis,ſimul participabit contraria,quia genus & cõtrarium dati generis.Ariſt.igitur primo ponit locũ præceptũ,& dicit, [Inſpiciendũ autem,] quando aliquod aſsignatur genus alicuius,[& ſi quod in genere]dato[poſitũ eſt,]vt ſpecies,[participat,aut cõtingit participare aliquod cõtrarium generi] dato, nam ſi ſubiectũ datum,vt ſpecies poteſt recipere contrariũ dati generis,datũ genus nõ erit eius ſubiecti aſsignati vt ſpecies,vere genus.deinde

A probat locum deducendo ad impoſsibile, & dicit, Si ſubiectũ dati generis poteſt participare contrarium illius generis. [Idem enim ſimul cõtraria participabit,] deinde deducit conſequentiam ſumendo maximã propoſitionẽ, & dicit, [quoniam] ſpecies [ipſum genus nunquã relinquit] donec eſt ſpecies, quia ſemper genus ſpeciem ſequitur, donec eſt ſpecies. ergo ſi datum genus eſt genus, data ſpecies ſemper participabit illud, & nunquam ipſum relinquet, [participat autem] per te [& contrarium, aut contingit participare.] igitur data ſpecies participabit contraria, videlicet datum genus, quia tu ponis illud eſſe genus, & cõtrarium dati generis, quia tu ponis contrarium dati generis ſpeciem participare, quod cum ſit impoſsibile, erit impoſsibile datũ genus eſſe genus datæ ſpeciei. Sic monſtrabitur neceſſarium non eſſe in ipſo poſsibili, vt in genere, quoniam & neceſſarium participat & impoſsibile, quod contrarium eſt poſsibili. quod enim eſt neceſſarium nõ eſſe, impoſsibile eſt eſſe. Sic etiam mõſtrabitur quoniam generatio non eſt in cõgregatione vt in genere, quoniã aliqua generatio participat ſegregationẽ quæ eſt contraria congregationi, vt mutatio craſſorũ corporum ad tenuiora eſt generatio, quæ tamen ſegregatio eſt. ſic etiam monſtrabitur quòd amor nõ ſit in amare vt in genere, quoniã & odio aliquando amantes ſe habent. Sic etiam monſtrabitur quòd tyrannis non ſit in bono, vt genere, quoniam tyrannis participat malum, vt iniuſtum, quod eſt malum.

B

LOCVS VIGESIMVSSEXTVS.

28 Inſuper ſi quippiã cõmunicat ſpecies, quod impoſsibile eſt omnino ineſſe iis quæ ſunt ſub genere, vt ſi anima vitæ communicat, numerorum autem nullum poſsibile eſt viuere, non erit ſpecies numeri anima.

Hic eſt locus 26. quem accipit ab eo quod coniungitur ſpeciei, & dicit, [Inſuper ſi quippiã communicat] id eſt participat [ſpecies,] vt exponit Alexand. qui cõmunicat, pro participat exponit, quod impoſsibile eſt omnino ineſſe iis, quæ ſunt ſub genere] dato, datum genus non erit genus datæ ſpeciei. nam genus (vt Alexander inquit) eorũ omnium receptiuum eſt, quæ ſpeciebus inſunt. Deinde ponit exemplum, & dicit,] vt ſi anima vitę communicat] hoc eſt vitã participat, [numerorũ autem nullum poſsibile eſt viuere, non erit ſpecies numeri anima.] ſic etiam monſtrabitur quòd nec ſcientia virtutis ſit genus, ſiquidem virtus opus participat. virtutes enim operatiuę ſunt, at ſcientia nulla operatiua eſt. ¶ Sed occurres, quoniam riſibile nulli eorũ quæ ſub genere animalis ſunt ineſt, & tamen animal eſt genus hominis. Hæc eſt dubitatio Alexãdri. ¶ Dicendũ locũ hunc hortari vt vniuerſaliter inſpiciantur ea quæ inſunt ſpeciei, non quæ propria ſunt ſpeciei. nam quando quæ vniuerſaliter inſunt ſpeciei, C nulli eorum inſunt quæ ſunt ſub dato genere, genus datum non eſt genus.

LOCVS VIGECIMVSSEPTIMVS.

29 Conſiderandum autem ſi æquiuoca ſit ſpecies generi, elementis vtenti iis quę dicta ſunt ad æquiuocum. vniuocũ enim genus & ſpecies.

Hic eſt locus 27. quem accipit ab æquiuocatione dati generis, & dicit, [Conſiderandũ autem, ſi æquiuoca ſit ſpecies generi] id eſt quãdo aſsignatur aliquod vt genus alicuius ſubiecti, conſiderãdum ſi data ſpecies ſit æquiuoca dato generi, ſic (vt Alexander exponit) æquiuoca, vt genus nõ prędicetur de data ſpecie vniuoce ſecundum eandem rationem, & idem nomen. nam ſi ſic, datum genus nõ erit genus. Oportet enim genera de ſpeciebus vniuoce prædicari, recipereque ſpecies generum rationes. Addit hæc eſſe cõſiderandum [vtẽti iis quæ dicta ſunt ad æquiuocum,] vt [elementis] & principiis, dixit, [quæ dicta ſunt ad æquiuocũ.] ſcilicet in definitione æquiuoci, dictũ eſt [enim] ibi [vniuocum genus & ſpecies] eſſe. aut dixit, [quæ dicta ſunt ad æquiuocũ] ſcilicet in primo huius, vbi data ſunt loca ad inuentionem, atque cognitionem æquiuocorum, quæ Alexander hic enumerat. ſic monſtrabitur quòd color non ſit genus vocati in melodia coloris. nã color ęquiuoce dicitur de eo, & de aliis coloribus. ſic etiam monſtrabitur nigrum colorem non eſſe genus attramenti, quo ſcribimus, quoniam de eo & aliis nigris dicitur. Sic inſuper mõſtrabitur ens non eſſe genus ſubſtãtiæ. dicitur enim de ſubſtantia, & de cæteris prædicamentis æquiuoce.

D

LOCVS VIGESIMVSOCTAVVS.

30 Quoniam autem omnis generis plures ſpecies ſunt, cõſiderandum ſi non contingit alteram ſpeciem eſſe dicti generis. nam ſi non eſt, manifeſtum quoniam non erit genus omnino, quod dictum eſt.

Hic eſt locus 28. qui accipitur ab vnitate ſpeciei, vnde dicit, [Quoniam autẽ omnis generis plures ſpecies ſunt,] nam genus eſt quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prędicatur. [Conſiderandum ſi dati generis non contingit alterã ſpeciem eſſe] præter eam quæ aſsignata eſt. [nam ſi nõ eſt] ſpecies præter aſsignatam in dato genere. [manifeſtũ quoniam non erit genus omnino quod dictum eſt] eſſe genus. ſic monſtrabitur lõgitudo non eſſe genus lineæ, contra eos qui dicũt

lineam esse lõgitudinem sine latitudine.non enim est alia longitudo præter lineam. Superficies enim longitudinem quidem habet,non est tamen longitudo,sed est ex longitudine & latitudine. Recte autem monet Albertus non esse ita de genere dicendum, vt de specie. nam species esse potest,cuius non est plus quàm vnum indiuiduum, vt cum illud constat ex tota materia,vt de mundo dicit Aristoteles cuius nullum aliud indiuiduum est præter hunc mundũ. ratio autem,quoniã definitio speciei non est vt prædicetur de pluribus,sed vt sit sub genere,& vt de ea genus vniuoce prædicetur. At generis definitio est,vt prædicetur de pluribus speciebus. E

LOCVS VIGESIMVSNONVS.

σωφροσύνην modestiam.

31 Considerandum etiam est, si quod translatiue dictum est, vt genus asignauit,vt temperantiam consonantiam. Nam omne genus proprie de speciebus prędicatur:consonantia vero de temperantia non proprie, sed translatitie. Omnis enim consonantia in sonis.

Hic est locus 29.quem accepit à modo prædicãdi secundũ metaphoram,siue à translatitia prædicatione,& dicit,[Considerandum etiam est,si quod translatiue dictũ est,vt genus asignauit,]nam si esset sic dictum,non esset vtique genus: quoniam genus proprie & in eo quod quid est prædicatur. Quod vero trãslatitie dicitur,nec proprie,nec in eo quod quid est,prędicatur. Huius exemplum asignat,& dicit,[vt temperantiam consonantiam,] hoc est veluti errat, qui cõsonantiam genus temperantiæ dicit,vt Socrates. Quòd vero sic dicens erret,exponit & inquit,[Nam omne genus proprie,] & in eo quod quid est[de speciebus prædicatur: consonantia vero de temperantia non proprie,] nec in eo quod quid est,[sed translatitie]prædicatur.[Omnis enim consonantia in sonis est.] temperantiam vero in voluptificis & concupiscentiis. Alexander asignat secundam rationẽ,eo quia qui cõsonantiam genus temperantiæ dicunt, non ex eadem diuisione atque eodem prædicamẽto speciem & genus accipiunt.nam temperantia quidem est qualitas,cum sit habitus. consonantia vero ad aliquid, est enim aliquorum. ¶ Quod vero ad verba attinet,verbum temperãtiam Græce est σωφροσύνην,latine etiam modestiam. Est autem temperantia virtus moralis, qua concupiscentias quæ pertinent ad tactũ,& ad gustũ(vt Aristoteles inquit) moderamur. modestia vero virtus est,qua fere omnes actus, qui deturpant vitã, coercemus. vtraque virtus translatitie ponitur consonantia, vere autẽ haud quaquam. Nam cõsonantia est grauium & acutorũ phthongorũ emodulata voculatio, cuius species sunt diatessaron,diapente,diapason,disdiapason,vt in musicis agnoscuntur. F G

LOCVS TRIGESIMVS.

32 Insuper si sit contrarium alicui species, considerandum. Est autem multipliciter consideratio,primum quidem si in eodem genere & contrarium,cum non sit contrarium generi. Oportet enim contraria in eodem genere esse,si nihil contrarium generi sit.

Hic est locus 30.& quidẽ destructiuus,quem accipit à contrariis,cuius locus præceptus est,si species alicuius dati generis habet contrarium, datum vero genus,non, considerandũ si cõtrarium datæ speciei sit in eius dato genere:quoniã si non fuerit in eius dato genere,interimitur problema.nam hęc est maxima, contraria sunt quæ sunt in eodem genere, quando genus non habet cõtrarium,vnde dicit,[Insuper si species]alicuius dati generis[sit alicui contrarium,considerandũ.est autem multipliciter cosideratio,]& plutes locorum occasiones est accipere.nam & cõtrarium multiplex est,vt postea patebit. verbum[autem] vt mihi videtur nõ aduersatiue, sed causaliter tenetur: quoniã Aristot.reddit causam,cur si species sit alicui contrarium, sit opus consideratione. Tunc explicat primum locũ destructiuum qui accipitur à contrariis,& dicit, [Primũ quidẽ si in eodem genere & contrarium] datæ speciei sit,[cũ]tale speciei cõtrarium[non sit generi cõtrariũ.] Est igitur primũ considerandũ,quando species est contrarium alicui, quod non est dato generi cõtrarium, vtrũ tale contrarium sit in eodem dato genere,in quo est data species. quoniã si nõ fuerit in eodẽ dato genere, problema interimitur,quia quod dabatur pro genere datæ speciei,non est genus.deinde ponit rationẽ & maximã,& dicit,[Oportet enim cõtraria in eodem genere esse,] quãdo species est alicui contrarium,[si nihil contrarium generi]dato[sit.]quare si contrarium speciei non est in eodẽ dato genere cũ specie,quod dabatur pro genere non est genus. ¶ Quod vero ad verba attinet,dixit[Oportet enim contraria in eodem genere esse,si nihil contrarium generi sit.]quoniam cõtraria aut sunt in eodẽ genere,aut in contrariis generibus, aut ipsa genera cõtrariorum: & quia species data, & speciei contrarium nõ sunt genera cõtraria,nec in cõtrariis generibus,alioquin generi esset aliquid contrarium,quod non supponitur. Supponitur enim in maxima quòd nihil generi contrarium sit:relinquitur igitur cõtrarium datæ speciei in eodem esse genere,& sic patet maxima. Quare si contrariũ speciei datæ non erit in eodem H

A genere quod dabatur pro genere illius speciei,nõ erat genus. in quo enim est album,in illo & nigrum est,ambo enim in colore sunt,cum nihil colori contrariũ sit.Similiter quoniam impar in numero cõtrarium,& par etiam in numero est,per hoc monstraret aliquis vtique amicitiam non esse sub genere scilicet sub simili more,vt in genere,quoniam inimicitia contrarium amicitiæ non est sub simili more,vt in genere.

LOCVS TRIIGESIMVSPRIMVS.

33 Cum autem est contrarium generi, considerandum si contrarium in contrario est.necesse est enim contrarium in contrario esse,si sit contrarium quidem generi. Manifestum autem est vnumquodque eorum per inductionem.

Cum asignasset 30.locum supponẽdo speciem datam esse alicui contrarium,& generi nihil,nunc assignat 31.locum,supponendo generi datæ speciei esse aliquid cõtrarium.Dixit enim superius multiplicem esse cõsiderationem,quãdo species data est alicui contrarium. ergo cum asignasset primum B modum considerandi,qui erat supponendo generi nihil esse contrarium,nunc asignat secundũ modum,in quo supponit generi datæ speciei esse aliquid cõtrarium,immo,vt Iuniores dicunt,in hoc secundo modo Aristot. supponit non solũ datam speciem esse alicui contrarium, sed datũ genus,cuius locus præceptus est,si tam datum genus,quàm data species habẽt cõtrarium, considerandũ si cõtrarium speciei sit in contrario genere,quia si non,interimitur problema,vnde dicit, [Cũ autem est contrarium generi,]& subaudi cõtrarium acceptæ speciei,vt Alexander suppleuit, [considerandũ si contrarium]acceptæ speciei sub[contrario est] genere, quoniã si non,interimendũ est problema. Deinde asignando rationem,ponit maximam,& dicit,[Necesse est enim cõtrarium]datæ speciei[in contrario esse]accepti generis, [si sit cõtrarium quidem]aliquod ipsi [generi,] & subaudi speciei.oportet enim contraria sub eodem genere esse, si nihil generi sit contrarium:sub contrariis vero generibus, si fuerit etiam generi aliquid contrarium.Non enim possunt contraria adinuicem sub eodem esse genere, si genera cõtrarietatem habuerint. sic iustitia in virtute est vt in genere, quoniam & iniustitia existens ipsi contraria in vitio est, quod est virtuti contrarium. sic mõstraretur incõtinentia non esse vitium,quoniam eius contrarium continentia scilicet,nec sub vitio est,nec sub contrario vitii,scilicet in virtute.non enim est virtus continentia ob turpes concupiscentias,quas continens habet.sic mõstra- C retur etiã virtus non esse in scientia, quoniã nec vitium est in ignorantia.& quia accepit duo,& quòd contrarium speciei,quando genus nihil habet contrarium,sit in eodẽ genere: & quòd cõtrarium speciei,quando genus habet contrarium,sit in contrario genere,quorum nullum aliter probauerat, ideo subdit.[Manifestum autẽ est vnumquodque eorum,] quæ sine probatione assumpta sunt,[per inductionem,]siquis enim in omnibus voluerit inducere,inueniet ita esse.

LOCVS TRIGESIMVSSECVNDVS.

34 Rursum si omnino in nullo genere,quod speciei est cõtrarium,sed ipsum genus,vt bonũ. nam si hoc non in genere,nec contrarium huius in genere erit,sed ipsum genus, quemadmodum in bono,& malo accidit.Neutrum enim horum in genere,sed vtrunque eorum genus.

Cum dixisset multiplicem esse cõsiderationem, quando species data est alicui contrarium, & accepisset duas considerationes,nũc asignat tertiam quæ talis est, si contrarium asignatæ speciei non sit in genere,sed ipsum sit genus,nec species proposita in genere erit,sed magis erit genus.quòd si as- D signata species non fuerit in genere,nec illius datũ genus erit genus,& sic interimitur problema,vnde dicit,[Rursum]ex consideratione si est aliquid contrarium datæ speciei,tertius locus est, [si omnino in nullo genere est,quod] datæ[speciei est contrarium,sed]est[ipsum genus,] nec subaudi ipsum datum vt species,in aliquo genere erit,sed ipsum erit genus etiam. Quorum enim (vt Alexãder suppleuit)alterum contrarium sub nullo est genere, necesse est & alterũ sub nullo esse genere, quoniam cõtraria aut in eodẽ genere sunt, aut in contrariis generibus, aut ipsa genera sunt, vt in præsenti dictum est.Et exemplũ affert,& inquit, [vt bonũ.]deinde asignat maximam pro ratione loci,& dicit, [nam si hoc]scilicet alterum cõtrariorum[non in genere]est,sed ipsum fuerit genus, [nec cõtrarium huius] scilicet alterum contrariorũ [in genere erit,sed ipsum genus, quemadmodũ in bono & malo accidit, neutrum enim horũ in genere, sed vtrũque eorum est genus,] ergo proposita species,non species erit asignati generis,sed genus erit. Et sic asignatum genus non erit genus,quoniam asignata illius species,non erit species. ¶Quod ad exempla attinet,bonum non est in genere aliquo,sed ipsum est genus,& propterea (vt inquit Alexãder)nec malũ erit in aliquo genere,sed erit ipsum genus. ¶Sed dices quòd mos sit boni & mali genus. ¶Dicendum (vt Alexander recte inquit) morẽ æquiuoce dici

de bono & malo, vt in libris Ethicorum monstrauit Aristoteles. si quis autē vult assignare exemplum E eorum contrariorū quæ sunt genera, poterit. nam facere & pati sunt genera & contraria: siquidē nec sub eodem, nec sub cōtrariis generibus sunt, nec omnino est aliquod eorum sub genere, sed ipsa genera sunt inter prima decem prædicamenta. Hinc quispiam fortasse dicere poterit quòd priuatio nō sit formæ contrarium. nam forma in substātia est, priuatio autem in nullo genere est. quod enim simpliciter nihil est, impossibile est in aliquo genere esse. Præterea priuatio nō est formę contrariū, quoniam substantia nullum habet contrariū, sub qua forma est. sunt qui dicunt, cum Arist. dixisset bonū & malum esse genera, non de logico genere intellexisse. nam & bonū & malū in qualitate sunt, quod est genus logicum, sed de genere primo in consideratione, vt Albertus exponit. omnis enim scientia habet quædam summa & prima considerata, quę primo cōsiderat: vt dialectica, definitionem, diuisionem, & argumentationem: musica, consonantiam & incōsonantiam: sic moralis philosophia prima considerata habet bonum & malū, sub quibus quæcunque considerat, continentur. Quare ad hunc modum genera erunt, hoc enim pro exemplo satis est Aristoteli.

LOCVS TRIGESIMVSTERTIVS.

36 Deinde si contrarium alicui & genus, & species est. Et horum quidem est aliquod medium, illorum autem, non. Si enim generum est aliquod medium, & specierum: & si specierum, & generum. vt in virtute & vitio, & iustitia & iniustitia. Vtrorūque enim est aliquod medium. F

Hic est locus 33. quem accepit ab eo, quod est medium inter contrarias species & contraria genera. oportet enim quærere, si similiter & species & genera adinuicem contraria sunt. dico autem si similiter, vt si ambo sunt cōtraria mediata, aut ambo cōtraria immediata. Nam si horū quidem est aliquod medium, horum vero nullū, non videbuntur datæ species sub datis generibus esse. Videtur enim probabilis maxima esse, similiter in ambobus se habere. Arist. igitur primo ponit locū, & dicit, [Deinde] subaudi considerandum est, [si contrarium alicui & genus & species est: & horum quidē] scilicet generū [est aliquod medium, illorū autē non.] hoc est specierum autem non, vel econuerso specierum quidem est medium, generum vero non. nam si sic, non erunt genera assignata specierū datarū genera, nec datæ species datorū generum erunt species. Deinde assignat maximam pro ratione loci, & dicit, [si enim generum] contrariorū [est aliquod medium, & specierum] cōtrariarum quæ sub eis sunt, G oportet medium esse, [&] econtrario [si specierum] est aliquod medium, [& generū] oportet medium esse, sub quibus species datæ sunt. Hāc maximā per exemplū monstrat, & dicit, [vt in virtute & vitio, & iustitia & iniustitia, vtrorumque enim est aliquod medium.] inter virtutē enim & vitium medium est, quod neque virtus est, neque vitium. similiter inter iustitiam & iniustitiam medium est, quod neque est iustitia, neque iniustitia. Alexander hic probauit maximā, quam Aristot. accepit in probatione loci, dicit enim si generū cōtrariorum erit aliquod mediū, specierū vero, quæ sunt sub eis, nullo pacto, illud medium generum de quibus prædicabitur. Oportet enim ipsum medium, cum sit genus, de aliquibus prædicari. non enim prædicabitur de speciebus, cum sint cōtrariæ sine medio vt ponit aduersarius. Si vero ecōtrario concedatur, scilicet quòd specierū sit aliquod medium, generū autem quæ de eis prædicantur, non, oportet vt tale specierū contrariarum medium, sub aliquo genere sit. non enim esse potest sub aliquo generum cōtrariorum sine medio, nam contrariæ species sunt sub his. ergo erit tale medium in rerum natura, & sub nullo genere collocatū. Quare oportet si generū sit medium, & specierum: & si specierum & generum, quæ fuit maxima.

INSTANTIA.

37 Instantia huius, quoniā sanitatis & ægritudinis nihil est medium. H mali vero & boni aliquid medium.

Contra locum 33. affert instantiam, & dicit, [Instantia huius est, quoniam sanitatis & ægritudinis nihil est medium,] quæ sunt species contrariæ. [mali vero & boni,] quæ sunt genera cōtraria, sub quibus est sanitas & ægritudo, [aliquid medium est.] hanc instantiam non soluit, quia (vt Alexander inquit) Aristoteles induxit illam vt ostēdat locū esse probabilē ac persuasiuum solū, nō autem verum. Aliter etiā Alexāder innuit solutionē. Dicit enim, oportet autē intelligere bonū & malum corporalia quæ dicuntur de sano & ægro. At bonum & malum inter quæ est mediū, æquiuoce dicūtur cū bono & malo corporalibus, vel tertio negat bonū & malum esse genera sani & ægri. Verum si regula superius assignata à nobis est vera, possumus dicere Aristotelē in his non diluere instantiam, quoniam in talibus locus patitur exceptionem. Fuit enim regula, quando Aristoteles non diluit instantias, intelligendum est instantias exceptiones esse à loco, quam regulam Alexander etiam superius probauit.

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS.

38 Insuper si est quidē aliquid vtrisque medium & speciebus, & ge-

A neribus, non similiter autem, sed horum quidem secundũ negationẽ, illorũ vero, vt subiectũ. probabile enim similiter & in vtrisque, vt in virtute & vitio, iustitia & iniustitia. Vtrisq; enim secundũ negationẽ mediũ.

Hic est locus 34. quem sumit ab vniformi ratione accipiendi medium, & dicit, [Insuper si est quidem aliquid vtrisque medium,] dico vtrisque [& speciebus, & generibus. nõ similiter autẽ, sed horum quidem secundũ negationem] scilicet extremorũ [illorũ vero, vt subiectũ] hoc est secundũ affirmationem, vt exponit Alex. vel secundũ extremorũ participationẽ, quod fere idem est. nam id quod extrema participat, subiicitur illis extremis tanquã principiis cõstituentibus ipsum. si itaq; nõ similiter medium vtrorumq; fuerit, nõ erũt altera sub alteris, vt in generibus. deinde ponit maximã pro cõfirmatione loci, & dicit, [probabile enim] subaudi videtur, [similiter] esse [& in vtrisque] hoc est similiter in vtrisque se habere media. & assignat exemplũ, & dicit, [vt in virtute, & vitio] quę sunt genera, [iustitia & iniustitia,] quæ sunt illorũ species. Vtraque enim contraria extremarũ negationum, media habent manifesta. dixit autem [probabile enim similiter & in vtrisque,] quia locus nõ est in omnibus necessarius, habet enim instantiam;, quoniam mediocriter videre, medium est inter obtuse videre & acute B videre, quod tamen affirmatione manifestatur. boni autem & mali sub quibus hæc vt species sunt, per negationem. Præterea gloriæ & ingloriæ siue honoris & vituperationis medium, affirmatione ostenditur. est enim mediũ inter hæc, velle in ciuitate mediocriter esse. boni autem & mali, sub quibus hæc vt species sunt, per negationem monstratur.

LOCVS TRIGECIMVSQVINTVS.

39 Præterea quando non est contrarium generi, considerandum non solum si contrarium in eodem genere, sed & medium. In quo enim extrema, & medium, vt in albo & nigro. Est enim color genus & horũ, & mediorum colorum omnium.

Hic est locus trigesimusquintus, quem sumit à medio per comparationem ad cõtrariam speciem, & dicit, [Præterea quando non est contrarium generi,] specierum subaudi & cõtrarium, & medium, [considerandũ non solum si contrarium in eodẽ genere est, sed & medium,] & per hanc particulam C & medium, differt presens locus à loco trigesimoprimo. nam ibi inspexit solũ ad contrarium speciei, hic autem inspicit ad contrarium & medium. Nam si medium extremorum non fuerit in eodem genere cum extremis, problema est interimendum. Deinde probat hunc locum assignando maximam, & dicit, [In quo enim extrema] sunt, vt in genere, [& medium] oportet esse, quoniam si speciei fuerit aliquid contrarium & medium, generi vero non, non solum contraria oportet sub eodem genere esse, sed & medium, si eorum fuerit aliquid medium. [In quo enim] genere [extrema] id est contraria sunt, in eo [& medium] eorum erit, si ipsorum datur medium, vt Alexander recte suppleuit. Exponit hanc maximam exemplo, & dicit, [vt in albo & nigro] patet maxima. [Est enim color genus & horum, & mediorum colorum omnium.] Similiter sapor genus existens contrariorum dulcis & amari, & eorum quæ sunt in medio genus est.

INSTANTIA.

40 Instantia, quoniam defectus quidem & superabundãtia in eodem D genere, (in malo enim ambo) mediocre autem (cum sit medium horũ) non in malo, sed in bono est.

Contra hunc locum affert instantiam, & dicit, [Instantia] subaudi est contra locum præsentem, [quoniam] in moralibus virtutibus [defectus quidẽ, & superabundantia] siue excessus, contrarii existentes adinuicem, [in eodẽ genere] sunt, [in malo enim] hoc est in vitio [ambo] sunt. [Mediocre autem, cum sit medium horum, non in malo, sed in bono] hoc est, in virtute, vt in genere est. Aristoteles non soluit instantiam, vel quia vult in talibus locum pati exceptionem, vel (vt Alexander inquit) quia in loco Aristoteles accepit medium secundum permistionẽ extremorum, tale enim necesse est in eodem genere esse cum extremis. at virtus non est sic malorum medium, dicitur enim medium ęquiuoce, dicitur enim & in circulo medium cẽtrum, & in syllogismo dicitur medium, quod inter terminos est medium. Pręterea, vt Alexãder inquit, in præsenti loco suppositum fuit, quando nihil generi contrarium fuerit. modo vitio siue malo, quod est genus defectus & excessus, cõtrarium est virtus siue bonum, quare instantia non est ad propositum.

LOCVS TRIGESIMVSSEXTVS.

41 Considerandum etiam, si genus quidẽ cõtrarium est alicui, species

autem nulli. Nam si genus est cótrarium alicui, & species, quemadmodum virtus & vitium, & iustitia & iniustitia. Similiter autem & in aliis consideranti manifestum videtur esse huiusmodi. E

Hic est locus trigesimussextus, quem sumit à contrario generi. hortatur enim per ipsum cõsiderare si est aliquod contrarium ei quod ponitur vt genus, & speciei non, quoniam si sic, quod dabatur vt genus, non erit genus. vnde dicit, [Considerandum etiam, si genus quidem contrarium est alicui, species autem,] quæ datur in eo genere, [nulli] est contrarium, sic enim problema erit interimendũ, quia datum vt genus, non erit genus. Deinde asignando ratione loci, ponit probabile, quæ dicitur maxima, & dicit, [Nam si genus est contrarium alicui, & species] oportet vt sit contrarium alicui. Quare per locum à contrario, si genus sit contrarium alicui, & species nulli, quod dabatur vt genus, non erit genus. Deinde declarat maximam per exemplum, & dicit, [quemadmodum virtus & vitium] quia contraria sunt, & genera, [& iustitia & iniustitia.] cõtraria erunt, & species. [Similiter autẽ & in aliis] generibus & speciebus [cõsideranti manifestum esse videtur huiusmodi] probabile, quod dicitur maxima. In omnibus enim si genus fuerit alicui contrarium, oportet vt species illius sit cõtraria alicui. sed (vt Alexãder inquit) non econuerso, possunt enim cõtraria sub eodem genere esse, sic igitur, quoniam harmoniæ quidem inconsonantia est contraria, anima autem nihil est contrarium, non erit harmonia genus animæ, vt Plato argumentatus est in Phædone contra Empedoclẽ. Eodem loco monstraret vtique aliquis principium non esse genus elementi. Principio enim contrarium est finis, elemento autem nihil est contrarium. sic etiam mõstraret nec vacuum genus esse loci, siquidem vacuo plenum est contrarium, loco autem nihil contrarium. F

INSTANTIA.

42 Instantia in sanitate & ægritudine est. simpliciter enim sanitas ægritudini contraria est, aliqua autem ægritudo existens species ægritudinis, nulli contraria est, vt febris & ophthalmia, & vnaquæque aliarũ.

Instantiam affert ad locum, & dicit, [Instãtia in sanitate & ægritudine est,] quæ sunt genera contraria, [sanitas enim simpliciter] scilicet in genere considerata [ægritudini] in genere cõsideratæ [contraria est, aliqua autem ægritudo existens species ægritudinis, nulli contraria est, vt febris] quæ est species ęgritudinis, nulli speciei sanitatis contraria est, [& ophthalmia,] q̃ ægritudo oculorũ & species ægritudinis, nulli sanitati cõtraria est. [& vnaquæque aliarũ] specierum ægritudinis, nulli speciei sanitatis contraria reperitur, vt peripleumonia, quæ est species ægritudinis in pulmone, nulli sanitati contraria est. Hedenalphus in commentariis huius loci, dicit locum esse intelligendum si genere habente contrarium, data species, nec secundum se, nec secundũ genus suum, habeat, datũ genus non esse genus, & sic intelligit locum. ¶ Anonymus topicorum interpres, dicit sanitatem & ęgritudinẽ non esse genera, & sic vult instantiã non esse ad propositum. Sed hæ expositiones friuolæ videntur, prima quidem, quoniam Aristoteles (vt superius exposuit Alexãder) intelligit de propriis cõtrariis, & ita sic intelligit hic. non enim potest esse genus alicuius speciei, si ipsum habuerit proprium cõtrarium, species vero non habuerit proprium contrariũ. & quòd ita intelligat Aristot. exemplum quod affert, demõstrat, dicit enim quia virtus habet vitium pro proprio cõtrario, ideo iustitia habet iniustitiam pro proprio contrario. Secunda vero etiam friuola videtur, quoniam nemo dubitat sanitatem esse genus omnium sanitatum, vt sanitatis in compositione, in complexione, & in vnitate: & ægritudinẽ esse genus omnium ægritudinum, vt ægritudinis in complexione, in compositione, & in vnitate. Præterea, quis dubitat febrem esse speciem omnium febrium: & ophthalmiam omnium morborũ in oculo, quę dicuntur apostemata? Alexander igitur, dicit Arist. non soluere instantiam, vt demonstraret locũ non esse necessarium, sed probabilem. Dicit etiam in morbis secundũ speciem esse contraria, quoniam secundum vnamquanque ægritudinem est sanitas, verum ea contraria sunt innominata. G H

43 Interiméti igitur tot modis inspiciendum. si enim non insint quæ dicta sunt, manifestum est non esse genus, quod asignatum est.

Nunc epilogat, nam cum plura dixisset à contrariis esse loca, sunt enim quæ exposuit, nunc autem epilogando dicit omnia hæc loca esse destructiua, & inquit, [Interimenti igitur] id est, ei qui vult interimere problema de genere inspiciendo in cõtrariis, & mediis [tot modis] vt dixit, est [inspiciendũ. si enim non insint] generi vel speciei secundũ inspectionem ad contraria vel media [quæ dicta sunt, manifestum est non esse genus quod est asignatum] pro genere.

LOCVS TRIGESIMVSSEPTIMVS.

44 Cõstruenti vero, tripliciter. Primum quidem, si cõtrariũ speciei sit

A in dicto genere, cum non sit contrarium generi. Nam si contrarium in hoc, manifestum quoniam & quod propositum est.

Hic est locus 37 enumerando loca generis. primus vero constructiuus eorum quæ sumũtur à contrariis, quem Aristoteles accepit à contrario speciei, cuius locus præceptus talis est, si sit aliquod speciei datæ contrarium, generi vero nullũ, considerandũ si contrariũ speciei sit in genere assignato: quoniam si sic, construitur problema, vnde dicit, [Construenti vero, tripliciter] inspiciendũ, in contrariis, & mediis. & exponit hæc loca per ordinẽ, & primo primũ, & dicit, [Primũ quidẽ, si cõtrarium] datæ speciei [sit in dicto] ac in dato illius [genere, cum non sit cõtrarium generi,] hoc est, supponẽdo genus datæ speciei non habere cõtrarium. [Nam si cõtrarium] datæ speciei fuerit [in hoc] genere, in quo est data species, [manifestũ quoniã & quod propositũ est] pro specie, erit in eodem genere. sic quod dabatur vt genus, est genus. Est enim maxima probabilis, quam Alexander suppleuit, contraria esse, quæ sunt sub eodem genere: vt quoniam multa paucis cõtraria sunt, & est multorum genus multitudo, erit etiam genus paucorum.

LOCVS TRIGESIMVSOCTAVVS.

B 45 Insuper si mediũ in dicto genere. in quo enim mediũ, & extrema.

Hic est 38. locus, & secundus ex constructiuis, quem accepit ex mediis inter cõtraria, qui talis est, si species habeat contrarium, genus vero non, & speciei & sui contrarii sit medium, considerandum si illud medium est in assignato genere, quoniam si sic, tunc problema construetur, vnde dicit, [Insuper si medium] inter speciem, & speciei contrariũ fuerit [in dicto genere,] in quo ponebatur data species, genus datum erit genus datæ speciei, cuius maximam assignat, & dicit, [in quo enim mediũ] est, vt in genere, [& extrema] in eo erunt vt in genere. & per mediũ (vt Alexãder exponit) intelligit proprie medium, quod est secundũ permistionem extremorũ. In quo enim vox media est vt in genere, in eo sunt acuta & grauis: & in quo fuscum, in eo album & nigrũ, non tamen in quo est fortitudo, in eo est audacia & timiditas, quoniam virtus non est medium malorum secundum mistionem.

LOCVS TRIGESIMVSNONVS.

46 Rursum si sit cõtrarium quiddam generi, considerandũ si & contrarium in cõtrario. Nam si sit, manifestum quoniam & propositum in C proposito est.

Hic est 39 locus, qui est tertius constructiuorum, qui sumitur à contrariis generi & speciei, qui talis est, si tam generi quàm speciei sit aliquod contrarium, considerandum si cõtrarium datæ speciei sit in contrario genere dati generis, quoniam si sic, tunc construitur problema, vnde dicit, [Rursum si sit contrarium quiddam generi,] subaudi, & etiam speciei sit proprium contrarium, [considerandum si & contrarium] datæ speciei, sit in contrario genere dati generis, [nam si sit] contrarium speciei in cõtrario genere dati generis, [manifestũ quoniam & propositũ] pro specie [erit in proposito] pro genere. si enim quæritur vtrum genus morbi sit incommensuratio, an non, mõstrantes quoniam sanitatis, quæ est morbo contraria, genus est commensuratio, quæ est contraria incommensurationi, monstrabimus quoniam incommensuratio erit genus morbi.

LOCVS QVADRAGESIMVS.

47 Rursum in casibus, & coniugatis, si similiter sequuntur, & interi-D menti, & cõstruenti. Simul enim vni, & omnibus insunt, vel nõ insunt. vt si iustitia scientia quædam, & iuste scienter, & iustus sciens. Si autem horum aliquid non inest, nec reliquorum vllum.

Hic est locus quadragesimus, quem accipit à casibus & coniugatis. nam (vt Alexander inquit) quemadmodum in problematibus de accidente, dedit quædam loca cõstructiua & destructiua à casibus & cõiugatis, sic in problematibus de genere ex eisdem assignat loca constructiua, & destructiua. Communia enim & conuenientissima ad omnia loca sunt, quæ coniugata dicuntur, & casus. Si enim dabitur aliquid genus alicuius, oportet inspicere si & coniugata in genere, sunt coniugatorum in specie, & si quidem fuerint, construetur problema, si vero non fuerint, destruetur. Si enim similiter sequitur positum genus positam speciem, & generis casus speciei casum, esset vtique datum genus constructum, vnde dicit, [Rursum in casibus, & coniugatis, si similiter sequuntur,] videlicet positum genus positam speciem, & generis casus speciei casum [& interimenti & construenti.] esset vtique genus constructum, vel destructum, cuius maximam affert, & dicit, [Simul enim vni, & omnibus insunt, vel non insunt,] quæ sic se habent, & ponit exemplum, & dicit, [vt si iustitia scientia est quædam] ita vt scientia sit genus iustitiæ, [& iuste] scilicet fieri, erit [scienter] fieri, ita vt scienter fieri

sit genus ad iuste fieri.[& iustus]erit[sciens]eodem modo,& sic cõstructiue habetur locus,quo'd vero destructiue,declarat,& inquit,[Si autem horũ aliquid nõ inest,] scilicet genus sui coordinati, [nec reliquorum vllum]erit genus sui correspondentis secundum casum & cõiugatum. verbi causa,in magnanimitate casus est magnanime,in impassibilitate, impassibiliter . quare si magnanime agere, est impassibiliter agere,magnanimitas erit impassibilitas,sed cum primum sit, secũdum erit. Insuper destruimus à casibus sic, sit propositum monstrare quoniam non est boni ingenii genus velocitas, accipiemus à casibus consequentiam talem, si bonum ingenium est velocitas,erit ingeniose agere velociter agere,non est autem ingeniose velociter,bene enim magis est,non autem est velociter.igitur nec bonum ingenium erit velocitas.sic quidẽ à casibus.A coniugatis vero, construemus sic, intelligo per coniugata,vt sunt fortitudo & forte. Amplius fortiter & forte, etenim casus fortiter in coniugatis est, iccirco loca quæ sunt ex coniugatis,continent loca quæ sunt à casibus ,& Arist.exemplis simul in omnibus vsus est. Similiter etiã cõiugata sunt iustitia,iustus, iuste. Accipientes igitur quoniã iustitia sub virtute est,vt in genere,dicemus si iustũ enareton,hoc est,vt ita loquar,est virtuosum,& iuste virtuose, vt etiam ita loquar, & iustitia erit virtus: sed antecedentia sunt vera, igitur & consequens. sic quidem construemus.destruemus vero,voluptatem esse sub vtilitate sic, si voluptas vtilis, & voluptifice vtiliter,& voluptificum vtile erit,non est autem voluptificum vtile,igitur nec voluptas erit vtilitas. E F

LOCVS QVADRAGESIMVSPRIMVS.

48 Rursum in iis quę similiter se habẽt adinuicẽ.vt quoniã delectabile similiter se habet ad voluptatẽ,& vtile ad bonũ.vtrũque enim vtriusque effectiuum est.Si igitur voluptas est quiddam bonum, & delectabile quiddam vtile erit.Manifestum enim quoniam boni erit effectiuum, quoniam voluptas est bonum.

Hic est locus 41. qui accipitur à simili,qui talis est, si ita se habet delectabile ad voluptatem, sicut vtile ad bonum,delectabile erit vtile,sed delectabile ad voluptatem ita se habet vt vtile ad bonum,igitur delectabile est vtile. maior patet, quoniam si aliqua similiter sunt adinuicem, si alterum eorũ quæ similiter se habent, alterius fuerit genus, alterũ etiam erit alterius genus, vt quoniã delectabile similiter se habet ad voluptatẽ,& vtile ad bonũ. nam sicuti delectabile est effectiuũ voluptatis, sic vtile erit boni effectiuũ, fit vt si bonũ sit genus voluptatis,vtile sit genus delectabilis, & sic patet maior, minor vero in textu declaratur.Potest & ratio fieri per proportionẽ. nam si sicuti bonũ ad vtile, sic voluptas ad delectabile,& conuersim,sicuti bonum ad voluptatem,sic vtile ad delectabile. Si igitur bonum est genus voluptatis,vtile erit vtique genus delectabilis. Aristoteles tamen non vsus est commutata proportione (vt Alexander inquit) sed similitudine duorum ad duo, hoc modo dicens, [Rursum in iis, quæ similiter se habent adinuicem] subaudi, est destruere & construere problema de genere.& exponit quomodo à simili,& dicit, [Vt quoniam delectabile similiter se habet ad voluptatẽ, & vtile ad bonum] hæc est positio antecedentis, cuius hypothetica erat,si ita se habet delectabile ad voluptatẽ sicuti vtile ad bonum,vtile erit genus delectabilis.& patet hypothetica,quia bonũ est genus voluptatis. tacuit ergo hypotheticam,& posuit illius hypotheticę positionem antecedentis,& dixit,[vt quoniam delectabile similiter se habet ad voluptatẽ,& vtile ad bonum,]hæc est positio antecedẽtis. cuius probationem subscribit,& dicit,[Vtrunque enim vtriusque effectiuum est]scilicet delectabile voluptatis, & vtile boni. Quo'd enim delectabile sit voluptatis effectiuum, perspicuum est, quoniam nemo dubitat delectabile inducere voluptatem. Quo'd autẽ vtile sit boni effectiuum, patet etiam,quoniam vt in rhetoricis dixit,bonum vtile ideo bonũ, quoniam vtile est ad inducẽdum finem, qui est bonũ simpliciter.Aristoteles ergo ponendo antecedẽs cõuersim inductũ,infert intentũ,& dicit,[Si igitur voluptas est quiddam bonum,]ita quo'd bonum sit genus voluptatis,[& delectabile quiddam vtile erit,] itaque vtile sit genus delectabilis.vnde breue Aristot.enthymema est,ita se habet delectabile ad voluptatem,& vtile ad bonũ,ergo cum voluptas sit quoddã bonũ,[delectabile erit quoddã vtile.]¶Quo vero modo ratio componi possit,ex commentariis Alexandri patet.non contentus loco à syllogismi, probat etiam vtile esse genus delectabilis,per rationẽ.nam cum voluptas sit bonũ,vt patet,effectiuum voluptatis erit vtile,quoniã omne boni effectiuũ est vtile,& in genere vtilium,vt primo rhetoricorum perspicuum,& quia delectabile est voluptatis effectiuũ,quę est bonũ,fit vt delectabile sit vtile, & hoc dicit,[Manifestum enim] est id,quod conclusum est,scilicet delectabile esse vtile,[quoniam boni erit effectiuum]videlicet voluptatis,quę est bonum,]quare cum delectabile sit voluptatis effectiuum,quę est bonum delectabile,erit vtile. & sic cõclusio inducta loco à simili fuit vera. Nec sine occasione Aristoteles probauit conclusionem inductam per locum à simili esse veram, quoniam nonnulli locum à simili inutilem esse putarunt ad veras conclusiones . Attende vero, vt Alexander monet, locum G H

A hunc esse & constructiuum, vt patuit, & destructiuum. nam si voluptas non est in genere boni, nec
vtique delectabile erit in vtili vt in genere. Et si vt exerceri ad sanitatem, sic discere ad scientiam: non
est autem exerceri sub discere, igitur nec sanitas sub scientia erit, quare locus etiam destructiuus est.
¶ Quod ad rationem & exemplum attinet, annotatione dignum expositores nõ eodem modo con-
posuisse syllogismum. nam alii putant esse syllogismum à commutata proportione, quod Alexander
negat, alii vero aliter deduxerũt. Ego vero sic syllogizo, ita se habet delectabile ad voluptatem, & vtile
ad bonum. ergo permutatim sicuti voluptas ad bonũ, ita delectabile ad vtile, sed voluptas est in bono,
vt in genere. igitur delectabile est in vtili, vt genere. Est enim argumentũ à similitudine duorũ ad duo.

LOCVS QVADRAGESIMVSSECVNDVS.

49 Similiter autem & in generationibus, & corruptionibus, vt si ędi-
ficare est operari, ędificasse, operatũ esse. Et si discere est reminisci, & di-
dicisse, recordatum esse: & si dissolui est corrumpi, & dissolutũ esse, cor-
B ruptum esse: & dissolutio, corruptio quædam. Et in generatiuis vero &
corruptiuis, similiter & in potentiis, & vsibus, & omnino secundũ quã-
libet similitudinẽ & interimenti & cõstruenti inspiciendum, quemad-
modum in generatione & corruptione diximus. Nam si corruptiuum,
dissolutiuum: & corrumpi, dissolui. Et si generatiuum est effectiuum, &
generari, fieri, & generatio factio. Similiter & in potentiis & vsibus, &
omnino si potentia est dispositio, & posse disponi. Et si alicuius vsus est
actus, & vti agere, & vsum esse egisse.

Quidam in hoc textu volunt vt ponatur vnus locus, qui accipitur à generationibus, & corruptio-
nibus. Hadenolphus resoluit textũ in duo loca. nam primũ vult vt sumatur à generationibus & corru-
ptionibus. Secũdum vero, qui ponitur ibi [& in generatiuis vero] vult esse sumptũ, à generatiuis &
corruptiuis. Anonymus autem resoluit textum in tria loca. Nam dicit tertium sumptum esse à poten-
C tiis & vsibus, & ponitur ibi, [Similiter & in potentiis, & vsibus.] Si quis autem vult, potest resoluere
textum in tot loca, quot ponit terminos. nam vnus accipi potest à generatione, qui in ordine locorum
erit 42. alius vero à corruptione, & erit 43. alius à generatiuis, & erit 44. alius à corruptiuis, & erit
45. alius à potentiis, & erit 46. alius ab vsibus, & erit 47. verum omnes hi loci (vt Alexand. inquit)
possunt coaptari cum locis ex coniugatis. nam ædificare est coniugatum cum ædificasse, & operari
cum operatum esse. Aristot. autẽ in textu videtur coaptare omnia hæc loca cũ locis ex simili, & quo-
uis modo fiat coaptatio, Aristoteles inquit, [Similiter autem & in generationibus & corruptionibus]
loca accipiuntur & constructiua & destructiua, quorũ exempla subscribit, & dicit, [Vt si ædificari est
operari, ædificasse] est [operatum esse: & si discere est reminisci, & didicisse] erit [recordatũ esse,] hæc
sunt exempla locorum, quæ à generatione sumuntur. ¶ Quod vero ad exempla attinet, per ædificari
esse operari, & ædificasse, esse operatum esse, intelligit operari esse genus ipsius ædificari, & operatum
esse genus ipsius ædificasse, vt sit sensus, [vt si ædificari est operari, [id est in ipso operari, vt in genere,
[ędificasse] erit] operatum esse] id est in ipso operatũ esse, vt in genere. simili modo, [& si discere est]
D in ipso [reminisci] vt in genere [& didicisse] erit in ipso [recordatũ esse] vt in genere. Posuit autẽ disce-
re sub reminisci, vt in genere, & didicisse sub recordatũ esse, vt in genere, more Platonis, qui opinatus
est disciplinas esse reminiscentias (vt Alex. annotauit) Præterea accepit ædificare & ędificasse, discere
& didicisse, (vt etiã Alex. annotauit) ac si essent generationes, altera quidẽ ædificati, altera autem eius
qui didicit, vt sit sensus, si ædificationis genus est operatio, ędificati genus erit operatum: & si discipli-
næ genus est reminiscentia, ipsius didicisse genus erit recordatum esse. Quòd si hæc loca sumuntur à
cõiugatis (vt Alexander inquit) exempla erunt, si iustitiæ generatio non est disciplina, nec iustitia erit
scientia: sed primum est, igitur & secundum. sic etiam monstraret aliquis quòd scientia non sit sensus
genus, si enim sensus est naturalis generatio, & scientiæ generatio non naturalis, sensus non erit scien-
tia. Manifestum autem quoniam locus constructiuus est, si enim generatio geometriæ, disciplina est,
geometria scientia erit. Hęc de exẽplis locorũ, q̃ sumũtur à generatione. deinde ponit exẽpla locorum
quæ sumũtur à corruptionib9, & dicit, [Et si dissolui est corrũpi, & dissolutũ esse] erit [corruptum esse,
& dissolutio, corruptio quędã,] hoc est, si dissolui est in corrũpi vt in genere, dissolutum esse erit in ipso
corruptum esse, vt in genere. & dissolutio in corruptione vt in genere. Similiter enim se habet dissolui
ad dissolutũ esse, & corrũpi ad corruptũ esse, quare si alterũ est alterius genus, & alterũ alterius genus
erit. Et licet in iis, in quibus Arist. exempla attulit, non sint vere genera & species, tamen satis est vt se

habeant veluti genera, & ſpecies. quoniam exempla ponimus non vt ita ſint,primo priorũ.ſed vt ſen E
tiant qui diſcunt. Deinde aſsignat loca quæ ſumuntur à generatiuis & corruptiuis & ab aliis,& dicit,
[Et in generatiuis vero & corruptiuis]ita ſubaudi eſt dicendũ vt dictũ eſt in generationibus & corru-
ptionibus.Eodem enim modo argumentandũ eſt ex vtriſq;. deinde aſsignat loca quæ ſumũtur à po-
tentiis & vſibus,& dicit,[Similiter in potentiis,& vſibus,& omnino ſecundũ quãlibet ſimilitudinem
& interimenti & cõſtruenti eſt inſpiciendũ, quemadmodũ in generatione & corruptione diximus.]
nam ſimiles ſunt, & in omnibus his argumẽtationes. nõ tamẽ ſecundũ idem, quoniam generatio eſt
trãſmutatio,generatiuũ vero huiuſmodi trãſmutationis cauſa.eadẽ ratio eſt & in corruptione & cor-
ruptiuo,dixit[& omnino ſecũdũ quãlibet ſimilitudinẽ, quoniã omnia talia ſimilitudinẽ habẽt & ad-
inuicẽ,& ſecundũ ꝓportionẽ.ſicuti enim fieri ad factũ eſſe,ſic facere ad factũ eſſe:& vt corrumpi ad
corruptũ eſſe,ſic diſſolui ad diſſolutũ eſſe,& vt corruptiuũ ad corrũpi,ſic diſſolutũ ad diſſolui.quare ſi
alterũ ſub altero vt ſub genere fuerit, & alterũ ſub altero erit,vt ſub genere. ſimili modo & in cæteris.
Omnia enim quę ſic dicũtur,quia ad vnũ quoddã habẽt relationẽ,ſimilia ſunt.Etenim generatiuũ ad
factũ,& generatio ad factũ,& corruptio ad corruptũ, & potentia ad potens,& vſus quidẽ, & vnum-
quodque ipſorũ ſimiliter ad vnũquodque habet reſpectũ, iccirco in omnibus ſimilis eſt demõſtratio
& per inuicẽ proportionẽ,ſecundũ enim eundẽ caſum ſimiliter inducentur.Et propterea exempla in F
corruptiuis ſubſcribit,& dicit,[Nam ſi corruptiuũ diſſolutiuũ,& corrũpi diſſolui]erit,ſubaudi & cor-
ruptio diſſolutio. Deinde in generatiuis,& dicit,[& ſi generatiuũ eſt effectiuũ,& generari]erit[fieri,
& generatio]erit[factio.] & ſi nullũ horũ eſt,nec alia erũt. aſsimilantur enim oĩa hæc loca iis quæ ex
cõiugatis ſunt, vt dicit Alexãder. Deinde aſsignat exẽpla locorũ quæ ſumũtur à potẽtiis & vſibus, &
dicit,[Similiter & in potẽtiis & vſibus,& omnino ſi potẽtia eſt diſpoſitio,]hoc eſt ſub diſpoſitione,vt
ſub genere,[& poſſe]erit[diſponi,]hoc eſt ſub diſponi,vt ſub genere,[& ſi alicuius vſus]ſcilicet ſi ver-
bo vti[eſt actus,& vti]ſcilicet verbo,erit[agere,& vſum eſſe]ſcilicet verbo,erit[egiſſe,]hoc eſt ſub egiſ
ſe,vt ſub genere.Similiter ſi virtutis vſus eſt actio,& virtute vſum eſſe,erit operatum eſſe.

LOCVS QVADRAGESIMVSTERTIVS.

50 Si autẽ priuatio ſit quod opponitur ſpeciei, duobus modis eſt in-
terimere.Primum quidem ſi in aſsignato genere eſt oppoſitũ.Nam aut
ſimpliciter in nullo genere eodem priuatio, aut non in vltimo: vt ſi vi-
ſus in vltimo genere eſt ſenſu,cæcitas non erit ſenſus. G

Cum prius aſsignaſſet loca ex contrariis, nam ex eo quia aliquid contrarium eſt generi,vel ſpeciei,
deſtructio & conſtructio fiebat,nunc & ab aliis oppoſitis loca tradit,& primum ex his quæ ſecũdum
habitum & priuationem ſunt. & duo ait eſſe loca deſtructiua ex oppoſitis ſecundum priuationem &
habitum.& primum tradit ex his oppoſitis ſecundum priuationem & habitum,quæ ſunt in eodẽ ge-
nere cum habitu,vt ſpecies,qui talis eſt, ſi priuatio oppoſita ſpeciei datæ ſub eodem proximo genere
ponitur,in quo ponebatur ſpecies, quæ eſt habitus illius priuationis,quod aſsignabatur vt genus datę
ſpeciei,non eſt genus,vnde dicit,[Si autem quod opponitur ſpeciei,]& non generi,[ſit priuatio,duo-
bus modis eſt interimere,]dixit,[quod opponitur ſpeciei,]quoniam prima hæc cõſideratio,eſt à pri-
uatione quæ ſpeciei opponitur,& nõ generi,& quia dixit[duobus modis eſt interimere,] exponit pri-
mum & dicit,[Primum quidem,ſi in aſsignato genere eſt oppoſitum,]hoc eſt priuatio,in quo pone-
batur habitus,nam ſi ſic,datum genus non erit genus.deinde aſsignat maximam,quæ eſt ratio loci,&
dicit,[Nam priuatio aut ſimpliciter in nullo eodem genere] eſt cum ſuo habitu, [aut] ſi eſt in genere
eodem,[non]eſt[in vltimo] hoc eſt in proximo genere, & immediato cum ſuo habitu, [vt ſi viſus in
vltimo genere eſt ſenſu, cæcitas non erit ſenſus.] Senſus enim non poteſt eſſe proximum genus viſus
& cæcitatis,& dixit, [aut ſimpliciter in nullo eodem genere,aut non in vltimo,] quoniam duplex eſt H
priuatio, altera ſimpliciter, quæ priuat genus omne & ſpeciem, vt ipſum nihil. Et hæc, quia priuat
ſpeciem & omne genus,dicitur priuatio ſimpliciter: altera vero eſt priuatio ſecundũ quid, vt cæcitas
quæ eſt in catulis antequam incipiant videre.hęc enim priuatio ſecunndũ quid eſt,quia priuat viſum,
non tamen priuat potentiam videndi. priuatio etiam quæ eſt poſt corruptionem formæ,eſt priuatio
ſecundum quid,quoniam licet priuet actũ & potentiam,nõ priuat tamen aptitudinem, & ſic prima
priuatio quæ priuat actum tantum, eſt in eodem genere cum viſu, quoniam eſt in potentia, non ta-
men in eodem proximo genere,non enim eſt in ſenſu.ſecunda etiam quæ priuat actum & potẽtiam,
eſt etiam in eodẽ genere cum viſu,ſed in eodem remoto, quoniam in aptitudine,non enim eſt in po-
tentia,nec in ſenſu,vt in genere proximo.at ptiuatio ſimpliciter, quæ priuat ſpeciem & omne genus,
in nullo genere eſt cum ſuo habitu, neq; proximo, neque remoto.ſic monſtrabimus habitum nõ eſſe
genus ignorantiæ,quoniam habitus eſt ſcientiæ genus, cuius priuatio eſt ignorãtia: eodem modo vi-
tium non eſſe virtutis priuationem,quoniam habitus eſt proximum genus vtriuſque, & quia cæcitas
eſt in inſenſibilitate vt in proximo genere,viſus non erit in inſenſibilitate.

A LOCVS QVADRAGESIMVSQVARTVS.

51 Secundo autẽ, si & generi & speciei opponitur priuatio, non est autem oppositum in opposito, nec quod assignatum est in assignato erit. Interimenti igitur, quemadmodum dictum est, vtendum.

Hic est 44. locus, secundus vero ex priuationibus, quem destructiuũ tradit, qui sumitur à priuatione quę opponitur speciei & generi, qui talis est, si tam generi quàm speciei aliqua priuatio opponitur, considerandũ si priuatio speciei sit in priuatione generis, quia si non, nec species proposita erit in genere ꝓposito, vnde dicit, [secũdo autẽ] modo [si & generi & speciei opponitur priuatio, nõ est autem oppositum] secundum priuationẽ, [in opposito] genere secundũ priuationẽ, [nec quod assignatũ est,] vt species, [in assignato] vt genere [erit.] Videtur enim (vt in contrariis) si oppositum in opposito est, & oppositũ in opposito esse. hæc enim eadẽ maxima est vera in cõtrariis, & oppositis secundũ priuationẽ, sic monstrabitur visum esse in sensu, quoniã cæcitas est in insensibilitate, nõ autẽ visus est scientia, quoniam cæcitas nõ est ignorantia, quæ est priuatio scientiæ. Tũc epilogat, & inquit, [Interimenti igitur quemadmodum dictum est, vtendum,] hoc est his duobus modis.

B LOCVS QVADRAGECIMVSQVINTVS.

52 Construenti autem, vno modo. nam si oppositum in opposito, & propositum in proposito erit. vt si cæcitas insensibilitas quædam, & visus sensus.

Hic est locus 45. qui sumitur ab opposito quod est oppositũ generi, & dicit, [Construenti autem vno modo,] & exponit hunc modũ, & dicit, [Nam si oppositũ] hoc est si opposita species, [in opposito] scilicet genere est, [& propositũ] hoc est, & proposita species [in proposito] genere [erit] vt si auditus est in sensu, surditas erit in insensibilitate, & econuerso, si surditas est in insensibilitate, auditus est in sensu, per quæ patet illã maximam quæ est, vt oppositũ in opposito, ita propositũ in proposito, esse intelligendam tam in contrariis quàm in oppositis secundum priuationem, & habitum.

LOCVS QVADRAGESIMVSSEXTVS.

53 Rursum in negationibus considerandum econuerso, quemadmodum in accidente dicebatur. Vt si delectabile, quod quidem bonũ, quod non bonum, non delectabile. Si enim non ita se habet, erit contra non bonum delectabile. At impossibile est, si bonum est genus delectabilis, esse quicquam nõ bonum delectabile. De quibus enim genus non prædicatur, nec specierum vlla. & construenti similiter inspiciendum, quoniam si non bonum non delectabile, delectabile bonũ, quare genus bonum, delectabilis.

C

Transit ad opposita secundũ contradictionẽ, & ostẽdit quomodo ex oppositis secundũ contradictionẽ cõstruere genus poterimus, & primo ꝓponit locũ, & dicit, [Rursum in negationibus cõsiderãdum econuerso,] vt si affirmatio generis est genus affirmationis speciei, negatio speciei erit negationis generis. semper enim terminus inferior cũ negatur, vniuersalior est termino superiore cũ negatur, non homo enim vniuersalior est nõ animali, vt dicitur in libro Peri hermenias. Addit [queãdmodũ in accidẽte dicebatur.] nã tradẽs locũ ad accidẽs ex cõtradictione in 2. lib. dixit, quoniã sunt oppositiones quatuor, oportet cõsiderare ex cõtradictionibus quidẽ ecõuerso ex cõsequentia & destruentẽ & construentẽ, hoc autẽ reuocat in memoriã nũc, cum dicit, [quemadmodũ in accidente dicebatur.] deinde loci propositi exemplum assignat, & dicit, [Vt si delectabile quod quidem bonum] hoc est, si bonum, est genus delectabilis, est enim bonũ affirmatio generis, delectabile autẽ, affirmatio speciei. quasi dicat, si affirmatio boni, genus est affirmationis delectabilis [quod non bonũ nõ delectabile] hoc est erit negatio speciei, quæ est nõ delectabile, genus negationis generis, quæ est non bonũ. Quòd autem sequatur, si delectabile bonũ est, ecõuerso nõ bonũ non delectabile, assignat causam prioristicã ex opposito cõsequentis. nã si nõ sequitur, cõsequentis oppositũ stabit cũ antecedẽte, & ita nõ bonũ erit delectabile. hoc enim est oppositũ cõsequẽtis, qđ falsum est, vnde dicit, [Si enim nõ ita se habet, erit cõtra]. s. oppositũ cõsequentis. s. [nõ bonũ delectabile,] hoc enĩ est oppositũ cõsequẽtis. [At impossibile est, si bonũ genus est delectabilis, esse quicquã nõ bonũ delectabile, de quib' enim genus nõ ꝑdicatur, nec specierũ vlla ꝑdicabitur.] ¶ [Sed occurres, quoniã nõ videtur ꝓpositio illa, non bonũ est delectabile, oppositũ cõsequentis. hæc enim non cõtradicunt, non bonum est nõ delectabile, & nõ bonũ est

D

delectabile, ambæ enim affirmationes sunt. ¶ Fortasse dicendũ illas cõtradicere saltem secundũ partem, hoc est secundum prædicatũ. Nam delectabile & non delectabile contradicunt secundũ terminos. Vel fortasse Arist. non probauit locũ per regulam prioristicã, quæ est per oppositũ consequentis, sed per regulam Topicã, quæ est, quia nihil est sub genere, quod nõ est sub aliqua specie. quare si non bonũ erit delectabile, oportet vt aliqua species nõ boni sit delectabile, quod est impossibile, quoniam tunc aliquod non bonũ esset bonũ: quia quod est sub specie, oportet esse sub genere. Præterea propositio de subiecto infinito infert negatiuam, quia sequitur, non bonũ est delectabile, igitur nullũ bonum est delectabile. dicere autẽ quod delectabile sit bonũ, & ꝙ nullũ bonum sit delectabile, nõ stant simul, quoniã sequitur nullũ bonũ est delectabile, igitur nullũ delectabile est bonũ per conuersionem in terminis. & vltra sequitur, igitur aliquod delectabile non est bonum, quod est cõtradictorium. Quare si delectabile est bonũ, non bonum erit nõ delectabile. sic monstrabis, si boni genus est laudabile, quod non est laudabile, non bonũ, hoc est non bonum esse genus non laudabilis. deinde dat locũ etiam cõstructiuum, alio modo, vt patebit, & dicit, [construenti etiã similiter est inspiciendũ,] quoniã si negatio speciei genus est negationis generis, affirmatio generis erit genus affirmationis speciei, [quoniã si non bonũ] quod est negatio generis, [non delectabile.] hoc est ponitur in genere nõ delectabilis, [delectabile] quod est affirmatio speciei, erit [bonũ,] quod est affirmatio generis. [quare bonũ] erit [genus delectabilis,] nam si negatio genus est negationis, secundũ consequentiam econuerso factã. affirmatio genus erit affirmationis. ¶ Quod vero ad loca attinet, animaduerte tam primũ, qui incipit ab affirmatione, quàm secundum locũ qui incipit à negatione, esse cõstructiuum, & propterea dixit,] construenti etiã similiter inspiciendum,] dans intelligere per verbũ [etiã] vtrũque locũ esse cõstructiuum, licet (vt Alexander inquit) sit differentia, quia primus incipit ab affirmatione: secũdus vero à negatione, & vterque est per cõsequentiam ecõtrario factã vt libro secũdo dictũ est. Vtitur autẽ Aristo. verbo genus pro omni eo quod est cõmunius, nõ enim negatio speciei potest esse vere genus negationis generis, sed bene esse potest quid communius, & hoc satis est ad topicas argumentationes.

LOCVS QVADRAGESIMVSSEPTIMVS.

54 Si autẽ sit ad aliquid species, cõsiderandũ si & genus est ad aliquid. Nam si species ad aliquid, & genus: vt in duplici & multiplici. vtrũque enim ad aliquid. si autem genus ad aliquid, non necessario & species. disciplina enim ad aliquid, grammatica autem non.

Trãsit nunc ad opposita relatiue, & dat ex his plura loca, quorum primus est ex opposito speciei, qui talis est, si id, quod ponitur vt species in aliquo genere, fuerit ad aliquid, genus autem datum non, quod assignabatur vt genus, non erit genus. vnde dicit, [Si autem sit ad aliquid species] quæ datur sub aliquo genere, [considerandũ, si & genus est ad aliquid] si enim genus non fuerit ad aliquid, data vero species est ad aliquid, quod dabatur vt genus, non est genus. Deinde ponit maximã pro verificatione loci, & dicit, [nam si species] est [ad aliquid, & genus] etiã oportet esse ad aliquid. Hoc autẽ, exemplo dilucidat, & dicit [vt in duplici, & multiplici.] Est enim duplum sub multiplici, vt in genere. [Vtrunque enim ad aliquid est,] multiplex quidem ad submultiplex, duplum vero ad dimidium. Et scientia ad aliquid existens, sub cognitione est, quæ etiam ad aliquid est. Sic monstrabitur æquale non esse sub quanto, vt sub genere, quoniam æquale ad aliquid est, quãtum vero non ad aliquid. Deinde declarat maximam, quam assignauerat, non conuerti necessario, & dicit, [si autem genus ad aliquid, non necessario & species] erit ad aliquid. [disciplina enim ad aliquid] est, [grammatica autẽ] quæ est species disciplinæ, [nõ] est ad aliquid. Simili ratione nec musica, nec geometria ad aliquid sunt, quæ sunt species disciplinę. Quod vero ad locum attinet, dicamus locum esse solum ad destructionem vtilem, ad constructionem vero haud quaquam. Nõ enim si ambo accepta ad aliquid sunt, alterum alterius genus erit, quemadmodum & scientia, & duplum.

INSTANTIA.

55 An nec quod prius dictũ est, verũ vtiq; videbitur. nam virtus quod quidem bonum, & quod quidem honestum. & virtus quidẽ ad aliquid, bonum vero & honestum non ad aliquid, sed qualia.

Contra maximã instat, quia non videtur si species est ad aliquid, vt semper genus sit ad aliquid, & hoc proponit, & dicit, [An nec quod prius dictũ est] scilicet maxima, quæ prius est assumpta [verum vtique videbitur,] deinde assignat instãtiam, & dicit, [nam virtus] est [quod quidẽ bonũ, & quod quidem honestũ,] hoc est, species boni, & species honesti, [& virtus quidẽ ad aliquid] est, [bonũ vero & honestum, non ad aliquid, sed qualia] sunt. Alexander soluendo instãtiam, asserit virtutem esse magis sub quali, quàm sub ad aliquid, & sic negat assumptũ. Secũdo, asserit bonũ & honestum non esse virtutis genera. Bonũ quidem nõ, quoniam bonũ est ęquiuocũ, honestũ vero nequaquam. Siquidẽ vir-

A tus prior est, quàm operationes honestæ, quæ sunt secundum virtutem. verum de instantia, multa superius diximus, quæ valent ad omnem instantiam, quando eam Arist. ponit, & non soluit. ideo de his hactenus.

LOCVS QVADRAGESIMVSOCTAVVS.

56 Rursum si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundũ genus, vt si duplum dimidii dicitur duplum, & multiplum dimidii oportet dici. Si autem non, non erit multiplum genus dupli.

Hic est quadragesimusoctauus locus. secundus vero eorum, quæ sumuntur ab oppositis relatiue, quem accepit a comparatione generis & speciei secundum aliquid idem, qui talis est, si data species non dicitur ad idem secundum se, & secundum suum datum, quod dabatur vt genus, non erat genus. dicit. [Rursum si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundum genus] datum, gedatum non erit supple genus. Est enim hæc maxima (vt Alexan. exponit) ad quod species secũdum se dicitur, ad hoc idem oportet & secundum genus datum dici. deinde probat hoc exemplo, & dicit, [vt si duplum dimidii dicitur duplum, & multiplum,] quod est genus dupli, [dimidii oportet dici.] B cuius probationem & locum explicat, & dicit [si autem non] dicatur multiplum dimidii multiplum, [non erit multiplum genus dupli.] Sic demonstrabitur potentia non esse genus visionis, quoniam visio secundũ se quidẽ visibile dicitur, non tamẽ secundum potentiam. Non enim dicitur visio potẽtia visibilis. Sic monstrabitur etiam habitum nõ esse visionis genus, quoniam visio secundum se dicitur visibilis, non tamen habitus visibilis dicitur.

LOCVS QVADRAGESIMVSNONVS.

57 Insuper, si non ad idem & secundum genus dicitur, & secundum omnia generis genera. Si enim duplum dimidii multiplum est, & abundans dimidii dicetur. Et simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimidium dicetur.

Hic est locus quadragesimusnonus, tertius vero eorum, quæ sumuntur a relatiue oppositis, quẽ Aristo. sumit a relatione omnium superiorum etiam, & est hic locus talis, considerandum si data species dicatur ad idem secundum se, & secundum datum genus, & secundum omnia superiora genera C dati generis, quoniam si non, datum genus non erit datæ speciei genus. vnde dicit, [Insuper si non ad idem dicatur] species, [& secundum genus] datum, [& secundum omnia] dati [generis genera,] non erit datum genus illius datæ speciei genus. est enim hæc maxima (vt Alex. exponit) oportere non solum secundum genus ad idem dici, sed secundum omnia generis genera, & hoc per exemplum dilucidat, & dicit, [si enim duplum dimidii multiplum est, & abundans,] quod est genus multipli, [dimidii dicetur. & simpliciter secundum omnia superiora genera ad dimidium dicetur,] quoniam & maius quod est genus abundantis dimidii dicetur. non est igitur sufficiens ad monstrandum sciẽtiam. genus esse visionis, vt dicatur visionem scientiam esse visibilis. nam dispositio, quæ genus est scientiæ, nõ dicitur visibilis dispositio. Quare scientia non erit genus visionis.

INSTANTIA.

58 Instantia, quoniam nõ necesse est secundum se, & secundum genus ad idem dici. Scientia enim scibilis dicitur. Habitus autem & dispositio, non scibilis, sed animæ.

D Contra maximam assignatam adducit instantiam, & dicit. [Iustantia,] subaudi est contra maximã [quoniam non necesse est secundum se, & secundum genus,] species [ad idem dici.] Sciẽtia enim scibilis dicitur] quæ est species. [Habitus autem & dispositio,] quæ sunt genera scientiæ, non dicuntur [scibilis, sed] habentis, scilicet [animæ.] Alexander per dispositionem, intelligit genus habitus, & per habitum, genus scientiæ. non soluit autem Arist. instantiam, quia nõ vult locum esse verum & necessarium, sed probabilem. Quod vero ad exemplum attinet, scientia addit supra habitum, respectum ad id de quo est, quod non facit habitus, qui non ponit respectum, nisi cuius, vt subiecti, est habittus. & propterea scientia, non secundum id, quod est, ad aliquid est, sed secundum dici.

LOCVS QVINQVAGESIMVS.

59 Rursum si similiter dicitur genus, & species secundum casus. Vt si alicui, aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur. Nam vt species & genus. Velut in duplo & in superioribus. Alicuius enim & duplum &

multiplum. similiter autem & in scientia, alicuius enim & hæc, & genera, vt dispositio, & habitus. E

Hic est locus quinquagesimus, quem accipit a relatione, qua referuntur genus & species ad idē secundum casum, qui talis est, considerandum si species & genus ad idem dicantur, vtrum similiter dicātur secūdū casum, quia si nō, interimitur genus, vnde dicit.[Rursū]si species & genus ad idē dicātur, subaudi, considerandum, [si similiter]& datum[genus, &]data[species dicitur]secundum casus, & exponit, quomodo similiter[secundum casus]& dicit,[vt si alicui]scilicet similiter dicantur in datiuo, aut si similiter dicātur[alicuius]scilicet in genitiuo,[aut quolibet modo aliter dicitur] scilicet in accusatiuo. nam si secundum casus non similiter dicantur, datum genus non erit genus. deinde assignās loci rationem, ponit maximam, & dicit,[nam vt species]refertur,[& genus] in eodem casu refertur. hæc enim est maxima, quam exemplis probat, & dicit,[velut in duplo, & in superioribus]generibus ad duplum,[alicuius enim & duplum,]quod est species, dicitur scilicet dimidii,[& multiplum,] quod est genus, etiam dicitur, scilicet dimidii. similiter & genera superiora ad multiplum alicuius dicūtur, vt maius, & excedens, nam maius minoris & excedēs excessi dicitur.[similiter autem & in scientia, alicuius enim] scilicet scibilis [& hæc] dicitur, & genera, vt dispositio, & habitus.]nam & dispositio & habitus alicuius sunt. Præterea si alicui, & reliqua similiter. Sicuti enim scibile alicui scilicet scientiæ, sic & habitum habitui, & apprehensum apprehensioni, quæ sunt genera scibilis. Sic monstrabimus non esse amici genus, quoniam non secundum eundem casum dicuntur. Voluntas enim alicuius scilicet voliti, in genitiuo dicitur. Amicus vero amico, in datiuo refertur. F

INSTANTIA.

60 Instātia autem, quoniam aliquoties non sic. Nam differens, & contrarium alicui: diuersum autem, (quod est genus horum) non alicui, sed ab aliquo. Diuersum enim dicitur ab aliquo.

Adducit instantiam contra locum, & dicit.[Instantia autem]scilicet est contra locum.[quoniā aliquoties non sic,]non enim in omnibus, ad similes casus, & genus & species referuntur,[nam differens & contrarium]quæ sunt species,[alicui]dicuntur. Nam contrarium contrario, & differens differenti dicuntur in datiuo,[diuersum autem, quod est genus horum]amborum,[non alicui, sed ab aliquo[dicitur.[diuersum enim dicitur ab aliquo.]non soluit autem instantiam, vt demonstraret locum non esse verum & necessarium, sed probabilem, verumque plerunque, quod sufficit pro argumētis topicis. Sed occurres, quoniam grçci carent ablatiuo. Igitur diuersum non dicitur ab aliquo in ablatiuo, Nisi dicatur græcos vti genitiuo loco ablatiui, & hoc sātis est. G

LOCVS QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

61 Rursum si similiter ad aliquid secundum casus dicta non similiter conuertuntur. Quemadmodum in duplo & multiplo. Vtrunque enim horum alicuius, & idem etiam secundū conuersionem dicitur. Alicuius enim & dimidium, & submultiplum. Similiter autem & in disciplina, & opinione, Nam hæc alicuius, & conuertitur similiter. & enim opinabile, & disciplinatum alicuius. Si igitur in aliquo non similiter conuertitur, manifestum est quoniam non alterum alterius genus est. H

Hic locus quinquagesimusprimus est, quem accepit ab vniformi secundum casus conuersione. relatiua enim dicuntur ad conuertentiam, quæ si conuertantur non seruata identitate casus, nō poterit esse alterū alterius genus. Si igitur datū genus & data species dicantur ad idē, & in consimili casu, cōsiderādū si cōuertūtur in cōsimili casu in quo dicuntur. nā si alterū eorū cum suo correlatiuo in cōsimili casu conuertitur, alterū vero cū suo correlatiuo nō cōuertitur in cōsimili casu, nō erit alterū alterius genus. vnde dicit,[Rursum si similiter ad aliquid secundū casus dicta, nō similiter conuertūtur]cum suis correlatiuis. Si enim non similiter ad eosdem casus conuertuntur, non erit genus quod datur vt genus. Est enim maxima, quam tacuit, oportere genus & speciem conuerti cum suis correlatiuis ad eosdem casus: quam exemplo demonstrat, & dicit[quemadmodum in duplo & multiplo, vtrunque enim horum,]cum refertur in suum correlatiuum, dicitur[alicuius] vt duplum dimidii, & multiplum submultipli.[& idem etiam,]& ad eosdē casus[secūdū cōuersionē dicitur. alicuius enim] scilicet dupli,[& dimidiū & submultiplum]etiā alicuius dicitur, & multipli. eccequoniā vnūquodq; horum cum suo correlatiuo conuertitur in consimili casu. quare maxima vera est. Deinde assignat secundum exemplum, & dicit,[similiter autem in disciplina & opiniōe. nam hæ alicuius,]vt discipli-

A na disciplinati, & opinio opinabilis dicitur, [& conuertitur] vnumquodque cum suo correlatiuo [simi liter] ad eosdem casus, [& enim opinabile & disciplinatum alicuius.] nam opinabile opinionis, discipli natum autem disciplinæ dicitur. Tunc ex declaratione maximę colligit locum, & dicit, [si igitur in aliquo similiter non cōuertitur] scilicet ad eosdē casus [, manifestū est quoniam alterum alterius nō est genus.] sed contra, quoniam in aliquibus ad alium casum genus & species dicuntur, ad alium vero ea cū quibus cōuertūtur, vt in sciētia, & cognitiōe. Nā sciētia alicuius scilicet scibilis, & cognitio quæ est sciētiæ genus, etiam alicuius dicitur, quoniā cogniti. quæ vero cum eis cōuertuntur, ad alios casus con uertūtur. Scibile enim quod ad scientiam cōuertitur, ad datiuum casum cōuertitur, & opinabile quod ad opinionē cōuertitur, etiā ad datiuū casum cōuertitur. dicimus enī scibile sciētia scibile, & opinabile opinione opinabile: & co gnitū, quod est genus eorum, cognitiōe cognitū: per quam instātiam Alex. (vt arbitror) vult innuere locum non esse verum & necessarium, sed probabilem, vt sępe diximus. Per hunc probabilem locum destruetur genus maioris esse supereminēs, quoniam licet maius dicatur ad minus secundum genitiuum: est enim maius minoris, & supereminens ad superatum secundum geni tiuum, quia supereminēs est superati supereminens, quoniā hæc cū suis correlatiuis nō cōuertūtur ad consimiles casus. nā licet minus maioris dicatur, non tamē superatū supereminentis dicitur, sed super B eminenti in datiuo. Quare destruetur supereminens esse genus maioris.

LOCVS QVINQVAGESIMVSSECVNDVS.

62 Rursum si non ad æqualia species & genus dicitur. Similiter enim & æqualiter vtrunque videtur dici, quemadmodum in dono, & datione. Etenim donum alicuius & alicui dicitur. Et datio alicuius & alicui dicitur. Est autem datio genus doni. donum enim datio est irredibilis.

Hic est locus quinquagesimussecundus, qui accipitur ab æqualitate & æquali numero casuum, secun dum quos relatiua referuntur. nam cum eorum quæ ad aliquid dicuntur, alia ad vnum, alia ad plura dicantur: ad vnum quidem duplum & multiplum. duplum enim ad dimidium solum, multiplum ve ro ad subduplum, quod plures habet partes. ad plura vero, supereminens, & enim alicuius, & aliquo dicitur. supereminens enim ratione habita ad id quod excedit, dicitur in genitiuo illius esse supereminens. ratione eius quo excedit, vt palmo vel digito, in ablatiuo dicitur supereminens. nam licet græci ablatiuum non habeant, vtuntur ipso datiuo loco ablatiui. Cum itaque ita sit, si non ad æqualia genus C & species dicantur, sed alterum ad plura, alterum vero ad vnum, quod dabatur vt genus, non erit ge nus. vnde dicit. [Rursum] quando genus & species ad idem referuntur, & secundum consimiles casu in conuersa & conuertente, [si non ad æqualia genus & species dicitur,] datum genus non erit datæ speciei genus. deinde assignando rationem loci ponit maximam & dicit, [similiter enim] se cundū casus, [& ęqualiter] pro numero casuū [vtrūq;] scilicet tam genus, q̃ species [videtur dici.] deī de exemplo maximam declarat, & dicit, [quemadmodum in dono & datione. & enim donum & alicuius] scilicet rei donatæ, [& alicui] scilicet personæ cui donatur, vt regi [dicitur,] & [datio] simili ter [alicuius] scilicet rei datæ, [& alicui] scilicet personæ cui datur, [dicitur.] Iccirco non destruetur da tionem genus doni esse, & hoc subscribit, & inquit, [est autē datio genus doni, donum enim datio est irredibilis.] hoc est, donum est datio gratis data, cuius reditio non expectatur. At datio siue sit gratuita, siue sit spe reditus aut lucri facta, dicitur datio. hoc igitur loco vtentes, si ponatur appetitus genus esse iræ, destruemus. quoniam appetitus quidem ad vnum dicitur, nam alicuius, vt cibi, vel potus, vel vltionis, aut alicuius id genus. Ira autem & aliquo, & alicui, irascimur enim aliqua iniuria nobis il lata, & alicui qui nobis iniuriam intulit. quare non est irę genus appetitus. Similiter monstrabimus, quoniam laus non est verbum. Verbum enim solum alicuius est, laus vero, & alicuius, & aliquo.

D INSTANTIA.

63 In aliquibus autem, non accidit ad æqualia dici. nam duplum alicuius duplum, abundans autem, & maius & aliquo. Omne enim abundans, & maius aliquo abundat, & alicuius abundat, quare non sunt genera, quæ dicta sunt, dupli. eo quòd non ad æqualia dicuntur speciei. Aut non vniuersaliter uerum, ad æqualia speciem & genus dici.

Cum assignasset locum, nunc ponit instātiam quoniam duplum dicitur alicuius duplum, hoc est in genitiuo tantum. At abundans & maius, quæ sunt genera dupli, dicuntur alicuius & aliquo, hoc est in genitiuo, & datiuo. Quare hęc nō sunt illius genera, vel nō est vniuersaliter verū ꝙ genus & spe cies ad æqualia dicantur. vnde dicit. [In aliquibus autem non accidit] genus & species [ad æqualia dici, nam duplum] quod est species [alicuius duplum] dicitur in genitiuo tātum [abundans autem, &

maius]quæ ſunt illius genera, [alicuius & aliquo] dicuntur, [omne enim abundans & maius aliquo E abundat,& alicuius abundat. Quare non ſunt genera,quæ dicta ſunt,dupli, eo ꝙ non ad æqualia] ipſi ſpeciei, ſcilicet duplo [dicuntur.] ſoluit& dicit, [aut non vniuerſaliter verum ad æqualia ſpeciem & genus dici.] dicit autem ſic Ariſto.(vt Alexan.indicat) vt oſtenderet locum hunc non eſſe verũ & neceſſarium, ſed probabilem. Eſt enim conceſſum eſſe genera aliquorum,quæ non ad æqualia cum ipſis ſpeciebus dicuntur. Quòd vero ad verba attinet,abundans & maius, quæ græce ὑπερέχον καὶ μεῖζον dicũtur, apud græcos ad genitiuum & datiuum,loco cuius nos ablatiuum ponimus,dicuntur. Maius tamẽ apud romanos potius habet ablatiuum. de abundanti vero,vſu Romano vtrunque & genitiuum & ablatiuum caſum habere certum eſt. Iccirco ſi exempla in pleriſque locis non ſunt ita accommodata,hoc facit linguarum differentia. Non enim ſemper in earundem rerum vocabulis,græcę & romanę locutionis eadem proprietas eſt, nec etiam multa cura eſt exemplorum, cum ponantur vt diſcamus.

LOCVS QVINQVAGESIMVSTERTIVS.

64 Videndum autem & ſi oppoſiti eſt oppoſitum genus. Vt ſi dupli multiplum,& dimidii ſubmultiplum. Oportet enim oppoſitum oppo- F ſiti genus eſſe. Si igitur ponat aliquis ſcientiam quod quidem ſenſum, oportebit & ſcibile quod quidem ſenſibile eſſe:non eſt autem. nõ enim omne ſcibile,ſenſibile,etenim intelligibilium quędam ſcibilia:quare nõ eſt genus ſenſibile,ſcibilis. Si autem hoc non,neque ſenſus ſcientiæ.

Hic eſt locus quinquageſimustertius, qui accipitur in generibus & ſpeciebus relatiuis,inſpiciendo ad eorũ oppoſita,qui talis eſt, ſi aliquid aſſignetur genus alicuius ſpeciei,conſiderandum ſi oppoſita ſpecies eſt ſub oppoſito genere. nã ſi non, nec ꝓpoſita ſpecies erit ſub ꝓpoſito genere, vt ſi aliquis poſuerit ſenſum ſciẽtiæ genus,peccat,quia ſic ſenſibile eſſet genus ſcibilis,quod falſum eſt. nã intelligibilium nonnulla ſcibilia ſunt,quæ tamen non ſunt ſenſibilia,quare ſenſibile non eſt ſcibilis genus, & ideo nec ſenſus eſt ſcientiæ genus. vnde dicit,[Videndum autem & ſi oppoſiti,] hoc eſt, ſi oppoſitæ ſpeciei[eſt oppoſitũ genus,] ſi enim ponatur aliquid genus alicuius,& ambo fuerint ad aliquid,ſi oppoſitum ſpeciei eſt ſub oppoſito genere,quod dabatur vt genus,eſt genus. Si autem non iſtud,nec op- G poſitum oppoſiti genus erit. Videtur enim ſemper oppoſitum ſpeciei in oppoſito genere eſſe, quãdo fuerit ei aliquod oppoſitum. habent autem oppoſita, quæ dicuntur ad aliquid,hæc ad quæ dicuntur. Quę dixit,per exempla exponit,& dicit,[vt ſi dupli] ſit genus[multiplum,& dimidii ſubmultiplum] erit genus. deinde rationem aſſignando ponit maximam, & dicit, [oportet enim oppoſitum oppoſiti genus eſſe,] ſimili modo ſcientiæ cognitio genus eſt,quoniam & ſcibilis cognitum genus eſt. deinde ponit exemplum loci,quando interimitur genus,& dicit,[ſi igitur ponat aliquis ſcientiam, quod quidem ſenſum] hoc eſt in ſenſu,vt in genere,poterimus deſtruere vtentes hoc loco,quoniam[oportebit & ſcibile,quod quidem ſenſibile eſſe,] hoc eſt poni ſub ſenſibili vt ſub genere, tenet argumentum vi loci. deinde deſtruit conſequens,& dicit,[non eſt autem,] ſcilicet ſenſibile genus ſcibilis [non enim omne ſcibile ſenſibile eſt, &enim intelligibilium quædam ſcibilia] ſunt, vt ſubſtantiæ intellectuales, quæ non ſunt ſenſibiles. [quare non eſt genus ſenſibile ſcibilis,] quoniam non præprędicatur de omnibus ſcibilibus Tũc recolligit locum deſtructiuum,& dicit.[ſi autem hoc non] hoc eſt, ſi ſenſibile non eſt genus ſcibilis,[neque ſenſus] erit genus[ſcientiæ.] & (vt Alexander inquit) poteſt aliquis & iſto loco ad conſtructionem vti. Si enim monſtrabitur oppoſitum eius quod ponitur vt genus,genus eſſe oppoſitæ ſpeciei,demonſtrabitur propoſitum eſſe genus propoſitæ ſpeciei. H

LOCVS QVINQVAGEIIMVSQVARTVS.

65 Quoniam autem eorum quæ ad aliquid dicuntur, alia quidem ex neceſſitate in eis,aut circa ea ſunt,ad quę dicuntur. Vt diſpoſitio, & habitus, & commenſuratio. In alio enim nullo poſſibile eſt eſſe quæ dicta ſunt, quàm in eis ad quæ dicuntur. Alia autem non neceſſe eſt in eis eſſe,ad quæ dicuntur. Cõtingit autem,quemadmodum ſcibile eſt in anima. Nihil enim prohibet ſui ſcientiam habere animam. Non neceſſarium autem. Poſſibile eſt enim & in alio eſſe hanc eandem. Alia vero ſimpliciter non contingit in eis eſſe,ad quæ dicuntur. vt contrarium in in contrario,neque ſcientiam in ſcibili, niſi ſit ſcibile anima vel homo:

A conſiderare oportet ſiquis in genere ponat quod tale eſt,in non tali, vt
ſi memoriam manſionem ſcientiæ dicat. Omnis enim manſio in ma-
nente,& circa illud,quare & ſcientiæ manſio,in ſcientia.Memoria igi-
tur in ſcientia, eo quòd manſio ſcientiæ eſt. Hoc autem non contingit,
memoria enim omnis in anima.eſt autem qui dictus eſt locus,& ad ac-
cidens communis.Nihil enim refert memoriæ genus manſionem dice
re,aut accidere dicere illi hoc.Nam ſi quouis modo eſt memoria mãſio
ſcientiæ,eadem aptabitur de ipſa ratio.

Hic eſt locus quinquageſimusquartus,qui accipitur a correlatiuis, cum conſiderãtur vt ſubie-
cta,vel vt non ſubiecta,& tria facit,quia primo aſſignat quãdã relatiuorũ diuiſionẽ. Secũdo ibi. [Cõ
ſiderare oportet]ex diuiſiõe aſſignata cõſtituit locũ.Tertio ibi [Eſt aũt,qui dictus eſt locus,]aſſignat
B vtilitatẽ loci,particula vero[Quoniam aũt]in principio textus tenetur ſuſpenſiue. nam terminatur
ſuſpenſio ſecunda parte,ibi[cõſiderare oportet]eſt autem diuiſio trimẽbris talis, eorũ quæ ad aliquid
dicuntur,alia quidem ex neceſſitate ſunt in illis,vel circa illa ad quæ dicuntur. hoc eſt,alia quidem,vt
in ſubiectis,vel vt in denominatis ſunt in ſuiscorrelatiuis.Et hoc membrũ ponit,& dicit,[Quoniam
autem eorum quæ ad aliquid dicuntur,alia quidem ex neceſſitate in eis,vel circa ea ſunt,ad quæ dicũ
tur.]hoc eſt in ſuis correlatiuis,vel ſecundum inhęrentiam,vel ſecundum denominationem, & ideo
dixit[vel circa ea,quoniam aliqua relatiua non ſunt in ſuis correlatiuis ſecundum inhęrentiam, ſed ſe
cundum denominationem,vt compoſitio,quæ refertur ad compoſitum,non eſt ſecundum inhęren-
tiam in compoſito.eſt enim in materia ſecundum inhærentiam,ſed in compoſito eſt ſecundum de-
nominationem. veluti dextrum in columna ſecundum denominationem eſt, in animali autem ſe-
cundum inhærentiam. Ipſe tamen ponit exemplum eorum, quæ ſunt in ſuis correlatiuis ſecun-
dum inhærentiam, & dicit, [vt diſpoſitio & habitus,]qui ſunt in habente, ad quod referuntur vt
in ſubiecto.Sunt enim inhærenter in anima,quæ eſt habens,[& commenſuratio]quæ inhærenter eſt
in cõmenſurato,ad quod refertur.Similiter expectatio eſt in expectãte ad quod refertur[in alio enim
nullo poſſibile eſt eſſe,quæ dicta ſunt,q̃ in eis]correlatiuis,[ad quæ dicuntur.] Quare ex neceſſitate
C ſuis correlatiuis inſunt,hoc eſt primum membrum.Sed dices,habitus dicitur habiti,non tamen eſt in
habito,ſed in anima.Alexan. reſpondens dicit habitum dici ad habens ipſum, non autem ad habitũ,
vt paulo ante dixit Ariſt. Vtrum vero habitus habiti dicatur,non eſt diſputandũ,quoniam exemplo-
rum non requiritur veritas,ſed expoſitio.Hæc de primo membro.deinde Ariſtot. aſſignat ſecundum
membrũ,& dicit,[alia autem non neceſſe eſt in eis eſſe,ad quæ dicuntur.contingit aũt]in eis eſſe, ad
quæ dicuntur.Sunt enim quædam relatiua,quæ poſſunt ineſſe,& non ineſſe ſuis correlatiuis, quem-
odmodum ſcientia in ſcibili.Scientia enim ad ſcibile dicitur,& poteſt ſcibili ineſſe aliquando , & ali-
quando non ineſſe.poteſt enim ineſſe ſcibili ſcientia,quando idem eſt ſciens,& ſcibile,veluti cum ani
ma ſcientiã habet ſui,tunc enim ſciẽtia de anima eſt in ipſo ſcibili,quoniã eſt in anima,quæ eſt ipſum
ſcibile.Quando vero ſciens & ſcibile differunt,ita vt anima ſit ſciens,triãgulum vero habere tres an
gulos,& reliqua,ipſum ſcibile,ſcientia de triangulo erit in ſciente ſcientia in anima,& non in ipſo ſci-
bili ſcilicet in ipſo triangulo.Simili ratione ſcientia muſicorũ dicitur ad ſcibilia,muſica.non tamen in
ſcibilibus muſicis eſt.Si quidem omnis ſcientia in anima eſt,& hoc dicit,[quemadmodũ ſcibile eſt in
anima]verbũ vero ſcibile gręce ἐπιστητὸν eſt,quod etiam aliquado apud græcos pro ſciẽtia accipitur,
vt hic Alexã. legit[quemadmodum ſcibile]hoc[eſt ſcilicet eſt in anima]hoc eſt in ſcibili quod eſt a-
D nima,quãdo ſcientia fuerit ipſius animæ,[nihil enim prohibet ſui ſciẽtiã habere animã.]& tunc quia
idẽ eſt ſciens,& ſcibile,ſciẽtia de anima erit in ipſo ſcibili,vt in anima,quæ ſcibile eſt. Et quia dixit nõ
eſſe hoc neceſſarium,exponit quo modo non eſt neceſſarium,& dicit,[non neceſſarium aũt] eſt ſub
audi,vt anima habeat ſcientiã ſui,[poſſibile enim eſt & in alio]homine[eſſehanc eandem ſcientiam]
ſciẽtia enim animæ meæ poteſt eſſe in Socrate,& ita ſcientia animæ meæ non erit in ſuo ſcibili. Vel
poteſt aliter legi(vt Alexan. legit)[poſſibile enim eſt & in alio,]ſcilicet ſcibili ſcilicet triangulo vel in
muſicis[hanc eandẽ]ſcientiã[eſſe].Hoc eſt,poſſibile enim eſt hanc eandẽ ſcientiã quę eſt de anima,
eſſe de alio ſcibili vt de triangulo, & de re muſica,quo in caſu,ſcientia non erit in ſcibili,ſed in ſciente,
& per[hanc eandẽ,]non hanc eandẽ numero intelligit,ſed hãc eandem relationem, quæ dicitur ſciẽ
tia.deinde accedit ad tertium membrũ,& dicit.[Alia vero]relatiua ſunt,quæ [ſimpliciter non contin
git in eis]correlatiuis [eſſe] nec ſecudum inhærentiam,nec ſecundum denominationem[ad quæ di-
cuntur,vt contrarium]quod nec ſecundum inhærentiam,nec ſecundum denominationem eſt[in cõ
trario,]ad quod dicitur,alioquim eſſent contraria ſimul, nec duplum in dimidio, nec ſuperans in ſu
perato.[neque ſciẽtiam]cõtingit eſſe[in ſcibili,niſi ſit ſcibile anima vel homo,]nam tũc dixit, ſciẽtia

est in scibili: quando autem sciens & scibile differunt, tunc scientia non erit in scibili. Hac diuisione E præmissa, patet primo, si species ex necessitate insunt illis ad quæ dicuntur, & genera similiter in illis inesse oportere. Si autem non insunt necessario eis ad quæ dicuntur, & genera similiter, vt commensuratio & complexio, ambæ enim in eis sunt ad quæ dicuntur, & habitus & dispositio: & enim hæc in quibus sunt, ad hoc dicuntur. Rursum scientia & notitia. neutrum enim horum ex necessitate inest in eis ad quæ dicuntur. Contingit aūt aliquādo vtrunque ipsorū inesse eis ad quæ dicuntur. Similiter & sensus, & comprehēsio. Duplum vero sub multiplo, & sub superante, & contrarium sub opposito, quoniam in his nullum esse potest in eo ad quod dicitur. Quare si datum genus alicuius datæ speciei fuerit in eo ad quod dicitur, data vero species non, aut ecōuerso sit, datum genus non erit genus. Oportet enim talem speciem ad tale, & ad simile genus dici. & hoc dicit, quoniam talis est in iis, quæ ad aliquid dicuntur, differentia, [considerare oportet,] & hic terminatur suspensio, [si quis in genere ponat] aliquid pro specie [quod tale est,] scilicet relatiuum in suo correlatiuo, [in] aliquo dato genere [nō tali,] hoc est in genere quod non est in suo correlatiuo. nam si species est in suo correlatiuo, genus autem non, vel econuerso, genus est in suo correlatiuo, species autem non, genus datum non erit datæ speciei genus. Oportet enim tale genus esse respectu sui correlatiui, qualis est species respectu sui, & econuerso. hęc enim est maxima. Deinde ponit exēplum, & dicit, [vt si memoriā māsionē scientię F dicat,] vt in genere, hic peccat. [Omnis enim māsio] in suo correlatiuo est, scilicet [in manente] secūdum inhærentiam, [& circa illud] hoc est vel circa manens secundum denominationem. [quare & scientiæ mansio in scientia] erit. Scientia .n. est in eo, circa quod manet māsio scientiæ, [Memoria igitur in scientia, eo ꝙ mansio scientiæ est] quæ manet, vnde ratio hæc est, māsio sciētiæ est in scientia, memoria est mansio scientiæ, igitur memoria est in scientia. maior patet, quoniā mansio sciētię est in manente. scientia est, quæ manet & seruatur in anima. minor est definitio memoriæ, de qua in libro de memoria satis. destruit consequēs, & dicit [hoc autem non cōtingit, memoria enim oīs in aīa est,] nō aūt in sciētia, cuius est memoria. Sic monstraret aliquis quoniam memoria non est salus sensus. Salus enim sensus in sensu est, omnis enim salus in eo est cuius est salus. Memoria vero non in sensu, sed in anima: non enim sensus memorat, sed anima. Deinde ostendit vtilitatē huius loci, & dicit, [est autē, qui dictus est locus, & ad accidēs cōmunis nihil enim refert] quantū ad interemptionem [dicere mā sionem genus memoriæ, aut dicere hoc] scilicet mansionem [accidere illi] scilicet memoriæ, [nam si quouis modo memoria est scientiæ mansio,] hoc est, aut vt species generis, siue vt subiectum accidentis, [eadem ratio] siue locus [aptabitur] ad interimendum. Per eundem enim locum interimi potest G mansionem esse genus, & accidens memoriæ. nam si mansio est accidens memoriæ, cum mansio accidat scientiæ, vt dictum est, quia mansio accidit manenti, memoria accideret scientiæ, vel esset idē quod scientia. non enim potest mansio duobus diuersis accidere, quod absurdum est. Est enim memoria in anima, & non in scientia, nec idē quod scientia. Circa hæc quæ Aristo. dixit, primo annotatione dignum est, locum quem accepit ab inhærentia relatiui in suo correlatiuo, posse resolui in tria loca pro numero membrorum diuisionis quam assignauit, quorum primus talis est, si data species inest ex necessitate correlatiuo, genus vero nec necessario inest, nec vllo pacto inest, vel econuerso, genus ex necessitate inest, species vero nulla ratione, datum genus non est datæ speciei genus. Secundus vero talis, si species contingit inesse suo correlatiuo, genus vero haud quanquam contingit, vel econuerso, datum genus non est datæ speciei genus. Tertius talis, si species suo correlatiuo simpliciter non cōtingit inesse, genus autem contingit, vel econtrario, datum genus non est datæ speciei genus. Locus vero iis omnibus communis talis est, si quis ponat aliquod esse genus alicuius speciei, quod genus nō est in eodem diuisionis membro in quo species est, quod ponit vt genus, non est genus. Vtilitas vero loci est, quoniam ex hoc loco non solum patet mansionem scientiæ non esse genus memoriæ, sed nec accidens. Quód māsio scientiæ nō sit genus memoriæ, patuit, quia nō inest ei cui inest memoria H Quod autem mansio scientiæ non sit accidens memoriæ, eodem loco perspicuum est. nam mansio scientiæ accideret omni illi cui memoria accidit. est enim maxima, cui accidit aliquod accidens, eidem accidit om ne id quod illi accidenti accidit: vt cui accidit superficies, eidem accidit & album, & dextrum, & id omne, quod superficiei accidit. At memoria animæ accidit, mansio autem scientiæ accidit scientiæ, mansio enim manenti accidit, scientia autē est manēs. Quare māsio sciētiæ ipsi scientię manenti accidit. Quare māsio scientiæ non est accidēs memorię. Hæc sunt, quæ Aristoteles ait.

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVINTVS.

66 Rursum si habitum in actu posuit, aut actum in habitu, non est genus quod tale est. Vt si sensum, motum per corpus. Siquidem sensus habitus, motus autem actus. Similiter autem & si memoriam habitū contentiuum opinionis dixerit. Nulla enim memoria habitus, sed magis actus est.

A Hic est locus quinquagesimusquintus, qui accipitur ab ea differentia, quæ est habitus ad actum. Videtur enim habituum quidem habitus esse genus, actuũ autẽ siue actionũ actus, vel actio. Si igitur aliquis mutauerit, dederitque aut actionẽ habitus genus, aut actionis habitum, destruet genus datum, vnde dicit, [Rursum si habitum in actu,] vt in genere [posuit, aut] econtrario [actum in habitu,] vt in genere [non est genus, quod tale est] datum. Est enim maxima, vt habituum habitus, & actuum actus, genus habeatur. Hoc quod dixit exemplis manifestat, & dicit, [vt si sensum, motum per corpus] hoc est in motu corporeo, vt in genere aliquis ponat, hic peccat, [siquidem sensus habitus, motus autem] corporeus [actus] est. Quod vero ad verba attinet, habitus græce ἕξις dicitur, quod nomen Aristoteles etiam ad naturales potentias extendit, quod scilicet semper habeantur. Actus vero græce est, ἐνέργεια, latine tum actus, tum actio, quæ differt ab habitu, cum actio non semper habeatur. Recte igitur dixit, sensum non esse in motu vt in genere, quoniam sensus est habitus naturalis, motus vero actio, quæ non semper habetur. Deinde ponit secundum exemplũ, & dicit, [Similiter autem & si memoriam dixerit esse habitum contentiuum] siue seruatiuum [opinionis] vel scientiæ quã quis didicit, etiam peccat, & assignat causam cur peccet, & dicit, [nulla enim memoria habitus, sed magis actus est.] peccat igitur ille qui sic ponit, quia actum in habitu, vt in genere ponit. Quod autem memoria actus sit, probat Alexan. quoniã memoria est actio facta ab ipsa reminiscentia.
B

LOCVS QVINQVAGESIMVSSEXTVS.

67 Peccant autem & qui habitum in consequentem potentiam ordinant. vt mansuetudinem continentiam iræ, & fortitudinem & iustitiam timorum, & lucrorum continentiam. Siquidem fortis, & mansuetus perturbatione vacans dicitur. Continens autem, qui perturbatur, & non ducitur. Fortasse igitur talis potentia sequitur vtrunque, vt si perturbetur, non ducatur. Verum continere non hoc est, hunc quidem fortem, illum autem mansuetum esse, sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil.

ἐγκράτειαν. πρᾶος ἀπαθὴς πάσχων

C Hic locus est quinquagesimussextus, qui accipitur ab ea differentia, quæ est habitus ad habitum, qui talis est, si habitus vnius rationis ponatur in habitu siue potentia alterius rationis vt in genere, interimitur problema. vnde dicit. [Peccant autem, & qui habitum] scilicet vnius rationis [ordinant], vt in genus [in potentiam consequentem,] hoc; est quæ sequitur secundum prædicationem ad habitum Non enim omne sequens ad alterum secũdum prædicationem, est illius genus. & per [potentiam] habitum etiam intelligit alterius rationis, quasi velit dicere eos peccare, qui habitum vnius rationis posuerint vt in genere, in habitu alterius rationis. quoniam licet habitus alterius rationis sequi possit prædicatione ad habitum alterius rationis, non propterea erit genus illius. Sunt enim quædam siue potentiæ, siue habitus, qui videntur sequi quosdam habitus, quæ tamen non sequuntur reuera, deinde ponit exempla, & dicit, [vt] subaudi peccant, qui [mansuetudinem continentiam iræ] ponunt. non enim continentia iræ est genus mansuetudinis, [&] subaudi peccant qui [fortitudinem, timorum continentiam] ponunt, & [iustitiam lucrorũ] continentiam. non enim continentia timorum, est genus fortitudinis, nec continentia lucrorum, genus iustitię. ¶ Quod vero continentia irę non sit genus mansuetudinis, nec continentia timorum genus fortitudinis, nec continentia lucrorum genus iustitiæ, probat & dicit [siquidem fortis, & mãsuetus perturbatione] atque passione [vacans dicitur,] non enim fortis
D a timoribus patitur, cum habeat habitum quo a timoribus nõ est aptus pati. nec mansuetus ab ira. habet enim habitum, quo ab ira nõ est aptus pati. similiter iustus patitur a desideriis lucrorũ, habet enim habitũ, quo est pati ineptus. [continẽs autem,] vt dicitur septimo Ethicorum, est [qui] a concupiscentiis [perturbatur, & non ducitur] nec vincitur ab illis non ergo potest continentia esse genus eorum habituum, cum sit habitus alterius rationis ab illis. Est enim continentia habitus, quo non vincimur a desideriis. Cæteræ vero virtutes habitus sunt, quibus non patimur ab extremis. deinde ostẽdit qua ratione continentia prædicatione potest sequi virtutes prædictas, & dicit, [fortasse igitur talis potentia,] scilicet continentia [sequitur vtrunque] scilicet fortem & mansuetum, quoniam fortis & mansuetus accipiuntur, vt sunt tales ex suppositione. mansuetus quidem, vt possit retinere iram excessiuã, si aliquando contigerit. fortis vero, vt possit retinere motus terribiles, si aliquãdo acciderint. Si igitur sumantur hoc pacto mansuetus & fortis, vt possint continere se ab extremis, si acciderint, continentia sequetur secundũ prædicationẽ huiusmodi habitus, & hoc subscribit, [fortasse igitur talis potentia] scilicet continentia [sequitur vtrunque] secũdum prædicationem, videlicet fortem & mãsuetum, [vt si perturbetur,] scilicet fortis vel mansuetus ab extremis, [non ducatur] nec vincatur. hoc modo cõdi

tionaliter ſequitur. Si enim fortis ab extremis patitur, & non vincitur, eſt continens.& ſi manſuetus E patitur ab extremis,& non ſuperatur,eſt continens.Sed quia ſtat conditionalem eſſe veram,cuius antecedens & conſequens ſunt falſa, oſtendit tam antecedens,quàm conſequens eſſe falſa, & dicit,[verum continere non hoc eſt,]non enim eſt[hunc quidem fortem]eſſe ex ſuppoſitione ſi patitur, non vinci,[illum autem manſuetum eſſe]ſcilicet ſi patitur ab ira ,non vinci.aut exponatur ſic,[verũ hoc] ſcilicet[hunc quidem fortem illum autem manſuetum eſſe,]non eſt cõtinere,quoniam licet ex ſuppoſitione fortis contineat,& manſuetus,tamen fortis abſolute non cõtinet timorem, nec manſuetus irã, cum ex habitu virtutum effecti ſint impaſſibiles.Ideo ſubſcribit,[ſed]ſubaudi hunc fortem eſſe, illũ vero eſſe manſuetum,eſt[ab huiuſmodi]paſſionibus[omnino nihil perturbari.]quare in ſenſu categorico nec fortis eſt continens,nec manſuetus eſt continens.Ex his ſequitur hanc hypotheticam eſſe neceſſariam,ſi fortis patitur a terroribus,& non vincitur ab illis,eſt continens.ſimiliter ſequitur,ſi mãſuetus patitur ab ira,& non vincitur,eſt continens.& quia conſequens eſt impoſſibile,vt ex definitione continentiæ,& illarũ virtutum patet,ideo ſimpliciter nec fortis,nec manſuetus eſt continens. hoc pacto,vt mihi videtur,Alexan.hunc textum expoſuit.

LOCVS QVINQVAGESIMVSSEPTIMVS. F

68 Aliquoties autem & quod ſequitur quouis modo, vt genus ponũt. vt triſtitiam iræ,& opinionem fidei. Vtraque enim prædicta ſequuntur quidem quodam modo aſſignatas ſpecies,neutrum tamẽ eorum genus eſt.Nam qui iraſcitur,contriſtatur , priore in eo triſtitia facta , non enim ira triſtitiæ,ſed triſtita iræ cauſa eſt. Quaræ ſimpliciter ira non eſt triſtitia.ſecundum autem hæc,neque fides opinio. Contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere , non contigeret autem hoc,ſi fides eſſet ſpecies opinionis.Non enim contingit idem amplius permanere,ſi ex ſpecie omnino permutatum ſit : quemadmodum nec G idem animal quandoque hominem eſſe , & quandoque non . Si quis autem dicat ex neceſſitate opinantem etiã fidem habere , de æqualibus opinio & fides dicẽtur.Quare nec ſic erit genus.de pluribus enim oportet dici genus.

Hic eſt locus quinquageſimus ſeptimus, qui ſumitur a quomodolibet conſequente.Nam cum genus ſpeciẽ ſequitur,ſi aliquid quod quomodolibet ſequitur ad aliquid,genus illius ponant,peccant.nõ enim qđ quomodolibet ſequitur ad aliquid,eſt illius genus.triſtitia enim ſequitur irã,non tamẽ,vt aliqui opinãtur,ſequitur vt genus.Non enim ira eſt triſtitia,ſunt enim affectus omnino diuerſi,quorũ licet alter alterum ſequatur,non tamen alter de altero prædicatur,vnde dicit.[Aliquoties autẽ & quod ſequitur quouis modo,vt genus ponunt,]ſubaudi,& hi errant,non enim quomodolibet ſequens,eſt illius genus,ad quod ſequitur.non enim quod ſequitur vt propria paſſio alicuius ſubiecti, eſt genus illius ſubiecti,vt riſibile hominis:nec quod ſequitur ſecundũ conſequentiã,ſemper eſt genus eius,ad qđ ſequitur.Cauſa enim efficiens ſequitur ſecundũ cõſequentiã ſuum effectũ,& nõ eſt illius genus.Calefactio enim ſanguinis circa cor,effectrix cauſa eſt iræ, & ſequitur,eſt ira in corde, igitur ſanguinis ſu- H percalefactio,non tamen calefactio ſanguinis eſt genus iræ. Inſuper nec quod ſequitur vt cõiũctum eſt genus illius cui coniungitur.nõ enim dulce eſt genus albi,vel ecõuerſo,licet in lacte neceſſario cõiungantur.Nec quod ſequitur ſecũdum prædicationẽ,ſemper eſt genus eorũ quæ ſequitur. ens enim & vnum,oĩa ſecũdũ prædicationẽ ſequũtur,nõ tamẽ ſunt genera aliquorũ.deinde ponit exempla, & dicit[vt]ſubaudi peccant,qui[triſtitiã iræ,& opinionẽ fidei]genera ponũt,quia ſequuntur.[Vtraque enim prædicta ſequũtur quidẽ quodammodo aſſignatas ſpecies]ſcilicet triſtitia irã,opinio fidẽ.ſequitur enim, in hoc eſt ira, igitur in hoc eſt triſtitia.inſuper ſequitur,in hoc eſt fides,igitur opinio.[neutrũ aũt]neutrius[genus eſt,]quoniam nec triſtitia iræ , neque opinio fidei.non enim ira eſt triſtitia, cum ſint diuerſi affectus:nec opinio fides,cum ſint diuerſi habitus.¶Sed dices,duplex eſt ira,altera ſimplex,quæ oritur ex appetitu vndictæ,altera,quàm triſtitia præcedit in eodem ſubiecto . Dicet igitur aliquis triſtitiam eſſe genus iræ,non eius iræ quæ ſimplex eſt,ſed eius iræ,cum qua eſt triſtitia permiſta. Ariſtoteles igitur,vt Alexander exponere videtur,oſtendit quòd nec triſtitia,quæ eſt cum ira , ſit genus iræ,& inquit,[nam qui iraſcitur,contriſtatur,]hoc eſt,dico triſtitiam quæ eſt cum ira,non eſſe genus iræ.[nam qui iraſcitur,]prius tempore[contriſtatur,priore]ſecundum tempus[triſtitia facta in

A eo.]cũ enĩ aliquis triſtatur ꝓpter iniuſtitiã ſibi allatã, iraſcitur, verũ prius tẽpore triſtatur, & cauſam aſſignat, & dicit,[nõ enim ira triſtitiæ, ſed triſtitia iræ cauſa eſt,] vt efficiens. loquor autẽ de ira, quæ cũ triſtitia permiſta eſt. & quia triſtitia eſt cauſa iræ, vt efficiens, ideo prius tẽpore eſt facta triſtitia in nobis, q̃ ira, tunc concludit exẽplũ, & dicit,[quare ſimpliciter ira nõ eſt triſtitia. Hoc eſt, quare triſtitia nõ eſt aliquo pacto genus iræ. nã cauſa effectiua alicuius quæ ſecũdũ tp̃s p̃cedit, nõ eſt genus eius, tale.n. nõ eſt genus, vt prius tp̃e ſit ſpẽ, nõ.n. prius aĩal fit, deinde ex hoc hõ. ſed hõ ſimul & aĩal eſt, & hõ. Deinde trãſit ad ſecũdũ exẽplum,[ſecũdũ aũt hæc, neque fides opinio,] hoc eſt, neque opinio eſt genus fidei, licet opinio ſequatur in eodẽ ſubiecto fidẽ. Impoſſibile enim eſt (vt Alex. inquit) ſine opinione fidẽ fieri in aliquo. Nõ tamẽ opinio genus eſt fidei, quod Ariſt. demõſtrauit raptim ex eo quia contingit habentem opinionẽ eandẽ quandoque credere, & quandoque non credere in ea, quod in genere eſt impoſſibile. impoſſibile enim eſt idem numero animal, aliquando quidem hominem eſſe, aliquando autem non: & eundem colorem numero aliquando album eſſe, aliquando nõ. nã & hõ cũ transſmutatur, nec aĩal eſt amplius, quare nec opinio eadẽ ꝑmaneret non exiſtens cũ fide. Corrũpitur enim genus, vno quoque deſtructo in quo eſt. Opinio vero & prius fuit, & ſine fide. & rurſum cũ tranſmutatur opinans, fides eſt: & ſi non amplius fides eſt, adhuc opinio permanet. non enim prohibetur aliquis eandẽ de aliquo opinionẽ habens, aliquando quidem credere in ea, aliquando vero nõ. Vt opinionem habens de anima ꝙ ſit immortalis, non prohibetur prius credere in ipſa, poſtea propter nonnullas rationes, non credere. & hoc quod dixit in opinione & fide, idem eſt cum eo quod dictum eſt de ira & triſtitia. Contingit enim eundem qui triſtatur, & ſine ira, & cum ira eſſe, & propterea dixit,[ſecundum autem hæc, neque fides opinio] quaſi demonſtrans eandem rationem eſſe de vtroq;, vnde dicit,[contingit enim eandem opinionẽ habere,] quam prius habebat[etiã non credentem] in ea. & ſic contingit eum qui eandem opinionem habet, quam credebat, poſtea ſeruata eadem opinione, non credere in illa. & ita contingit vt eadem opinio ſtet in aliquo, modo cum fide, modo ſine fide.[non contingeret autem hoc] ſcilicet opinionem eandem eſſe cũ fide, & ſine fide, [ſi fides eſſet ſpecies opinionis. non enim contingit idem amplius permanere, ſi omnino ex ſpecie permutatũ ſit.] nã & homo, cum tranſmutatur, nec animal eſt amplius, & hoc dicit,[quemadmodum nec idem animal] contingit[quandoque hominẽ eſſe, & quandoque non,] ita eundem opinantem non contingeret, quandoque fidem habere, quãdoque non. deinde remouet vnum dubium, quoniam aliquis nõ concedet eandem opinionem habentem, aliquando quidem credere, aliquando vero non, quoniam dicet omnem opinantem credere, vnde dicit.[ſiquis aũt dicat ex neceſſitate opinantem] ſcilicet oẽm [etiam fidem habere,] contra obiicit, quoniam tunc[de ęqualibus opinio, & fides dicetur] omnis enĩ opinans credit, & omnis credens opinatur, tunc infert peccatum, & dicit, [quare nec ſic erit genus] opinio fidei, nec contra fides opinionis,[de pluribus enim oportet dici genus.] nõ enim genus æquale eſt ſecundum prædicationem cum ſpecie.

B

C

LOCVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

69 Videndum autem, & ſi in aliquo eodem nata ſunt vtraque fieri. In quo enim ſpecies, & genus. Vt in quo album, & color. Et in quo grammatica, & diſciplina. Si igitur quiſpiam verecundiam, timorem dixit: aut iram, triſtitiam. non accidit in eodem ſpeciem, & genus eſſe. D nam verecundia quidem in rationali, timor autem in iraſcibili. At triſtitia in concupiſcibili. In hoc enim & voluntas. Ira vero in iraſcibili, quare non ſunt genera, quæ aſſignata ſunt, non enim in eodem cum ſpeciebus nata ſunt fieri. Similiter autem & ſi amicitia in concupiſcibili, non erit voluntas quædam. Omnis enim voluntas in rationali. vtilis autem hic locus, & ad accidens, & ad id cui accidit. In eodem enim accidẽs, & cui accidit. Quare niſi in eodẽ videatur, manifeſtũ quoniã non accidit.

Hic eſt locus quinquageſimusoctauus, qui accipitur ab eo, ĩ quo genus & ſpecies apta ſunt fieri. ſunt aũt ea in q̃bus apta ſunt fieri, bifariã, alia quidẽ potẽtiæ, quibus inſunt animæ, & ſic locus iſte ſeruit virtutibus moralibus. alia vero ſubiecta, in quibus apta ſunt fieri, & ſic ſeruit & generibus, & ſpeciebus, quæ ſunt accidẽtia, & ipſis accidentibus, vt ſunt prędicata diuerſa a generibus & ſpeciebus, vnde dicit, aliquo genere dato, & aliqua ſpecie data illius dati generis,[videndum, & ſi in aliquo eodem nata ſunt vtraque fieri] ſcilicet & genus datum, & illius dati generis data ſpecies, dico[in aliquo eodem,] aut potentia, per quam animæ inſunt, aut ſubiecto, cui inſunt. nam ſi datum alicuius genus non fieret in eodem in quo ſpecies, ſed in alio, deſtruetur ſecundum hunc locum genus

illud. deinde assignat maximam, quę est loci ratio, & dicit, [in quo enim species] est, vel vt in potentia, vel vt in subiecto, [& genus] erit, econuerso aűt non oportet, quoniam genus in aliquo aptum est inesse, in quo species nõ apta erit in esse. virtus enim apta est fieri in parte rationali, in qua non est apta fieri fortitudo. deinde ponit exemplum, & dicit, [vt in quo album] quod est species, [& color,] qui genus est, ambo enim in corpore. est autem exemplum hoc subiecti, color enim & album in corpore sunt, vt in subiecto. [& in quo grãmatica, & disciplina.] nã ambæ in anima, & sic etiã hoc exẽplũ erit subiecti, quoniã grãmatica & disciplina in aĩa sunt vt in subiecto, & sic Alex. exponit. Vel fortasse erit hoc exẽplũ potẽtiæ, quoniã si disciplina & grãmatica sunt in aĩa, & aĩa est in corpore, erũt disciplina & grãmatica in corpore, quod falsum est, & ꝓpterea exẽplũ esse potẽtiæ asserunt iuniores. nã disciplina & grammatica in intellectu sunt vt in potẽtia, & quia intellectus est in anima, ideo disciplina & grammatica erũt in anima, nõ aũt in corpore, quoniã intellectus & subiectũ, cui sine medio insunt, non inest corpori immediate. deinde per exẽpla demonstrat vsum loci, & dicit, [si igitur quispiam verecundiã timorẽ dixit,] ita vt velit timorem verecundiæ genus esse, [aut iram tristitiã] ita vt velit tristitiam esse genus iræ, non bene assignabit, quoniã [non accidit in eodem speciem & genus esse. nam verecũdia quidẽ in rationali] potentia est. Est enim verecundia, vt Auicenna scribit, primum ratiõis signum, hac ratione fit vt nullum animal brutum verecundia afficiatur. [timor autẽ in irascibili,] quoniam in irascibili est audacia, quæ est timori in extremo contraria. est enim timor fuga cordis secundum sanguinis contractionem. audacia vero prosecutio cordis secundum sanguinis amplificationem. Deinde pertractat secũdum exẽplũ, & dicit. [at tristitia in cõcupiscibili] potentia est, quod per suũ cõtrariũ demonstrat, & dicit, [In hoc enim & voluntas, ira vero in irascibili,] est enim tristitia constrictio cordis ex absentia delectabilis, & præsentia contrarii, quod in concupiscibili est: ira vero ebullitio sanguinis circa cor propter vindictæ appetitum. appetitus autem vindictæ in irascibili est. Tunc cõcludit propositum, & dicit. [quare non sunt genera, quæ assignata sunt] vt genera, quia nec timor verecundiæ, nec tristitia iræ genus est. [Non enim in eodem cum speciebus nata sunt fieri,] deinde assignat tertiũ exẽplum vt vsus loci dilucidius pateat, & dicit, [Similiter autem & si amicitia] est [in cõcupiscibili] virtute, vt nonnulli assignãt, & nunc pro exẽplo supponatur, cum enim amor in concupiscibili sit, erit etiam amicitia in concupiscibili, Quod si nõ ita sit, supponatur, si igitur amicitia in concupiscibili virtute est [non erit voluntas quædã,] hoc est nõ erit volũtas genus amicitiæ. [Oĩs enĩ voluntas in rationali] virtute est. Sequitur enim intellectũ sicuti vmbra corpus (vt Auerroes inquit.) eodẽ mõ nec scientia est genus fortitudinis. nã fortitudo est ĩ irascibili, in qua sunt timor & audacia: sciẽtia vero in rationali. Sed quæret aliquis, quo mõ Arist. dixit verecũdiã in rationali esse, si est passio. nã passiões nõ in rationali, sed in passibili fiũt. Alex. respondendo, vt mihi videtur, vult Aristotel. vsum esse exemplo simpliciter atque cõmuniter. Intellexit enim per verecundiam, omne mistũ cum verecundia. modo videtur verecundia cũ ratione aliqua mista esse, & hoc satis pro exemplo. Præterea dato ꝙ ipsa verecũdia non sit in rationali, erit saltem in cõcupiscibili: timor vero, vt diximus, in irascibili, igitur adhuc timor non erit genus verecundiæ. deinde Arist. assignat vtilitatem loci, & dicit, [Vtilis aũt hic locus & ad accidens, & ad id cui accidit.] si enim nõ in eodem fuerit accidẽs, in quo est id cui accidit, assignatum pro accidente non erit illius accidens. cuius maximam subscribit, [in eodẽ enim accidens est, & id cui accidit,] in eodẽ enim album, & superficies. Vtrunque enim in corpore. [Quare nisi in eodẽ videatur] inesse accidens, & id cui accidit, [manifestum quoniã non accidit] ei, cui inesse sumebatur inesse. Sed contra maximã videtur, quoniam nõ in eodẽ est color & corpus, nec in eodem est superficies & corpus Alex. maximã exponit, accidẽtibus in his habere locum, in quibus & substãtia apta nata sunt fieri, non enim corpus & color in eodem. In quo enim ira, in eodem violentia, quæ accidit iræ. Et in quo superficies, in hoc & color est, qui accidit superficiei. Quare non solũ in habitibus & passionibus probabilitatẽ habet hic locus, sed etiã in iis vniuersaliter, quæ & ipsa in aliis apta sunt fieri. igitur si aliquid fuerit datũ alicui accidẽs qđ nõ eidẽ inesset, datũ accidẽs nõ erit illius accidẽs, quo mõ prudentibus rubescere. nõ enim in eodẽ: siquidẽ rubescere in superficie, pudere autẽ non in superfici. eaut timentibus rigescere. nam rigescere in mẽbris, timor autem in irascibili virtute est.

LOCVS QVINQVAGESIMVSNONVS.

70 Rursum si secundũ quid, species dictũ genus participat. Nõ enim videtur secundum quid participari genus. Siquidem non est homo secundũ quid animal, neque grammatica secundũ quid disciplina, similiter autẽ & in aliis. Considerandũ igitur si in aliquibus secũdũ quid participatur genus, vt si animal quod quidem sensibile, vel visibile dicitur. Secundum quid enim sensibile, vel visibile animal. Secũdũ corpus enim sensibile, & visibile: secundum animam autem non. quare non erit ge-

A nus corpus visibile & sensibile animalis.

Hic est locus quinquagesimusnonus, q sumitur a mō quo spēs genus pticipat, & primo ꝓponit locū, & dicit. [Rursum si secūdū quid species dictū] vel datū [genus participat] subaudi etiā interimitur ꝓblema. Deinde assignat maximam, per quam patet locus, & dicit. [Non enim videtur secundū quid participari genus] a specie, & hāc probat inductioue, & dicit, [siquidem non est homo secundū qd animal, neque grammatica secundum quid disciplina, similiter autē & in aliis] quoniā nec iustitia est secundū quid virtus, nec prudētia secundū quid bonū. deinde recolligit locum ex hac maxima, & dicit, [Cōsiderandū igitur si in aliquibus secundū quid participatur genus, vt si animal, qđ quidē sensibile vel visibile dicitur,] cōsiderādū vtrū secundū quid, vel simpliciter sensibile, vel visibile dicatur. Deīde ostēdit animal secūdū quid esse sensibile vel visibile, vt ostēdat ꝓpositū, & dicit [Secūdū quid enim sensibile vel visibile aīal, secundū corpus enī sensibile & visibile, secūdū animā autē, nō] tūc cōcludit exēplū & dicit [quare corpus visibile & sensibile nō erit aīalis genus.] Quod vero ad locū attinet, annotatione dignū non similiter aliquid genus participare & accidens. In accidētibus enī possibile est aliquid pticipare accidēs secūdū quid, vt albū corpus & homo pticipāt. at in generibus impossibile, non enim homo participare potest animal secūdū quid, nec grammatica scientiam.

B

LOCVS SEXAGESIMVS.

71 Latent autem quandoque & totum in partem ponētes, vt animal corpus animatum. Nullo enim modo pars de toto prædicatur. Quare non erit genus corpus animalis, eo quod pars est. λανθάνουσι. peccant.

Hic est locus sexagesimus, quem accipit ab ipsa parte prędicāte, & dicit, [Latent autem] decipiendo siue [peccant aūt] nā λανθάνουσι tamē græce, licet latēt, hic pro peccāt accipiat, nam qui latet, decipiendo peccat. Sic igitur peccant [quandoque & totum ponentes in partem] vt genus, [vt animal corpus animatum] totum existens. est enim corpus animatū totum animal, subaudi ponentes in corpus, qđ est pars animalis, vt in genus, hic peccat, [nullo enī mō ps de toto p̄dicatur] subaudi, vt genus [de toto] tūc cōcludit propositū, & dicit. [quare nō erit genus corpus aīalis, eo ꝙ] corpus [est ps] animalis, quod est secundum totū animatū corpus. dixit [quādoq;,] quoniā non semꝑ latēt, decipiēdo, qui ponunt totū in pte vt in genere: quoniā in aliquibus est error manifestus. Qui enim poneret caput genus hominis, hoc nō lateret decipiendo, quia omnibus error patet. Sed qui ponit corpus, genus animalis, hic latet decipiendo, quoniā error non est omnibus perspicuus. Porphyrius enim posuit corpus genus animalis. Et forte penuria vocabulorum hoc dixit, nō enim facile inuenitur nomē illi cōmuni, quod est genus animalium, & plātarū, & elemētorū. Ideo penuria vocabulorū quasi ex licentia, Porphyrius corpus genus dicit animalium, & inanimatorum. Differt hic locus à loco proxime assignato, quoniam hic respicit ad partem integralem, locus vero proximus ad partem essentialē.

C

LOCVS SEXAGESIMVSPRIMVS.

72 Videndum autem si quid vituperandorum aut fugiendorum, in potestate, aut in potente posuit: vt sophistam, aut seductorem, aut furem eum, qui possit aliena latenter surripere. Nemo enim prædictorum in eo quod possit horum aliquid, talis dicitur. Potest enim & deus, & studiosus, praua agere. non sunt autem tales, siquidem omnes praui secū dum electionem dicuntur. Insuper omnes potestates eorum sunt, quæ sunt eligenda. Prauorum enim potestates eligendæ, eo quòd deum & studiosū habere dicimus eas. Potētes enim dicimuseos esse praua agere. Quare nullius vituperādi genus erit potestas. si aūt nō, accidet vituperā dorū quiddā, eligendum esse. Nam erit quędam potestas vituperabilis.

D

Hic est locus sexagesimusprim⁹, quē Arist. accepit a ptāte, q̄ dicitur bonū esse secūdū suā naturā. Ex hac. n. locū quędā ad generū destructionē vtilē tradit, qui talis est, si aliquis ponat quēpiā actu vituperāda vel fugiēda faciētē in potēte facere vituperāda vel fugiēda, vt in genere, peccat. nō. n. potēs facere praua, est genus eorū q actu praua faciūt, vt si sophistę, vel calūniatoris, vel furis, qui actu praua agūt, potētē hæc facere, genus ponat, errat. nō enim possibile est mali genus, bonū esse. at potens praua facere, bonus est, qui fecit praua malus est, nō ergo potēs praua facere, est genus eius qui actu praua facit. Si quis enim furem, aut sophistam, aut seductorem definiens dicat, seductorem quidem esse eum qui potest seducere, & amicos inimicos facere: furem vero eum, qui potest clam aliena sur

ripere,ſophiſtam autem potentem ex apparenti ſapientia decipere, male definit. Nullus enim horũ E
eſt talis ex poteſtate faciendi, ſed ſophiſta eſt ſophiſta ex eo quia actu eligit decipere, & fur eſt fur,
ex eo quia actu eligit clam ſurripere, & ſeductor eſt ſeductor, quia eligit ſeducere, non autem ex eo
quia poſſunt hæc facere.nam & boni poteſtatem habent praua agendi, non autem ea agunt, eo quia
non actu eligunt ipſa,dicit.[Videndũ autem ſi quid vituperandorum aut fugiendorum] id eſt,ſi ali-
quem qui ex electione actu vituperanda aut fugienda agit,quiſpiam[in poteſtate,aut in potente]age
re,vt in genere[poſuit,]nam qui ponit actu ex electione vituperanda aut fugienda facientem in potẽ
te hęc facere,vt in genere,peccat,quia malum in bono vt in genere poſuit.Deinde exempla aſſignat,
& dicit,[vt] videlicet peccat,qui ponit[ſophiſtam,aut ſeductorem,aut furẽ eum, qui poſſit aliena la-
tenter ſurripere.Nemo enim prædictorum in eo quòd poſſit horum aliquid,talis dicitur.[Non enim
ſophiſta dicitur ſophiſta ex eo quia poteſt decipere:nec ſeductor,ex eo quia põt ſeducere:nec fur,quia
poteſt clam ſurripere. [poteſt enim & deus,&]vir[ſtudioſus]atque bonus[praua agere:non ſunt au-
tem tales]ſcilicet praui,vel mali.[Siquidem omnes praui]ac mali[ſecundum electionem]actu factã
[dicuntur.]igitur per electionem praua agens non eſt in potente,vt in genere.Deinde hoc idem pro
bat rationibus,quarum prima eſt oſtenſiua ſic, poteſtates ac potentes ſunt eligibiles,electiones prauo
rũ non ſunt eligibiles,igitur electiones prauorũ, nõ ſunt poteſtates. De ratione tangit maiorẽ, & dicit. F
Inſuper omnes poteſtates,eorũ ſunt,quæ ſunt eligenda]dico omnes poteſtates,[nam]etiam[prauo-
rũ poteſtates]ſunt[eligendæ.]deinde probat maiorem primo exẽplo,& dicit,[eo quòd deum & ſtu-
dioſum habere dicimus eas.potentes enim dicimus eos eſſe praua agere.]licet p electionẽ nũq̃ pra-
ua agent, quia poſſunt praua agere,ſunt boni & laudabiles.hæc eſt maioris probatio.deinde dat con
cluſionem,& dicit.[Quare nullius vituperandi genus erit poteſtas.]deinde ponit ſecundam rationẽ
per impoſſibile,& dicit.[ſi autem non]eſt ita, ſed poteſtas eſt genus vituperandi,cum poteſtas ſit eli-
gibilis,vituperandũ erit eligibile. Vnde ſyllogiſmus componitur ſic,poteſtas eſt eligibile,vituperãdum
eſt poteſtas,quia per te eſt in poteſtate vt in genere,igitur vituperandum eſt eligibile. concluſio eſt im
poſſibilis,& non pro maiore,igitur pro minore.hoc dicit.[Si autem non]fuerit ita,ſed fuerit vituperã
di genus poteſtas,[accidet vituperandorum quiddam, eligendum eſſe.nã erit quædã poteſtas, vitupe
rabilis,]erit enim vituperabile in genere poteſtatis.¶ Quòd vero ad verba attinet,verbum[ſeducto-
rem]grece eſt διαβολὸν,latine etiam calũniatorẽ.& licet ſeducere ſit quandoq; in bonã partẽ,tamen G
plerunq; ſeducere eſt decipere,vt Terentius in Andria,etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas?
calumniator vero eſt,qui falſum crimen obiicit.Melius ſeductorem q̃ calumniatorem tranſtuli: quia
magis ad propoſitum. & cum dixiſſet[vt ſophiſtam,aut ſeductorem,aut furem,]ſolũ de fure(vt Alex.
inquit)exemplũ expoſuit,dans intelligere cum illa expoſitione hoc,ſcilicet potentẽ clam aliena ſurri-
pere,& hoc ſcilicet potẽtem ex apparenti ſapientia decipere,quæ ſunt definitiones aliorum exẽplorũ.
¶ Quod vero ad exempla attinet,attentione dignũ,nullum eſſe prauum, hoc eſt ſophiſtam, ſeducto
rem vel furem,qui p electionem nõ ſit talis,& actu praua agat. Qui vero poteſtate eſt talis,hic p ele
ctionem non praua agit,ſed poteſt praua agere:quoniam(vt Alex.inquit)poteſtas eſt oppoſitorum,
& quatenus praua agere poteſt,nunquã tamen eligit praua,ideo ſumme laudatur qui poteſt praua a-
gere,& non agit. Vtrum vero deus poſſit praua agere,Ariſto. dicit, & Alexan. pbat,quoniá deus põt
bona agere,ergo & mala,quia oppoſitorũ vna eſt potentia.Et ſi occurres,quoniã tunc deus poſſet eſ
ſe prauus,negarent conſequentiã,quoniã poſſe praua agere per electionem,hoc eſt poſſe eligere pra-
ua,arguit eũ fieri poſſe prauũ.Poſſe vero praua agere potentia cõmuni,quæ eſt oppoſitorum,nõ facit
vt deus aliquando ſit prauus.vnde Albertus cõcedere videtur deũ poſſe praua agere, nõ tñ praua vel H
le,quoniã velle praua,eſt impotentia potius,& defectus.Alii dicunt deum nec poſſe praua facere,nec
velle praua facere,cum ſit per eſſentiam optimum.Ariſt.vero intellexiſſe de diis gẽtium, quos poſſe
praua agere poetæ affirmant,ſecũdũ quorum forte morem Ariſto.hic locutus eſt,verum ad theologi
ca te mitto.Inſuper quæres vtrum ſophiſta ſit,qui ſemper decipit: & fur, qui ſemper ſurripit:& ſedu-
ctor,qui ſemper ſeducit.Videtur enim ꝙ ſic,quoniã vnuſquiſque talis eſt per electionem.ergo vnuſ-
que talis eſt ſemper in actu.Dicendum ſophiſtam nõ ſemper decipere,ſed eſſe eum,qui eligit, vult,&
appetit ſemper decipere.& licet appetat ſemper decipere,non tamen ſemper decipit,prauus enim ex
habitu ſemper appetit praua agere,non tamen ſemper praua agere videtur. Aut forte dicendum Ari
ſto.per ſophiſtã, ſeductorẽ, & furem,eos intelligere,qui vt diximus,per electionẽ & appetitum actu
praua agunt,quos dicit non eſſe in potente vt in genere,& hoc ſufficit pro textus expoſitione.

LOCVS SEXAGESIMVS SECVNDVS.

73 Et ſi quid propter ſe honorabilium vel eligibilium, in poteſtate,
vel potente,vel effectiuo poſuit. Omnis enim poteſtas, & omne potẽs
aut effectiuum, propter aliud eligendum.

A Hic est locus sexagesimussecundus, qui sumitur ex cõparatione eius qđ eligitur ꝑpter se, ad id qđ eligitur ꝑpter alterũ, q talis est, si quis honorabile vel eligibile ꝑpter se posuerit in ptãte, vel potẽte, vel effectiuo, vt in genere, peccat. nõ solũ enĩ vituperabilia nõ oportet in potestate vt in genere ponere, sed nec quæ propter se honorabilia & eligibilia sunt. vnde dicit. [Et si quid propter se honorabilium, vel eligibilium, in potestate, vel potente vel effectiuo posuit,] etiam peccat. Cuius causam assignat, & dicit [Omnis enim potestas, & omne potens, aut effectiuum] rerum honorabilium & eligibiliũ [propter aliud eligendum.] potestates enim & potentes & effectiuæ causæ rerum bonarum, instrumentale bonum sunt. Omne autem tale propter aliud est eligibile, hoc est propter id, quod ab ipso fit. iccirco eorum, quæ per se eligibilia sunt & honorabilia, non est genus potestas, vel potens, vel effectiuum, quod potentiam habet efficiendi bonum. Nam hæc, vt diximus, propter aliud sunt eligibilia & honorabilia, non tamen semper eligibilium propter se genera sunt ea, quæ sunt eligibilia propter se. Virtutis enĩ quæ p se eligibilis est, habitus est genus, qui tamẽ ꝑpter se nõ est eligibilis. Si enim habitus esset propter se eligibilis, oĩs habitus esset eligibilis, quare & vitium quod est habitus, eligibile per se erit. Alexan. vero componit syllogismum textus hoc pacto, omnis potestas propter aliud eligibilis, nihil propter se eligibile, est propter aliud eligibile. non igitur eligibilium propter se, potestas est genus. dixit autẽ manifeste Arist. quonam modo sunt bona, quæ sunt vt potestates, & asserit ea bona esse vt or- B gana. hoc pacto dicet quispiam prudentiam vtilem esse propter aliud, quoniam est potentia effectiua rei vtilis.

LOCVS SEXAGESIMVSTERTVIS.

74 Aut si quid eorum, quæ sunt in duobus generibus vel pluribus, in altero posuit. Quædam enim non est in vno genere ponere, vt fraudulẽtum aut seductorem. Neque enim qui eligit, impotens autem, neque qui potest, at non eligens, seductor aut fraudulentus: sed qui vtraque hæc habet. Quare non ponenda sunt in vno genere, sed in vtroque eorum quæ dicta sunt.

Hic est locus sexagesimustertius, qui sumitur a subsistẽtia, qua aliqua species subsistit sub duobus generibus, qui talis est, si aliquis posuerit quædã quæ in duobus generibꝰ sunt, sub altero eorũ tãtũ, nõ C bene genus assignaret. vnde dicit [Aut si quid eorũ, quæ sunt in duobus generibus, vel pluribus, in altero] eorũ duntaxat, [posuit] peccat. & quia aliquis dicere posset nihil posse esse sub duobus generibꝰ, ideo dicit, [quædã enim nõ est in vno genere ponere,] sed in pluribus, [vt fraudulẽtũ, aut seductorẽ.] Est enĩ fraudulẽtus, qui põt & eligit sub latenti insidia alterũ decipere, seductor vero, qui põt & eligit alterum sub apparẽti bono ad malũ ducere. Et ita fraudulentus est in duobus generibus, qm̃ potẽs & eligens, genera sunt fraudulenti. Simili ratione, potens & eligens genera sunt seductoris. [Neque enĩ qui eligit,] vel apppetit [impotens aũt] decipere, vel seducere, [neque qui potest, at non eligens] decipere, vel seducere [seductor aut fraudulentus] est. [sed qui vtraque hæc habet] id est, sed qui potest, & eligit. [Quare non ponenda sunt in vno genere, sed in vtroq; eorũ q̃ dicta sunt.] idem & in fure intelligedũ est. ¶ Quæret autem aliquis vtrũ aliquid possit esse in duobus generibus, quæ non sunt subalterna. Videtur enim quòd non, diuersorum generum non subalternorum quoniam diuersæ sunt species, & differentiæ. At potestas & electio genera sunt diuersa, quæ non subalternatim ponuntur. Alex. innuit duas solutiones, quarũ prima est, posse vnũ & idem esse sub pluribus generibus, qñ illa plura ge- D nera sub vno cõmuni genere collocantur, vt sub qualitate vel aliquo alio. Secunda vero est, idem posse esse sub duobus generibus, quãdo illa duo genera composita nominãt vnũ genus innominatũ. Multa enim genera vno nomine innominata sunt, & ita aliquid potest esse sub duobus generibus, quæ pluribus nominibus vnum genus significant. Quare si quis ponat speciem quæ est in duobus generibus nominantibus vnum genus, altero eorum peccat.

LOCVS SEXAGESIMVSQVARTVS.

75 Insuper aliquoties econuerso, genus quidem, vt differentiam: differentiam autem, vt genus assignant. Vt stuporem, superabundantiam admirationis: & fidem vehementiam opinionis. Nam neque superabundantia, nequ, evehementia genus, sed differentia. Videtur enim stupor admiratio esse superabundans: & fides opinio vehemens. Quare genus admiratio & opinio est. Superabundantia autem & vehementia, differentia. Præterea siquis superabundantiam & vehementiam,

πιστεύσει credent. ἐκπλαγήσεται. ſtupeſcēt.

vt genus aſſignet, inanimata fidem facient, & ſtupefacient. Cuiuſque E enim vehementia & ſuperabundantia illi eſt, cuius adeſt ſuperabundantia, & vehementia. Si ergo ſtupor ſuperabundantia eſt admiratiõis aderit admirationi. Quare admiratio ſtupefaciet. Similiter autem & fides aderit opinioni, ſi vehementia quidem opinionis eſt. Quare opinio fidem faciet. Præterea accidet ſic aſſignanti vehementiam vehemẽtem dicere, & ſuperabundantiam ſuperabundãtem. Eſt enim quædam fides vehemens. ſi ergo fides vehementia eſt, vehementia erit vehemens. Similiter autem & ſtupor quidam eſt ſuperabundans. Si ergo ſtupor eſt ſuperabundantia, ſuperabundantia erit ſuperabundans. Videtur autem neutrum horum: quemadmodum nec diſciplina diſciplinatum, F nec motus motum.

Hic eſt locus ſexageſimusquartus, qui ſumitur a cõparatiõe generis, & differẽtiæ, q̃ talis eſt, q̃ in definitionibus genus vt differentiã, vel econuerſo differẽtiã vt genus aſſignãt, peccãt, vnde dicit. [Inſuper aliquoties ecõuerſo, genus quidẽ vt differentiã, differẽtiã aũt, vt genus aſſignãt,] cũ ſubaudi definiũt, & tũc peccãt. Nõ enim in definitiõibus qđ eſt genus, ꝓ differẽtia, vel differẽtia ꝓ genere poni debet. Et licet ſuperius monſtratum ſit eos peccare, qui ſpeciẽ in differẽtia ponũt vt in genere, quoniã genus in quid, differẽtia in quale p̄dicatur, nũc tamẽ nõ ſimpliciter dicit eos peccare qui ſpeciẽ in differẽtia vt in genere ponũt, ſed qui in definitiõibus aſſignãt differentiam pro genere, vel econuerſo. Quare differt hic locus [vt Alexan. inquit) a loco ſuperius pertractato. Ille enim ſumebatur a cõparatione generis & differentiæ ſimpliciter, hic autẽ ſumitur a comparatione generis & differentiæ in definitionibus, & propterea vſus eſt verbo [aſſignant] quod proprie in definitionibus habet locũ. deinde hoc G quod dixit per exempla mõſtrat, & dicit, [vt] ſubaudi peccant, qui definiendo dicunt [ſtuporẽ ſuperabundantiam admirationis, & fidem vehementiam opinionis.] errant enim iſti, quoniã in huiuſmodi definitiõibus vtũtur differẽtia pro genere, & ecõuerſo genere pro differẽtia. [nam] (vt inquit) [neq; ſuperabundantia] eſt genus ſtuporis, [neq; vehemẽtia genus] fidei [ſed differẽtia. Videtur enĩ ſtupor admiratio eſſe ſuperabundãs, & fides opinio vehemẽs. quare genus admiratio & opinio eſt, ſuperabũdãtia aũt & vehemẽtia, differentia.] Quòd autem ſuperabũdantia ſit differentia admirationũ, & nõ admiratio ſuperabũdãtiæ, ꝓbauit Alexã· quoniã admirationũ aliæ ſunt ſuperabundantes, aliæ vero mediocres, quæ ſunt ſuperabũdãtes, ſtupores ſunt. ergo ſuperabũdantia eſt differentia, quę admiratio cõtrahitur ad ſtuporẽ. Similiter opinionũ aliæ ſunt vehementes, aliæ mediocres, vehementes ſunt fides, igitur opinio cõtrahitur ad fidẽ ꝑ vehemẽtiã, & ſic vehemẽtia erit differẽtia, & nõ genus fidei, Oẽ enĩ id quo magis cõe cõtrahitur ad minus cõe, differẽtia eſt. At admiratio vniuerſalior eſt ſtupore. ſiq̃dẽ oĩs ſtupor admiratio, & nõ ecõuerſo oĩs admiratio ſtupor, ſed admiratio ſupabũdãs eſt ſtupor. Similiter opinio contrahitur ad fidẽ ꝑ vehemẽtiã ſimili ratiõe tanquã ꝑ differẽtiã, qua contrahitur magis commune ad minus cõmune. Quòd aũt vehemẽtia & ſuperabundantia nõ ſint eorũ, quæ dicta ſunt, genera, mõſtrat primo ſic, qm̃ ſuperabũdãtia & vehemẽtia in illis, ſunt quorũ ſunt. Oĩs enĩ vehe H mẽtia in eo eſt, cuius eſt vehemẽtia, vt vẽti vehemẽtia in vento, & ſagittæ vehemẽtia in ſagitta. Similiter & in ſuperabundãtia, nã albi ſuperbundantia in albo eſt, & delectabilis in delectabili. Alicuius enĩ vehemẽtia in illo eſt, cuius eſt vehemẽtia, & alicuius ſuperabundãtia ſimiliter in eo eſt, cuius eſt. Quare ſi ſtupor admiratiõis ſupabũdãtia eſt, ſtupor aderit admiratiõi, & ſic admiratio ſtupefaciet, vel obſtupeſcet, & cõſequenter res inanimata qualis admiratio eſt, ſtupefaciet, vel obſtupeſcet. Simili ratiõe vehemẽtia in opiniõe erit, & ſic opinio fidẽ faciet, vel credet inanimata exiſtẽs, vnde dicit. [Præterea ſiquis ſuperabũdãtiã & vehemẽtiã vt genus aſſignet] ſcilicet ſuperabũdãtiã ſtuporis, vehemẽtiã fidei [inanimata fidẽ faciẽt, & ſtupefaciẽt.] & intelligit ꝑ fidẽ facere, credere, & ꝑ ſtupefacere, obſtupeſcere, Nõ enim abſurdũ eſt inaĩata facere nobis fidẽ, vt vrina fidẽ facit de febre, quę vrina eſt inaĩata. nec abſurdũ eſt rẽ inaĩatã nobis ſtuporẽ facere, vt cũ eſſet zephyrus p̄ter morẽ maximæ magnitudinis, πιστεύσει enim græce latine credẽt, & ἐκπλαγήσεται latine obſtupeſcẽt. Deinde deducit abſurdũ, & accipit propoſitionem quæ poteſt eſſe maior, & dicit. [Cuiuſque enim vehementia & ſuperabundantia illi adeſt, cuius eſt ſuperabundãtia, & vehemẽtia,] hæc maior patet inductiõe. & primo de ſuperabundantia. nam albi ſuperabundantia in albo eſt, & dulcis ſupeabundantia in dulci, & in aliis ſimiliter. Deinde ſimul aſſignat minorem & ſyllogiſmi concluſionem, & dicit. [Si ergo ſtupor ſuperabundnatia eſt admirationis,] hæc eſt minor, quæ patet ex conſenſu aduerſarii [aderit admi-

A rationi,]hoc eſt concluſio,tunc ex hac concluſione infert aliam concluſionem non ſubaccipiẽdo, & dicit,[Quare admiratio ſtupefaciet]hoc eſt,obſtupeſcet.Hæc concluſio poteſt per ſub acceptionem ſic deduci.id cui adeſt ſuperabundantia admirationis obſtupeſcit,admirationi adeſt ſuperabundantia admirationis, vt erat concluſio primi ſyllogiſmi.igitur admiratio obſtupeſcit,quod erat concluſio ſubaccepta.Deinde dat aliam concluſionem ex primo ſyllogiſmo,& componitur ſic,cuius eſt vehementia, in illo eſt,vt patet etiã inductione.nam venti vehementia eſt,& eſt in vento, & ſagittæ vehementia eſt,& eſt in ſagitta. ſed vehementia eſt opinionis,ſi fides vehementia eſt opinionis, igitur fides adeſt opinioni.tangit autem primo cõcluſionem,& dicit.[Similiter autem & fides aderit opinioni,]hæc eſt concluſio [ſi fides vehementia quidem opinionis eſt,] & hæc eſt minor quæ ex conſenſu accipitur.maiorem autem poſuit in priori ſyllogiſmo.eſt enim illa maior communis vtrique ſyllogiſmo.Tunc ex hac concluſione alteram infert,& nec ſubaccipit,& dicit.[Quare opinio fidem faciet,]hoc eſt quare opinio credet,deducitur autem eodem modo,vt prior.Ex iis deducitur abſurdum ſic, admiratio obſtupeſcit,& opinio credit.admiratio & opinio ſunt inanimatæ, igitur inanimata credunt & obſtupeſcunt,quod erat abſurdum.maior patuit ex ſyllogiſmis.minor probatur,quoniam admiratio & opinio qualitates ſunt,& ita inanimatæ.quare nec ſuperabundantia ſtuporis, nec vehemẽtia fidei genus erit.Deinde adducit ſecundam rationem ad idẽ etiam ducentem ad abſurdum,& dicit.
B [Preterea accidet ſic aſſignanti vehementiam vehementem dicere,& ſuperabundantiam]dicere [ſuperabundantem]id eſt accidet vehementiæ vehementiam, & ſuperabundantiæ ſuperabundantiam eſſe. Pro deductione huius,ſumit pro conſtanti, quòd ſit quædam fides vehemens, differentia enim fidei eſt eſſe vehemens.nam fides aliæ vehementes ſunt,aliæ autem non vehementes.vnde dicit.[Eſt enim quædam fides vehemens,]quoniam alia eſt non vehemens,ſed mediocris.Tunc accipit minorem ex conſenſu aduerſarii, & dicit.[Si ergo fides vehementia eſt,] hæc eſt minor, in tertia figura concludetur, quoniam [vehementia erit vehemens.] vnde ſyllo giſmus eſt. Quædam fides vehemens,patet ex diuiſione fidei,omnis fides eſt vehementia, hæc eſt ex conſenſu aduerſarii, igitur vehementia eſt vehemens.Non eſt autem petitio principii in maiore,cum ſumit quandam fidem eſſe vehementem, quoniam illa maior patet ex diuiſione fidei.Eſſet enim petitio principii, quando ſumeretur,& non poſſet ſtatim ratione conſtare.Deinde deducit idem abſurdum de ſtupore, & ſumit maiorẽ quæ etiã diuiſione patet.& dicit. [Similiter & ſtupor quidam eſt ſuperabandans.]patet etiã quoniam ſtuporum alius ſuperabundans eſt,alius autem non ſuperabundans.deinde ſumit minorem ex cõſenſu aduerſarii,& dicit.[Si ergo ſtupor eſt ſuperabũdãtia,]hęc minor eſt, & cõceſſa ab aduerſa
C rio,deinde dat cõcluſionem,& dicit.[Superabundãtia erit ſuperabundans,]deinde deſtruit concluſiones,& dicit.[Videtur autem neutrũ horũ]eſſe,[quemadmodũ nec diſciplina]eſt[diſciplinatum, nec motus]eſt[motum.]non enim diſciplina eſt diſciplinatum,ſed diſciplinati,nec motus eſt motum,ſed moti.eodem modo nec ſuperabundantia eſt ſuperabundantiæ, ſed ſuperabundantis, nec vehementia vehementiæ,ſed vehementis. Omnia enim huiuſmodi aliorum ſunt, & in aliis . nihil enim ipſum in ſeipſo eſt, ſed in altero cuius eſſe dicitur.Nec videtur aliquod eorũ,quæ alicui ineſt, ſibiipſi id afferre,quod ei affert,vt ſcientia habenti quidem ipſam,affert ſcientem eſſe,ipſa vero ſibiipſi non affert.nõ enim ſcientia eſt ſciens.Similiter autẽ & motus & ſuperabundantia,& vehementia, etenim ſi ſibiipſis tulerint hęc, quæ his affuerũt in quibus ſunt,in infinitum iretur,vt in naturali auſcultatione monſtratum eſt.Si enim vehementiæ vehemẽtia eſt,& illius rurſus vehemẽtiæ erit vehemẽtia,& hoc in infinitum,ſimiliter & de ſuperabundantia deduci poterit.Quare cum huiuſmodi ſyllogiſmorũ cõcluſiões ſint impoſſibiles,& non maiores,quæ patent ex diuiſionibus aſſignatis erunt minores falſæ, quæ ex conſenſu aduerſarii ſumebantur & ita nec vehementia fidei,nec ſuperabundantia ſtuporis genus erit.
D

LOCVS SEXAGESIMVS QVINTVS.

76 Quãdoque autem peccant,& paſſionem in genus quod paſſum eſt,ponentes,vt immortalitatem vitam ſempiternam dicentes eſſe. Paſſio enim quædam vitæ,& accidens,immortalitas videtur eſſe.Quòd autem verum ſit quod dicitur,manifeſtum fiet,ſiquis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem.Nullus enim dicit aliam vitam eũ ſumere,ſed accidens aliquod,vel paſſionem eidem aduenire.Quare non genus vita immortalitatis.

Hic eſt locus ſexageſimusquintus,qui accipitur à paſſione,quatenus accipitur vt ſpecies eius qđ patitur,hoc eſt ſui ſubiecti, qui talis eſt, ſi aliquis poſuerit ſubiectum paſſionis pro genere paſſionis, peccat. veluti ſi aliquis coloris genus,corpus diceret, Paſſio enim corporis eſt color, idcirco

corpus non est coloris genus. Simili ratione nec scientiæ, nec notitiæ, nec desiderii, nec tristitiæ, nec E iræ genus est anima, sed subiectum, quod patitur hæc. vnde dicit, [Quandoque autē peccant, & passionē in genus quod passum est, ponentes] id est, ponētes passum, genus passiōis. & per passum Alex. subiectum cuius est passio, exponit: per passionem vero, accidens. hoc modo corpus coloris passum dicitur, & color corporis passio. Simili modo animam passum dicit: scientiam, notitiam, iram, concupiscentiā, & cætera id genus passiones, quæ sunt accidētia animæ. Deinde ponit exemplū, & dicit, [vt] scilicet peccant [dicentes immortalitatem] quæ est passio vitę [esse vitam sempiternam] ita ꝙ vita sit immortalitatis genus, quæ vita est passum, & subiectum immortalitatis. hi enim peccant, quoniā dederunt genus immortalitatis, vitam. Est autem passio aut quoddam accidens, immortalitas vitæ, & hoc dicit, [Passio enim quædam vitæ, & accidens, immortalitas videtur esse.] ¶ Quòd vero ad verba attinet, accidens græce est σύμπτωμα, quod nō pro casu, de quo in physica auscultatione, sed pro accidente intellexit & accepit. Deinde declarat exemplū ex suppositiōe, & dicit. [Quòd autē verum sit quod dicitur,] hoc est, quòd passio aliqua & accidens vitæ, sit immortalitas, [manifestū fiet, si quis admittat aliquē] hominē [ex mortali] statu [fieri īmortalē.] vt putauit vanitas gentiū, quæ hoīes mortales putat ex beneficiis nobis collatis fieri posse deos. [nullus enim] hac suppositione concessa [dicit aliam vitam] secundum substantiam, & genus [eum sumere, sed accidens aliquod, vel passionem] F nulla videlicet facta mutatione substantiali in vita [eidem aduenire.] Suppositione enim hac concessa, eadem vita patiens, quæ primo mortalis erat, immortalis fit. Quare immortalitas vitæ passio & accidēs est. adest enim & abest pręter vitę corruptionē. Si igitur immortalitas vitę passio est & accidēs, vita non erit immortalitatis genus, nec dulcedinis corpus est genus, nec voluptatis vel tristitiæ anima. ideo concludit. [Quare non genus immortalitatis vita.] Sed si non concederet aliquis suppositionē, videlicet ꝙ aliqs homo de mortali fieri possit īmortalis. Adhuc locus verus est, quoniā aliis exēplis probari potest, tamē exemplum causam haberet, quoniā & si immortalitas non est passio ipsius vitæ, erit saltem differentia. Nam species animalis rationalis sunt homo & deus. differentiæ vero eorū sunt mortale & īmortale. Quòd si īmortalitas est differentia vitę, nec ipsius immortalitatis genus erit vita. Dictū est enim eū peccare, qui differentiam in specie posuit. Verum licet illa suppositio esset falsa, nihil tamen prohibet falsum esse signum alicuiuius veri. Vbi enim immortalis fieri possit eadem vita, signū nobis erit, quoniam vita nec est genus, nec species immortalitatis. Non enim idē secundum subiectum & numerum potest manens idem transmutari secundum substantiam, de genere in genus, uel de specie in speciem, non enim supponi potest hominem ad equum transmutari. Non enim idem animal quod in homine manet secundum numerum, fieri potest equus. Bene tamen idem homo, & G idem animal manens mutari potest ad oppositum accidens. licet igitur suppositio esset falsa, potest esse signū, quoniam locus est verus. Loco enim illius suppositionis accipi potest alia vera suppositio, quoniam id in quo fundatur suppositio, verum est.

LOCVS SEXAGESIMVSSEXTVS.

77 Rursum si passionis, cuius est passio, illud genus dicit esse: vt ventum aerem motum. Magis enim motus aeris ventus. Aer enim idem permanet, & quando mouetur, & quando stat. Quare non est omnino aer ventus. Esset enim & non moto aere ventus: siquidem idem aer permanet, qui quidem erat ventus. Similiter autem & in aliis huiusmodi.

Hic est locus sexagesimussextus, qui sumitur etiam ab ipsa passione, quatenus accipitur vt species eius quod patitur. & non differt secūdum Alex. aꝫ pximo loco nisi solo acceptionis modo. In proximo enī loco simpliciter dictū fuit, si passum genus passiōis ponūt, peccāt: erāt enī hæc verba, [quādoque aūt peccāt, & passionem in genus quod passum est ponentes.] hoc est quandoque peccāt, qui ponunt passum genus passionis. In præsenti vero loco addit modum acceptionis, quo passio accipitur, dicit enim. [Rursum si passionis, cuius est passio, illud genus dicit esse.] & intellligit in definitionibus, quasi dicat, rursum peccat, [si passionis] cum definitur, passum [cuius est passio, illud genus dicit esse.] quare differt hic locus a proximo secundum Alex. quoniā proximus locus simpliciter prolatus est, tam in passionibus, cū definiuntur, quàm simpliciter cum passum prædicatur de eis. In præsenti vero loco solum de passionibus intelligit, cum definiuntur. Præterea in præsenti loco addit, [cuius est passio, illud genus dicit esse,] in proximo vero non addit hæc verba [cuius est passio,] sed simpliciter dicit [quādoq; aūt peccāt & passionē in genus quod passum est ponētes] .i. peccāt qui ponūt passum genus passiōis, & sic hæc loca differūt verbis, & re: re quidē, quoniā hic locus limitatur in definitiōibus, ille vero intelligitur simpliciter. verbis vero, quia in illo loco non ponūtur verba, q̄ limitant H

A paſsionem ad illud cuius eſt paſsio. In præſenti vero verba huiuſmodi ponuntur. hæc ex commentariis Alexandri. per quæ patet error Iuniorum, qui volunt hunc locum eſſe econuerſo priori aſsignatum. Euenit autem hic error propter corruptionẽ textus, quam habebant. textus enim Grecus hic eſt, ἔτι εἰ τοῦ πάθους ὅ ἐστι πάθος ἐκεῖνο γένος φασὶν εἶναι, id eſt [Rurſum ſi paſsionis, cuius eſt paſsio illud genus dicit eſſe.] Eſt igitur loc⁹ talis, ſi paſsionis, cũ definitur, quis dixerit illud paſſum eſſe gen⁹, cuius eſt paſsio, hic peccat, etiam vt peccauerunt, qui ſimpliciter paſsionis paſſum genus eſſe ponunt. Quare ſi ventus paſsio aeris eſt, vt Ariſtoteles putat, manifeſtũ quoniam qui ventũ eſſe aerẽ motum definiendo dicit, peccat, quoniã paſsionis paſſum genus dedit. patiens enim aer eſt, patitur enim cum mouetur. Quod autem ventus aere paſſo fiat, demonſtrat Ariſt. quoniam idem aer numero ſeruatus ſecundũ ſubſtantiam manet, quãdo mouetur, & quando non mouetur, vnde dicit, [Vt] videlicet peccat, qui definiẽdo dicit [ventum] eſſe [aerem motum,] vt Empedocles dixit, [magis enim motus aeris ventus] eſt, & nõ aer. eſt enim aer potius ſubiectũ quàm genus, & vẽtus paſsio aeris, quia illius motus. [aer enim idem] numero] permanet & quãdo mouetur, & quãdo ſtat.] ergo eſt ſubiectũ, & nõ genus, [quare non eſt omnino aer ventus,] ita quòd aer ſit venti genus. [Eſſet enim & non moto aere ventus] id eſt quia ſi aer eſſet genus venti, aer prædicaretur de vento omni eo ab aere circunſcripto, quod
B non eſt in ſubſtãtia aeris, & ita aer prædicaretur de vento circunſcripto ab aere moto, qui non in ſubſtantia venti, [ſiquidẽ idem aer permanet] ſecundũ ſubſtãtiam, [qui quidẽ erat ventus] id eſt qui erat genus venti. [Similiter autem & in aliis huiuſmodi] eſt dicendũ: nam nullarũ paſsionũ paſſum eſt genus, propter eandem rationẽ. Hæc eſt vna expoſitio Alexãd. quòd videlicet hic locus à priori differat ſolũ in verbis. Aliter tamẽ exponit, & aſſerit eos, qui ponũt paſſum genus paſsionis, peccare per ignorantiam. Ignorauerunt enim quid paſſum ſit, ii vero, qui paſſum genus putãt paſsionis in præſenti loco, peccant ex ſcientia, quoniam ſciunt quid ſit paſſum & quid paſsio, & tamen aſſerunt paſſum eſſe genus paſsionis, aſſerentes ventũ eſſe aerem motũ, quos hoc pacto arguit, quoniam aer idem numero permanet cum vento, & ſine vento. igitur aer non genus, ſed potius ſubiectum eſt venti, ventus autem aeris paſsio. ¶ Quod vero ad rationẽ attinet, attẽtione dignum Ariſtot. tetigiſſe duas rationes, quibus probauit aerem non eſſe genus venti. Prima eſt, quoniam aer eſt ſubiectũ, cui adeſt & abeſt vẽtus ſine corruptione aeris. igitur non eſt genus, vnde ſyllogiſmus eſt, nullũ ſubiectum venti eſt genus venti, aer eſt ſubiectum venti, igitur aer non eſt genus vẽti. de ratione tangit probationẽ minoris ibi. [Aer enim idem permanet, & quando mouetur & quando ſtat.] Hæc enim eſt minoris probatio. Secũdo tangit concluſionem, cum dicit, [quare non eſt omnino aer ventus,] hoc eſt, quare aer non eſt genus venti.
C Secunda vero ratio eſt ducẽs ad impoſsibile, ſi aer eſſet genus venti, igitur non moto aere eſſet vẽtus, cuius conſequentiæ probationem aſsignat, & dicit, ſiquidem idem aer permanet, qui eſt genus venti. ¶ Sed hæc probatio friuola videtur, quoniã licet idem animal maneret corrupto rationali, tamẽ animal eſt genus hominis. Eſt enim homo animal rationale, & quia rationali non exiſtente animal eſſe poteſt, videbitur animal non eſſe genus hominis. ¶ Dicendũ non eſſe ſimile de aere reſpectu motus & venti, & de animali reſpectu hominis & rationalis, quoniam aer ſublato motu ab ipſo, manet idem numero ſecundum eſſentiam & ſubſtantiam. Simili modo manet idem omnino etiam vẽto ceſſante. at animal quod eſt genus hominis, non manet corrupto rationali, & corrupto homine, quia (vt Alexander inquit) genera non per ſe ſubſiſtũt alicubi, nec ſunt nudæ intẽtiones ſine exiſtentia, vt eſt hippocentaurus, ſed eorum ſubſiſtentia in iis eſt de quibus prædicantur. nam eis corruptis neceſſe eſt, vt genera, quæ in illis ſunt, corrumpantur. Subſtãtia enim animata ſenſitiua, quæ in Socrate eſt, corrũpitur Socrate corrupto. & ſi omnia quæ ſub genere ſunt, corrũpantur, nec genus erit. & ſi vnũ ſolum aut ſecũdum numerũ, aut ſecundũ ſpeciem eorũ quæ ſub genere ſunt, ſeruaretur, genus corrũperetur, licet animal nõ corrũperetur. Seruato enim vno animali ſeruatur animal, quod eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, non tamen ſeruaretur animal vt genus, quoniam animal nõ eſſet natura cõmunis in plu-
D ribus ſpecie differentibus, quæ eſt ratio generis. quia igitur corrupto motu, manet aer ſecũdum ſubſtantiam & numerũ & magnitudinẽ, & ſecundũ rationẽ generis, & in nullo ſubſtãtialiter corrũpitur, manebit aer etiam vt genus. Quare aer corrupto motu, manebit genus vẽti: nõ ſic eſt de animali reſpectu rationalis & hominis. nam corrupto rationali, nõ manet idem numero & ſpecie animal. & ita oportet etiam vt corumpatur & homo & animal, & ſi nõ ſecũdum cõmunem naturam, ſaltem ſecundum eam, per quam ad hominẽ erat cõtractum. hac ratione aqua non eſt genus vndę, quoniã poteſt aqua eadem numero ſeruari corrupta vnda. ſimili ratione aer nõ eſt genus vocis, quoniam aer manet idem omnino corrupta voce. Alexander autẽ in præſenti loco prolixe diſputat, nos vero breuibus reſpondemus negando ſimilitudinem, quoniam corrupto rationali, animal corrumpitur ſecundũ ſubſtantiam, aer vero motu corrupto, manet ſecundum ſubſtantiam, & ſic corrupto motu, poteſt remanere genus venti: animal autem corrupto rationali, non poteſt remanere genus hominis. nõ enim ita aer ad motum ſe habet, vt animal ad rationale.

78 Si igitur & in hoc oportet admittere quoniam aer motus eſt ven-

tus,non tamen de omnibus huiuſmodi eſt aſsignandum,de quibus non E
verificatur huiuſmodi genus,ſed de quibuſcunque vere prædicatur aſsi-
gnatum genus. Nam in quibuſdam non videtur verificari,vt in luto,&
niue. Niuem enim dicunt eſſe aquam coagulatam: lutū autem terra hu-
mido temperatam.Eſt autem neque nix aqua,neque lutum terra. Qua-
re neutrum aſsignatorum generū erit genus. Oportet enim genus ſem-
per verificari de omnibus ſpeciebus . Similiter autem neque vinum eſt
aqua putrefacta(ſicut Empedocles dicit, in ligno putruit vnda) nā ſim-
pliciter non eſt aqua.

Hæc eſt alia argumentatio(vt Alexander exponit) quæ eſt talis,ſi aer eſt genus venti,pari ratione
aqua erit genus niuis,& terra genus luti.tenet argumentū,quoniam ſicut ventus eſt aer motus, ita nix
eſt aqua coagulata, & lutum terra humido tēperata: ſed aqua non eſt genus niuis,nec terra genus lu- F
ti,igitur aer non eſt genus venti.Circa hanc rationem ſic procedit,quia primo videtur quaſi introdu-
cere dubitationem,& dicit,[Si igitur & in hoc]exēplo[oportet admittere quoniam vētus eſt aer mo-
tus,]oportet dico admittereventum eſſe aerem.In quibuſdam enim conceditur ex conſuetudine ma-
teriam prædicari de eo cuius eſt materia, veluti ex auro vas, aurum dicimus: eodem modo,quia ven-
tum ex aere fieri putant,ventum aerem eſſe concedunt.Introducta dubitatione,quæ oritur ex vſū lo-
quentium,ſtatim ſoluendo dubitationem, inducit aliam argumentationem, & dicit, Licet ex vſu lo-
quentium in quibuſdā materia prædicetur de eo cuius eſt materia,[non tamen de huiuſmodi omni-
bus]effectibus[eſt aſsignandū,]id quod eſt materia,vt prædicetur vera prędicatione,quia ſupple non
[de quibus non verificatur]ex vſu loquētium[huiuſmodi genus,]hoc eſt,huiuſmodi materia. de qui-
bus enim materia ex vſu loquentium non verificatur,de eis vera prædicatione datum genus non prę-
dicabitur. Quòd autem non in omnibus verificetur,declarat, & perficit argumentationem,& dicit,
[Nam in quibuſdam]materia, quæ datur,vt genus,[non videtur verificari, vt in luto & niue. niuem
enim dicunt eſſe aquam coagulatam, lutum autem terram humido temperatā. Eſt autem neque nix
aqua,neque lutum terra, quare neutrum aſsignatorum generum erit genus,] quia neque aqua genus G
niuis, neque terra genus luti. igitur neque aer erit genus venti. Quòd autem neque aqua niuis,neque
terra luti genus ſit, oſtendit,& dicit,[Oportet enim genus verificari ſemper de omnibus ſpeciebus.]
Vltimo idem monſtrat in exemplo Empedoclis,& dicit,[Similiter autem neque vinum eſt aqua pu
trefacta (ſicut Empedocles dicit in ligno putruit vnda) nam] vinum [ſimpliciter non eſt aqua.] Ex
his patet ſolutio dubitationis,& tertia argumentatio, per quam probauit aerem non eſſe venti genus.

LOCVS SEXAGESIMVSSEPTIMVS.

79 Inſuper, ſi omnino quod aſsignatum eſt nullius eſt genus, mani-
feſtum enim quoniam neque eius,quod dictum eſt. Cōſiderandum au-
tem ex eo, quoniam nullum eorum differt ſpecie, quæ participant aſsi-
gnatum genus, vt alba. Non enim differunt ſpecie hæc adinuicem. O-
mnis autē generis ſunt ſpecies differētes. Quare nullius erit albū genus.

Hic eſt locus 67.qui accipitur ab iis de quibus prædicatur. cum enim alicuius genus, & genus ſit, H
ſi aliquod datum alicuius,vt genus nullius omnino ſit genus,nec huius erit genus, cuius genus datum
fuit.Talia autem ſunt ſpecies ſpecialiſsimę,quarum ſubiecta non differūt ſpecie, vnde dicit,[Inſuper
ſi quod aſsignatum eſt]vt genus,[nullius omnino eſt genus,manifeſtum enim quoniam neque eius]
erit genus,[quod dictū eſt]eſſe ſpeciem eius. Quo modo vero cognoſci poſsit aliquod omnino nul-
lius eſſe genus,ipſe docet ſic,ſi ea omnia,quæ participant id,quod vt genus datum eſt,nequaquā ſpe-
cie differūt,id quod datum eſt vt genus, impoſsibile eſt eorū eſſe genus. quid autem participare ſit,ſu-
perius expoſuit:eſt participare,definitionem alicuius recipere,vt quoniam animal ſpecies participan-
tes,mutuo differunt,ideo animal eſt genus. Simili ratione de aue,& aliis generibus.quia vero qua ho-
minem participant,non ſecundū ſpeciem mutuo differunt, nec quæ equum,nec quæ albū, aut id ge-
nus participant,nō mutuo ſpecie differunt,ideo neque homo, neque equus, neque album, poteſt eſſe
genus,vnde dicit,[Conſiderandū autem]ſubaudi quo modo cognoſci poſsit aliquod omnino nullius
eſſe genus[ex eo,quoniam nullum eorum quæ participant aſsignatū genus, differt [ſpecie ab altero,]
[vt alba,] deinde ſyllogizat exemplū.& primo ſumit minorē,& dicit,[Nō enim differunt ſpecie hæc
adinuicem.]eſt igitur minor,alba non differunt ſpecie.Deinde dat maiorem,& dicit,[Omnis autem

A generis ſunt ſpecies differentes,] tunc dat concluſionem,& dicit, [Quare nullius erit album genus.] vnde ſyllogiſmus eſt,omnes generis ſpecies ſpecie differunt, alba non differunt ſpecie,igitur in ſecũda figura,alba non ſunt alicuius generis ſpecies,& ſic patet exemplum,quòd videlicet album non ſit genus alborum . Si igitur aliquis dabit tale genus alicuius, manifeſtum quoniam problema interimitur. ¶Sed occurres, quoniam nonnulli aſſerunt animatum & inanimatum albi differentias eſſe. Contra obiiciemus,quoniam prædictis differentiis nigrum etiam differt,vt pix,& coruus. non eſt autem poſſibile contrariorũ eaſdem eſſe differentias. ¶Inſuper occurres dicendo hominem eſſe genus ſtudioſi & praui,aut viri & mulieris,dicemus nec hæc eſſe ita,quoniã hæc non differunt ſpecie,non enim differunt in ratione hominis, ſed per aliqua accidentia. Oportet autem albi non æquiuoce dicti, ſed eius quod eſt in colore,hæc intelligere. album enim de luce, & colore dicitur,ſed æquiuoce, & ita licet lux & color albus differant ſpecie,non tamen album erit genus,quoniam æquiuoce de eis dicitur.

LOCVS SEXAGESIMVSOCTAVVS.

80 Rurſum ſi quod omnia ſequitur, genus vel differẽtiam dixit. Plura enim ſunt quæ omnia ſequuntur, vt ens & vnum, eorũ ſunt, quæ omnia ſequuntur . Si igitur ens genus aſsignauerimus, manifeſtum quoniam omnium erit genus, ſiquidẽ prædicatur de eis. De nullo enim genus,niſi de ſpeciebus pr ędicatur . Quare & vnũ ſpecies erit entis. Accidit igitur de omnibus de quibus genus prædicatur, & ſpeciem prædicari,quoniam ens & vnum de omnibus ſimpliciter prædicantur: oportet autẽ de paucioribus ſpeciem pr ędicari . Si autem quod omnia ſequitur, differentiam dixit, perſpicuum quoniam vel de æqualibus,vel de pluribus differẽtia quàm genus dicetur. Nam ſi & genus omnia ſequitur,de æqualibus: ſin vero non omnia ſequatur genus, de pluribus differentia dicetur quàm ipſum genus.

C Hic eſt locus 68.qui accipitur à prædicatione vniuerſali, quæ talis eſt, ſi aliquis dixit quod omnia ſequitur ſecundum prædicationẽ eſſe genus vel differentiam,peccauit,quoniam plura ſunt quæ prædicantur de omnibus, quorum nullum eſt genus,vnde dicit, [Rurſum ſi quod omnia ſequitur, genus vel differẽtiam dixit,]peccauit.& quòd peccauerat,exponit,& dicit, [Plura enim ſunt quæ omnia ſequuntur,vt ens & vnũ,]res, bonũ, & aliquid[eorum ſunt,quæ omnia ſequuntur,]& per ſequi omnia intelligit, vt primo priorum patet,prædicari de omnibus,ibi enim prædicatum cõſequens,ſubiectum vero antecedens intelligit. Deinde declarat ens & vnum non eſſe genera,licet prædicentur de omnibus,& dicit, [Si igitur ens genus aſsignauerimus,manifeſtum quoniam omnium erit genus,ſiquidem prædicatur de eis] omnibus, tunc procedit ad deſtructionem conſequentis,& dicit, [De nullo enim genus niſi de ſpecie prædicatur]quãdo,videlicet prædicatur vniuoce.[quare & vnum ſpecies erit entis,]prædicatur enim ens de vno:.vnum enim eſt ens. tunc deſtruit hoc conſequens,& dicit, [accidit igitur]ſi vnum eſt ſpecies entis,[de omnibus de quibus genus prædicatur, & ſpeciem prędicari,quoniam ens & vnum de omnibus ſimpliciter prędicantur,]quorum alterum ſpecies,alterum genus eſt. tunc deſtruit hoc vltimum conſequens,& dicit,[Oportet autem de paucioribus ſpeciem prædicari,] quare vnum non erit entis ſpecies, & ita nec ens erit genus omnium, cum monſtraſſet genus nõ eſſe id,quod omnia ſequitur, monſtrat quòd nec differẽtia ſit,quæ omnia ſequitur,& dicit, [Si autẽ quod omnia ſequitur, differentiam dixit,perſpicuum quoniam vel de æqualibus,vel de pluribus differentia quàm genus dicetur,]quæ ambo abſurda ſunt.[Nam ſi & genus]cuius eſt differentia,[omnia ſequitur,de æqualibus] differẽtia dicetur veluti ſi ens genus,vnũ vero differentiã entis aliquis diceret, [Sin vero non omnia ſequatur genus] cuius eſt differẽtia, [de pluribus differentia dicetur quàm ipſum genus,]cuius eſt differentia.ſic peccat,qui entis differentiam opinabile tradit. nam opinabile in plus eſt quàm ens,ſiquidem opinabile eſt,& non ens.

D

LOCVS SEXAGESIMVSNONVS.

81 Inſuper ſi in ſubiecta ſpecie eſt, quod aſsignatum genus dicitur. vt album in niue.Quare manifeſtum,quoniam nõ erit genus. De ſubiecta enim ſpecie ſolum genus dicitur.

Hic eſt locus 69.qui accipitur ab eſſe in,& à dici de.Nã cũ genera de ſubiectis ſpeciebus dicãtur, & non ſint in ſubiecto,manifeſtum, ſi aliquis genus alicuius dabit,in quo vt in ſubiecto eſt, quoniam

destruemus ipsum vtetes hoc loco.esse enim in subiecto,destruit genus, accommodatur enim potius accidenti,cui proprium est esse in subiecto.vnde dicit,[Insuper si in subiecta specie est,quod assignatum genus dicitur]subaudi,destruemus esse genus.[vt]si posuerimus [albũ]esse[in niue,]destruemus album esse genus,propterea concludit,[quare manifestum quoniam] album [non erit genus] scilicet niuis.deinde tãgit maximam ex qua locus habet suam probabilitatem,& dicit,[de subiecta enim specie solum genus dicitur.] & non est in subiecta specie.dici enim de altero,generi proprium est:esse in altero,accidenti.sic monstratur nigrum non esse genus picis,nec scientia aut virtus,genus animæ. E

LOCVS SEPTVAGESIMVS.

82 Considerandum autem, & si non vniuocũ sit genus speciei. De omnibus enim speciebus vniuoce genus prædicatur.

Hic est locus 70.qui sumitur à modo prædicãdi vniuoce,& æquiuoce, & locus præceptus clarus est,dicit enim,[Considerandum autem & si non vniuocũ sit genus speciei]sed æquiuocũ.nam si sic, destruemus genus.deinde ponit maximã in qua firmatur locus,& dicit,[de omnibus enim speciebus vniuoce genus prædicatur.]Sic monstratur nec vnum,nec ens,esse genus decem prędicamentorum, quoniam tam ens quàm vnum æquiuoce dicitur de decem prædicamentis. Alexander tamen asserit hunc locum esse positum in iis,quæ sunt subiecta passionum & accidentium. & erit secundũ eius expositionem locus talis, si aliquod subiectum vt genus de eo assignatur quod est in subiecto, si non est vniuocum,non erit genus.sic monstratur manum non esse genus cæstus,nam cęstus non est manus, sed in manu,sicuti in subiecto.Est enim cæstus genus clauæ, quo Daretem & Entellum pugnasse legimus. Virgil.lib.5.AEneid.Sin crudo fidit pugnã committere cæstu. Sic etiam mõstratur aerem vel materiam non esse genus qualitatis.Est enim qualitas in his,vt in subiectis.est autem hic potentia tactus, superius ibi[quandoque autem peccant,& passionem in genere eius quod passum est,ponẽtes,] Hæc tamen Alexandri expositio,licet sit vera,tamen non facile verbis Aristotelis accommodatur. F

LOCVS SEPTVAGESIMVSPRIMVS.

83 Ad hæc si generi,& speciei contrariũ est, quando quod melius cõtrariorũ est,in peiori genere ponit. Accidet enim reliquuum in reliquo esse:siquidem cõtraria in cõtrariis generibus sunt.Quare quod deterius est,in meliori erit. At videtur melioris,& genus melius esse. G

Hic est locus septuagesimusprimus,qui sumitur à cõtrariis, comparatione habita duorum ad duo, qui talis est, si tam genus quàm species contrarium habuerit, fuerítque eorum contrariorum alterum melius,alterum deterius,si deterius contrarium ponitur species melioris cõtrarii: melius vero,peioris, quæ dantur vt eorum genera,non sunt genera.vnde dicit, [Adhęc si generi cõtrarium est, & speciei] similiter contrariũ est,[quando quod melius cõtrariorum est,ponit in peiori]cõtrario,vt in[genere,] subaudi,interimitur problema,quia quod datum est vt genus,non est genus.& quòd interimẽdum sit problema,argumẽtatur ducẽdo ad impossibile,& dicit, [accidet enim reliquum] scilicet deterius cõtrarium[in reliquo esse]scilicet in meliori esse,vt in genere,[siquidem cõtraria in contrariis generibus sunt. Quare]contrariorum assignatorũ,[quod deterius est,in meliori erit,] & ecõuerso,quod melius, in deteriori,tunc destruit consequens,& ponit maximam,& dicit,[at videtur melioris]scilicet cõtrarii,[& genus melius esse.]est enim hæc maxima,duorum contrariorum,quorũ alterum melius, alterum peius est,si generi alterius contrariũ ponitur,semper quod melius in meliori,& quod peius in peiori,vt in genere ponitur. Quæ enim sub virtute sunt,iis meliora sunt,quæ sunt sub vitio. Si igitur aliquis iniustitiam virtutem dixerit, hic dicet iustitiam vitium: & si segnitia est eligibilis, operari fugibile est.& si voluptas malum,dolor bonum erit,quæ cum sint absurda genera interimenda sunt. H

LOCVS SEPTVAGESIMVSSECVNDVS.

κίνησιν motum. κινούμενον mobile motum. στατικὴ quiescibilis. στάσις quies.

84 Et si eodem similiter ad vtraque se habẽte:in peiore, & nõ in meliore genere ponit, vt animam quod quidem agitationem, aut agitatũ. Nam pari modo eadem statiua, & agitatiua esse videtur. Quare si melius statio,in hoc oportet genere ponere.

Hic est locus 72.qui sumitur à comparatione eiusdem speciei ad duo contraria,qui talis est, si data species similiter se haberet ad duo genera,quorũ alterum melius,alterum peius est, si sub peiore genere ordinetur,genus male assignatur,vnde dicit, [Et si eodẽ]hoc est,& si eadem specie [similiter ad vtraque]contraria[se habente,]quorum alterum peius,alterum melius est,ita vt videatur sub vtroque vt in genere,pari ratione ponenda,si[in peiore,& non in meliore genere ponit,] male assignat genus. rationabilius enim ipsam in meliore magis quàm in peiore ponere oportet,vt quoniam medicinalem

A facultatem videmus morbum & sanitatem posse facere, non morbi, sed sanitatis effectiuam dicimus. In meliore enim (quando fieri potest) vnũquodque est. vnde sicuti natura eligit de possibilibus quod melius est, ita ars, quando eadem species esse potest sub duobus generibus, quorũ alterum melius, alterum peius est, reponere debet eam sub meliore genere. Et intelligẽdum est, quando ex apparẽti pari ratione, vna species potest esse sub contrariis generibus: quoniam reuera nulla species eadẽ potest esse sub contrariis generibus: oppositorum enim generum species & differentiæ, oppositæ sunt. Aut intelligendum hypothetice, si contingat eandem speciem sub cõtrariis generibus poni. deinde exemplum affert, & dicit, [vt] si [animã] aliquis dixerit [quod quidem agitationẽ] id est ipsam agitationem ὅπερ enim Græce, ostensiuum signum est, vt apud Sorticolas ly. vnde dicit, vt si animam aliquis dixerit ly [agitationem, aut agitatum] supple errat. [Nam] vt inquit, [pari modo eadem statiua & agitatiua esse videtur.] anima enim similiter se habet ad motum & ad statum. Est enim ipsa amborum causa in animali. nam vt animalia mouentur per animam, sic & per animam quiescunt. tunc dat conclusionem, & dicit, [quare si melius statio, in genere hoc oportet] animã [ponere.] est autem statio melior motu. Motus enim si est in quibus est statio, ob stationẽ est. est enim statio finis motus. in corporibus enim corruptilibus in quibus motus & statio sunt, semper statio est finis motus: in æternis vero, in quibus B non est statio, motus melior est. simili ratione finis addiscentis est addiscere, in quo est stare. Si igitur hæc ita se habent, non recte fecerunt, qui animam in motu vel agitatione vt in genere posuerunt, melius posuissent in statione, vt in genere. ¶ Quod vero ad verba attinet, dixit [agitationẽ, aut agitatũ,] nam aliqui animam posuerunt esse agitationẽ per se. Aliqui vero dixerũt animam esse numerum per seipsum agitatum. Verum quouis modo dicatur, non recte ponitur, vt Aristoteles demonstrauit. ὅπερ ly.

LOCVS SEPTVAGESIMVSTERTIVS.

85 Præterea ex magis & minus: destruenti quidẽ, si genus suscipit magis, species autem non suscipit, nec ipsa, nec quod secundum ipsam dicitur: vt si virtus suscipit magis, & iustitia & iustus. Dicitur enim iustus magis alter altero. Si igitur asignatũ quidem genus magis suscipit, species autem non suscipit, neque ipsa, neque quod secũdum ipsam dicitur, non erit genus quod asignatum est.

C Quemadmodum quando de accidente rationem fecit, simpliciter & cõparatiue ex magis & minus & ex simili, duo quidem loca destructiua, vnum vero cõstructiuum tradidit. cõmunia vero, sicuti quæ ex casibus & cõiugatis, & generationibus & corruptionibus & oppositis, sic & ea, quæ hic tradit, vnus quidem destructiuus est ex magis & minus, & dicit, [Prętерea ex magis & minus] locus 73. sumitur, deinde dat locum præceptũ, & dicit, [destruenti quidẽ] locus supple præceptus sit iste, [si genus suscipit magis, species autem non suscipit, nec ipsa] scilicet in se, [nec quod secundũ ipsam dicitur,] hoc est, nec in concreto, quod dabatur vt genus, non est genus. hæc enim est maxima, in quibus genus magis & minus suscipit, & species ipsa in se: & quæ secundũ speciem dicũtur, scilicet denominatiua, quæ cõcreta dicũtur, magis & minus suscipient, & ecõuerso rationabile est. [vt si virtus suscipit magis] vel minus, [& iustitia,] quę est species virtutis, [& iustus] vel iustum quod denominatiuum est à iustitia, etiam magis & minus suscipiet. [Dicitur enim iustus magis alter altero.] tunc resumit locum, & dicit, [Si igitur asignatum quidem genus magis suscipit, species autem] quæ sub illo asignatur, [non suscipit, neque ipsa, neque quod secundum ipsam dicitur, erit genus quod asignatum est] pro genere. Sic monstraret vtique quispiam dubitationem non esse in æqualitate, vt in genere, quemadmodum definientes ipsam dicunt æqualitatem esse contrariarũ cogitationum. nam dubitatio magis & minus suscipit ipsa, & quod denominatur ab ipsa. At ęqualitas nec ipsa, nec ęqualia. Non enim D sunt magis & minus aliqua æqualia. Præterea nix quidẽ non suscipit magis & minus, album vero suscipit. ideo non est genus niuis album. Ad hec harmonia suscipit magis & minus, anima vero nõ: ideo anima non est harmonia.

LOCVS SEPTVAGESIMVSQVARTVS.

86 Rursum si quod magis videtur, vel similiter, non est genus, manifestum quoniam nec quod asignatũ est. Vtilis autem hic locus in talibus maxime, in quibus plura vidẽtur de specie in eo quod quid est prædicata, & nõ determinatũ est, neque habemus dicere quale nam eorum est genus. Vt de ira, & tristitia, & opinio paruipendẽtię in eo quod quid est prædicari videntur. Contristatur enim iratus, & opinatur paruipẽdi.

Hic est locus 74. qui sumitur à maiore, & à simili secundum apparentiam, in quo loco comparat plura genera ad eandē speciem, qui talis est, si illud quod videtur magis esse genus datæ speciei quàm alterum, vel videtur esse similiter genus datæ speciei sicut alterum, nō est genus, nec alterū erit genus, quod minus, vel similiter genus esse videtur. Potest autē hic locus resolui in duo, quorum primus talis est, si quod magis videtur esse genus alicuius datæ speciei, non est genus, nec quod minus videtur esse vtique erit. Secundus vero talis, si quod similiter videtur esse genus alicuius datæ speciei, illius non est genus, nec vtique erit genus quod similiter. Copulauit tamē hæc loca in vnum breuitatis causa, & dicit, [Rursum si quod magis videtur, vel similiter, non est genus, manifestū quoniam non] erit genus, [quod asignatū est] pro genere. deinde declarat in quib⁹ potisimum hic locus est vtilis, & dicit, [vtilis autem hic locus in talibus maxime, in quibus plura vidētur de specie in eo quod quid est prædicata. & non determinatum est, neque] facile ac prompte [habemus dicere, quale nam eorū] prædicatorum [est genus,] & asignat exemplū, & dicit, [vt de ira] sunt plura prędicata in eo quod quid est, nam [& tristitia, & opinio paruipendentiæ in eo quod quid est prædicari videntur. Contristatur enim iratus, & opinatur paruipendi.] Quoniam igitur hæc ambo de ira in eo quod est prædicari videntur, & non est manifestum qualenam eorum est genus, accipiendum est quod videtur esse magis eorum genus, & argumentandū, si quod magis videtur esse genus non est genus, nec reliquum erit genus, quod minus videtur. Si enim tristitia videtur magis genus iræ quàm opinio paruipendentiæ, & non est genus, neque vtique opinio paruipendentiæ erit iræ genus. Præterea si ambo similiter viderentur esse iræ genera, & monstrabitur alterum non esse iræ genus, erit mōstratum quoniam nec alterum, quod videtur ei simile. Sic monstrabimus tempus non esse in numero, vt in genere. Si enim tēpus videtur magis esse motus quàm numerus (probabile enim est continui continuum magis esse genus) sed tempus non est motus. omnis enim motus aliquid alicuius est & ad aliquid: at tēpus non est ad aliquid, tempus igitur non est motus. quare nec numerus erit tempus. Rursum quòd non sit genus desiderii tristitia, monstrabimus etiam. si enim magis desiderium est indigentia quàm tristitia, non est desiderii indigentia genus, igitur nec tristitia erit vtique genus. Quòd autem indigētia non sit genus desiderii, ex eo patet, quia genus nullius speciei est causa. at indigentia causa est desiderii. Similiter in exemplo Aristot. monstratio procederet, si similiter iræ, & tristitia: & opinio, paruipendentiæ genus videretur, quoniam si non est genus opinio paruipendentiæ, nec tristitia erit vtique genus iræ.

87 Eadem autem consideratio & in specie, ad aliud aliquid cōparanti. Si quod magis vel similiter videtur esse in asignato genere, non est in genere, manifestum quoniam neque asignata omnino species erit in generę.

Eodē loco vtitur, & in specie, quoniā est eadē cōsideratio. Si enim quæ magis videtur esse species alicuius dati generis, non est illius, species nec hæc erit eiusdē species, quæ minus videtur species propositi generis, vnde dicit, [eadem autē consideratio erit ipsi [comparāti & in specie ad aliquid aliud] qđ etiā videtur species eiusdē quæ fuit plurium generū ad eandē speciē, & exponit eā, & dicit, [si quod magis vel similiter videtur esse in asignato genere, nō est in] eo [genere, manifestū quoniā neq; asignata omnino species erit in] illo [genere.] Vt si magis videtur virtutis species cōtinentia quàm mansuetudo, non est autem continentia virtutis species, igitur nec māsuetudo. Ex simili vero eodem modo, si similiter continentia & constantia videntur virtutis species, non est autem constantia virtutis species, igitur nec continentia.

88 Interimenti igitur quemadmodum dictum est, vtēdum. Astruenti vero, si quidem suscipit magis, quod asignatum est genus & species, nō vtilis locus. Nihil enim prohibet vtrorumque suscipientium nō esse alterum alterius genus. Nam bonum & album suscipit magis & minus, & neutrum est neutrius genus.

Nunc ostēdit quo modo loca prædicta vtilia & inutilia sunt, & primo quasi epilogando ostendit ea esse vtilia volenti destruere, & dicit, [Interimēti igitur, quemadmodū dictum est, vtēdum] scilicet locis & considerationibus, quas diximus. Quo vero modo vtiles sint vel non sint construenti, deinceps demōstrat, & primo declarat locum 73. non esse vtilē ad construendū. verū repetēdo locū dicit, [astruenti vero nō est vtilis locus] 73. qui erat, [siquidē suscipit magis, quod asignatum est genus & species] etiam suscipit magis, hic locus tamen non est vtilis construenti. [enim] nam licet si genus suscipit magis, oportet speciem suscipere magis, [nihil] tamen [prohibet vtrorumque suscipientium non esse alterū alterius genus.] quare solū ad destruendū vtilis erit, bene enim sequitur, genus suscipit magis, & data species non, igitur genus non erit datæ speciei genus. & ecōuerso etiam, si species suscipit

A & genus non suscipit, igitur datæ speciei datum genus non erit genus. Ad construendũ vero non vtilis, quia nõ sequitur, genus & species suscipiunt magis, igitur alterum alterius est genus. & hoc exemplo monstrat, & dicit, [Nam bonum & album suscipit magis & minus, &]tamen [neutrum est neutrius genus,]locus igitur 73.ad construendum non est vtilis.

LOCVS SEPTVAGESIMVSQVARTVS.

89 Generum autem & specierum ad se inuicem comparatio vtilis, vt si similiter hoc, & hoc genus, si alterum genus, & alterum. Similiter autem & si quod minus, & quod magis. Vt si continentiæ magis potestas quàm virtus genus, virtus autem genus, & potestas. Eadem autem & de specie conuenit dici. Nam si similiter hoc & hoc propositi est species, si alterũ species, & reliquũ. Et si quod minus videtur, species est, & quod magis.

B Nunc ostẽdit locum septuagesimũ quartum vtilem esse volenti destruere, & volenti cõstruere, & dicit, [Generum autem & specierũ ad se inuicem cõparatio] hic est locus septuagesimus quartus, qui sumitur à comparatione plurium generum ad eandẽ speciẽ, vel à comparatione plurium specierũ ad idem genus, ad cõstruendũ est[vtilis,]&exponit se, & dicit, [vt si similiter hoc, & hoc]videtur esse[genus]alicuius datæ speciei, [si]eorũ duorum, quæ videntur genera similiter alicuius datæ speciei, [alterum]est[genus, & alterum]erit genus eiusdem speciei. [Similiter autem & si quod minus]videtur esse genus, est datæ speciei genus, [& quod magis]videtur illius genus, erit illius genus[vt si continẽtię magis potestas quàm virtus genus]videtur esse, videtur enim continens secundũ aliquã potestatem resistere cõcupiscentiis [virtus autẽ genus,]est cõtinentiæ, igitur [& potestas.] Quod vero virtus sit genus, patet, quoniã cõtinẽtia est habitus laudabilis. Quod vero hic locus sit vtilis ex parte specierũ, demõstrat, & dicit, [eadẽ autẽ & de specie cõuenit dici. nam si similiter hoc & hoc] videtur [est propositi species, si alterum] est[species] propositi generis, [& reliquum.]erit species propositi generis, [& si quod minus videtur]species propositi generis, [est species]illius, [& quod magis]videtur propositi generis species, erit species. Vt si minus videtur esse in virtute vt in genere cõtinentia q̃ cõstantia, & continẽtia est in virtute, vt in genere, igitur & cõstantia. eadẽ enim ratio est, siue in generibus siue in

C speciebus simile accipitur. ¶ Quo vero modo vtiles sint ad cõstruendum loci prædicti, perspicuum.

LOCVS SEPTVAGESIMVSQVINTVS.

90 Insuper ad construendum, perspiciendũ si de quibus asignatũ est genus, in eo quod quid est prædicatur: non vna existente asignata specie, sed & pluribus & differentibus: nam manifestum quoniam erit genus. Si autem in asignato species est, considerãdum & si de aliis speciebus genus in eo quod quid est prędicatur. Accidet enim rursus de pluribus & differentibus idem prædicari.

Hic est locus septuagesimusquintus, qui sumitur à comparatione generis ad plures species, quo ad prædicari in quid, ex parte generis, & est constructiuus. aut potest dici Aristot. ponere duo loca constructiua, quæ ambo sumuntur ab eo quod est prædicari in quid, verum in primo supponit genus de pluribus & differentibus specie prædicari, & quærit si in eo quod quid est prædicetur. In secũdo vero

D supponit genus prædicari in quid de data specie, & quærit, vtrum prædicetur & de aliis pluribus. De primo dicit, [Insuper ad cõstruendum, perspiciendum si de quibus asignatum est genus, in eo quod quid est prędicatur, non vna existente specie asignata, sed & pluribus & differentibus]hoc est, modo supponatur non vnam esse speciem, sed plures, & differẽtes. [nam manifestũ] si ita fuerit, [quoniam] datum genus[erit genus,]vt si animal, de homine & equo. Et (vt Alexãder inquit) hoc idem vtile est & ad destructionem. si enim non esset in eo quod quid est prædicatum, non esset genus. deinde tangit secundum locum, in quo supponit datum genus prædicari de ipsa data specie in eo quod quid est, & quærit si etiam de aliis differẽtibus specie similiter prædicetur, vt si animal datũ sit hominis genus, considerãdum si de equo & aliis similiter prædicetur, quoniam si sic, datũ genus erit genus, & dicit, [Si autẽ in asignato] genere[species est,] hoc est, si autem supponitur datum genus esse datæ speciei genus, [considerandũ & si de aliis speciebus genus in eo quod quid est p̃dicatur.]nã si supple sic prędicatur de aliis, vt de illa, erit genus, qđ datur vt genus. Cuius rationẽ asignat, & dicit, [Accidet enim rursus de pluribus, & differentibus idem]genus[prædicari.] Quare erit genus. est autẽ hoc idem vtile ad destruendum, quoniam si non de aliis in eo quod quid est, prædicatur, non erit genus quod da-

batur vt genus, non enim prædicabitur de pluribus differentibus ſpecie. E

91 Quoniam autem videtur quibuſdam & differẽtia in eo quod quid eſt de ſpeciebus prædicari, ſeparandum eſt genus à differentia vtenti iis, quæ dicentur elemẽtis. Primo quidem, quoniã genus de pluribus quàm differentia dicitur.

Cum dixiſſet in primo libro differentiam & problemata de differentia oportere cum genere ordinari, quoniam eadem loca ſunt vtilia ad problemata de differentia, quæ ſunt vtilia ad problemata de genere. ideo docet nunc ſeparare genus à differẽtia, & primo oſtendit cauſam quare debet ponere loca, quibus ſciemus ſeparare genus à differẽtia, & dicit, [Quoniam autem videtur quibuſdam] auctoribus, [& differẽtia in eo quod quid eſt de ſpeciebus prædicari,] & de pluribus differẽtibus ſpecie, maxime differentia quæ conſtituit genus, vt ipſum ſenſitiuum. Videtur dico in eo quod quid eſt de ſpeciebus prædicari, primo quia eſt prædicatum vniuocum vt genus, ſecundo quoniam ponitur in definitione ſpeciei, quia ita quibuſdam videtur, [ſeparandum eſt genus à differentia vtenti iis quæ dicentur elementis,] hoc eſt, locis, quæ ſunt tria, quorũ primũ accipit ab eo quod eſt de pluribus prædicari, & dicit, vtenti [primo quidem] loco [quoniam genus de pluribus quàm differentia dicitur,] eſt autem verus hic locus de differentia diuiſiua. Eſt enim differentia diuiſiua vt pars generis. F

92 Deinde quoniam ſecũdum ipſius quid eſt aſsignationẽ, magis cõuenit genus quàm differentiam dicere. Qui enim animal dicit hominẽ, magis indicat quid eſt homo, quàm qui greſsibile.

Hic 2. locus, quo ſeparamus genus à differẽtia, ſumitur à modo ſignificãdi quid eſt. nam licet differentia videatur in eo quod quid eſt de ſpecie prædicari, ſi enim definitio in eo quod quid eſt prædicatur, cum differentiæ in definitione ſpeciei ponantur, etiam in eo quod quid eſt prædicantur, tamen magis genus congruit interrogãti de ſpecie quid eſt, dare quàm differentiam, vnde dicit, [Deinde] licet differentia videatur de ſpecie in eo quod quid eſt prædicari, [quoniã] tamen [ſecundũ ipſius quid eſt aſsignationẽ magis conuenit] interrogãti de ſpecie quid eſt [genus q̃ differẽtiam dicere, qui enim] interrogatus quid eſt homo, [dicit hominẽ] eſſe [aĩal, magis indicat quid eſt homo] ſic reſpõdẽdo, [q̃ qui greſsibile] dicit. & hic locus intelligitur tam de differentia diuiſiua generis, q̃ conſtitutiua generis. G

93 Et quoniam differentia quidem qualitatem generis ſemper ſignificat, genus autem differẽtiæ, non. Qui enim dicit greſsibile, quale quid dicit animal. Qui vero animal dicit, nõ dicit quale quid greſsibile. Differentia igitur à genere ſic ſeparanda.

Hic eſt locus tertius, qui ſumitur à modo dicendi quale. nam differentia qualitatem generis, cuius eſt differentia diuiſiua, dicit. Eſt enim qualitas animalis rationale, genus autem non dicit quale differentiæ. nullius enim differentiarũ, quibus diuiditur qualitas, eſt animal. vnde dicit, [Et quoniam differentia quidẽ qualitatẽ generis ſemper ſignificat, genus autem differentiæ, non] ſignificat qualitatem. [Qui enim dicit greſsibile] vt hominẽ eſſe greſsibilem, [dicit animal quale quid,] dicit quid, dicendo animal dicit quale, dicendo greſsibile. [qui vero] hominem [dicit animal, non dicit quale quid greſsibile.] tunc epilogat, & dicit, [Differentia igitur à genere ſic ſeparanda.] dixit differentiam eſſe generis qualitatẽ, quia dicit formã ſpeciei qualificãdo genus. qui enim dicit animal rationale formã, hominis completiſsimam dicit, circunloquendo eam per hoc totũ animal rationale. aut dicẽdum genus comparari ad differentias, quibus diuiditur, vt potentia ad actum, modo actus eſt eſſentialis qualitas ſuæ potentiæ, potentia autem non eſt qualitas ſui actus. H

LOCVS SEPTVAGESIMVSSEXTVS.

94 Quoniam autem videtur muſicũ, qua muſicũ eſt, ſciẽs eſſe, & muſica ſcientia quædam eſt: & ſi ambulans, qua ambulat, mouetur, ambulatio motus quidam eſt. Conſiderandum, in quo genere vult quippiam conſtruere, dictum modũ. Vt ſi ſcientiam quod quidem fidem, ſi ſciens, quatenus ſcit, fidit. Manifeſtum enim quoniam ſcientia fides quædam erit. Eodem autem modo & in aliis huiuſmodi.

Hic eſt locus 76. per quem docet conſtruere genus, & ſumitur à coniugatis, vel à denominatiuis,

A à denominatiuis enim ad principalia, locus est probabilis ad terminandum problema affirmatiuum de genere. Et procedit suspẽsiue, primo procedendo per inductionem, secundo ibi, [Considerãdum] terminat suspensionem, & assignat locum per virtutem inductionis, & dicit, [Quoniã autem videtur musicum qua musicum est, sciens esse, &] ex hoc sequitur, quoniam [musica sciẽtia quædam est, &] quoniã subaudi [si ambulans, qua ambulans mouetur,] sequitur quoniã [ambulatio quidã motus est,] & sequitur ex denominatiuis semper idem in principalibus, cum ex inductione hoc pateat, [considerandum dictum modũ] ex denominatiuis ad principalia [in quo genere] aliquis [vult quippiam construere,] per hunc enim modũ poterit construere illius genus, [vt si] vult [sciẽtiam quod quidem fidem] construere hoc, vt si voluerit probare fidẽ esse genus scientiæ, considerandũ subaudi, [si sciens quatenus scit, fidit. manifestũ enim] si ita fuerit, [quoniam scientia fides quędã erit, eodem autem modo in aliis huiusmodi.] argumẽtandum. nã si delectãs inquantũ delectans in bono est, voluptas bonũ erit. Et si quod audit inquantũ audit, sentit, & auditus erit sensus. Addit autẽ Arist. ipsum [inquãtum] quoniam non sequitur, dulce est album, ergo dulcedo est albedo, nisi dicatur dulce esse album quo est dulce. modo hoc nõ est verum, & ideo nec dulcedo erit albedo. ¶ Quod vero ad verba attinet, animaduersione dignum, in codicibus græcis nostris verbũ est, cum dicitur [& musica scientia quædam

B est,] & verbum est cum dicitur, [motus quidã est] in antiquis græcis codicibus legi εἶναι, quod Alexander aduertit, & tunc pro esse legendum, est, nam sic textus perspicuus est.

LOCVS SEPTVAGESIMVSSEPTIMVS.

95 Insuper quoniam quod sequitur aliquid semper, & nõ conuertitur, difficile est separare ab eo quod est genus, si hoc quidẽ illud sequitur omne, illud vero hoc nõ omne: vt tranquillitatẽ quies, & numerũ diuisibile, ecõuerso aũt nõ. Nã diuisibile nõ omne numerus, neq; quies omnis, trãquillitas: ipso quidẽ est vtẽdũ vt genere, quod est semper cõsequẽs, cũ nõ cõuertatur alterũ. Cũ vel. n. alterũ se extẽdit, nõ in omnib. obsequẽdũ.

τὸ μὴ γένος εἶναι quod non sit genus, ab eo qđ non est genus.

Hic est vltimus locus ad construendum genus, qui non est necessarius, sed probabilis, nec est vtilis vniuersaliter ad construendum verum genus, sed ad construendum aliquod prædicatum, quod con-

C sequitur ad aliquod subiectum, vt genus. Cum enim genus sequatur speciem secũdum consequentiã, & non econuerso, vt si quidem homo, est animal, non autem si animal est homo, oportet, vt inquit, in quibus talis ordo est, vt alterum sequatur alterum, & nõ econuerso, accipere alterum quidem, vt speciem, alterum vero vt genus. Sumitur igitur hic locus à nõ conuersiua consequentia, & hunc ponit dicens, & legatur suspensiue vsque ibi [ipso quidem insuper quoniam quod sequitur aliquid semper & non conuertitur, difficille est separare ab eo quod est genus, si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc non omne.] est enim illud sequens valde generi simile, & subiectum ad quod sequitur, valde speciei simile, adeo vt tale sequens difficile sit separare à genere. & ponit exẽplum, & dicit, [vt tranquillitatem] sequitur [quies, & numerum] sequitur [diuisibile, econuerso autem nõ. nam diuisibile non omne numerus, neque quies omnis est tranquillitas,] solum enim in mari quies est tranquillitas. tunc terminando suppositionem, assignat locum probabilem, & dicit, [ipso quidem] scilicet prædicato cõ sequente non conuersim, [vtendum, vt genere, quod est semper consequens, cum non conuertatur alterũ] scilicet subiectum cũ ipso prædicato, non quod sit verũ, & proprium genus [cũ enim,] vt inquit [alterũ non se extẽdit in omnibus] in quibus se extẽdit prædicatũ cõsequens, ab ipso respondente [obsequendũ] atque obediendũ ipsi opponẽti qui proposuit respondẽti tale sequẽs esse genus. nã licet nõ

D sit proprie & vere genus, concedendum est oppponenti vt saltem habeatur pro genere, vt proposuit.

INSTANTIA.

96 Instantia autem huius, quoniã nõ ens sequitur omne quod fit (Nã quod fit non est) & nõ conuertitur. (Non enim omne quod nõ est, fit) attamen non est genus nõ ens eius, quod fit. Simpliciter enim non sunt entis species. De genere igitur (quemamodum dictũ est) transeundum.

Quia dixit locum esse probabilem, & non vniuersaliter verũ, dat instantiã, & non soluit, vt demõstret locum esse probabilem, & non in omnibus verum, vt Alexand. exposuit, & dicit. [Instantia autẽ huius] loci est, per quam patebit eum non esse vniuersalem. [qm̃ non ens sequitur omne quod fit, nã quod fit] omne, [non est, & non conuertitur, nõ enim omne quod non est, fit,] tragelaphus enim nõ est, quod tamen non fit. Quare licet non ens sequatur omne quod fit, econuerso tamen nequaquam sequetur. deinde declarat non ens non esse genus eius quod fit, & dicit, [Attamen non est genus non ens eius, quod fit] licet sequatur ad omne quod fit. & quod non ens non sit eius quod fit, genus, decla

rat,& dicit,[ſimpliciter enim,]& omnino [non ſunt non entis ſpecies,] non entis enim impoſsibile E eſt ſpecies aliquas eſſe. De nullo enim non ens in eo quod quid eſt prædicatur, & hac ratione nec priuationis ſunt aliquæ ſpecies. Præterea genus exiſtentiam & formam dicit, non ens autem ſine exiſtentia eſt, non igitur non ens genus entis eſſe poteſt. Oportet enim genus in quadam exiſtentia conſiſtere. & ſi non placet hęc Ariſtot. inſtantia, ſunt & aliæ: nam album omnem cygnum ſequitur, & omnẽ niuem, & album non eſt genus niuis, nec cygni. Præterea nigrum, omnem coruum, & omnem picem conſequitur, & tamen nigrum nec corui, nec picis genus eſt: quare non omne conſequens nõ conuerſim erit genus. poteſt tamen haberi loco generis. Hæc Ariſtoteles, & de libro quarto hactenus.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER QVINTVS, CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS COMMENTARIIS.

VTRVM autem proprium an nõ proprium eſt, quod dictum eſt, F per hæc conſiderandum. Aſsignatur autem proprium aut per ſe, & ſemper, aut ad aliud, & aliquando. Per ſe quidem, vt hominis, animal manſuetum natura. Ad aliud autem, vt animæ ad corpus, quoniã illa imperare nata, hoc autem parêre. Semper autem, vt dei, animal immortale. Aliquãdo vero, vt alicuius hominis ambulare in gymnaſio.

C VM aſsignaſſet nobis in libro quarto loca topica, quibus poſsibile eſt ad problemata de genere argumentari conſtructiue & deſtructiue, tranſit in pręſenti libro quinto ad problemata de proprio, & tradit quomodo oporteat ad hæc argumentari: accipit autem primò quot modis dicitur præpriũ, quoniam quadrupliciter, & quid vnũquodq;, & quæ ad inuicẽ horum differẽtia. Conuenienter autẽ propoſita fuerunt problemata de genere problematibus de proprio: & quæ ſunt de proprio, iis quæ ſunt de definitione. Quoniam quibus locis monſtramus, quoniã hoc huius genus eſt, eiſdẽmet monſtramus, quoniam genus datũ G in definitione genus eſt definitionis. & per deſtructiua rurſum mõſtrantes, qm̃ datum genus non eſt genus, monſtrabimus, quoniã nec definitionis eſt genus. Recte ergo problemata de genere præpoſuit problematibus de definitione. Propoſuit vero loca problematũ de genere iis locis, quę ſunt problematum de proprio, quoniam problemata de genere ſubſtãtialia ſunt, problemata vero de proprio ſuperſubſtãtialia. Sũt autẽ ſubſtantialia priora nõ ſubſtantialibus. Præpoſuit etiã problemata de proprio iis problematibus, quæ ſunt de definitione, quoniã loca problematũ de proprio, vtilia ſunt locis problematum de definitione. quibus enim locis mõſtramus quoniam hoc non eſt huic proprium, per eadẽ monſtrabimus, quoniã nec definitio eſt hoc illius. verbi cauſa, monſtramus, quoniã nõ eſt proprium huius, ſi datum proprium fuerit ſubiecto cuius datur immanifeſtius, vt ſi datũ propriũ igni ſit eſſe animæ ſimile, cũ ſubiectum, ſcilicet ignis manifeſtius ſit q̃ proprium, datum proprium nõ erit propriũ. Aut monſtrabimus nõ eſſe proprium, ſi æquiuocã vocem habet, vt ſi proprium animæ moueri quis dixerit. Cum enim motus vox ſit æquiuoca, motus nõ erit animæ proprium. Aut ſi non conuertitur quod datur proprium cũ ſubiecto, vt ſi daretur bipes proprium hominis. Cum enim nõ conuertitur, non eſt hominis proprium. per hæc eadem mõſtrabimus definitionem datã non eſſe definitionem. H Nam ſi definito dato nõ eſſet data definitio notior, nõ erit illius definitio. Similiter ſi non cõuertitur cum definito, inſuper ſi æquiuocã habuerit vocẽ, non erit definitio dati definiti. oportet enim definitionem notiorẽ eſſe, & cõuerti, & vniuocam eſſe cũ definito, veluti ipſum proprium. Recte igitur loca problematum de proprio locis problematum de definitione præpoſuit. Ariſt. igitur præmittit procemium, & dicit. [Vtrũ autẽ propriũ an nõ proprium eſt, quod dictum eſt,] & prædicatur de ſubiecto, [per hæc] ſcilicet loca in hoc quinto libro diſcutienda [cõſiderandum,] vel procemiũ huiuſmodi continuetur cum epilogo ſic, [de genere igitur, quemadmodum dictum eſt,] hoc eſt per loca & conſiderationes aſsignatas, [tranſeundum. vtrum autem] genus [quod dictum eſt,] ſit [proprium an nõ proprium, eſt per hæc,] loca quæ dicẽtur, [conſiderãdum.] Hoc eſt procemiũ, deinde proſequendo diſtinguit propriũ, & dicit, [Aſsignatur autẽ propriũ] quadrupliciter, [aut per ſe, &] aut [ſemper, aut ad ad aliud, & aut aliquando,] proprium per ſe eſt, quod maxime proprium dicitur, vt Porphyrius libro de quinque vocibus dixit, & hoc eſt, quod ſoli, & omni, & ſemper ineſt. Ipſe tamen exponit, & dicit, [per ſe quidem, vt hominis, animal manſuetum natura,] manſuetũ enim natura omni homini, ſoli homini, & ſemper homini ineſt. dixit [natura,] quoniã animal eſſe maſuetũ, cõpetit etiã brutis, nõ tamẽ eis natura cõpetit, ſed aſſuetudine, & educatione. Inſuper licet auibus quibuſdã natura cõpete-

A teret.esse mansuetum,non tamen omnibus,hominibus autem omnibus. deinde definit proprium ad aliud,& dicit,[ad aliud autem,vt animæ ad corpus,]vt esse imperatiuũ,[quoniam illa imperare nata, hoc autem parêre.]simili modo corpori proprium est ad alterum,videlicet obedire, esse enim aptum obedire ad animam est. Simili modo hominis proprium est bipes, ad quadrupes enim dicitur bipes. deinde exponit proprium quod dicitur semper,& dicit,[semper autẽ,vt dei animal immortale,] hoc enim semper deo inest,non soli autem,quoniam & angeli,& animæ sunt immortales. deinde exponit proprium aliquando, & dicit, [aliquando vero,vt alicuius hominis ambulare in gymnasio.] hoc enim dicetur proprium alicuius hominis, sed quandoque, scilicet dum deambulat per gymnasium, non enim semper per gymnasium deambulat. Ex iis sequitur quòd in plus est semper,q̃ per se. nam quod est proprium per se,omni,soli,& semper inest:quod autem alicui inest semper, non semper inest omni,& soli:Similiter proprio ad aliud,quod est quandoque, in plus est. Quod enim est ad aliud proprium,aut in omnibus,& semper,aut in multis est:quod autem quandoq;,potest esse in omnibus, & potest esse semper,& potest esse quandoq;. Insuper proprium semper,in plus est proprio ad aliud, qm̃ quod semper,potest esse ad aliud,& nõ ad aliud. Itẽ per se propriũ differt à proprio ad aliud, qm̃ propriũ per se,omnibus cõpetit,ad aliud vero,potest esse nõ omnibus existens.Hæc de diuisione. ex
B qua patet quadrifariam dici proprium,quoniam aut per se,aut ad aliud, aut semper, aut aliquando.

1 Sunt autem proprii, quod ad alterum assignatum est, aut duo problemata, aut quatuor. Si enim de hoc quidem assignatum quippiam fuerit, de illo verò negatum id ipsum,duo duntaxat problemata fiunt, quemadmodum hominis ad equum proprium est, quoniam bipes est. Nam & quoniam homo non bipes est, argumentabitur quispiam, & quoniam equus bipes. Vtrinque vtique remouetur proprium. Sin vero de vtroque vtrunque assignatum fuerit,& de vtroq; negatum,quatuor problemata erunt: vt hominis proprium ad equum, quoniam ille quidem bipes,hic autem quadrupes est.nam & quoniam homo non bipes
C est,& quoniam esse quadrupes natus est, argumentari est: & quoniam equus bipes,& quoniã non quadrupes,possibile est argumentari.Quolibet igitur modo ostenso,interimitur quod propositum est.

Antequam exponat diuisionẽ,quam assignauit de proprio,præmittit quandã peculiaritatẽ,quam habet proprium quod dicitur ad alterũ inter cætera propria:& est hęc peculiaritas,quoniam de proprio ad alterũ interdũ duo,interdum quatuor disputãtur problemata,& hoc proponit, & dicit.[Sunt autẽ proprii,quod ad alterũ assignatum est,aut duo problemata,aut quatuor] scilicet in disputationibꝰ contingẽtia.& exponit qñ duo,& quãdo quatuor:& primo exponit quãdo duo,& dicit, [Si enim] sit subaudi vnũ quippiam propriũ ad alterum,quod [de hoc quidem]subiecto scilicet homine[fuerit assignatum,]hoc est,datũ & concessum, vt bipes de homine assignatũ & cõcessum,& affirmatum à respondente[de illo vero,] vt de equo ab eodem respondẽte [id ipsum] propriũ,quod est bipes, [negatũ,duo duntaxat problemata fiunt.quemadmodũ]si[hominis ad equũ proprium est,quoniã bipes est,]cũ de homine affirmetur,& de equo negetur,duo problemata fiunt. [nam] alterũ est contra affirmationem de homine,[& quoniã homo nõ bipes est,argumentabitur quispiam,]& sic erit vnum
D problema. Contra vero negationem de equo argumentabitur quispiã[& quoniã equus bipes]& erit alterũ problema.Et quia ita est[vtrinq;]hoc est,tam in primo,q̃ in secundo problemate[remouetur propriũ.]ab homine.n. in primo remouetur bipes,quod est homini propriũ, ab equo autẽ in secũdo remouetur non bipes,quod etiam est equo propriũ.Proprium.n.equo est,nõ esse bipes,quare,qñ vnũ est proprium,duo sunt problemata.deinde declarat quãdo sunt quatuor problemata,& dicit, [si vero]fuerint duo propria duorũ subiectorum,[& de vtroque vtrunq; assignatum]ac affirmatum [fuerit,]vt de homine ꝙ sit bipes,de equo verò,ꝙ sit quadrupes,[& de vtroq; negatũ,] quoniam de homine ꝙ non sit quadrupes,de equo autem quòd non sit bipes,[quatuor problemata erunt.]& ponit exẽplum,& dicit,[vt hominis proprium ad equum, quoniam ille]scilicet homo[quidem bipes, hic autẽ]scilicet equus,[quadrupes est,nam argmentari est]de homine,contra affirmationẽ quidem,[& qm̃ homo non bipes est,]cõtra negationẽ vero,[& qm̃ natus est esse quadrupes,] & sic duo erũt problemata ex parte hominis:ex parte vero equi duo etiã.[& qm̃ equus bipes]cõtra negationẽ, cõtra affirmationẽ vero,[& qm̃ non quadrupes possibile est argumẽtari.]quare ex parte equi etiã erunt duo, &ita omnia erũt quatuor.Ostendit qualia hęc problemata sint,& dicit,[Quolibet igitur modo]ho-

rum quatuor[ostenso, interimitur quodpropositum est]si enim argumẽtamur, qm̃ homo non bipes E est,interimitur hominis propriũ,quod est esse bipes.& si argumẽtamur,quoniã homo est quadrupes, etiã interimitur hominis propriũ,quod nõ esse quadrupedẽ.Simili modo si de equo argumentamur, qm̃ equus nõ est quadrupes,interimitur equi propriũ,quod est esse quadrupedẽ. Et si argumẽtamur, equus est bipes,destruitur etiam equi propriũ,quod est non esse bipedem. Quare in iis quatuor problematibus semper interimitur proprium.Hæc de peculiaritate proprii ad alterum dicta satis.¶ Verum non est hic peculiaritas sine dubitatione: videtur enim conuenire proprio per se.nam vt patebit, qm̃ propriũ per se est,qđ omni cõuenit,& à quolibet alio separat.Quare de eo duo possunt esse problemata,alterum si non conuenit omni,alterum autem,si non separat à quolibet alio. vtroque enim modo destruitur. quare de proprio per se duo problemata esse possunt. Cur igitur de proprio ad alterũ dicit magis esse duo problemata q̃ de proprio per se?Præterea Arist. asserit de proprio ad alterũ quatuor posse fieri problemata,quod non videtur verum,quia proprium ad alterum aut affirmatur, aut negatur. Sed affirmatio & negatio plura problemata facere nõ possunt quàm duo. Igitur de proprio ad alterum non quatuor quæri possunt problemata. ¶ Sed deletur prima dubitatio ex eo, quia de proprio ad alterum sua denominatione, vique sui nominis, explicatur de illo posse esse duo problemata.est enim proprium ad alterum, quod vi suæ denominationis cõuenit vni, & alteri ad quod F dicitur,non conuenit. de proprio vero per se licet quæri possunt duo iila problemata, vt argumentũ cogit,non tamen explicantur ex vi denominationis proprii per se.ideo dicit ea magis de proprio ad alterum,quàm de proprio per se. Deletur etiam secunda.nam affirmatio & negatio si accipiuntur respectu eiusdem,sic faciunt duo problemata. Si autem accipiantur respectu diuersorum,vt in textu expositum est,sic faciunt quatuor problemata.

2 Est autem per se quidem proprium, quod ad omnia asignatur, & ab omni separat.Quemadmodum hominis,animal mortale disciplinæ susceptiuum.

Cum asignasset proprii diuisionem: nunc definit membra illius, & primo definit proprium per se,quod est proprie proprium,& dicit,[Est autem per se quidem proprium,quod ad omnia assignatur,]hoc est,quod competit omnibus particularibus quæ subiecto continentur, vt quod competit omnibus particularibus hominibus,qui sub homine continentur.[& ab omni separat,]hoc est,& separat subiectum,vt hominem,ab omnibus aliis quæ non sunt subiectum,vt hominem ab omnibus animalibus,quæ non sunt homo,& ponit exemplum,& dicit,[quemadmodum hominis]proprium est, [animal mortale disciplinæ susceptiuum.] Hoc enim competit omnibus particularibus hominibus, & separat hominem ab omnibus animalibus quę non sunt homo. ergo est proprie proprium. ¶ Sed occurres,quoniam omnia animalia quę auditum habent,sunt disciplinæ susceptiua,vt in libro de animalibus dictum est.quare exemplum non valet. Dicendum animalia quæ auditum habent esse susceptiua disciplinæ,non quidem discursu rationis,sed quadam assuefactione.Aristoteles intelligit primo modo,illud enim pro exemplo satis est.

3 Ad aliud autem,quo nõ ab omni, sed ab aliquo statuto determinat. Vt virtutis ad disciplinam.Quoniam illa quidem in pluribus, hæc autẽ in rationali solo,& in habentibus rationem,nata est fieri.

Nunc definit proprium ad aliud, & dicit.[Ad aliud autem] proprium est, [quod non ab omni] alio,[sed ab aliquo statuto]ac determinat[determinat]hoc est separat. Quod enim non separat speciem cuius est proprium,ab omnibus aliis quæ non sunt ipsa species, sed ab aliquibus statutis ac determinatis,hoc proprium est ad aliud,vt bipes. separat enim hominem ab omnibus quadrupedibus, non tamen ab omnibus aliis animalibus, quia non ab auibus. Aristoteles tamen asignat exemplum obscurum,& dicit,[vt virtutis ad disciplinam,] subaudi proprium est esse in pluribus, [quoniam illa quidem]scilicet virtus[in pluribus]est, [hæc autem in rationali solo,& in habentibus rationem nata est fieri.]Hoc exemplum exponitur vno modo,quoniam virtutum quædam in irascibili, quædam in concupiscibili,& quædam in rationali est, quare proprium virtutis est esse in pluribus, disciplina autem omnis in rationali,aut potius in parte contemplatrice,cum sit virtus intellectiua, ergo esse in pluribus proprium est ad alterum. Alexander vero melius exponit, asserit enim virtutem esse in pluribus, quoniam in pasibili & rationali, disciplinam autem in solo rationali. Virtus enim non in aliquibus determinatis dicitur,sed in artificialibus & naturalibus, imò in omnibus pasibilibus & rationalibus. hominis enim virtus est operari secundum intellectum, equi autem bene currere, domus vero bene nos tueri à pluuiis & caloribus. At disciplina in statutis & determinatis videtur, vt videlicet in solis rationalibus, hoc est, hominibus.& sic secundum Alexandri expositionem, accepit virtutem pro virtute naturali, quæ est vltimus terminus secundum optimum actum cuiusque speciei.

A Diſciplinam vero, pro ſcientia qua ſpeculamur verum. Dicit etiam Alexander Ariſtot. non accepiſſe virtutem & diſciplinam vt propria hominis, vel alicuius animalis. ſed ſolum ea accepit ad demondum quę videntur ineſſe determinatis, quæ vero non. Nam virtus exemplum eſt eorum quæ nõ inſunt determinatis. Ineſt enim pluribus, quoniam paſsibili & rationali. Diſciplina autem exẽplum eſt eorum, quę inſunt ſtatutis, & determinatis, quoniã ſolis rationalibus. Ego vero dico, quòd licet Ariſt. virtutem & diſciplinam non acceperit vt hominis propria, quæ ſunt ad alterum, tamen in virtute accepit exemplum proprij, quod eſt ad alterum. Ineſt enim virtuti eſſe in pluribus, quod propriũ eſt virtuti reſpectu diſciplinæ, eſt enim virtus in pluribus, diſciplina vero in ſolo rationali. & ſic exemplum poteſt eſſe ad propoſitum.

4 Semper autem, quod ſecundum omne tempus verificatur, & nunquam relinquitur. quemadmodum animalis, ex anima & corpore compoſitum eſſe.

Nunc definit proprium ſemper, & dicit. [Semper autem] proprium eſt, [quod ſecundum omne B tempus verificatur] de ſpecie, cuius eſt, [& nunquam relinquitur] ab ea, nec in præterito, nec in futuro, [quemadmodum] proprium [animalis] eſt [ex anima & corpore compoſitum eſſe.] Hoc enim ſecundum omne tempus verificatur de animali, [& nunquam relinquitur] ab animali, nec in præſenti, nec in futuro, nec in præterito.

5 Aliquando vero, quod ſecundum aliquod tempus verificatur, & non ex neceſsitate ſemper conſequitur, vt alicuius hominis deambulare in foro.

Deinde deſcribit proprium aliquando, & dicit. [Aliquando vero] proprium eſt, [quod ſecnudum aliquod tempus verificatur] de ſpecie, cuius eſt propriũ. & ad differentiam cæterorum addit, [non & ex neceſsitate] vt proprium per ſe, & proprium ad alterum, [ſemper,] vt proprium ſemper, ſpeciem cuius eſt proprium, [conſequitur. vt alicuius hominis deambulare in foro.] hoc enim proprium eſt ei, cum ſolus tunc ambulauerit.

C 6 Eſt autem ad aliud proprium aſsignare, differentiam dicere, aut in omnibus, & ſemper, aut vt plerumque, & in plurimis. Vt in omnibus quidem & ſemper, queadmodum hominis proprium ad equum, quoniam bipes. Nam homo quidem & omnis, & ſemper eſt bipes, equus autem nullus eſt bipes, & nunquam. Vt plerumque vero, & in plurimis, quemadmodum rationalis proprium eſt imperare ad concupiſcibile & iraſcibile, eo quòd illud quidem imperat, hæc autẽ parent. Neque enim rationale ſemper imperat, ſed quandoque illi imperatur. Neque concupiſcibili & iraſcibili ſemper imperatur, ſed etiam imperant quandoque, cum fuerit flagitioſa anima hominis. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ vt multũ.

His definitis, nunc ſubdiuidit proprium ad alterum, & dicit. [Eſt autẽ ad aliud proprium aſsignare differentiam] eius per diuiſionem [dicere] dico differẽtiam eius dicere per diuiſionem, quoniam alterũ eſt, quod [in omnibus & ſemper] ſpeciei ineſt, [aut] quod ſpeciei ineſt [vt plerũq; & in plurimis] D deinde exponit membra, & dicit. [vt in omnibus quidem & ſemper, quemadmodum hominis proprium ad equum,] eſt [quoniam bipes. nam homo quidem & omnis, & ſemper eſt bipes, equus autẽ] ad quem dicitur, [nullus eſt bipes & nunquam.] Deinde exponit ſecundum membrum, & dicit, [Vt plærumq; vero & in plurimis, quemadmodum rationalis] ſcilicet virtutis, [ad concupiſsibile & iraſcibile] referẽdo, [proprium eſt imperare, eo quod illud quidem] ſcilicet rationale [imperat, hæc autem] ſcilicet concupiſcibile & iraſcibile, [parent.] verum nec hoc nec illud eſt in omnibus & ſemper, quod declarat, & dicit, [Neq; enim rationale ſemper imperat] ſcilicet illis, [ſed quãdoq; illi] rationali [imperatur,] ſcilicet ab illis. [Neque concupiſcibili & iraſcibili] à rationali [ſemper imperatur, ſed etiam imperant quandoque] ſubaudi ipſi rationali, [cum fuerit flagitioſa] ac vitiis affecta [anima hominis.]

7 Propriorum autẽ, ea maxime logica ſunt, quæ per ſe, & ſemper, & quæ ad alterum. Nam eius quidem quod ad alterum eſt propriũ, plura problemata ſunt, quemadmodum diximus & prius. Siquidem aut duo

λόγοι dialecticę disputationes, argumentationes. αὐτῷ ipsi.

aut quatuor ex necessitate fiũt problemata. Plures igitur orationes fiũt ad hæc. quod autem per se, & semper est, ad multa est argumentari, & ad plura tempora obseruare. Quod per se quidem ad multa, quoniam ad vnum quodq; eorum quæ sunt, cui oportet inesse proprium. Quare si non ab omni separat, non erit bene assignatum proprium. Quod autem semper, ad plura tempora est obseruare, & si nõ inest, & si non infuerit, & si non inerit, non erit proprium. Quod vero aliquando, non ad alia quàm ad illud quod nunc dicitur tẽpus, cõsideramus. Nõ igitur sunt orationes ad ipsum plures. Logicũ vero hoc est problema, ad quod orationes fiunt vtique, & crebræ, & bonæ. Ad alterũ igitur proprium dictum, ex iis, quæ sunt de accidente locis, inspiciendum est si huic qui- F dem accidit, illi vero non. De iis autem quæ semper, & quæ per se, per hæc considerandum.

His declaratis, nunc transit ad exponendum quæ & quot sunt logica propria. præmittit autẽ hoc, vt eligat de quibus propriis est præsens liber, & dicit, [Propriorum autem] scilicet eorum quæ distinximus, [ea maxime logica sunt, quæ per se, &] quæ [semper, & quæ ad alterũ.] solum excludit propriũ quãdoque. Hæc enim tria propria capacia sunt multarum argumentationũ. Quod hæc tria capacia sint multarum argumẽtationum, per ordinem exponit, & primo de proprio ad alterum, & dicit. [Nã eius quidem, quod ad alterum est proprium, plura problemata sunt, quemadmodũ diximus & prius, siquidem aut duo, aut quatuor fiũt problemata,] & quia duo aut quatuor fiũt problemata de proprio ad alterum, cõcludit, [plures igitur orationes fiunt ad hæc] problemata, igitur propriũ ad alterum est logicum. & per orationes, intelligit disputationes, vel argumẽtationes. Cum enim de proprio ad alterum, plura fiant problemata, ad quorum vnũ quodque plures argumẽtationes fieri possint, in re proprium ad alterum disputabile est, & ita logicum. Deinde ostendit quod proprium per se, sit logicum; G & etiam ꝙ proprium semper, & primò proponit hoc, & dicit. [Quod autem per se, & semper est, ad multa est argumẽtari, & ad plura tẽpora obseruare,] & ita proprium per se, & proprium semper, logica sunt, quoniam sunt capacia multarũ argumentationum. cum hæc duo proposuisset, primo declarat proprium per se esse logicum, quia de eo fieri possunt plura problemata hincinde disputabilia, & dicit. [Quod per se quidem ad multa] est argumentari, [quoniam ad vnumquodq; eorum, quę sunt] sub specie, cuius est proprium per se, [cui oportet inesse proprium.] Primo enim de homine argumẽtari possumus quoniam nõ est disciplinæ capax. Deinde argumentari possumus quoniam homo per huiusmodi proprium separatur ab equo, & à leone, & ab aliis alterius speciei. Sic enim separantes hominem ab omnibus aliis similaribus, facimus multas argumentationes, & propterea cõcludit. [Quare si non ab omni separat, non erit bene assignatum proprium.] & sic plures argumẽtationes fieri possunt de tali proprio, vt vel quia non separat ab omni alio, vel quia nõ competit omnibus quæ sub specie continentur. Præterea proprium per se logicũ est, quoniam multas argumentationes accipit. Qui enim construit risibile demonstrando ipsum esse proprium hominis, mõstrat ipsum cũ homine conuerti, & soli, & omni, & semper inesse homini. Deinde declarat, quod propriũ semper sit logicũ pro- H pter easdem rationes, & dicit. [Quod autem] est proprium [semper] est logicum, quoniã [est ad plura tempora obseruare.] & exponit tempora, & dicit. [Et si nõ inest] nunc de pręsenti speciei, [& si nõ infuerit] de præterito, [& si nõ inerit [de futuro] nõ erit proprium,] sicuti qui dixerit deũ animal immortale esse, & proprium esse deo, monstrabit & in præterito tempore, & in pręsenti, & in futuro semper immortale esse. Nam si hoc deo nõ competit secũdum aliquod talium temporũ, destruetur problema. Oportet autem scire, vt superius annotauimus, semper proprium in plus esse q̃ per se. nã omne proprium per se, est proprium semper, vt disciplinæ capax, est proprium per se, & proprium semper, & risibile est proprium per se, & proprium semper: non tamẽ semper, proprium est per se proprium. Bipes enim semper inest homini, nõ per se tamen proprie, inest enim auibus. Patet igitur proprium semper logicum esse, & disputabile: nam capax est plurimarum argumentationum. Deinde declarat proprium aliquando, non esse logicum; quoniam non est capax plurimarum argumentationum, & dicit, proprium [vero] quod est [aliquando, non ad ad alia] tempora, [quàm ad illud, quod nunc dicitur tẽpus, consideramus.] Quare nõ dicitur propriũ logicum, nõ enim multarum rationũ est capax. Solũ enim ex temporibus argumẽtamur destruendo, vel construendo nũc esse, vt in senectute hominẽ canescere, cõstruimus si & tẽpore senectutis oẽs monstramus canescere. Si autẽ tẽpore senectutis

A monstrauerimus hominem non canescere, destruemus. tunc concludit ipsum nõ esse logicum, & dicit, [nõ igitur sunt orationes] hoc est argumentationes [ad ipsum plures.] & ita non erit logicum proprium. Semper enim proprium multas obseruationes dat obseruanti, & respicienti ad omnia tempora. Oportet enim respicere si sedere non inest nunc Socrati, aut non infuit, aut non inerit; si enim nõ inest, vel inest, & non infuit, vel infuit, & non inerit vel inerit, sedere nõ est proprium Socrati. Quia vero ad proprium quãdoque solum ad præsens tempus inspicimus, nõ plures sunt argumentationes. Solum enim inspicimus si Socrates nunc sedet, si enim nũc sedet, erit eius proprium: si autem non sedet nunc, non erit vtique proprium. In præterito enim & futuro quandoq; nõ consideramus, sed ad ipsum nunc. Ad hoc enim tempus in quo inest ei, dicitur quãdoque propriũ. cũ declarasset quę propria sunt logica, & quæ non, nunc exponit quid est problema logicum, & dicit, [Logicum vero problema hoc est, ad quod orationes] hoc est argumẽtationes [fiũt vtiq;, & crebræ] scilicet numero multæ, [& bonæ.] hoc est, qualitate efficaces. Exposuit autem problema logicum obiter, quoniam exposuit proprium logicum, & vt intelligatur problema logicum solum fieri de propriis per se, & semper, & ad alterum, non autem de proprio quandoq;. Deinde eligit propria, de quibus loca in hoc lib. vult ponere, & dicit, [Ad alterum igitur proprium dictum, ex iis quæ sunt de accidente locis, inspiciẽdum

B est.] dixit enim libro primo, accidentia sæpe numero propria fieri ad aliquid, & propterea de propriis ad alterũ, oportet argumentationes accipere ex locis, quæ dicta sunt de accidente. nam [si huic quidẽ accid t,] vt si album accidit cygnis. [illi vero nõ] accidit, scilicet coruo, proprium ad alterum cõstruet. Vel si album accidit corporibus, non quidem omnibus, sed huic quidem sic, illi vero non, proprium erit ad alterum. Simili modo, si nigrum animalibus inest, non autẽ omnibus, sed quibusdam accidit, quibusdam autem non accidit, etiam erit proprium ad alterum. rectè ergo inquit [Ad alterum igitur proprium dictum, ex iis locis quæ sunt de accidente, inspiciendum est si huic quidem accidit, illi vero non] accidit. nam accidentia inquantum quibusdam accidunt, & quibusdam non accidunt, propria fiunt ad alterum. [De iis autem] propriis [quæ per se, & quæ semper, per hæc] loca quæ dicemus in hoc libro [considerandum.] De proprio autem quandoque, non assignat hic loca, aut quia eadem loca, quæ sunt de problematibus accidentis sunt vtilia ad problemata de proprio quandoq;, vel quia proprium quandoque non est logicum, nec problemata de proprio quandoque sunt logica, ideo de eo non sunt dicenda loca.

LOCVS PRIMVS.

C 8 Primum quidem si bene assignatum est proprium an nõ bene. Eius autem quod est bene, aut non bene, est vnum quidem, si non per notiora, aut per notiora positum est proprium. Destruẽti quidem, si non per notiora: construenti vero, si per notiora. Eius autem quod non per notiora, est hoc quidem, si omnino ignotius positum est proprium, quod assignauit, illo cuius proprium dixit. Non enim erit bene positum proprium. Siquidem propter notitiam proprium facimus, discendi enim causa & proprium & definitiones facimus. Per notiora igitur accipiendum. Sic enim magis erit sufficiẽter cognoscere, vtputa, qui ponit ignis proprium esse simillimum animæ, ignotiore quàm ignis sit, vtitur anima. Magis enim scimus quid est ignis, quàm quid anima. Nõ igitur erit

D bene positum proprium ignis, simillimum animæ.

His præmissis, nunc accedit ad ponenda loca, & primo præmittit particulare procœmium, postquam posuit vniuersale procœmium. secundo ibi. [Eius autem quod non per notiora,] exequitur de intenione particulari, quam posuit in procœmio. De prima vero parte dicit, cum considerandum sit de iis propriis, quæ per se, & semper sunt propria, [Primum] considerandum, [si bene assignatum est proprium, an nõ bene,] hæc est intẽtio, deinde magis specificãdo intentionem, dicit. [Eius autẽ quod est bene aut nõ bene, est vnum quidem] scilicet elementum, siue locus, qui accipitur à notioritate, vel (vt ita dixerim) ignotioritate, [si] videlicet [non per notiora, aut per notiora positũ est proprium. destruenti quidem, si nõ per notiora: cõstruenti vero, si per notiora.] hoc est procœmium, in quo intentio particularis posita est, tum in vniuersali, tum in speciali. Deinde prosequitur, & primo prosequitur locum destructiuũ, & duo facit, quia primo prosequitur locũ destructiuũ, secũdo probat & per maximam & per exemplũ. ibi [siquidem propter notitiã,] locum vero destuctiuũ, qui est per ignotiora, in duo diuidit. nam quando proprium est ignotius eo, cuius est proprium, dupliciter contingit (vt Alex.

inquit)aut quia propriũ penitus ignotius eſt eo,cuius eſt prorium,aut quia licet ambo ſint nota, pro- E
prium tamen non eſt notius eo,cuius eſt proprium.Oportet enim nõ ſolum notius eſſe proprium re,
cuius eſt proprium,ſed quoniã huic ineſt,notius eſſe. Qui enim neſcit hoc huic ineſſe,nec ſi huic ſoli
ineſt,cognoſcet.Oportet enim conſtruentem per notiora vtroq; modo proprij cõceſsionem facere,
eo quia proprium notius eſt ipſa re, & eius exiſtentia. Si enim aliquid horum defecerit, immanifeſta
erit eius aſsignatio: vnde dicit.[Eius autem]elemẽti & loci,[quod non per notiora,] ſumitur, dupli-
citer eſt. & exponit quo modo dupliciter, & primo aſsignat vnũ modum: & dicit, [Eſt hoc quidẽ ſi
omnino ignotius poſitum eſt proprium quod aſsignauit, illo cuius proprium dixit.non enim erit be-
ne poſitum proprium.]dico[omino ignotius,]ita vt res cuius eſt proprium,ſit nota, & ipſum omni-
no ignotum.Accepit enim comparatiuũ pro poſitiuo. Deindo aſsignado cauſam probabilitatis loci,
ponit maximã: & dicit.[Si quidẽ propter notitiã propriũ facimus,diſcendi enim cauſa, & propriũ, &
definitiones facimus,per notiora igitur accipiendũ,ſic enim erit magis ſufficienter cognoſcere] cũ ſci
licet proprium erit notius re,cuius eſt propriũ. Deinde reprehendendo Democritum & Leucippum
idem per exemplum exponit: & dicit. [vtputa qui ponit ignis eſſe propriũ ſimillimum animæ,igno-
tiore q̃ ignis ſit, vtitur anima.] Deinde declarat quod dixit, & inquit. [Magis enim ſcimus quid eſt
ignis,]cum ſit nobis ſenſu notus,[quàm quid]ſit[anima,]cum ſenſus noſtros fugiat. Tunc concludit F
exemplum, & dicit,[non igitur erit bene poſitum proprium ignis,ſimillimum animę.]cognoſcimus
enim magis ignis naturam,q̃ animam. ¶Sed occurres,quoniam non videtur proprium debere ſub-
iecto eſſe notius,tum primo,quia proprium habet cauſam in ſubicto,at cauſa ſemper prior, & notior
eſt ſuo effectu,tum etiam quia proprium definitur per ſuum ſubiectum,vt patet primo Poſteriorum.
at omnis definitio notior eſt definito,vt in textu patet. ¶Licet de hac dubitatione fortaſſe poſtea ſit
diſſerendum,tamen nunc dicendum hæc argumenta cõcludere ſubiectum eſſe notius proprio ſim-
pliciter,cum quo ſtat,vt proprium ſit ſubiecto notius,quo ad nos. Verum de hoc dicemus poſtea.

LOCVS SECVNDVS.

9 Aliud autem,ſi non notius eſt hoc huic ineſſe. Oportet enim non
ſolum notius eſſe re,ſed huic ineſſe notius eſſe. Nam qui nõ ſcit ſi huic
ineſt,neque ſi illi ſoli ineſt,cognoſcet. Quare cum quoduis horum acci-
derit,obſcurum fit proprium. Vt quia qui ponit ignis proprium,in quo G
primo anima nata eſt eſſe,ignotiore vtitur quàm ſit ignis. Eo quia igno
tius eſt,ſi in hoc eſt anima, & ſi in hoc primo eſt. Non erit itaque bene
poſitum proprium ignis,in quo primò anima nata eſt eſſe.

Hic eſt ſecundus locus deſtructiuus,qui ſumitur ab ignotioritate inhærẽdi determinato ſubiecto.
Si enim dubitatur proprium inhærentiam habere in hoc determinato ſubiecto, datum proprium nõ
erit bene aſsignatum ineſſe illi ſubiecto,vt ſi aliquis poneret ignis propriũ eſſe hoc,ſcilicet in quo pri-
mò nata eſt eſſe anima. Dubitatur enim ſi in naturali calido eſt anima, quippe cum alij in ſpiritu,alij
in corde,animam poſuerunt. Quare nõ bene ſe habet datum igni proprium. oportet enim nõ ſolum
notius eſſe proprium ſubiecto,ſed quoniam & notius, & nõ dubitatum ineſſe huic determinato ſub-
iecto. Qui enim non ſcit ſi riſibile ineſt homini,nec ſciet ſi omni,ſoli, & ſemper ineſt. proprie enim
proprium ſic ineſt ei,cuius eſt proprium. vbi attentione dignum in hoc loco ſupponendum eſſe tam
ſubiectum quàm proprium eſſe nota: verum quando dubitatur ſubiectum determinatum, cui ineſt H
proprium tunc erit male aſsignatum, verbi cauſa, qui dicit proprium ignis eſſe in eo ſubiecto in quo
eſt anima, habet de proprio & de ſubiecto quãdam notitiam,ſcit enim ſubiectum eſſe idem ignis, &
animæ. Quia vero ignorat quid ſit illud ſubiectum, vtrum ſpiritus, an cor, proprium quod eſt eſſe
in ſubiecto, in quo eſt anima, male aſsignatur de igne, quia non ſolum oportet proprium notius eſſe
ſubiecto,ſed non dubitari de eo proprium & determinatum ſubiectum. vnde dicit. [Aliud autẽ] ele-
mentum & ſecundum eſt,[ſi hoc]ſcilicet proprium datum[non notius eſt huic] ſubiecto determina
to ineſſe. & Alex. per nõ notius exponit,dubitatũ,vt ſit ſenſus, alius locus eſt deſtructiuus ſi proprium
fuerit dubitatum an huic determinato ſubiecto ineſſe. Eſt enim certum ignem ineſſe in eo ſubiecto,in
quo eſt anima. Sed quia dubitatur vtrũ in ſpiritu, vel in corde, ideo eſſe in ſubiecto in quo eſt anima,
non bene aſsignatur proprium ignis. Omne enim proprium habet ſubiectum, & determinatum ſub-
iectum,cui determinate & ſoli, & ſemper, & omni ineſt, & ſi ſic exponitur, debemus eodẽ modo in-
telligere primum locum, & ſic proprium erit male aſsignatum,vel cum proprium nõ erit notius ſub-
iecto, hoc eſt vel cum de proprio dubitatur ſubiectum cõmuniter ſumptum,vel iuxta ſecundum lo-
cum,cum proprium non erit notius huic ineſſe,hoc eſt vel cum de proprio dubitatur ſuum determi-
natum & præciſum ſubiectum. & ſi hoc modo intelligantur loca, ceſſat omnis quæſtio,quæ fit à iu-

A nioribus. Quare lege verba hoc modo,[aliud autem]elementum[ſi hoc] ſcilicet proprium[nō notius]hoc eſt nō notum,ſed dubitatum[eſt huic] ſcilicet ſubiecto determinato[ineſſe.]nā ſi illius ſubiectum determinatum fuerit ignotum, male proprium erit aſsignatum. deinde pro huius loci confirmatione ponit maximam: & dicit.[Oportet enim] ſcilicet proprium[non ſolum notius eſſe re,] hoc eſt,nō ſolum nō eſſe dubitatum & obſcurū,quod ad eius ſubiectum ſimpliciter,iuxta primum elemētum[ſed huic]determinato ſubiecto[ineſſe notius eſſe.]hoc eſt non dubitatum.& aſsignat rationem, & dicit.[Nam qui nō ſcit ſi huic] determinato ſubiecto[ineſt,neq; ſi illi ſoli]& ſemper,& omni[ineſt]ſcit,vel[cognoſcet.]Ecce quomodo Ariſt.expoſuit notius pro nō dubitato,& non notius pro dubitato: dicit enim.[Nam qui non ſcit,]& non dixit,nam quibus non eſt notius , [ſi huic ineſt,] tunc quaſi epilogando vtrunque locum:dicit,[quare cum quoduis horum acciderit,] vel vt ſit de proprio dubitatum ſubiectum ſimpliciter,vel dubitatum ſubiectum determinatum,[obſcurum]& male aſsignatū [eſt proprium.]Qui enim ſcit animal ſubiectum eſſe eius quod eſt riſibile,commune ſubiectū non ignorat illius proprij,ſcit enim riſibile non ineſſe non animali , verum non ſufficit : ideo oportet ſcire riſibile ineſſe homini determinate, & nulli alteri. Deinde reprehendit Democritum & Leucipdum, qui dixerunt ſubiectum ignis eſſe illud, quod eſt animæ ſubiectum.&,vt mihi videtur, vſus eſt

B ignis proprio,quoniam exemplorum nō requiritur veritas,ſed declaratio:& dicit.[Vt quia qui ponit ignis proprium]ſubiectū & determitatum,dicendo illud,eſſe[in quo primò anima nata eſt eſſe, ignotiore]ſubiecto[vtitur q̄ ſit ignis,eo quia ignotius eſt,ſi in hoc eſt anima,&] pro ideſt [ſi in hoc primo eſt] anima,hoc eſt,ſi in hoc determinato ſubiecto eſt anima.Eſt enim dubium vtrum in ſpiritu,vel in corde,ideo cōcludit[nō erit itaque bene poſitum proprium]ſcilicet determinatum ſubiectum [ignis, in quo primo anima nata eſt eſſe.] qm̄ cum tale ſubiectū ſit obſcurum de anima,erit obſcurū de igne. Quare duo ſunt elemēta,quibus deſtruitur proprium , primò ſi de proprio dubitatum fuerit ſubiectū ſimpliciter,ſecundum vero ſi de proprio fuerit dubitatum ſubiectum proprium ac determinatum. Quando igitur in primo loco dixit proprium debere eſſe notius ſubiecto,intellige de proprio nō debere eſſe dubitatum ſubiectum ſimpliciter . Quando vero dixit in ſecūdo loco proprium debere eſſe notius huic ineſſe,intelligas de proprio debere eſſe nō dubitatum ſubiectum proprium.Nam quando ſubiectum ſimpliciter eſt dubium , vel ſubiectum determinatum dubium , proprium non eſt bene aſsignatum . hoc pacto legendo hæc verba Ariſt.ceſſant omnes dubitationes, quæ fieri ſolent contra Ariſt. Alexander etiam in prioribus cōmentarijs etiam dixit,de proprio non ſolum debere eſſe notū

C ſubiectum ſimpliciter , & ſubiectum determinatum,ſed ipſum proprium debere eſſe notius ſubiecto ſimpliciter, & ſubiecto determinato. nam per proprium intelligit proprium per circunlocutionem, quod,vt mihi videtur,eſt deſcriptio ſubiecti: modo deſcriptio datur per notiora deſcripto, ceu definitio per notiora definito.

10 Conſtruenti autem, ſi per notiora poſitum eſt proprium, & ſi per notiora ſecundum vtrunq; modū . Erit enim bene ſecundum hoc propoſitum proprium:nam conſtructiuorum locorum eius quod bene,alii quidem ſecundum hoc ſolum, alii autem ſimpliciter monſtrabunt quoniam bene. vt quia qui dixit animalis proprium ſenſum habere,per notiora & notius aſsignauit proprium ſecundum vtrunque modum , erit vtiq; bene aſsignatum ſecundum hoc animalis propriū ſenſum habere.

Ex eiſdem locis contrario modo poſitis nunc docet conſtruere proprium quo ad bonitatem , &

D dicit.[Conſtruenti autem,]ſubaudi conſiderandum,[ſi per notiora poſitum eſt proprium]hoc eſt ſi notius, & manifeſtius ſit ipſum datum proprium eo ſubiecto cuius aſsignatur,& hoc per contrarium primi loci,[& ſi per notiora ſecundū vtrūq; modum]ſcilicet quo ad rem,& quo ad ineſſe,& hoc per cōtrarium ſecundi loci.Et ne tu credas per hæc duo loca eſſe proprium ſimpliciter bene aſsignatum, dicit.[erit enim bene]aſsignatum non ſimpliciter[propoſitum proprium,]ſed[ſecundum hoc,] hoc eſt,ſed quo ad hoc,ſcilicet quo ad eſſe manifeſtum & clarum ſecundum rem,& ſecundum inhærentiam,erit bene datum proprium:quo vero ad alios modos,fortaſſe non bene,vt ſi non conuertitur, ſi non ſoli ineſt,ſi non omni,ſi non ſemper.ideo ſubdiuidit loca conſtructiua:& dicit,[nam conſtructiuorum locorū eius,quod bene,]bifariam ſunt,[alij quidem ſecūdum hoc ſolum].i. quo ad hoc ſolum conſtruunt ipſum eſſe bene datum,ſcilicet ſecundum manifeſtum & notum eſſe proprium,& ſecundum manifeſtam eſſe eius inhærentiam,ſecundum vero alios modos , vt ſecundum conuerti,& ſoli, & omni,& ſemper ineſſe fortaſſe non monſtrant bene eſſe datum.Stat enim proprium eſſe bene datum ſecundum primas conditiones, non autem ſecundum alias omnes. [Alij autem ſimpliciter] & quo ad omnes conditiones, & modos ſecundum quos conſtruitur proprium eſſe bene datum,mon-

ſtrabunt.]quoniam bene datum eſt proprium. Deinde ponit exemplum:& dicit. [vt quia qui dixit E animalis proprium ſenſum habere, per notiora]quo ad eſſe [& per notius ſecũdum vtrunq; modũ] ſcilicet quo ad eſſe,& quo ad inhærentiam, [proprium aſsignauit.] quia iis duobus modis erit aſsignatum proprium.[erit vtique bene aſſignatum ſecũdum hoc]id eſt quo ad has duas partes[animalis proprium,ſenſum habere.] ſimpliciter autem quo ad omnes fortaſſe poterit eſſe nõ bene aſsignatum: veluti qui ponit proprium ignis id, in quo primo apta nata eſt eſſe anima, non bene dedit proprium quo ad hoc,id eſt quo ad ambos modos.Nam anima immanifeſtior eſt igne, & etiam non eſt clara ſubſiſtentia eius.immanifeſtum enim eſt,ſi anima primò eſt in calido, vt quidam putauerũt ex eo quia anima apparet in calido,cum ſine ipſo non poſsit operari. frigidum enim quia eſt mortiferũ & immobilitatem faciens,per ipſum non operatur. vel primo eſt in corde,quidam enim animam poſuerunt in corde primò. ergo qui ponit ignem in eo in quo primò eſt apta eſſe anima, non bene quo ad ambos modos aſsignat proprium.

LOCVS TERTIVS.

11 Deinde deſtruenti quidem, ſi aliquod nominum quæ in proprio ſunt aſsignata,multipliciter dicitur, vel etiam tota oratio plura ſignifi- F cat.Non enim erit bene poſitum proprium, vt quoniam ſentire multa ſignificat, vnum quidem ſenſum habere, alterum autem ſenſu vti, non erit animalis proprium benè poſitum, quod natum eſt ſentire.Quapropter non vtendum eſt,neque nomine, quod multipliciter dicitur,neq; oratione propriũ ſignificante,quæ plura ſignificet:quia quod multipliciter dicitur,obſcurum facit quod dictum eſt, dubitante eo qui debet argumentari,quidnam dicit eorum,quæ multipliciter dicuntur:nam proprium,diſcendi gratia aſsignatur.

Hic eſt tertius locus, qui ſumitur ab æquiuocatione vel vniuocatione nominis vel orationis,quæ proprium ſignificat,& multiplicat eũ in duo, quia primò ponit locũ deſtructiuum:ſecũdò ibi,[Cõ- G ſtruenti autem,] ponit locum conſtructiuum.de prima parte,primò ponit locum, & dicit.[Deinde deſtruenti quidem] conſiderandum ſubaudi eſt, [ſi aliquod nominum quæ in proprio ſunt aſsignata,multipliciter dicitur,vel etiam tota oratio]aſsignata pro proprio,[plura ſignificat,] nam ſi primo, vel ſecundo modo fuerit,[non erit bene poſitum proprium.]Proprium enim quandoq; vna voce ſignificatur,vt ſentire,quod ſignificat proprium animalis:quandoq; oratione, quæ pluribus nominib' conſtat:ideo dicit.[Si aliquod nominum, quæ in proprio ſunt aſsignata] eorum ſubaudi ex quibus fit oratio,per quam circunloquimur proprium, [vel etiam tota oratio,]per quam proprium circunloquimur,qualis eſt hæc oratio,diſciplinæ ſuſceptiuum,qua proprium hominum circunloquimur,fuerit æquiuoca,proprium non bene aſsignatur.Tacuit autem vocem vnam, quæ proprium ſignificat, nam per exemplũ patebit proprium etiam nõ bene aſsignari,quando vox vna ipſum ſignificans fuerit æquiuoca. Quare ſi vox quæ propriũ ſignificat,vel ſi aliquod nominũ ex ijs,ex quibus hæc oratio cõſtat,vel tota ipſa oratio proprium circunloquens erit æquiuoca,propriũ nõ bene aſsignatur:deinde ponit exemplum,& dicit.[Vt quoniam ſentire multa ſignificat,vnum quidem ſenſum habere]ſaltẽ potentia. [alterum autem ſenſu vti,] quod eſt ſenſum habere actu. etenim dormiens videtur ſenſum H habere,ſed potentia,nõ tamen actu,& qua vigilat,habet ſenſum actu,[nõ erit animalis propriũ bene poſitum,quod natum eſt ſentire]id eſt ſenſum habere,tunc cõcludit, & dicit.[Quapropter nõ vtendum eſt neq; nomine quod multipliciter dicitur,] proprium ſignificante, [neq; oratione proprium ſignificante,quæ plura ſignificet.] & non contentus exemplo probat rationibus,primã ponit,& dicit,[quia quod multipliciter dicitur,obſcurum facit] proprium[quod dictum eſt] ſcilicet ipſum ſenſum habere: immanifeſtum enim ad quod ſignificatum accepit hoc,videlicet ſenſum habere, vtrum in potentia an in actu, [dubitante eo, qui debet argumentari]ad conſtruendum proprium,[quidnã] eſt quod[dicit]nomen de numero[eorum,quæ multipliciter dicuntur.] eo enim dubitãte de ſignificato nominis,non poteſt argumentari ad cõſtruendum proprium,quod ſubaudi contra rationẽ proprij fit,[nam]vt inquit,[proprium diſcendi gratia aſsignatur.]Quod vero ad verba attinet, dixit,[ſi aliquod nominum,vel tota oratio,]quoniam non ſolum in vocibus ſimplicibus innuenitur multipliciter dici,ſed in oratione,quod vocatur amphibologia: poteſt enim & per orationem proprium ſignificari, vt per hanc,quæ eſt diſciplinæ ſuſceptiuum. oportet igitur,inquit,conſiderare ſi per æquiuocam vocem datum eſt proprium, aut per orationem amphibologicam, nam ſic monſtrabitur non bene datum eſſe proprium.

A 12 Inſuper autem ad hæc neceſſarium eſt redargutionem aliquam fieri iis, qui ſic aſsignant proprium, quando in diſsidente quiſpiam conficiet ſyllogiſmum de eo, quod multipliciter dicitur.

Hic adducit ſecundam rationem, quæ talis eſt, ſi vox vel oratio proprium ſignificans eſſet æquiuoca, hæc æquiuoca aſsignatio occaſiones elenchi tribueret. Cũ enim non ſecundum omnia æquiuoci ſignificata proprium manifeſtatur, oportet transferentes nomen aut orationem in aliud quoddam ſignificatum quod nõ eſt proprium, deſtruere ſicuti non proprium. Eſt autem elẽchus, quæ latine dicitur redargutio, quoties opponens ducit reſpondendum ad contradictionem. In proprij enim aſsignatione per æquiuocas dictiones, quale eſt ſenſum habere, fortaſſe reſpondens accepit hoc in potẽtia, vt & propter hoc dicat dormientem ſenſum habere, at interrogans qui ſyllogiſmum facit, non in eo quod eſt in potentia accipiet hoc, ſed in eo quod eſt in actu differente ab eo, quod eſt in potentia. & ſyllogizabit ſic redarguendo reſpondentem, dormiens non operatur ſecundum ſenſum: at qui non operatur ſecundum ſenſum, non videt: dormiens igitur nõ videt. quomodo itaq; dicis dormientem ſentire, ſi enim ſentiret, & videret: vnde dicit, [Inſuper autem ad hæc neceſſarium eſt] ſubaudi ſi
B vox vel oratio, quæ proprium ſignificat, eſt æquiuoca [redargutionem aliquam fieri iis] ſcilicet reſpõdentibus, [qui ſic] per voces æquiuocas [aſsignant proprium, quando quiſpiam] ſcilicet opponens [in diſsidente,] hoc eſt in differente ſignificato ab eo, in quo vocem accepit reſpondens, [conficiet ſyllogiſmum de eo quod multipliciter dicitur.] vt ſi reſpondens intelligat dormientem ſenſum habere in potentia, opponens autem accipiens ſenſum habere in actu, ſic ſyllogizaret, qui non operatur ſecundum ſenſum, non videt, dormiens non operatur ſecundum ſenſum, igitur dormiens non videt: ergo non potes dicere dormientem ſentire, ſic enim poſſes dicere eum videre. Bene ergo dictum eſt vocem, vel orationem, quæ ſignificat proprium non eſſe æquiuocam, alioquin præberet occaſionem ipſi opponenti redarguendi reſpondentem. Et ſic de materia topica tranſitus fieret in ſophiſticam, quod eſt contra ordinem diſputandi.

13 Conſtruenti autem, ſi non plura ſignificat neque nominum quippiam, neque tota oratio. Erit enim ſecũdum hoc bene poſitum propriũ,
C vt quia neque corpus plura ſignificat, neque mobiliſsimum in ſuperiorem locum, neque totum, quod ex his compoſitum eſt, erit bene poſitum ſecundum hoc ignis proprium, corpus mobiliſsimum in ſuperiorem locum.

Cum aſsignaſſet locum deſtructiuum, qui ſumitur ab æquiuocatione vocis vel orationis quę proprium ſignificat, hic ponit locum conſtructiuũ, qui ſumitur ab vniuocatione vocis, vel orationis, quæ proprium ſignificat, correſpondentẽ: videlicet loco deſtructiuo, qui talis eſt, ſi datum propriũ neque per æquiuocam datum eſt vocẽ, neq; per orationem multipliciter dictam, quãtum ad hoc bene aſsignatum eſt proprium. vnde dicit, [Conſtruenti autem] conſiderandum, [ſi non plura ſignificat, neq; nominum quippiam] ex his, ex quibus conſtat oratio, [neque tota oratio,] quæ proprium ſignificat. [Erit enim ſecundũ hoc] id eſt quantum ad hoc [proprium bene poſitum,] & dixit [ſecundum hoc,] quoniam cõtingit dari aliquod pro proprio alicuius ſine amphibologia & æquiuocatione, quod non eſt proprium, quia cõtingit peccare eũ, qui aſsignat proprium ſecundũ aliquod aliud peccatũ. Quare quod neque per æquiuocam datum eſt vocem, neque per orationem multipliciter dictã, eſt datum proprium, nõ erit ſimpliciter proprium, ſed quantum ad hoc vera eſt conceſsio. diximus enim ſupe-
D rius, aliquod poſſe eſſe proprium quo ad nõnullas conditiones, quod non erit proprium quo ad alias, vt licet aliquod eſſet proprium quo ad hoc, quòd nec voce æquiuoca, neque oratione multiplici ſignificetur, tamẽ quo ad ineſſe omni, ſoli, & ſemper, poterit nõ eſſe propriũ. hac ratione adidit κατὰ τοῦτο hoc eſt ſecũdum hoc, quod intelligi vult Alex. quo ad hoc. quoniam non oportet omnino proprium eſſe, niſi cætera affuerint, quæ proprio bene aſsignato ineſſe deſiderantur. deinde exponit quæ dixerat exemplo, & dicit. [vt quia neq; corpus plura ſignificat, neque mobiliſsimum in ſuperiorem locũ] plura ſignificat, [neque totum] complexum, vel oratio, [quæ ex his cõponitur] plura ſignificat, [erit bene poſitum ſecundum hoc,] id eſt quo ad hoc [ignis proprium] iſtud videlicet totum complexum, [corpus mobiliſsimum in ſuperiorẽ locum,] per quod circunloquimur proprium ignis. ¶ Quod vero ad locum attinet, illud attentione dignum, vt Theophraſtus in libro de multiplici dicit, eſſe aliqua per ſe dicta, quæ non plura ſignificant, compoſita vero multiplicia eſſe, vt Dionem verberare Platonem. Nam nomina nõ multiplicia ſunt, at oratio compoſita ex eis, amphibologica eſt. Inſuper in his, aquila volat, canis latrat, nomina ſunt æquiuoca, orationes vero non. & qui ita eſt, dixit, [neque nominum quippiam neque tota oratio.]

LOCVS QVARTVS.

14 Deinde deſtruenti quidem, ſi multipliciter dicitur illud, cuius proprium aſsignatur: non determinatur antem cuius eorum ponatur proprium. Non enim bene erit aſsignatum proprium: ob quas autem cauſas, non immanifeſtum eſt ex iis quæ prius dicta ſunt. Nam eadem accidere neceſſarium eſt: vt quia ſcire hoc plura ſignificat, vnũ enim ſcientiam habere hoc, alterum autem ſcientia vti hoc. aliud vero ſcientiam eſſe huius, aliud autẽ ſcientia vti huius, non erit eius quod eſt ſcire hoc, bene aſsignatum proprium vllum, non determinato, cuius horum ponitur proprium. E

Hic eſt locus quartus, qui ſumitur ab æquiuocatione ſubiecti cuius aſsignatũ proprium eſt, & diuiditur in duo, quia primo ponit locum deſtructiuũ, qui accipitur à multiplicitate ſubiecti, cuius aſsignatur proprium, ſecundo ibi. [Conſtruenti vero,] ponit locum conſtructiuum, qui ſumitur ab vniuocatione ſubiecti, cuius eſt proprium: primus itaque locus talis eſt, ſi ſpecies, cuius proprium aſsignatur, dicitur multipliciter, & non determinatur in quo ſignificato accipitur ſubiectum ſiue ſpecies, cuius eſt proprium, male aſsignatur proprium, vnde dicit, [Deinde] quarto [deſtruẽti quidem] cõſiderandum, [ſi ſimpliciter dicitur illud] ſcilicet ſubiectum, vel ſpecies, [cuius proprium aſsignatur, autẽ] pro & [non determinatur, cuius eorum] ſignificatorum ſubiecti [ponatur proprium. non enim erit bene aſsignatum proprium,] ſi videlicet ſubiectum fuerit multiplex, & non determinatum fuerit ſignificatum ſubiecti, cuius aſsignatur proprium. Addit autem hoc, quoniam poteſt ſubiectum eſſe multiplex, & illius bene aſsignari proprium, quando videlicet determinatur ſignificatum ſubiecti, cuius ponitur proprium. quia vero hic locus patet iiſmet rationibus, quibus patuit locus proximus, ideo dicit, [ob quas autem cauſas] locus iſte probabilitatem habet, [non immanifeſtum eſt ex iis] rationibus, [quæ prius dicta ſunt. nam eadem accidere neceſſarium eſt] his qui ſic dicunt, quæ accidunt illis, qui dicunt ea quæ in proximo loco dicta ſunt, vt quod proprium non detur innoteſcendi cauſa, & quod præbeatur opponenti occaſio redarguendi reſpondentem. deinde per exemplum exponit quod dixerat, & inquit, [vt quia ſcire hoc, plura ſignificat, vnum enim] ſignificatum eſt, [ſcientiam habere hoc,] id eſt, vt hoc ſiue animal, ſiue homo ſcientiam habeat, ita vt pronomen hoc ſit nominatiui caſus, vel loco nominatiui caſus. [alterum autem] ſcilicet ſignificatum, etiam intelligendo pronomen, hoc, pro nominatiuo, eſt [hoc vti ſcientia,] id eſt, vt hoc vtatur ſcientia. Sic igitur pronomen hoc, vel intelligitur pro nominatiuo demonſtrante perſonam ſcientem, & erit dupliciter, aut quæ ſcit habitu & potentia, aut quæ ſcit actu, & vſu. aut intelligitur pro accuſatiuo demonſtrante rem ſcitam. & iterum ſubdiuidit, & dicit. [Aliud vero ſcientiam] potentia vel habitu [eſſe huius,] ita, vt per pronomen demonſtretur res quæ ſcitur potentia, vel habitu. [aliud autem] ſignificatum, quando pronomen, hoc, demonſtrat rem quæ ſcitur, eſt [vti ſcientia huius] ſcilicet rei ſcibilis, tunc terminando ſuſpenſionem complet exemplum, & dicit. [Non erit eius, quod eſt ſcire hoc, bene aſsignatum proprium vllum, non determinato cuius horum] ſignificatorum ſubiecti, [ponitur proprium.] Albertus dicit pronomen hcc accipi pro ſubiecto multiplici, quod poteſt intelligi in caſu nominatiuo, & in caſu accuſatiuo: ipſum vero ſcire accipi pro proprio, quod poteſt intelligi actu, vel potentia, quod mihi non placet, quoniam tunc Ariſtot. aſsignaſſet exemplum ſubiecti multiplicis, & proprii multiplicis, quod non propoſuit. Melius igitur Alexander ait totum hoc complexum, quod eſt ſcire hoc, Ariſtotelem accepiſſe pro exemplo ſubiecti multiplicis, quia licet non ſit ſubiectum, tamen ex eo pro ſubiecto multiplici ſumpto, ſentiet qui diſcit, & hoc ſufficit. F G H

15 Conſtruenti vero, ſi non dicitur multipliciter hoc cuius proprium ponitur, ſed eſt vnum, & ſimplex. Erit enim bene poſitum ſecundum hoc proprium, vt quia homo ſimpliciter dicitur, erit bene poſitum ſecundum hoc hominis proprium, animal manſuetum natura.

Hic eſt locus conſtructiuus, qui ſumitur per oppoſitum, ſcilicet ab vniuocatione ſubiecti, & dicit [Conſtruenti vero] conſiderandum, [ſi non dicitur hoc multipliciter, cuius proprium ponitur, ſed eſt vnum] nomine. [& ſimplex] ſignificatione. [erit enim bene poſitum ſecundum hoc,] id eſt quo ad hanc conditionem; [proprium,] cuius exemplum aſsignat, & dicit. [vt quia homo ſimpliciter dicitur, erit bene poſitum ſecũdum hoc hominis proprium, animal manſuetumnatura,] quod eſt quod-

A dam complexum, per quod circunloquimur proprium hominis. Hæc de loco quarto.

LOCVS QVINTVS.

16 Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idem in proprio. Sæpe enim latent hoc facientes & in propriis, quemadmodum & in terminis. Non erit autem bene positum quod hoc sustinet, proprium. Conturbat enim audientem, quod frequenter dicitur. Obscurum igitur necesse est fieri, & ad hæc, nugari videntur. Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis: vno quidem, quando nominauerit frequenter idem, vt si quis proprium assignet ignis, corpus tenuissimum corporum. Hic enim frequenter dixit corpus. Secundo B autem si quis assumat orationes pro nominibus, vt si quis reddat terræ proprium, substantiam quæ maxime corporum secundum naturam fertur in inferiorem locum. Deinde assumat pro corporibus huiusmodi substantias. Vnum enim & idem est corpus, & huiusmodi substantia: erit ergo hoc modo substantia frequenter dicta. Quare neutrum erit bene positum proprium. Construenti vero, si nullo vtitur frequenter nomine eodem. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium. vt quia qui dixit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum, non vsus est frequenter eodem nomine, erit vtique secundum hoc bene assignatum hominis proprium.

πτερνιθὸς passum. πρὸς τούτοις. prȩter hȩc vltra hæc. ἀδολεσχεῖν garrulare multa dicere, exercere contemplari. λόγοις definitiones.

C Hic est locus quintus, qui sumitur à repetitione multiplici, quæ fieri solet in circunlocutione proprii. proprium enim aliquando vno nomine appellatur, & in hoc propriũ non cadit talis locus, non enim pluribus vocibus tale proprium circunloquimur. aliquando pluribus nominibus siue quadam oratione, proprium circunloquimur, & de huiusmodi proprio assignat talem locum, & duo facit, quia primo docet destruere, secundo ibi [Construenti vero] docet construere. De prima parte locus constructiuus est talis, si in circunlocutione alicuius proprii quod assignatur de aliqua specie, idem frequenter dicitur, male assignatur proprium. circa hunc locum, sic procedit, quia primò ponit locũ, & dicit [Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idem in proprio] hoc est, in circũlocutione proprii, subaudi tale proprium erit male assignatum deinde. assignat rationem, & dicit. [Sæpe enim latent hoc facientes & in propriis,] quando circunlocuntur propria. [quemadmodũ & in terminis] hoc est in definitionibus. vt enim definitio est obscura, in qua idem frequenter dicitur, ita in proprii circũlocutione propriũ redditur obscurum, cũ in illa idem frequenter dicitur. Sed non contentus hac breui ratione, diffusius hanc rationem explicat, & primo proponit quod vult probare, & dicit, [non erit autem bene positum proprium, quod hoc] id est, quod hanc multiplicitatem [sustinet] id est patitur, vt verba græca sonant. deinde proposito eo quod intendit manifestare, statim repetit rationem tactam diffusius, & addit nouam rationem, & dicit. [Conturbat enim audientem, D quod frequentuer dicitur,] & quia nullus conturbatur ex auditis, nisi ex obscuritate, qua turbatus nõ percipit quæ audit, ideo concludit, [obscurum igitur necesse est fieri] eum scilicet qui audit frequenter dicta. & non solum fit obscurus, qui audit frequenter dicta, sed [& ad hæc,] siue præter vel vltra hæc [videntur nugari] subaudi qui illa dicunt. dixit [videntur nugari,] & non dixit, nugantur, quia si nugarentur, non solum bonitatem, sed entitatem proprii interimerent. non nugantur autem vere, quia alterum vt alterius pars accipitur, at in nugatione idem & eodem modo repetitur. quid autem sit proprie nugari, aliàs dicemus: nunc vero nobis satis est dicere huiusmodi proprium non esse bene assignatum, tum propter obscuritatem, tum quia talis multiplicitas videtur accedere ad nugationem. deinde obiter exponit, quot modis idem frequenter dicitur, & inquit. [Euenit autem] siue contingit [frequenter idem dicere duobus modis, vno quidem] explicite, [quando] explicite [nominauerit frequenter idem,] cuius exemplum assignat dicens, [vt si quis proprium assignet ignis, corpus tenuissimum corporum. hic enim] in proprii assignatione [freqũter dixit corpus] dicens idem voce, licet non dicat idem modo significandi eodem. Deinde dat secundum modum, & dicit, [Se-

cundo autem] implicite, quod cognoſcitur ſubaudi [ſi aliquis aſſumat orationes] id eſt definitio- E
nes, ſiue deſcriptiones [pro nominibus, vt ſi aliquis reddat terræ proprium, ſubſtantiam quæ ma-
xime corporum ſecundum naturam fertur in inferiorem locum.] hic idem frequenter dicit impli-
cite, quod cognoſcitur ſi [deinde pro corporibus,] hoc eſt, loco corporum [huiuſmodi ſubſtantias]
id eſt corporeas ſubſtantias. [vnum enim & idem eſt corpus, & huiuſmodi ſubſtantia] id eſt, & cor-
porea ſubſtantia, [erit ergo hoc modo ſubſtantia frequenter dicta.] nam ſic circunloquemur dicen-
do proprium terræ eſſe ſubſtantiam, quæ maxime ſubſtantiarum corporearum ſecundum naturam
fertur in inferiorem locum, ideo concludendo dicit. [quare neutrum] id eſt nec proprium, quod cir-
cunloquimur per multiplicem eiuſdem repetitionem implicitam, nec proprium quod circunloqui-
mur per multiplicem eiuſdem repetitionem explicitam [erit bene poſitum proprium.] nam vtroque
modo redditur auditor obſcurus, & vtroq; modo videtur committi nugatio. deinde docet conſtrue-
re ab eodem loco præceptiuo, & dicit. [Conſtruenti vero] ſubaudi conſiderandum, [ſi nullo vtitur
frequenter nomine eodem] ſcilicet nec primo nec ſecundo modo, cuius rationem aſsignat, & dicit.
[Erit enim ſecundũ hoc] id eſt quo ad hoc, & non ſimpliciter quo ad omnia [bene aſsignatum pro-
prium. vt quia qui dixit hominis proprium, animal diſciplinæ ſuſceptiuum, nõ vſus eſt frequenter eo-
dem nomine,] nec primo nec ſecundo modo, [erit vtiq; ſecundum hoc hominis proprium bene aſsi- F
gnatum.] non tamen quo ad omnia, ſed quod ad hoc ſolum, quo eſt nõ per frequenter dicta circun-
loqui non autem ſimpliciter quo ad omnia.

LOCVS SEXTVS.

17 Deinde deſtruenti quidem, ſi tale aliquod aſsignauit in proprio
nomen, quod omnibus ineſt. inutile enim erit, quod non ſeparat ab
aliquibus. Quod autem in propriis dicitur, ſeparare oportet, quemad-
modum & quæ in terminis. non igitur erit bene poſitum proprium.
vt quia qui poſuit ſcientiæ proprium opinionem indiſſolubilem à ra-
tione vnum exiſtens, tali aliquo vſus eſt in proprio (vno inquam) quod
in omnibus ineſt: non erit vtique bene poſitum ſcientiæ proprium. G
Aſtruenti autem, ſi nullo vſus eſt communi, ſed quod ab aliquo ſepa-
rat, erit bene poſitum ſecundum hoc proprium. vt quia qui dixit ani-
malis proprium animam habere, nullo vſus eſt communi, erit ſecun-
dum hoc bene poſitum proprium animalis, animam habere.

Sextus locus ſumitur à communitate ac tranſcendentia nominum, quæ accipiuntur in circun-
locutione proprij. & dicit, [Deinde deſtruenti quidem] conſiderandum, [ſi tale aliquod nomen aſsi-
gnauit in proprio, quod omnibus ineſt,] vt tranſcendens. nam ſi ſic, male eſt aſsgnatum proprium.
deinde probat eſſe male datum proprium per rationem, & dicit. [Inutile enim erit] quod ponitur in
proprio, [quod non ſeparat ab aliquibus. oportet autem quod in propriis dicitur, ſeparare, quemad-
modum & quæ in terminis] hoc eſt, definitionibus dicuntur. Nam quemadmodum definitio opor-
tet vt ſoli definito inſit, ita oportet propriũ ſoli ſubiecto ineſſe, cuius eſt proprium, & ſeparare ipſum
ab omnibus diſsimilaribus: vt ſi dixero definiendo hominem, quod ſit animal rationale mortale, per H
animal ſeparauero hominem ab eis, quæ ſunt aliorum prædicamentorum generumque, non autem
à ſubſtantia. Per rationale vero, à brutis, quæ ſunt animalia, ſed non rationalia. Per mortale denique
à diis, qui, vt Platonice loquar, licet ſint animalia rationalia, non tñ ſunt mortalia. Simili modo pro-
prium aſsignari debet. ideo concludendo dicit, [Non igitur erit bene poſitũ proprium,] quando in eo
nomina tranſcendentia, quę ſunt vnũ & ens, ponuntur. hoc exemplo monſtrat, & dicit. [Vt quia qui
poſuit ſcientiæ proprium opinionem indiſſolubilem à ratione vnum exiſtens, tali aliquo] ſcilicet no-
mine tranſcendenti [vſus eſt in proprio, vno inquam] quod eſt tranſcendens, [quod omnibus ineſt,
non erit vtiq; bene poſitũ ſcientiæ proprium.] ¶ Quod vero ad verba exẽpli attinet, verbum [vnũ
exiſtens] conſtrui debet cum proximo, vt ſit ſenſus, vt qui poſuit ſcientiæ proprium vnum exiſtens,
.i. vnam exiſtentem opinionẽ indiſſolubilem à ratione, ita vt propriũ ſcientiæ ſit vna opinio exiſtens
indiſſolubilis à ratione. Nam licet vnum exiſtens ſit generis neutrius, & opinionẽ ſit generis fœmi-
nini, non refert, quoniam in verbo vnum exiſtens, concipitur fœmininum genus, & dixit [indiſſolu-
bilis à ratione,] quoniam opinio dialectica & ſcientia differunt, opinio enim dialectica quæ diſtin-
guitur contra ſcientiam, poteſt diſſolui à ratione, at ſcientia haudquaquam. Opinio enim dialectica

A superfluit quo ad esse, ambo enim sunt propria, sed quo ad explicationem. Ergo intellectus loci est, fit ex probabilibus syllogismus, scientia vero ex demonstratiuis. Quando vero opinio communiter su mitur, est genus scientiæ, & opinionis dialecticæ. Quando vero in specie accipitur pro dialectica opinone, differt à scientia, modo quo diximus. Quod vero vnum in omnibus sit, declarat Alexãder, quoniam aut genere dicuntur vnum, vt bos, equus & homo: aut specie vnum, vt Socrates & Plato: aut numero, vt vnitas, & hoc aliquid indiuiduum: aut continentia, vt totus mundus. Quare non bene quantũ ad hoc, datum est proprium. nam proprium gratia cognitionis rei accipitur, cuius est proprium, & oportet separare speciem cuius est proprium ab aliis speciebus, sicuti & definitio: at vnum & ens cum sequantur ad omnia entia, non diuidunt speciem ab aliquibus. deinde docet ab eodem loco construere, & dicit, [Astruenti autem, si nullo vsus est communi, sed] eo [quod ab aliquo separat, erit bene positum secundum hoc proprium,] dixit quo ad hoc, quia non erit bene positum quo ad omnia alia, quæ proprio competunt. Deinde exemplo declarat, & dicit, [vt quia, qui dixit animalis proprium, animam habere, nullo vsus est communi, erit secundum hoc bene positum proprium animalis, animam habere,] corrigit autem Alexand. errorem, qui contingit in verbis scriptis in textu, nõ enim ignorauit Aristot. non esse proprium animalis animam habere, cum hoc sit commune animaB libus & plantis. Propterea dicit iacere in textu debere, animalis proprium sensitiuum esse, quoniam sensitiuum soli animali competit, vel sensum habere: nam sensum habere soli animali competit.

LOCVS SEPTIMVS.

18 Deinde destruenti quidem, si plura propria assignat eiusdem, non determinans quoniam plura ponit. Non enim erit bene positum proprium. Nam quemadmodum nec in terminis oportet præter eam, quæ indicat substantiam, orationem adiungere quippiam plusculum: sic nec in propriis præter eam, quæ facit proprium, quod dictum est, orationẽ quicquam assignandum. Inutile enim fit eiusmodi, vt quia qui dixit proprium ignis tenuissimum & leuissimum, plura assignauit propria C (vtrunque enim de solo igne verum est dicere) non erit bene positum proprium ignis, corpus subtilissimum, & leuissimum, Astruenti vero si non plura eiusdem propria assignauit, sed vnum, erit secundum hoc bene positum proprium. vt quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnem figuram ducitur, vnum assignauit proprium, & non plura, erit secundum hoc bene positum huiusmodi proprium.

Hic est locus septimus, qui accipitur à pluralitate propriorũ, & dicit. [Deinde destruẽti quidẽ] considerandum subaudi [si plura propria assignat eiusdem, non determinans] nec ostendens, [quoniam plura ponit,] quoniam si sic, male ponit. Nemo enim dubitare debet plura propria posse esse eiusdem rei, vt dicitur primo Priorum. verum illa nõ sunt eiusdem rei æque primo, nec subeunt rationem vnã: quare intellige sic locum, [si plura propria assignat eiusdem] rei, ac si ex illis fiat vna oratio significãs vnum proprium, & [non determinans quoniam plura,] peccat. [non enim erit bene positum proprium] quoniam alterum superfluit pro explicatione alterius. neutrum enim neutrum explicat, ideo D si alterum ponitur, vt explicãs alterum, superfluit: si vero dicat quod ignis proprium sit tenuissimum, & quod ignis proprium sit leuissimum, non peccat, quoniam sic præostendit illa esse plura, & non alterum poni, vt explicatiuum alterius. Igitur non errat inquantum eiusdem rei ponit plura propria, modo ostendat illa esse plura, sed inquantum ponit ea in oratione vna, & alterum, vt alterius explicatiuum. alterum enim pro explicatione alterius superfluit, cum sint diuersa propria. veluti errat, qui ponit disciplinabile explicatiuum risibilis, sed qui risibile esse proprium hominis, & disciplinabile esse proprium hominis ponit, cum vt sic ponat ea, vt plura, nõ errat: ergo peccatum est ponere plura propria in vna oratione significante vnum proprium, quando alterum ponitur, vt explicatiuum alterius, quoniam alterum superfluit pro explicatione alterius. Sunt enim diuersa, hoc autem ostendit per simile in definitionibus, & dicit, [nam quemadmodum nec in terminis] hoc est definitionibus, [oportet præter eã orationem, quæ indicat substantiam, adiungere quippiam plusculum, sic nec in propriis præter eam orationem quæ facit] & explicat [proprium, quod dictum est, quicquam assignandum.] quod videlicet sit superfluum ad explicationem alterius, [inutile enim fit huiusmodi. cum enim sit diuersum secundũ à primo, vel primum, vel secundum superfluit ad explicationem alterius. Non enim

superfluit quo ad esse, ambo enim sunt propria, sed quo ad explicationem. Ergo intellectus loci est, E si in vna oratione ponantur duo propria diuersa, vt explicantia alterum eorũ, vel vnum tertium proprium diuersum ab illis, peccatum est. deinde demonstrat hoc per exemplum, & dicit, [vt quia qui dixit proprium ignis, tenuissimum & leuissimum, plura assignauit propria] in vna oratione, quorum alterum non explicat alterum, nec ambo explicant tertium proprium, [vtrunque enim de solo igne verum est dicere] seorsum, & alterum nõ alterius explicatiuum, nec ambo tertii expositiua, [non erit bene positum proprium ignis, corpus subtilissimum & leuissimum.] hæc nec explicant tertium proprium, nec alterum alterum, igitur oportet alterum superfluere. Patet igitur non esse peccatum ponere plura propria eiusdem, vt hominis risibile, disciplinabile & bipedem: sed plura propria ponere in vna oratione, quæ explicent vnum tertium proprium aliud ab eis, vel quorum alterum explicet alterum, est peccatum, non quo ad esse, sed quo ad explicationem. Hoc pacto peccat, qui dixit aquam esse corpus humidum, in alieno loco bene visibile. nam dedit duo propria diuersa: alterum, corpus humidum: alterum autem, in alieno loco bene visibile. Aqua enim in proprio loco inuisibilis est, in alieno videtur, vt in cyatho, vel alio quodam. Hic enim peccat, quoniam alterum non ponitur vt explicatiuum alterius, nec ambo vt explicatiua tertii. ergo alterum superfluit. Deinde ponit considerationem constructiuam huic correspondentem, & dicit, [Astruenti vero] subaudi considerandum [si F non plura] scilicet in vna oratione [eiusdem propria assignauit, sed vnum,] vel vna voce, vel vna oratione, in qua nihil superflui ponitur. nam si sic, [erit proprium bene assignatum, quo ad hoc] nõ tamẽ quo ad omnia alia, quæ proprio competunt, [vt quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnem figuram ducitur, vnum assignauit proprium, & non plura,] est enim vna oratio, qua circunloquimur vnum proprium, in qua nihil superflui ponitur, [erit secundum hoc bene positum huiusmodi proprium.] nam licet plura ponantur in oratione, omnia ponuntur ad explicationem alterius, & nihil superflui continẽt. ¶ Quod vero ad exemplum attinet, attentione dignum humidum esse corpus, quod figura continentis figuratur. nã si ponitur in aliquo rotundo, rotundi speciẽ accipit, & si in quadrangulo quadrãguli formã sumit, & similiter si poneretur in aliquo alio cuiusuis figuræ existente.

LOCVS OCTAVVS.

19 Deinde destruenti quidem, si eodem vsus est, cuius proprium assignauit, aut aliquo eorum quæ sunt illius. Non enim erit bene positum proprium, nam discẽdi gratia assignatur proprium, idem autem eidem G similiter ignotum est: id autem quod aliquid eorum est quæ sunt eius, posterius est: non igitur est notius. Quare non fit, vt per hæc quispiam magis quippiam discat: vt quia qui dixit animalis proprium, substantiam cuius species est homo, aliquo vsus est eorum, quæ sunt animalis, non erit bene positum proprium. Construenti autem si neque eodem, neque eorum quæ sunt ipsius, aliquo vtitur. Erit enim bene secundum hoc proprium positum. Vt quia qui posuit animalis proprium, ex anima & corpore compositum esse, neque eodem, neque eorum, quæ sunt ipsius, aliquo vtitur, erit vtique bene secundum hoc assignatum anima- H lis proprium.

Hic est locus octauus, qui sumitur à subiecto proprij, qui talis est, si subiectũ cuius est proprium, vel aliqua pars subiectiua subiecti cuius est proprium, ponitur in assignato proprio, nõ bene assignatur proprium. vt si hominis proprium, animal rationale assignatur, ipsum subiectum accepit in proprio, & erit ipsum ignotum & quęsitum similiter vt subiectum, at proprium non debet esse ignotum, nam gratia cognoscendi subiectum, acceptum est. Similiter & si accipiatur aliquid eorum quæ subiecti sunt, vt proprium, etiam male datur, quoniam est posterius, hoc est post ipsum subiectum factũ, & posteriora fidem ex primis accipiunt, non autem prima ex posterioribus. *Si* igitur accipiemus aliquid subiecti posterius vt proprium ipsius, non erit notius sic proprium, non enim fieret nobis subiectum notum per tale proprium. vnde dicit, [Deinde destruenti quidem,] subaudi considerandum, [si eodẽ] scilicet subiecto [vsus est] in proprii assignatione, vel circunlocutione, [cuius propriũ assignauit, aut aliquo eorum quæ sunt illius] aut species, aut partes subiectiuæ, [Enim] quia si sic erit positũ, [nõ erit bene positum proprium] deinde declarat quod dixit, & inquit, [nã discendi gratia assignatur propriũ,] vt. s. per ipsum innotescat subiectum. [idem autem eidem] comparatum [similiter] & æqualiter [ignotum est,] nihil. n. seipso notius est. quare subiectum non potest poni in assignatione sui proprii,

A quod autẽ nec species, vel pars subiectiua subiecti, etiam declarat, & dicit, [id autem, quod aliquid eorum est, quæ sunt eius] siue species, siue pars subiectiua, [posterius est. non igitur est notius,] posteriora enim per priora innotescũt. [Quare,] vt cõcludit [nõ fit vt per hæc] posteriora [magis discat quisquam quippiam] siue subiectum, siue prius. Non enim fiet nobis notũ per tale propriũ, exponit hoc, exemplo, & dicit, [vt quia qui dixit animalis proprium, substantiã, cuius species est homo, aliquo vsus est eorũ quæ sunt animalis, non erit bene positũ proprium,] est enim pars subiectiua animalis, homo, & posterius animali natus, ideo per ipsum non fit nobis notũ animal. Deinde asignat locũ constructiuum huic correspondentem, & dicit, [Cõstruenti autẽ,] subaudi considerãdum [si neque eodem] scilicet subiecto, cuius est propriũ, [neque eorũ aliquo, quæ sunt ipsius] aut species, aut partes subiectiuæ, [vtitur, erit enim] si sic vtatur quispiam, [bene secundum hoc propriũ positũ] non autem simpliciter quo ad omnia quæ proprio cõpetunt, [vt quia qui posuit animalis propriũ, ex anima & corpore cõpositũ esse, neque eodẽ] scilicet subiecto, [neq; eorũ aliquo vtitur quæ sunt ipsius] scilicet subiecti vel species, vel partes subiectiuæ, [erit vtiq; bene secundũ hoc asignatũ animalis propriũ.] non
B tamen quo ad omnia, quæ proprio cõpetunt. ¶ Sed dubitatur, quoniã anima & corpus vtrunq; aliquid animalis est, quare nõ erit bene datũ ꝓpriũ animalis, esse cõpositũ ex anima & corpore. ¶ Soluit hãc instantiã Alexan. asserẽs quòd quanuis sint animalis partes corpus & anima, non sunt tamen nata posterius aĩali, sed vel simul. non enim est possibile intelligere animal nõ illico cointellectis anima & corpore. Aut dici potest Aristot. per ea quæ aliquid eius, intellexisse aut quæ sunt species subiecti, aut quæ sunt partes subiectiuæ, modo anima & corpus sunt partes essentiales. ¶ Amplius potest quæri & dubitari contra ea, quæ dixit, quia licet pars sit posterior toto, quo ad naturam, est prior quo ad nos, ergo notior, & ita poterimus vti ea in asignatione proprii. ¶ Dicendũ nihil absurdi esse in asignatione proprii vti aliquo, quod est posterius causalitate. cũ enim proprium causalitate sit subiecto posterius, etiã ea quæ in proprii asignatione ponũtur, erunt posteriora causalitate. Sed absurdũ est in asignatione proprii vti eo, quod est posterius prędicatione. & factura, vt dixit Alexãd. nã propriũ est prædicatione æquale subiecto, & nõ prædicatione minus, & factura posterius, sicuti esset, si in asignatione proprii poneretur species subiecti, quæ est in prædicatione & factura posterior.

LOCVS NONVS.

C 20 Eodem autẽ modo, & in aliis cõsiderandum est quæ non faciunt, vel faciunt notius, destruenti quidem, si aliquo vsus est, aut opposito, aut omnino simul natura, aut posteriore aliquo. Non enim erit bene positũ proprium. Nã oppositũ simul natura, quod autẽ simul natura, & posterius, nõ efficit notius. Vt quia qui dixit boni proprium, quod malo maxime opponitur, opposito est vsus boni, non erit profectò bene asignatum boni proprium. Cõstruenti autẽ, si nullo vsus est, neque opposito, neque omnino simul natura, neque posteriore. Erit enim secũdum hoc bene asignatum proprium. Vt quia qui posuit disciplinæ proprium, o-
D pinionem maxime facientem fidem. nullo vsus est neque opposito, neque omnino simul natura, neque posteriore, erit secũdum hoc bene positum disciplinæ proprium.

Hic est locus 9. qui accipitur ab eo quod nõ facit subiectũ notius, vel ab eo quod facit subiectum notius, & primo proponit locũ præceptiuum, & dicit, [Eodem autem modo & in aliis considerandum est, quæ non faciunt] proprium notius suo subiecto [vel quæ faciunt] proprium [notius] suo subiecto. nam quæ non faciunt proprium notius suo subiecto, accipienda sunt in asignatione proprii ad destruendum ipsum proprium. ¶ Quæ vero faciunt proprium notius suo subiecto, accipienda sunt in asignatione proprii ad construendũ. Si enim quæ accipiũtur in proprii asignatione, faciunt proprium notius re, cuius est proprium, bene datũ est propriũ: sinautem non faciunt proprium notius re, cuius est proprium, non bene datum est proprium. Deinde descendit ad loca præcepta, & primo ad eum, qui accipitur ab opposito, vel ab eo quod est simul natura, vel posterius, & dicit, [destruenti quidem] subaudi considerandum, [si aliquo vsus est] in asignatione proprii, [aut opposito, aut omnino simul natura, aut posteriore aliquo. nõ enim erit bene positũ propriũ] si sic asignetur. deinde dat rationem, & dicit, [nam oppositum] cum suo opposito est [simul natura, quod autem] est [simul natura &] etiam quod est [posterius, non efficit notius] scilicet subiectum cum quo est simul natura, vel posterius. Deinde asignat exemplum, & dicit, [vt quia qui dixit boni proprium, quod malo ma-

xime opponitur, opposito boni est vsus] in assignatione proprii, quod bonum est subiectum, [nõ erit E profecto bene assignatum boni proprium.] oportebat enim ipsum accipere prius natura & notius in proprii assignatione Simili ratione si in proprii assignatione acciperetur id, quod subiecto posterius est, male assignatur proprium: vt si aliquis diceret hominis proprium, scientiæ susceptiuum, aut in senectute canescere, male assignaret. hæc enim posteriora homine sunt, simul autẽ natura, nam solum opposita sunt secũdum oppositionẽ cõtrariorum, sed secundũ oppositionem relatiuorum. In oppositione vero contradictoria & priuatiua, prius est vnum, alterum vero posterius: in cõtradictoria quidem affirmatio negatione, in priuatiua autem habitus priuatione priores sunt. ¶Sed occurres, quoniam in his quæ ad aliquid sunt, assignatio definitionis & proprii fit per opposita: quoniam esse relatiuorum est ad aliud se habere, & tamen sunt simul natura, quare nihil prohibet assignari proprium & definitionem per ea quæ sunt simul natura. ¶Dicendũ, locum hunc nõ esse necessarium, sed probabilem, & solum eum oportet attendere in his, quæ se habent vt ea quæ diximus. ¶Quod vero ad verba attinet dixit, [aut omnino simul natura,] quoniã qui in proprii assignatione vtitur eo quod est omnino simul natura cum re cuius est proprium, male assignat proprium. Sũt autem omnino simul natura, ea, quæ sub eodem genere simul natura contradiuiduntur, vt differentiæ, quæ ex equo genus ipsum diuidunt. Deinde assignat locũ constructiuum huic correspondentẽ, & dicit, [construenti autem] subaudi considerãdum, [si nullo vsus est] in assignatione proprii [neque opposito, neque omnino simul natura, neque posteriore. erit enim secundũ hoc bene assignatum proprium. vt quia qui posuit disciplinæ proprium, opinionem maxime facientem fidem, nullo vsus est neque opposito, neque omnino simul natura, neque posteriore, erit secundũ hoc bene positũ disciplinæ propriũ.] non tamen simpliciter quo ad omnia alia, quæ proprio cõpetunt. ¶Sed occurres cõtra hæc, quoniam proprium est posterius subiecto, ergo non erit absurdum sumere in proprii assignatione ea, quæ sunt posteriora subiecto. ¶Fortasse dicendum propria esse posteriora subiectis causalitate, nõ autem factura & tempore, vt Alexander dixit. Et sic non erit absurdũ accipere in assignatione proprii ea, quæ sunt subiecto posteriora causalitate, modo non sint posteriora tempore, & generatione. Vel dicendũ proprium esse posterius subiecto causalitate, non autem prædicatione, & eodẽ modo nõ erit absurdũ ea accipere in assignatione proprii, quæ sunt posteriora subiecto causalitate, modo nõ sint posteriora prædicatione. G

LOCVS DECIMVS.

21 Deinde destruenti quidem, si nõ quod semper sequitur, proprium assignauit, sed id, quod fit quandoque non proprium. non enim erit bene dictum proprium. Nam neque in quo cõprehendimus inesse ipsum, de hoc & nomen ex necessitate verificatur, neque in quo comprehẽditur non inesse, de hoc ex necessitate non dicetur nomẽ. Quare non erit bene positũ proprium. Insuper autem ad hæc, neque quando quisquam assignauerit proprium, erit manifestũ si inest, siquidem tale est, vt quod ipsum relinquere possit. Nõ igitur erit clarũ esse proprium. Vt quia qui posuit animalis propriũ moueri quãdoque, & stare, tale assignauit proprium, quod est quãdoque non propriũ, nequaquam erit bene positum H proprium. Astruenti vero, si quod ex necessitate semper est, propriũ assignauit. Erit enim bene positũ secundũ hoc proprium. Vt quia qui posuit virtutis proprium, quod habẽtem facit studiosum, quod semper sequitur, proprium assignauit, erit vtique secũdum hoc bene assignatum virtutis proprium.

Hic est locus 10. qui sumitur à tempore. cũ enim declarasset propria nec ex iis esse quæ sunt simul, nec ex iis quæ sunt posteriora, nunc loca tradit proprii bene assignati, vel non bene assignati, quæ sumũtur à tẽpore consequendi, & dicit, [Deinde destruenti quidẽ] subaudi considerandũ, [si non quod semper sequitur, proprium assignauit, sed id, quod fit quandoque non propriũ, non enim erit bene dictum proprium] si assignatũ fuerit proprium quod non semper sequitur rem, cuius est propriũ, sed id, quod quandoque quidẽ inest, quãdoque vero nõ inest. Huiusmodi enim accidẽs est, & non propriũ, vt autẽ diceret qđ aliquãdo nõ inest, loco huius dixit, [qđ fit quãdoq; nõ propriũ] nã tale, nec quãdo inest, propriũ est. Non enim cõuertitur cũ eo, cuius datũ est propriũ. Deinde assignat rationes, quarum primam ponit, & dicit, [nam & neque nomen] rei, cuius datũ est proprium, [ex necessitate ve-

A rificatur de hoc,in quo comprehẽdimus ineſſe ipſum] ſiquidem aliis ineſt, [neque ex neceſsitate non dicetur nomen]rei[de hoc,in quo comprehenditur non ineſſe,]nam cui non ineſt,cõtingit ineſſe. At propria ſunt,quæ cum prædicantur de aliquo verè, etiam & nomen rei omnino prædicatur de eodẽ, & in quibus non vere ineſt proprium,nec nomen rei ineſt cuius eſt proprium, & quidem iure, ſiquidem proprium ſoli ei ineſt,cuius eſt proprium.Deinde ponit ſecundam rationẽ,& dicit,[Inſuper autem ad hæc,neque quando quiſquam aſsignauerit proprium,erit manifeſtũ ſi ineſt] tunc ei,cuius eſt datũ [ſiquidem tale eſt,vt ipſum] cui aſsignatur, [relinquere poſsit]ſi enim tale fuerit propriũ vt aliquando quidem ineſſe, aliquãdo vero non eſſe poſsit rei cuius eſt datũ propriũ, nec quando aſsignatur alicui, erit manifeſtum ſi tunc ineſt ei. abſurdum enim eſt dicere proprium, quod aliquando non ineſt.Nam quod aliquando eſt proprium,non ſimpliciter eſt proprium,ſed additione verbi aliquando,ideo concludit,[non igitur erit clarũ eſſe proprium.]deinde exponit quod dixerat per exemplum, & dicit,[vt quia qui poſuit animalis proprium moueri quandoque,& ſtare,tale aſsignauit proprium, quod eſt quandoque non propriũ,]ſed accidens,quod aliquando ineſt,aliquando non ineſt,[nequa-
B quam erit bene poſitũ propriũ.]Non enim eſt manifeſtũ atq; notũ propriũ animalis,quod ſit quandoque non propriũ animalis. Iſte autẽ locus,vt Alexander inquit,non ſolũ demonſtrat bene aut non bene accipi proprium,ſed ſi proprium eſt,an non. Deinde ponit locũ conſtructiuum huic correſpõdẽtem,& dicit,[Aſtruenti vero]ſubaudi conſiderandũ [ſi quod ex neceſsitate ſemper eſt]proprium, & non accidens,[proprium aſsignauit.erit enim bene poſitum ſecundũ hoc proprium] non ſimpliciter,poteſt enim ineſſe ſemper,& non ſoli,[vt quia qui poſuit virtutis proprium,quod habentem facit ſtudioſum,quod ſemper ſequitur proprium aſsignauit, erit vtique ſecundum hoc bene aſsignatum virtutis proprium.]non autem quo ad omnia. non enim ſi ſemper ineſt,ſoli ineſt,bipes enim homini ſemper ineſt:quia vero non ſoli homini ineſt,non eſt proprium hominis ſimpliciter, ſed quo ad hoc, quod eſt ſemper ineſſe.

LOCVS VNDECIMVS.

22 Deinde deſtruenti quidem, ſi quod eſt nunc propriũ aſsignãs, non determinauerit quoniam nunc proprium aſsignat, non enim erit bene
C poſitum proprium. Primum quidem,quia quod pręter conſuetudinem fit omne, ſemper determinatione indiget. Solét autem vt plurimum omnes,quod ſemper ſequitur, proprium aſsignare. Secundo autem, quia immanifeſtus eſt qui non determinauerit, ſi quod nunc eſt propriũ voluerit ponere.Non igitur dãda eſt increpationis occaſio. Vt quia qui poſuit alicuius hominis proprium,ſedere cum aliquo homine,quod nunc proprium eſt,poſuit,non bene proprium aſsignabit, ſi non determinãs dixerit,quoniam nunc. Conſtruenti autem ſi nunc proprium aſsignãs, determinando poſuit,quoniam nunc proprium poſuerit.Erit enim be-
D ne poſitum ſecũdum hoc proprium. Vt quia qui dixit cuiuſdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, diſtinguens poſuit hoc, bene erit poſitum proprium.

Hic eſt locus 11.qui ſumitur à diminutione,vel additione particulæ quæ ſignificat,vt nunc,& diuiditur in duo, quorum primus deſtructiuus talis eſt, ſi aliquis quod vt nunc proprium eſt aſsignans, non determinauerit per aliquid in circunlocutione poſitum,quoniã vt nunc,& non ſimpliciter proprium aſsignauit,nõ bene aſsignauit tale propriũ.vnde dicit, [Deinde deſtruenti quidẽ] ſubaudi conſiderandũ,[ſi quod eſt vt nũc propriũ aſsignans,] & non quod eſt ſemper, ſicuti Socratẽ ſedere non ſemper eſt proprium,ſed nũc quando ſedet,[non determinauerit, quoniam nunc propriũ aſsignat,] id eſt non determinauerit in circunlocutione proprii per aliquã particulã vel dictionẽ in circunlocutione poſitã,[quoniã nũc propriũ aſsignat,non enim]ſic [erit bene poſitũ propriũ.] deinde per duas rationes locũ demonſtrat,prima eſt,quoniã ſi dictionẽ nunc non poſuiſſet in circũlocutione proprii vt nũc,ſed abſolute protuliſſet propriũ eſſe Socrati ſedere,videretur opinari, ſedere ſemper proprium eſſe Socratis. nam aſſueuimus,cum abſolute propria proferuntur, intelligere quæ ſemper inſunt propria,hoc enim eſt potius proprii ſignificatũ. Si igitur dicẽdo ſedere propriũ eſſe Socratis, nõ addiderat nũc quãdo ſedet,oporteret intelligere ſemper proprium.quare ſi ſedere eſt propriũ vt nũc,oportet addere in circũlocutione dictionẽ,vt nunc,vt manifeſtum faciat quale proprium aſsignauit,vnde di-

cit, [primum quidem, quia omne quod præter conſuetudinem fit, ſemper determinatione indiget,] E qua intelligatur illud non eſſe accipiendum, vt conſuetum eſt accipere. Si enim determinatione nō limitetur, ſemper intelligitur in conſueto ſignificato. [Solēt autem, vt plurimum, omnes] cum abſolute proprium proferūt, [proprium aſsignare, quod ſemper ſequitur.] Quare niſi determinatione limitetur, cum dicitur ſedere eſſe proprium Socratis, de eo proprio intelligitur quod ſemper proprium eſt. Secundam rationem ponit, & dicit, [Secundo autem, quia immanifeſtus eſt qui non determinauerit, ſi] dicēdo ſedere eſſe Socratis proprium [quod nunc eſt proprium voluerit ponere,] an quod eſt proprium ſemper. Et ideo iſte dedit occaſionem ipſi opponenti increpandi reſpondentem, & ideo concludit, [non igitur danda eſt increpationis occaſio,] qualis daretur opponēti, niſi addatur in circunlocutione proprii aliqua dictio quæ contrahat propriū ad ipſum proprium vt, nunc. Tunc dat exemplum, & dicit, [vt quia qui poſuit alicuius hominis proprium, ſedere cum aliquo homine, quod nunc proprium eſt, poſuit,] non addendo in circunlocutione dictionem nunc, ſed ſimpliciter dicendo ſedere eſſe proprium alicuius hominis, [non bene proprium aſsignabit, ſi non determinans dixerit] in circunlocutione [quoniam nunc] eſt proprium. Deinde aſsignat locū conſtructiuum, & dicit, [Conſtruenti autem] ſubaudi conſiderandum [ſi nunc proprium aſsignans, determinādo poſuit, quoniam nunc proprium poſuerit] ſedere cum aliquo homine, Socratis eſſe. [Erit enim bene poſitum ſecūdum F hoc] id eſt quo ad hoc tale [proprium. Vt quia qui dixit cuiuſdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, diſtinguens] & determinās [poſuit hoc] id eſt hanc dictionem nunc, [bene erit poſitum proprium.] nō enim eſt dictum ambulare eſſe proprium hominis cuiuſdam, ſed eſſe proprium nunc hominis cuiuſdam. Quare quo ad hoc, erit bene aſsignatum proprium.

LOCVS DVODECIMVS.

23 Deinde deſtruenti quidem, ſi tale aſsignauit proprium, quod manifeſtum non eſt aliter ineſſe quàm ſenſu. Non enim erit bene poſitum proprium. Nam omne ſenſibile extra ſenſum factum, immanifeſtū fit. Latens enim eſt, ſi adhuc ineſt: eo quia ſenſu ſolum cognoſcitur. Erit autem verum hoc in iis, quæ non ex neceſsitate ſemper conſequuntur. Vt G quia qui poſuit Solis proprium, aſtrum, quod fertur ſuper terram, lucidiſsimum, tali vſus eſt in proprio (ſuper terram inquam ferri) quod ſenſu cognoſcitur: non erit vtique bene ſolis aſsignatum proprium. Immanifeſtum enim erit, cum occidet ſol, ſi adhuc feratur ſuper terrā: eo quia nos tūc deſeruimus ſenſum. Cōſtruenti vero ſi tale aſsignauit proprium quod non ſenſu eſt manifeſtū, aut cum ſit ſenſibile, ex neceſsitate ineſſe manifeſtum eſt. Erit enim ſecundū hoc bene poſitū proprium. Vt quia qui poſuit ſuperficiei propriū, quod primū coloratum eſt, ſenſibili quidem aliquo vſus eſt (coloratum eſſe inquam) tali quidem, quod manifeſtum eſt ineſſe ſemper, erit ſecundum hoc bene aſsignatum ſuperficiei H proprium.

Hic eſt locus 12. qui à ſenſitiua inſpectione accipitur, vnde dicit, [Deinde deſtruēti quidem] ſubaudi conſiderandum, [ſi] aliquis [tale aſsignauit proprium, quod manifeſtū non eſt aliter ineſſe] ſubaudi ſubiecto, [quàm ſenſu] quia videlicet nec imaginatione nec intellectu, ſed ſolo exteriore ſenſu vt viſu, vel aliquo alio huiuſmodi. [non enim] vt inquit, ſi hoc pacto aſsignetur propriū [erit bene aſsignatum proprium.] cuius rationem ſubſcribit, & dicit, [Nam omne ſenſibile extra ſenſum factū, immanifeſtum fit,] hæc eſt maior, quam exponit, & dicit, [latens enim eſt] cum ſit abſens à ſenſibus, [ſi adhuc ineſt] ſubiecto, eo quia ſenſu ſolo cognoſcitur] abeuntibus enim ſenſibilibus à ſenſu, immanifeſtum eſt vtrum ſint vel ne, vt 7. metaphyſicę dicitur. addit autē [eo quia ſolo ſenſu cognoſcitur,] quia ſi ſenſu cognoſceretur initiatiue, poſſet intellectu cognoſci, & notius eſſe ſuo ſubiecto perfectiue, etiam abeunte ſubiecto & proprio à noſtris ſenſibus. Multorum enim accipimus cognitionem à ſenſibus, quorum cognitio remanet in intellectu, qua poſtea illa patent, & manifeſtiora ſunt eis quibus inſunt. ſic igitur maior in ſyllogiſmo accipiatur, omne ſenſibile, quod non aliter eſt aptum cognoſci niſi ſolo ſenſu, extra ſenſum factū immanifeſtum fit. Exponit autē Ariſtot. in quibus hæc maior habet locū, & dicit, [erit autē verū hoc]. i. erit autē vera hæc maior [in iis] ſiue propriis ſiue accidētibus, [quæ nō ex neceſsitate ſemper cōſequuntur,] qualia ſunt propria vt nunc, quæ ſunt accidētia, ſuperius dicta pro-

A pria quandoque. Si enim dum sentiuntur, solũ propria sunt, non erunt propria, nisi vt nunc, dum sen-
timus, & sic erunt accidentia. Huic maiori sic expositę & intellectę addo hanc minorem, sed aliquod
proprium est sensibile, quod non aliter est aptum cognosci nisi solo sensu, vt aduersarius asserit. Igitur
aliquod est proprium, quod extra sensum, factũ immanifestum sit. Cõclusio falsa est, & non propter
figuram syllogismi, ergo propter propositiones, & non propter maiorem. est enim maior exposita &
declarata, igitur propter minorem. Igitur nullum erit proprium sensibile, quod non aliter est aptũ co-
gnosci, nisi solo sensu. De syllogismo autem Aristot. solam maiorem accepit, & declarauit, cætera o-
mittens nobis cõsiderare. Deinde ponit exemplum, vt manifestius fiat quod accepit, & dicit [vt quia
qui posuit solis proprium, astrum quod fertur super terram lucidissimum, tali] aliquo [vsus est in pro-
prio] id est in proprii assignatione, [super terrã, inquam, ferri, quod] solo [sensu,] & nõ aliter [cogno-
scitur] vt saltem supponamus pro exemplo, quia vtrum verũ sit, potest disputari, [nõ erit vtique bene
solis proprium assignatum. immanifestũ enim erit, cum occidet sol, si adhuc] id est vtrum adhuc [fe-
ratur super terrã,] si solo sensu & nullo alio modo cognoscatur, [eo quia nos tunc] occidente sole [de-
B seruimus sensum.] at si esset propriũ, quod semper inest rei cuius est proprium, & solo sensu notũ esset
quoniam est proprium, non esset manifestum si semper inest rei, siue non, quod absurdũ est. Si enim
esset notum ipsum sensibile sequi rem ex necessitate, assignatũ non destrueretur, etiam abeunte à sen-
sibus. Deinde ponit locum constructiuum huic correspondentem, & dicit, [Cõstruenti vero] subau-
di considerãdum, [si tale assignauit proprium, quod non sensu] sed intellectu, vel non sensu solo [est
manifestum] vt disciplinæ susceptiuum, vel risibile hominis, quę non sunt sensibilia, sed intellectu no
tiora re, cuius sunt propria. nam quo ad hoc, bene assignatum est proprium. addit [aut] subaudi consi
derandum, [cum sit sensibile, ex necessitate inesse manifestum est. enim] nam si est sensibile, & neces-
sario inesse manifestum est,] erit secundum hoc bene positum proprium.] non enim erit solum pro-
prium dum sentitur inesse, sed semper, quia necessario inest, & dat exemplum, & dicit, [vt quia qui po
suit superficiei propriũ quod primum] & immediate [coloratũ est,] in tali proprii assignatione, duo-
bus necessariis ad rationem proprii [vsus est, sensibili quidem aliquo, coloratum esse inquam,] colo-
ratũ enim esse visu patet, & hoc est vnũ necessarium. dat secundũ necessariũ, & dicit, tali [quidẽ, quod
manifestum est inesse semper] & non vt nunc, [erit secundum hoc] vel quo ad hoc [bene assignatum
C superficiei proprium.] quoniam tale proprium est sensibile, & manifestum semper inesse rei, cuius est
proprium. non tamen est simpliciter quo ad omnia bene assignatum, quia non quo ad ea omnia quæ
proprio competunt. ℂ Quod vero ad exemplum attinet, attentione dignũ in omni coloratione pri-
mum quod coloratum est, esse superficiem, quoniam superficiei quæ in omni corpore est, primo ac-
cipitur sensus, & per superficiẽ dicitur corpus videri. & propterea dicitur in libro de sensu & sensibili,
colorem esse extremitatem superficiei in corpore terminato & misto.

LOCVS DECIMVSTERTIVS.

24 Deinde destruenti quidem, si terminum vt proprium assignauit.
Non enim erit bene positũ proprium. nam non oportet indicare quod
quid est esse propriũ. Vt quia qui dixit hominis proprium, animal gres-
sibile bipes, quod quid est esse significans, assignauit hominis propriũ:
D non vtique erit hoc hominis proprium bene assignatum. Construenti
autem, si quod cõuersim quidem prædicatur, assignauit proprium, non
autem quod quid est esse indicans. Erit enim secundum hoc bene assi-
gnatũ proprium: vt quia qui posuit hoc proprium, animal mansuetũ na-
tura, quod conuersim quidem prædicatur assignauit propriũ, non quod
quid est esse quidem indicans, erit secundum hoc bene assignatum pro-
prium hominis.

Hic est locus 13. quem accepit per inspectionẽ definitionis, & dicit, [Deinde destruenti quidem]
subaudi considerandũ definitionem, quæ dicitur terminus, [si terminum, vt proprium assignauit. non
enim] assignatũ proprium hoc pacto, [erit bene positũ proprium,] & sic destruetur huiusmodi pro-
prium, vt nõ bene assignatum, cuius rationẽ subscribit, & dicit, [nam non oportet indicare quod quid
est esse proprium,] sed supersubstantiale. qui enim assignat proprium ideæ, esse causam operationum,
& eorũ quæ sunt in motu & qui assignat propriũ scientiæ, esse ignorãtiæ expulsionẽ, errat, quoniã in
iis omnibus destruetur assignatũ propriũ, quoniã nõ propria, sed definitiones sunt hęc. ipse tamẽ assi-
gnat exẽplũ, & dicit, [vt quia qui dixit hoĩs propriũ, animal gressibile bipes, quod quid est esse signi
ficãs assignauit,] vt gratia exempli supponamus, licet fortasse aliter sit, assignauit dico [hoĩs propriũ,

non vtique erit hoc hominis proprium bene aſsignatum.] quoniam ſignificat quod quid eſt eſſe hominis, vt nunc ſupponimus. Deinde dat locum cõſtructiuum huic correſpondentem, & dicit, [conſtruenti autem] ſubaudi conſiderandum [ſi quod cõuerſim quidem prędicatur, aſsignauit proprium, non autem quod quid eſt eſſe indicans. erit enim proprium] hoc pacto datum [ſecundum hoc bene aſsignatum,] non tamen quo ad omnia, quia poteſt eſſe proprium prędicatum conuerſim non eſſentiale, & quo ad omnia nõ eſſe bene datum, quia eſſe poteſt vt non ſit ſuo ſubiecto notius, & ponit exemplum, & dicit, [vt quia qui poſuit hominis proprium, animal manſuetum natura, quod conuerſim quidem prædicatur, aſsignauit proprium, non quod quid eſt eſſe quidem indicans, erit ſecundũ hoc] id eſt quo ad hoc [bene aſsignatum proprium hominis.] ſimpliciter autẽ quo ad omnia, quæ proprio competunt, non bene. Poteſt enim, vt dixi, aliquod conuerſim de re prædicari, non indicando illius quod quid eſt, quod tamen non erit notius re, cuius eſt proprium. Et ſic non erit ſimpliciter quo ad omnia proprium. E

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

25 Deinde deſtruenti quidem, ſi nõ in quod quid eſt ponens, aſsignauit proprium. oportet enim in propriis, quemadmodũ in terminis, primò aſsignari genus, deinde ſic iam addere reliqua, & ſeparare. Quare quod non hoc modo poſitum eſt proprium, non erit bene aſsignatum. Vt quia qui dixit animalis propriũ, animam habere, nõ poſuit in quod quid eſt animal, non erit bene poſitum animalis proprium. Cõſtruenti vero, ſiquis in quod quid eſt ponens eius, cuius proprium aſsignauit, reliqua adiungit. Erit enim ſecũdum hoc bene aſsignatum proprium. Vt quia qui poſuit hominis propriũ, animal diſciplinę ſuſceptibile, in quod quid eſt ponens, aſsignauit proprium, erit ſecundum hoc bene poſitum proprium hominis. Vtrũ igitur bene an nõ bene aſsignetur proprium, per hæc inſpiciendum. F G

Hic eſt locus 14. qui accipitur à genere ſubiecti, cuius propriũ datur. & quoniam omnia loca fere, quæ aſsignauit, ſunt de proprio aſsignato per circunlocutionem, quod eſt proprium complexũ quaſi ſubiecti deſcriptio, ideo in hoc vltimo loco docet inſpicere genus rei, cuius eſt proprium aſsignatum, & dicit, [Deinde deſtruenti quidem] cõſiderandum ſubaudi quod quid eſt, ſcilicet genus ſubiecti, cuius datur proprium, [ſi non in quod quid eſt ponens] id eſt in genere ſubiecti, quod eſt quod quid eſt ſubiecti, [aſsignauit proprium,] in toto enim hoc textu per quod quid eſt, vt Alexãder expoſuit, intellexit, genus in quo ponitur ſubiectum proprii. nam ſi in deſcriptione proprii nõ ponitur genus ſubiecti cuius eſt proprium, male aſsignatur proprium, quod videlicet circumlocutione dicitur proprium. ſecus eſt de proprio quod vna voce dicitur, vt riſibile. non enim de hoc loquutus eſt, & dat rationem, & dicit, [oportet enim in propriis] quæ circunlocutione deſcribuntur, [quemadmodum in terminis, primo aſsignari genus] ſcilicet ſubiecti cuius eſt propriũ [deinde ſic iam addere reliqua, & ſeparare] ſubiectum, cuius eſt proprium, ab aliis, à quibus differt. Debemus enim in proprio ea accipere cũ genere ſubiecti, quæ poſſunt ſeparare ſubiectum ab omnibus aliis. tunc concludit locum, & dicit, [quare quod non hoc modo poſitum eſt proprium,] in quo videlicet, non acceptũ eſt ſubiecti genus, [non erit bene aſsignatum] & hoc exemplo demonſtrans, dicit, [vt quia qui dixit animalis proprium, animam habere, nõ poſuit animal] quod eſt genus proprii [in quod quid eſt animal] id eſt in genere animalis [non erit bene poſitum animalis proprium.] hic enim debuit dicere ſubſtãtiam animatã aptam naſci. deinde ponit locũ cõſtructiuum, & dicit, [Cõſtruenti vero] conſiderandũ, [ſiquis in quod quid eſt]. i. in genere [ponẽs eius, cuius propriũ aſsignauit, reliqua] vt differẽtias [adiũgit. erit enim ſecũdum hoc bene aſsignatum proprium] quod exemplo demonſtrat, & dicit [vt quia qui poſuit hominis propriũ, animal diſciplinę ſuſceptibile, in quo quid eſt]. i. in genere ſubiecti [ponẽs, aſsignauit propriũ, erit ſecundũ hoc bene poſitũ proprium hominis.] nõ tamẽ ſimpliciter quo ad omnia. Demũ epilogat, & dicit, [Vtrum igitur bene, an nõ bene aſsignetur propriũ, per hæc, quæ dicta ſunt, [inſpiciendum.] in quibus perſpicuum eſt, in iis locis Ariſtot. locutũ eſſe de proprio cõplexo, quod iuuiores appellãt proprium per circunlocutionem. Alii vero proprium de quo loquutus eſt Ariſtoteles, dicunt eſſe deſcriptionem ſubiecti, quia aſſerit tale proprium non eſſe bene aſsignatum, niſi ponatur genus, cuius eſt proprium, vt Alexander exponit, & reliqua, quæ ſeparant ſubiectum ab aliis. Hoc autem complexum non eſt niſi deſcriptio, qua deſcribitur ſubiectum proprii. Eſt tamen verum Ariſtot. nõnulla loca tra- H

A didisse, quæ cōmunia sunt proprio incomplexo, quod vna voce appellatur: & proprio cōplexo, quod complexu vocum explicatur, vt patet consideranti loca.

26 Vtrum vero proprium est omnino quod dictum est, an non proprium, ex his considerandum. Nam simpliciter cōstruentes proprium, quoniam bene positū est, loci iidem erunt iis, qui proprium omnino faciunt. In illis igitur dicentur.

Cōstruentia loca quidem, quoniam proprium quo ad hoc bene asignatum est, iam dicta sunt, vt non accipere voces æquiuocas, conuerti asignatū proprium cum subiecto, asignari per notiora subiecto. simul autem cum his & destruentia loca sunt asignata, quibus deducitur, quoniā propria data non sunt bene asignata quo ad hoc, vt si dantur per æquiuocas voces, si non conuertuntur cum subiecto, si non asignantur per notiora subiecto, & alia omnia quibus probatū est esse aut non esse bene B asignatum proprium, quo ad hoc. Nunc vero proponit dicere de locis, quibus destruitur aut cōstruitur proprium quo ad esse proprium. Per hæc enim loca quæ dicturus est, patebit vtrū asignatū proprium sit vel non sit proprium, an non, & dicit, [Vtrū vero propriū est omnino, quod dictū est proprium, an non] est proprium, quod asignatū est proprium, [ex his] quæ statim subscribemus, [considerandum.] ❡ Sed occurres, quoniam de proprio triplex disceptatio contingit: prima, vtrū proprium sit bene asignatum quo ad hoc, an nō: secunda, vtrum proprium sit simpliciter bene asignatū, scilicet quo ad bene esse simpliciter, an non, tertia vtrū asignatū proprium sit propriū, quo ad esse proprium, an non sit proprium, quod asignatum est propriū. Videtur igitur Aristot. diminutus, quoniam cum egisset de bene esse proprii quo ad hoc, transit ad dicendum de esse proprii, nihil dicēs de bonitate simpliciter ipsius proprii. ideo se excusando, atque respondendo dicit, [Nam simpliciter cōstruentes propriū, quoniā bene positū est,] id est, quo ad bonitatē simpliciter dictā, [loci iidem erunt iis, qui propriū omnino faciunt] id est qui propriū quo ad esse omnino propriū cōstruunt. Propterea cōcludit [in illis igitur dicētur.] hoc est, in locis igitur dicēdis mōstrabitur bonitas proprii simpliciter dicta. ideo non oportet tractare de ea seorsum. tunc enim proprium alicuius asignatū est quoniam est proprium, quādo asignatū est quoniam simpliciter bene & sine peccato asignatū est. Nam sicuti sim-C pliciter bene demonstrare nihil plus est q̄ demonstrare, & similiter simpliciter bene cōsiderare nihil plus est q̄ cōsiderare, sic simpliciter bene asignatū proprium, nihil plus habet quàm propriū. idcirco qui in simpliciter bono peccat, peccat etiam in re. In locis igitur dicendis de esse proprii, simul dicetur de simpliciter dicta proprii bonitate. vnus enim locus dabit vtrunque.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

27 Primum ergo destruenti quidē inspiciendū ad vnumquodque eorum, cuius proprium asignauit. Vt si nulli inest, aut si non de hoc verificatur, aut si non est proprium cuiusque eorū, secundū illud cuius propriū asignauit. Nō enim erit proprium, quod positū est esse proprium. Vt quia de geometra nō verificatur indeceptibilē esse ab oratione (nam D decipitur geometra cū pseudographiam facit) non erit hoc scientis propriū non decipi ab oratione. Construenti autem, si de omni verificatur, & qua de hoc verificatur. Erit enim propriū, quod positum est esse proprium. vt quia animal disciplinæ susceptiuum de omni homine verificatur, & qua homo, erit hominis propriū animal disciplinæ susceptiuū.

Hic est locus primus, & locus 15. aliter & aliter. est enim primus locorū, quibus destruitur vel cōstruitur proprium esse proprium. Est autem 15. in ordine ad cętera, quæ in pręcedētibus sunt enumerata. Aristot. igitur primo asignat locū pręceptiuum, secundo ibi, [vt si nulli inest,] asignat locū pręceptum, de prima parte dicit, [Primum ergo destruenti quidem inspiciendum ad vnumquodque eorum,] subaudi quæ continentur sub eo subiecto, [cuius proprium asignauit,] hic est locus præceptiuus, respicere videlicet ad ea quæ sub subiecto proprii continentur. Deinde tradit locū præceptū, qui talis est, si proprium asignatū nulli cōtento sub subiecto cōpetit, cuius proprium asignatum est, aut si cōpetit alicui, tamen non omnibus, quia alicui nōn: at si omnibus, nō tamē per reduplicationē subiecti, sub quo cōtinentur, non erit propriū quod asignatū est propriū, vnde dicit, [Vt si nulli] subaudi eorum [inest,] quæ sub subiecto continentur, cuius asignatum est proprium [aut si] inest alicui eorū, [non de hoc verificatur,] nō inest omnibus, quoniam nō de aliquo verificatur. [aut si] inest omnibus,

[nõ est proprium cuiusque eorũ]id est,non inest cuilibet eorũ,[secundũ illud]id est,per rationẽ atque E
reduplicationẽ illius, [cuius proprium assignauit, nõ enim erit propriũ esse quod positũ est propriũ,] sic enim nõ competeret soli rei,cuius datũ est propriũ, horũ autẽ solius primi exemplũ affert (vt Alexander putat) ostendens per tale exemplũ non esse proprium eius, cuius datum est proprium,si nulli eorũ inest quę sub eo cõtinentur,& dicit [vt quia de geometra non verificatur indeceptibilem esse ab oratione]id est ab aliqua falsa ratiocinatione & paralogismo [nam decipitur geometra in pseudographando] id est à falsigrapho, qui quandoq; demonstrat duas costas trianguli maiores vna, quandoque autem vnam maiorem reliquis.Quia igitur nulli geometræ competit hoc, videlicet non decipi à falsigrapho,[non erit hoc scientis proprium, non decipi ab oratione.] id est à falsigrapho,aut fortasse hoc exemplum non erit primi,sed secundi.dictũ enim est si alicui contentorũ cõpetit, & nõ omnibus iis,quæ sub subiecto continentur, non erit proprium, quod assignatum estproprium, huius ponit exemplũ, vt si aliquis assignaret proprium scientis, indeceptibilem esse à falsa ratiocinatione,peccat, quoniam alicui contento sub sciente nõ competit indeceptibilẽ esse à falsa ratione,vt geometræ. nam decipi potest geometra à falsigrapho, vt dictum est. igitur indeceptibilẽ esse ab oratione, non est proprium sciẽtis,& hæc expositio videtur verior.Exemplũ vero tertii est,si aliquis assignauerit proprium hominis,gressibile,peccat,quoniam licet omni quidẽ homini insit, non tamẽ in eo quod sit homo, F
quoniam nõ soli homini cõpetit.nam & alia animalia gressibilia sunt. Exemplũ vero primi est,si aliquis dixerit proprium esse geometræ indeceptibilẽ esse ab oratione, peccat, quoniã indeceptibilẽ esse ab oratione nulli geometræ cõpetit,vt perspicuum est,per ea quę dixim⁹.¶Quod vero ad verba attinet,cum dixit,[aut si non de hoc verificatur,]intelligit,si non soli inest ipsi,sed etiam aliis speciebus. Contingit enim datũ proprium alicuius,omni quidẽ inesse illi speciei,cuius datũ est,non tamẽ illi soli inesse,vt de gressibili dictum est.Cum vero dixit,[secundum illud,cuius proprium assignauit.]intelligit si non est propriũ per se.vt si aliquis dixerit propriũ hominis esse substãtiam animatã sensitiuam, peccat,quoniam huiusmodi proprium nõ habet homo,vt homo,sed vt animal.Deinde ponit locum constructiuum,& dicit, [Construenti autem]subaudi inspiciendum,[si de omni verificatur]eorum, quæ sub subiecto continentur, [& qua de hoc,verificatur]id est inquantũ est subiectũ,quod est idem ei,quod est soli inesse.[Nam]si omnibus inest,& solis,[erit proprium,quod positum est proprium,vt G
quia animal disciplinæ susceptiuũ,de omni homine verificatur,] omnis enim homo animal est disciplinæ susceptiuum,[& qua homo,erit hominis proprium,animal disciplinę susceptiuum,]Ex iis quę Alexander dicit in Cõmẽtariis, colligitur reduplicationem, quando cadit supra terminũ qui subiicitur in aliqua propositione,nihil aliud significare quàm prædicatũ inesse soli subiecto.dicit enim Alexander inquantum cadens supra subiectum, esse æquale, id est æquiualere ei, quod est soli inesse & econuerso,soli inesse,ei quod est inquantum cadens supra subiectum. Vnde quia aquilinitas inest soli naso,ideo inest naso inquantum est nasus:& quia aquilinitas inest naso inquantum est nasus,ideo soli naso inest. Non tamen sequitur,quia aquilinitas inest naso inquantum nasus est,vt omni naso insit, sed solum quod insit naso,& nulli alteri à naso,quod æquiualet ei,quod est soli naso inesse.Verum de propositionibus reduplicatiuis diximus libro priorum,nunc vero satis sit monstrasse locum.

LOCVS DESIMVSSEXTVS.

28 Est autem locus hic destruenti quidem, si non de quo nomen, & oratio verificatur. Et si non de quo oratio, & nomen verificatur. Construenti autem,si de quo nomẽ,& oratio:& si de quo oratio, & nomen H
prædicatur.

Quidam, vt Hedenalphus,nõ locum,sed methodum,siue idoneitatem prioris loci,hunc esse tradit.Nam cum dixisset proprium oportere inesse omnibus,quę sub subiecto continentur per naturam subiecti, ostendit quando reperiri potest sic esse, nos vero appellemus locum decimumsextum de licentia,qui sumitur à cõuersione subiecti cum proprio,vel proprii cum subiecto.Vocat autem in pręsenti loco,& etiam in sequẽti,subiectum,nomen: proprium vero,orationem. nomen quidem est,homo:oratio vero,vt animal susceptiuum disciplinæ,quæ & descriptio,& proprium per circunlocutionem dicitur,vnde dicit,[Est autem locus hic]subaudi qui accipitur ab eo,quod est conuersim prædicari,[destruenti quidem,si non verificatur oratio]id est proprium,[de quo nomẽ] prædicatur,veluti si aliquis assignauerit propriũ hominis musicum esse,destruetur.nam de Socrate non verificatur musicum esse,cum fuerit Philosophus.de quo prædicatur homo[&]econuerso[si & nomen non verificatur,de quo oratio]prædicatur.Vt si aliquis proprium hominis assignauerit substantiã animatã sensitiuam,oratio quidẽ,scilicet substantia animata sensitiua,verificatur de boue & equo.At homo de eis nõ prædicatur.Deinde assignat locũ constructiuũ,& dicit,[Cõstruenti autẽ]locus est,[si de quo nomen]prædicatur,[& oratio]pdicatur:& si de quo oratio,& nomẽ pdicatur,]vt si aliquis assignauerit

A hominis proprium, ſcientiæ ſuſceptiuum. Nam de Socrate, & homo prædicatur,& oratio verificatur,ſcilicet ſcientiæ ſuſceptiuum,& econuerſo.

LOCVS DECIMVSSEPTIMVS.

29 Deinde deſtruenti quidem,ſi non de quo oratio, & nomen verificatur,& ſi non de quo nomen, & oratio verificatur.Non enim erit proprium,quod poſitum eſt proprium.Vt quia animal quidem diſciplinæ ſuſceptiuum, verificatur de deo, homo autem non prædicatur, non erit hominis proprium, animal diſciplinæ ſuſceptiuum. Conſtruenti auté, ſi de quo oratio,& nomen prædicatur, & ſi de quo nomen, & oratio prædicatur. Erit enim proprium, quod poſitum eſt proprium, vt quia de quo animam habere, verificatur animal,& de quo animal, animam B habere,erit animam habere animalis proprium.

In codicibus Alexandri,hæc verba nec expoſita inueni,nec legi. Nec iniuria quidem,quoniam hic locus a præcedenti non videtur diuerſus.Sunt qui differentiam aſſignant ex eo, quia locus præcedens eſt ſine exemplis nude traditus, locus vero pręſens eſt aſſignatus per exempla,vt ſit hic locus expoſitiuus prioris,quia in hoc prior latius explicatur. Poteſt etiam dici præſentem locum a priore differre,ꝙ hic locus incipiat a proprio,tendatque in nomen ſi redit in proprium. Prior vero econuerſo incipit a nomine, tenditque in propriũ ſi redit in nomen, vt diſcurrenti patet. in vtroque tamen hæc eſt maxima,ꝙ nomen ad orationem,& oratio ad nomen recurrat,conuertaturque,vnde dicit,[Deinde deſtruenti]hic eſt locus,[ſi nomen non verificatur,de quo oratio] prædicatur, vt quia ſubſtantia animata ſenſitiua de boue & equo prædicatur,de quo homo non verificatur, ideo ſubſtãtia animata ſenſitiua non eſt hominis proprium.Hæc eſt prima pars.deinde dat ſecundam,& dicit. [Et ſi oratio non verificatur,de quo nomen]prædicatur,deſtruitur problema.vt quia eſſe muſicũ de Socrate Philoſopho non verificatur,homo vero de Socrate prædicatur,ideo eſſe muſicum non erit hominis proprium.Ariſtoteles tamen exemplum Platonicum affert primæ partis, & dicit, [Vt quia animal quidem diſciplinæ ſuſceptiuum verificatur de deo.homo autem non prædicatur]ſcilicet de deo,[nõ erit C hominis proprium,animal diſciplinæ ſuſceptiuum.]Exemplum vero ſecundæ partis tacuit, quia clarum eſt.Deinde aſſignat locum conſtructiuum,& dicit.[Conſtruenti autem,]erit hic locus,[ſi & nomen prædicatur,de quo oratio]prędicatur,[& ſi & oratio prædicatur,de quo nomen]prædicatur,cõſtruitur problema.[Erit enim proprium,quod poſitum eſt proprium,vt quia verificatur animal, de quo animam habere]prædicatur,[&]econuerſo[animam habere, de quo] prædicatur[animal, erit animam habere, animalis proprium.]De hoc exemplo ſuperius dictum eſt.Nõ enim verum eſt,Ariſtoteles tamen eo vtitur more Democriti,qui omne animatum aſſerit eſſe animal, vt plantas,& cætera id genus.In hoc vero exemplo particulam quæ in quid prædicatur, ſuppreſſit,debuit enim dicere corpus animam habens,ſed quia facile erat eam intelligere, bona fronte prætermiſit, expetens ſuorum dictorum rectam intelligentiam potius,quàm inanem contentionem. Accedit ꝙ ſuperius eam ſubintelligendam eſſe edocuerit,ideo non refert,ſi nunc prætermiſit.

LOCVS DECIMVSOCTAVVS.

30 Deinde deſtruenti quidem,ſi ſubiectum proprium aſſignauit eius, D quod in ſubiecto eſſe dicitur. Non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe propriũ.Vt quia qui poſuit proprium ſubtiliſſimi corporis igné, ſubiectum aſſignauit prædicati proprium,non erit ignis corporis ſubtiliſſimi proprium.Propter hoc vero non erit ſubiectum eius quod in ſubiecto eſſe dicitur, proprium, quoniam idem eſſet plurium & differentium ſpecie proprium. Eidem enim plura quædam diſcrepantia ſpecie inſunt,de ſolo dicta, quorum erit omnium proprium quod ſubiectum eſt,ſi quis hunc in modum ponat proprium. Conſtruenti vero, ſi quod in ſubiecto eſt,aſſignauit proprium ſubiecti.Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium, ſiquidem de ſolo prædicatur (vt dictũ

est)proprium.vt quia qui dixit terræ proprium, corpus grauissimum, E speciei subiecti assignauit proprium, quod de sola dicitur re, & vt proprium prædicatur, erit terrę proprium recte positum.

Hic est locus decimus octauus, qui sumitur a subiecto proprii, & dicit. [Deinde destruenti quidem]subaudi considerandum est subiectum proprii, [si subiectum proprium assignauit eius, quod in subiecto esse dicitur,]nam si sic, destruitur problema. [non enim erit proprium, quod positum est esse proprium.]Proprium enim oportet vt alteri insit, non autem vt alterum ipsi. Declarat exemplo & dicit.[Vt quia qui posuit proprium subtilissimi corporis ignem, subiectum]scilicet ignem [assignauit prędicati,]scilicet subtilissimi corporis[proprium,]est enim ignis suapte natura subiectũ, subtilissimum corpus prædicatum,[non erit ignis proprium corporis subtilissimi.]sed non contentus exemplo, idem ratione demonstrat, & dicit.[Propter hoc vero non erit subiectum eius quod in subiecto esse dicitur proprium, quoniam idem esset plurium & differentium specie proprium,]& deducit consequentiam & dicit,[Eidem enim,]scilicet subiecto[plura quædam discrepantia specie]propria [insunt de solo] tali subiecto[dicta,]& de nullo alio. Nam de igne non solum subtilissimum, sed leuissimum, & calidissimum dicuntur, quæ specie discrepantia de solo igne prædicantur,[quorum erit oĩm F proprium, quod subiectum est, si quis hunc in modũ ponat propriũ.]si enim aliquis dixerit, ignem esse proprium corporis subtilissimi, quare & nõ leuissimi & calidissimi, & oĩm simpliciter eorũ, quæ ipsi insunt hunc in modum? Quare erit plurium & differentium specie idem proprium, hoc autem absurdum est. Oportet enim differentium differẽtia esse propria. Deinde constructiuum locum assignat, & dicit.[Construenti vero]subaudi considerandum etiam est ad subiectum[si] non subiectum, sed [quod in subiecto est, assignauit proprium subiecti,]nam si sic, construetur problema, modo seruẽtur aliæ conditiones, quæ superioribus locis sunt comprehensæ.[Erit enim proprium quod positum est non esse proprium]ab aduersario, modo addantur aliæ conditiones, quas explicat, & dicit,[siquidem de solo] subiecto[prædicatur, vt dictum est, proprium,]& aptum est prædicari scilicet conuersim, sic enim erit proprium bene assignatum. Deinde exemplo ostendit quod dixit, & inquit,[Vt quia qui dixit terræ proprium, corpus grauissimum, speciei subiecti,]cuius est proprium, [assignauit proprium, quod de sola re dicitur,]scilicet terra[& vt proprium prædicatur,]scilicet conuersim, [erit terræ proprium recte positum.] G

LOCVS DECIMVSNONVS.

31 Deinde destruenti quidem, si secundum participationem assignauit proprium. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Nam quod secundum participationem inest, in quod quid erat esse conducit. Erit autem huiusmodi differentia quædam de aliqua specie dicta. Vt quia qui dixit hominis proprium, gressibile bipes. Secundum participationem assignauit proprium, non erit vtique proprium hominis gressibile bipes. Construenti autem, si non secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicans conuersim prædicata re. Erit enim proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia qui posuit animalis proprium, quod natum est sentire, H neque secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicans, conuersim re prædicata, erit vtique quod sentire natum est, animalis proprium.

Hic est locus decimusnonus, qui sumitur a participatione eius, quod assignatur vt proprium. Nam si aliquis asignabit alicuius proprium, cui inest secundum participationem, interimitur problema. nam tale differentia est quæ subiecto essentialiter inest, quæque ad essentiam atque definitionem, quæ subiecti substantiam significat, conducit. Quare non erit proprium quod sic assignatur, sed differentia substantialis, quæ licet vni soli speciei insit, quia tamen facit ad essentiæ rationem, non erit differentia proprium, vnde dicit.[Deinde destruenti quidem]subaudi considerandum ad participationem,[si assignauit proprium]alicuius speciei, quod ei inest[secundum participationem]aut si in oratione, qua circumloquimur proprium, ponitur aliquid quod participatur a subiecto, vt differẽtia. nam si sic, interimẽdum est problema.[Non enim erit proprium, quod positum est esse propriũ,]

A sed differentia.deinde probat quod dixerat, & dicit, [Nam quod secundum participationem inest] subiecto, siue speciei, [in quod quid erat esse cõducit.] id est in definitionem, quæ significat substãtiã, & quod quid erat esse. Conducit dico, modo quo pars est vtilis toti. [Erit autem huiusmodi,] quod definitioni vtile est, vt pars, [differentia quædam de aliqua specie dicta] & non proprium, quare non debet proprium assignari, quod participatur a specie & subiecto. Potest autem syllogismus reduci ad artem prioristicã hoc pacto, omne participatum vt pars definitionis, est differentia, propriũ per aduersarium participatur, vt pars definitionis, igitur proprium est differentia speciei, & non proprium. conclusio est falsa, & non propter figuram syllogismi, neque propter maiorẽ. igitur propter minorẽ. & sic minor est falsa, nõ igitur proprium participatur a specie, cuius assignatur proprium. De syllogismo primo tetigit minorem, deinde maiorem, cætera autem omisit nobis considerare. Deinde ponit exẽplũ, & dicit. [Vt quia qui dixit hominis proprium, gressibile bipes, secundum participationem assignauit proprium,] quoniam significat substantiam hominis, [non erit vtique hominis proprium, gressibile bipes] sed differentia propria homini. deinde assignat locum cõstructiuum huic correspodentem, & dicit. [Construenti autem] considerandum subaudi, [si assignauit proprium,] quod inest speciei, [non secundum participationem, neque quod quid erat esse indicans] vt sit secundum verbũ expositio pri-

B mi. Idẽ enim est inesse secundum participationem, & quod quid erat esse indicare. Nam sic construitur problema, modo seruetur alia conditio, quam explicat, & dicit. [cõuersim re] scilicet specie [pdicata] de eo quod propriũ assignatur. nam si aliquid detur vt propriũ, & non participatur a specie, & species & propriũ secundum prædicationem conuertuntur, problema construetur, [Erit enim propriũ, quod positũ est esse proprium,] & ponit exemplum, & dicit, [Vt quia qui posuit animalis proprium, qđ natum est sentire, neque secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid erat esse indicãs,] vt sit secundum verbum expositio primi. modo seruetur alia conditio dicta in aliis locis, quam exponit & dicit, [conuersim re] specie de proprio [prædicata, erit vtique quod sentire natum est, animalis proprium.] quoniam ab animali non participatur, & animal conuersim de eo prædicatur. Sed occurres, quoniam Aristo. in locis superius assignatis voluit in circumlocutione proprii esse ponendũ genus eius, cuius assignatur proprium. sed genus participatur a specie, igitur nihil prohibet in circũlocutione proprii, poni aliquid quod participatur ab eo, cuius assignatur proprium. Dicendum Aristotelem hic loqui in iis, quæ conuertuntur cum subiecto dati proprii. Quando enim aliquid est, quod conuertitur cum subiecto dati proprii, considerandum, si pertinet ad essentiam. Si enim pertinet ad essentiã, datũ propriũ non erit propriũ. Erit enim differentia essentialis, quæ nõ est propriũ. At

C superius in loco decimoquarto loquitur indifferẽter, siue cõuertãtur, siue non. Si enim aliquid non cõuertitur cum subiecto, ponitur in circunlocutione proprii vt genus, additis aliis pro differentia, recte assignatur proprii circũlocutio, & sic hæc loca non aduersantur.

LOCVS VIGESIMVS.

32 Deinde destruenti quidem, si non contingit simul inesse propriũ, sed vel posterius, vel prius quàm nomen cuius est. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium, aut nunquam, aut non semper. Vt quoniam contingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forum, quàm quod homo, non erit ambulare per forum hominis proprium, aut nunquam, aut non semper. Construenti autem, si simul ex

D necessitate semper inest, cum neque terminus, neque differentia sit. Erit enim proprium, quod positum est forsitan non esse proprium, vt quia animal disciplinæ susceptiuum simul ex necessitate semper est, & id, quod est homo, cum neque differentia sit, nec terminus, erit disciplinæ susceptiuum hominis proprium.

Iste est locus vigesimus, qui sumitur ab eo quod est simul. nõ enim est proprie propriũ quod prius aut posterius est subiecto, sed quod simul est, & semper inest. Proprium enim nec definitio, nec differentia est. quæ sunt priora natura subiecto, sed simul est cum re, cuius est proprium, & ei semper inest vnde dicit. [Deinde destruenti quidẽ] subaudi cõsiderandum, [si non contingit simul inesse pprium] secundum tempus cum re cuius est proprium. [sed vel posterius, vel prius] scilicet tempore, vel consequetia [q̃ nomen, cuius est] proprium, interimitur problema. [Non enim erit proprium quod positum est esse proprium,] dico non erit proprium quia [vel nunquam] erit proprium, [aut] si erit [non]

erit proprium[semper,]sed proprium quandoque.Est enim hæc negationum auxesis, quæ est con- E
sueta in libris Aristotel.acsi simplici negatione dicamus,aut nunq̃ erit proprium,aut non semper.po-
nit exemplum eius dati proprii, quod est posterius tempore re, cuius est datum proprium, & dicit.
[Vt quoniam contingit alicui,]scilicet homini [prius fore, & posterius ambulare per forum q̃] quod
sit id[quod est homo.]quia igitur in hoc casu prius est homo,deinde ambulare per forum, [non erit
ambulare per forum,hominis proprium,]dico non erit,quia[vel nunquam] erit hominis proprium,
[aut]erit,sed[non semper]nõ enim statim cum homo est,ambulat per forum. Potest autem dari exẽ-
plum eius dati proprii,quod prius est re,cuius datum est proprium,vt Alexander fecit,vt si aliquis po
neret hominis proprium esse animatum,quoniam animatum esse competit fœtui,qui est in vtero nõ
dum homo existens,ideo animatum esse nõ erit proprium hominis,est enim tempore prius homine.
Deinde assignat locum constructiuum huic correspondentem,& dicit, [Construenti autem]subau-
di cõsiderandum, [si simul ex necessitate semper inest,]nam si sic, problema cõstruitur,[cum neque
terminus,nec differentia sit. erit enim proprium, quod positum est forsitan]ab aduersario [non esse
proprium.]proprie enim proprium & soli debet inesse cuius est proprium, & semper. deinde exem-
plum affert,& dicit. [Vt quia animal disciplinæ susceptiuum, simul ex necessitate semper est, & id
quod est homo: cum neque differentia sit,neque terminus,erit animal disciplinæ susceptiuum, homi F
nis proprium.] ❡ Quod vero ad verba attinet, Aristote.addidit,[cum neque differentia sit neque ter
minus,]quoniam differentia & definitio, soli subiecto insunt, & semper,veluti propria, quæ tamen
non sunt propria. vt sit sensus, si datum proprium, nec prius est nec posterius subiecto, sed simul cũ
hoc, & semper, & nec differentia est nec definitio, erit vtique datum proprium, vere proprium.
Potissimum,si quis poneret,vt Alexander addit,non esse genus. Quare per hæc construetur locus.

LOCVS VIGESIMVS PRIMVS.

33 Deinde destruenti quidem, si eorundem, qua eadem sunt, non est idem proprium. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia non est proprium prosequendi, apparere quibusdam bonum, neque eligendi erit vtique proprium, apparere quibusdam bonum. Idem enim est, prosequendum & eligendum. Constru- G
enti autem si eiusdem, quatenus idem est, idem est proprium. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis, qua homo est, dicitur proprium tripartitam animam habere, & viri, quatenus vir est: erit vtique proprium hominis tripartitam animam habere. Vtilis autem locus hic & in accidente est. nam iisdem, in eo quod eadem sunt, eadem oportet inesse, vel non inesse.

Hic est locus vigesimusprimus,qui accipitur ab eisdem.dicuntur enim eadem, aut genere, vt ho-
mo & equus:aut specie,vt Socrates & Plato:aut numero,vt prosequendum & eligendum,& vt ho-
mo & vir:aut secundum analogiam,ut octo & sexdecim,nam eadem proportione sunt octo ad qua
tuor,& sexdecim ad octo: vel vt decem prædicamenta. est igitur maxima, si alicui generi assignetur
aliquod proprium,necesse est ipsum earum specierum omnium esse, quæ sub illo genere sunt. si autẽ
speciei alicui,omnium indiuiduorũ,quę sunt sub eadẽ specie.Si alicui indiuiduo,oĩm eorũ quę sunt nu H
mero eadem illi.Arist.tamen ponit locum,vt mihi videtur,inspiciẽdo ad eadem,quæ numero eadem
sunt,& dicit.[Deinde destruenti quidem]considerandum[si eorundem] scilicet numero, ea ratione
[qua eadem]numero sunt,[non est idem proprium.]Si enim non est idem proprium, destruitur pro
blema.[Non enim erit proprium,quod positum est esse proprium.]intelligit autem per eadem, quæ
numero eadem sunt solo nomine discrepantia,vt tunica & vestis,homo & vir,fœmina & mulier, &
affert exemplum,& dicit.[Vt quia non est proprium prosequẽdi,apparere quibusdam bonum.] Nõ
enim apparens bonum non existens bonum, est prosequendum, [neque eligendi erit vtique pro-
prium apparere quibusdam bonum. idem enim est prosequendum, & eligendum] numero & re,
sed solo nomine differunt. Nõ enim quod aliquibus bonum videtur,eligibile est,sed quod suapte na-
tura bonum est.Deinde assignat locum construstiuum huic correspondentem,& dicit.[Construen-
ti aũt]considerandũ,[si eiusdẽ.]scilicet re & numero,[quatenus idẽ est]re,& numero,[idẽ est ꝓpriũ.
erit.n.propriũ,qđ positũ est]ab aduersario[non esse propriũ.]Deinde affert exẽplũ,& dicit.[Vt qm̃
hominis,qua homo est,dicitur propriũ animam tripartitã habere,& viri,quatenus vir est:erit vtique
proprium hominis tripartitam animam habere.]Dicitur autem hominis anima tripartita,ꝙ tres ap

A petendi vires habeat, iraſcibilem, concupiſcibilem, & rationalem: aut ꝙ tres gradus, vitalem, ſenſitiuũ, & intellectiuum. ¶ Quod vero ad verba attinet, vir, græce eſt βροτὸς, latine eſt nomen ſynonymũ homini, apud enim græcos βροτὸς & ἄνθρωπος, ſynonyma ſunt, vt apud nos vir & homo, licet vir apud græcos alio nomine ἀνὴρ dicatur, & βροτὸς proprie pro mortali, & terrigena homine accipiatur, placuit tamen mihi pro viro transferre, quoniam exemplo melius conuenit. & quoniã vtitur exẽplo in iis, quæ numero ſunt eadem, & ſolo nomine differentia, ideo locus ab iis, quæ numero eadem ſunt, accipitur. Addit autem Ariſto. vtilitatem huius loci, & dicit, [Vtilis autem & locus hic in accidente eſt,] cuius cauſam aſſignat, & dicit, [nam iiſdem in eo quod eadẽ ſunt, eadem] accidẽtia [oportet ineſſe vel non ineſſe.] quare ſi vni eorum ineſt, & alteri, quod eſt idem numero illi oportet ineſſe, & ſi alteri non ineſt, nec alteri inerit, quod ab eo ſolo nomine differt.

LOCVS VIGESIMVSSECVNDVS.

34 Deinde deſtruenti quidem, ſi eorum quæ ſunt eadem ſpecie, non idem ſemper ſpecie proprium eſt. Neque enim eius quod dictum eſt, B erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia idem eſt ſpecie homo, & equus. Non ſemper autem equi eſt proprium ſtare a ſe: nec hominis erit proprium moueri a ſe. Idem enim eſt ſpecie, moueri & ſtare a ſe, quatenus vtrique eorum, vt animal eſt, accidit. Conſtruenti vero, ſi eorum, quæ ſunt eadem ſpecie, idem ſemper ſpecie ſit proprium. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium. vt quia hominis eſt proprium eſſe greſſibile bipes, & auis erit proprium eſſe volatile bipes. Vtrunque enim horum eſt idem ſpecie, quatenus illa quidem ſub eodem ſunt genere ſpecies, cum ſint ſub animali, hæc autem, vt generis differentiæ animalis,

C Hic eſt locus vigeſimusſecundus, qui accipitur ab eis, quæ genere ſunt eadem. Eſt autem locus hic (vt Alexander inquit) obſcure traditus, & aliqua ex parte falſus, vt ipſe dicet. vbi ſpeciem pro genere accepit, vt in fine locorum, quę hic aſſignat, patet. vnde aliqui dixerunt in fine præſentis textus Ariſtotelem addere ſe ſpeciem pro genere accepiſſe, dilucidationis gratia. Eſt igitur locus deſtructiuus talis, quoniam eorundem genere neceſſe eſt & propria eadem genere eſſe. (dico autem eadem genere, quæ ſecundum ſe mutuo differunt, & in communi genere conueniunt) ſi contra diuiſæ ſpeciei contradiuiſum proprium eſt, & contradiuiſæ contradiuiſum proprium erit, quare ſi non illud, nec iſtud, vnde dicit. [Deinde deſtruenti quidem] conſiderandum ea que genere eadem ſunt, ſpecie vero mutuo differunt. nam [ſi eorum quæ ſunt eadem ſpecie] hoc eſt genere [non idem ſemper ſpecie] id eſt genere [proprium eſt,] hoc eſt, ſi contradiuiſæ ſpeciei contradiuiſum proprium non eſt proprium, ſubaudi nec contradiuiſum proprium erit proprium contradiuiſæ ſpeciei, & hoc ſubſcribit, & dicit. [Neque enim eius, quod dictum eſt] id eſt eius contradiuiſæ ſpeciei, [erit propriũ, quod poſitum eſt eſſe proprium] id eſt erit proprium contradiuiſum proprium. vbi Ariſt. ſub eodem genere ſupponit duas contradiuiſas ſpecies, vel plures, vt hominẽ & equum. & ait, ſi equi homini contradiuiſi non eſt proprium ſtare, neque hominis equo cõtradiuiſi erit proprium moueri, quod ipſi ſta D re contradiuiditur. nam vt ſpecies ſub eodẽ genere contradiuiſæ eadem ſunt, ita ſtare & moueri contradiuiſa eadem genere ſunt, & hoc dicit, [Vt quia idem eſt ſpecie] id eſt genere [homo, & equus,] ſunt enim ſpecies ſub animali contradiuiſæ, [non ſemper autem equi eſt proprium ſtare a ſe,] non. n. ſtare a ſe eſt proprie proprium equi, [nec hominis erit proprium moueri a ſe.] Deinde exponit moueri & ſtare propria eſſe contradiuiſa ſub animali, vt ſunt homo & equus ſpecies contradiuiſæ, & dicit. [Idem enim eſt ſpecie] id eſt genere [moueri & ſtare a ſe,] ſunt enim moueri & ſtare a ſe contradiuiſa prædicata de homine & equo, quæ ſunt ſpecies contradiuiſæ ſub animali, [quatenus vtrique eorũ] ſcilicet homini & equo [vt animal eſt,] vtrũq; eorum ſcilicet ſtare a ſe, & moueri a ſe [accidit.] equus enim, quatenus animal, ſtat a ſe: & homo, quatenus animal, mouetur a ſe. Nam ſenſitiuum eſt principium motus & ſtatus. Quare ſi ſtare a ſe non eſt proprie proprium equi, nec moueri a ſe erit proprie proprium hominis. hoc pacto Alex. exponit hunc locum, & (vt mihi videtur) eſt optima expoſitio, non autem qualis Iuniorum declaratio, quæ nullo pacto verbis. Ariſto. conuenit. Deinde ponit locũ conſtructiuum, qui huic correſpondet, & dicit, [Conſtruenti vero] conſiderandum ſubaudi etiam ad eadem genere, [ſi eorum quæ ſunt eadem ſpecie] hoc eſt genere, [idem ſemper ſpecie] id eſt, genere [ſit proprium,] hoc eſt contradiueſæ ſpeciei contradiuiſum proprium, & contradiuiſum contra-

diuisæ. Nam si sic, erit problema construendum. [Erit enim proprium, quod positum est nõ esse proprium] ab aduersario. [vt quia hominis] speciei contradiuisæ aui [est proprium esse gressibile bipes] cõtradiuisum volatili bipedi, [& auis] speciei homini contradiuisæ [erit proprium esse uolatile bipes] cõtradiuisum gressibili bipedi. Nam contradiuisarum specierum sub eodem genere contentarum, contradiuisa debent esse propria sub eodem genere contenta. & quoniam accepit speciem pro genere, nunc dilucidationis gratia hoc exponit, & dicit. [Vtrunque enim horum] scilicet homo & auis, [est idem specie] sumendo subaudi speciem pro genere, [quatenus illa quidem] scilicet homo & auis [sunt species sub eodem genere, cum sint sub animali,] & sic sunt species contradiuisæ sub eodem genere. [hæc autem] scilicet gressibile bipes, & volatile bipes, [sunt vt differentiæ generis animalis,] hoc est propria contradiuisa sub animali, quę (quia sunt contradiuisa sub animali) videntur vt differentiæ animalis, licet non sint proprie differentię. Quare speciẽ pro genere intelligendum est, & per species sub eodem genere, contradiuisas species: & per propria, quæ sunt vt differentiæ, contradiuisa propria sub eodem genere. Nam maxima est, ut contradiuisarum specierum sub eodem genere contentarum, cõtradiuisa sint propria sub eodem genere contenta.

INSTANTIA.

35 Hic autem locus falsus est, quando alterum quidem eorum quæ dicuntur, vni alicui soli speciei inest, alterum vero inest pluribus, quemadmodum gressibile quadrupes.

Hic affert contra locum instantiam, quia non videtur locus hic in omnibus construendus. Nã quando vnum quidem dictorum propriorum vni soli speciei inerit, vt gressibile bipes soli homini: alterum vero ei contradiuisum, pluribus, vt gressibile quadrupes, equo & boui, & cæteris id genus, locus non potest construi. Nam licet gressibile bipes, & gressibile quadrupes sint propria contradiuisa sub animali, & homo & equus etiam species contradiuisę sub animali, quia tamen gressibile bipes vni speciei, scilicet homini soli inest, gressibile vero quadrupes, pluribus, non sequitur gressibile quadrupes esse proprie proprium equo, vt gressibile bipes est proprie proprium homini. nõ igitur locus semper construitur. vnde dicit, [Hic autem locus falsus est] subaudi aliqua ex parte, quia non in omnibus est construendus, quia non [quando alterum quidem eorum quæ dicuntur] propria sub eodem genere contradiuisa, [vni alicui soli speciei inest,] scilicet homini, vt gressibile bipes, hoc enim soli homini competit (auis enim est bipes, non autem gressibilis, sed volatilis,) maxime si pygmęi non reperiuntur. [alterum vero inest pluribus,] quod est gressibili bipedi contratradiuisum, [quemadmodum gressibile quadrupes.] quod inest equo, boui, & aliis. Nam quando alterum eorum vni speciei soli, alterum vero pluribus inest, locus non construitur. quia non sequitur, gressibile bipes est proprie propriũ homini, igitur gressibile quadrupes proprie proprium equo. Nam licet species sint sub eodem genere contradiuisæ, & propria etiam, quia tamen alterum eorum propriorum pluribus inest q̃ alterum, locus non est construendus. Erit igitur locus vtilis (vt Alexander inquit) quando alterum propriorum sub eodem genere contentorum non pluribus speciebus eiusdem generis inest, q̃ alterum.

LOCVS VIGESIMVS TERTIVS.

ἔργον opus officium munus.

36 Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est sophistice assumenti vnius assignare & solius alicuius proprium. Nam quod inest alicui cui accidit aliquid, & accidenti inerit sumpto cum eo cui accidit. Vt quod inest homini, & albo homini inerit, si fuerit albus homo, & quod albo homini inest, inerit & homini.

Hic locus obscurus est, vt diuersitas exponentium demonstrat, Iuniores dicunt Aristotelem primo proponere ꝙ nullum proprium assignari possit solius subiecti, quin secundum sophistas assignetur alterius scilicet accidentis, quod ei accidit, & dicit, [Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur] nam & genere, & specie, & numero, & analogia, [labor est] hoc est, arduum ac difficile est, [sophistice assumenti vnius assignare proprium] scilicet subiecti [& solius alicuius] quia nõ potest assignari proprium subiecti, ita vt sit illius tantum, & nullius alterius, & ꝙ sit difficile assignari propriũ solius subiecti, quod nullius alterius est proprium, probat per locum sophisticum, quem assignat, cum dicit. [Nam quod inest alicui cui accidit aliquid, & accidenti inerit sumpto cum eo cui accidit.] Est enim sophisticus locus, quod inest alicui subiecto absolute sumpto, inest eidem sumpto cum suo accidente, & econuerso. [Vt quod inest homini, & albo homini inerit, si homo fuerit albus,] & si fuerit rubeus, inerit rubeo homini. [&] ecõuerso, [quod albo homini inest, erit & homini,] hoc pacto expositæ

A runt Iuniores,acceperũt enĩ laborem pro difficili. Alex.vero asserit Aristotelẽ hic assignare primo locum sophisticum,postea instantiam. Locus autem sophisticus secundum Alexan.est talis,omne assignatum alicuius proprium soli di inest,cui assignatũ est proprium. probatur.nã eadem & diuersa multipliciter dicuntur & genere,& specie, & numero,& analogia. Et quæ dicuntur eadem numero, dupliciter dicuntur, aut subiecto & ratione,vt tunica & vestis,sunt enim subiecto eadem ac ratione,sola voce discrepantia aut subiecto,non autem ratione, veluti ascensus & descensus. nam scala quidem eadem sunt,est enim scala vnum idemque subiectum eorum,ratione vero differunt,quoniam definitio ascensus altera est a definitione descensus. Cum igitur ita sit, omne assignatum alicui proprium soli ei videtur inesse,quoniam si inest alteri,illud aliqua ratiõe videtur idem ei,cuius assignatur propriũ. quare videtur soli illi inesse,cum non detur alterum,quin sit aliqua ratione idem. Et tunc iuxta hanc expositionem,verbum labor,pro officio legendum est,nam græcum verbum ἔργον, est etiam latine tum opus,tum officium, tum munus. lege igitur. [Quoniam autem idem, & diuersum multipliciter dicitur] scilicet genere,specie,numero,& analogia,[labor est,] hoc est munus est [sophistice assumẽti] id est sophistæ conueniens,[vnius assignare proprium,& solius alicuius] id est & solius illius, quoniã nihil potest dari diuersum ab eo cuius assignatur proprium,quin aliqua ratione sit illi idẽ.quod exponit,& dicit.
B [Nam quod inest alicui,cui accidit aliquid, & accidenti] secundum sophistas [inerit sumpto cum eo,cui accidit,] ergo si inest proprium alicui, oportet vt soli illi insit,cum non detur aliquid diuersum ab eo,secundum sophistas. Aliter (vt mihi videtur) Alex.exponit, & magis ad mentem Aristo.sumit enim laborem pro difficili,vt sit sensus, quoniam idem & diuersum multifariam dicuntur, difficile videtur assignare proprium,quod sit proprie proprium apud sophistas.dico proprie propriũ, ita vt soli illi insit,& nulli alteri, nam secundum sophistas si proprium inest subiecto,inest accidenti, modo accidens est diuersum quid a subiecto scilicet specie,vel ratione,ergo non potest assignari proprium subiecto soli.secundum hanc ergo expositionem,primo proponit difficultatem,& locũ sophisticum,postea ibi.[Calumniabitur autem,] ponit instantias contra locum,vnde dicit.[Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur,labor est] id est difficile est [sophistice assumenti] id est ei, qui vtitur loco sophistico,[assignare alicuius vnius proprium & solius] id est,& dicere ꝙ solius illius sit.deinde assignat rationem,& ponit locum sophisticum, & dicit. [Nam quod inest alicui,cui accidit aliquid,& accidenti inerit sumpto cum eo,cui accidit.] Quare non potest assignari aliquod proprium alicui,quod sit soli illi competens,& ita non potest assignari proprium alicui,quod sit illius proprie proprium.quod dixerat de loco sophistico,exemplo monstrat,& ex dictis patet. Ex iis patet quis
C sit locus sophisticus,ex quo difficile est assignare aliquod esse proprie ꝓpriũ alicuius. Est enim locus sophisticus,quod inest alicui,inest omni ei quod accidit illi. Ex hoc sequitur nullũ posse esse propriũ alicui subiecto,quin insit ei,quod subiecto accidit.

INSTANTIAE.

37 Calumniabitur autem aliquis multa propria, subiectum aliud quidem per se faciens,aliud autem cum accidente. Vt aliud quidem hominem esse dicens,aliud vero album hominem. Insuper etiam diuersum faciens habitum, & quod secundum habitum dicitur. Nam quod habitui inest, & ei quod secundnm habitum dicitur, inerit. Et quod ei quod secundum habitum dicitur inest, & habitui inerit. Vt quoniam sciens secundum scientiam dicitur affici, non erit scientiæ pro-
D prium indissolubile a ratione, nam & sciens erit indissolubilis a ratiõe,

διαβαλεῖ accusabit,

γὰρ alioquin.

Quia sophistæ dicunt idem esse proprium subiecti & accidentis, vt hominis & hominis albi, ideo Arist.contra hunc sophisticum locum duas fert instantias. Quarum prima talis est, si idem est proprium subiecti,& accidentis,vt hominis,& albi hominis,tũc diuersorum erit idem proprium.hoc autem absurdum est,nam si diuersorum erit idem proprium,neutri eorum competeret soli,& sic neutrius erit proprie proprium. Consequentia vero deducitur,quoniam licet subiectum, & accidens sint idem subiecto numero,tamen differunt ratione & esse,& sic sunt diuersa. Quare si subiecti & accidentis idem fuerit proprium,diuersorum idem erit proprium,quod erat absurdum. vnde dicit,[Calumniabitur autem aliquis multa propria,] si quod sophistæ dicunt,sit verum,videlicet quod idem sit proprium subiecti,& accidentis,quod ei accidit. calumniabitur inquam [faciens subiectum quidem aliud per se] sumptum,[aliud autem cum accidente,vt aliud quidem hominem esse dicens, aliud vero album hominem,] quare sequetur ad locum sophisticum idem proprium esse diuersorum,subiecti videlicet & accidentis,quæ sunt diuersa.hæc est prima instantia. Deinde affert secundam instantiam & dicit. [Insuper etiam] contra id. quod sophistæ dicunt, videlicet ꝙ idem proprium sit subie-

cti, & accidentis obiiciet [faciens diuersum habitum: &] id: [quod secundum habitum dicitur,] occurret ei quod sophistæ dicunt, per hoc quod habitus & habens habitum sunt diuersa, & tamen habitus est accidens, & habens habitum subiectum habitus. Deinde exponit illud, in quo occurret contra sophistam, & dicit, [nam] sequetur secundum sophistas, ꝙ id [quod habitui inest, & ei quod secundum habitum dicitur, inerit, &] econuerso [quod ei, quod secundum habitum dicitur, inest, & habitui inerit.] Est enim habitus accidens, & habens habitũ est subiectũ, vt sit instantia, si idẽ proprium est subiecti & accidentis quod subiecto accidit, tunc idem erit proprium habitus, & habẽtis habitum. Hoc autem absurdum est, quoniam habitus & habẽs habitum sunt diuersa, vt proposuit. & hoc esse absurdum exemplo monstrat, & dicit, [Vt quoniam sciens secundum scientiam dicitur affici,] est enim subiectum scientiæ, & illius proprium per aduersarium est [indissuasibile a ratione,] scientia vero afficit ipsum scientem, vt subiectum, & ita differt a sciente, cum igitur scientia differat a sciente, [non erit scientiæ proprium indissuasibile a ratione, nam & sciens] secundum aduersarium [erit indissuasibilis a ratione.] vt sit ratio exemplaris, sciens differt a scientia, & scientis proprium est [indissuasibile a ratione,] ergo non scientiæ, alioqui diuersorum erit idem proprium. Quod vero ad exemplum attinet, Socrates, & veteres Academici senserunt virtutes esse scientias quasdam, studiosos vero scientes, qui propter virtutes a recta ratione sunt [indissuasibiles,] ex quorum verbis id infertur scientis proprium esse [indissuasibile esse a ratione], & cum scientia differat a sciente, non erit proprium scientiæ [indissuasibile a ratione,] alioquin diuersorum idem erit proprium. Hæc mihi videtur expositio, nam Alexan. sic videtur intelligere, licet calamum retinuerit.

DILVTIO INSTANTIARVM.

38 Construenti autem, dicendum quoniam non est diuersum simpliciter id cui accidit, & accidens cum eo cui accidit sumptum. Sed aliud dicitur, eo quod diuersum sit ipsis esse. Non enim est idem homini, & esse homini, & albo homini, & esse albo homini. Præterea autem considerandum est ad casus, dicenti quoniam neque sciens est indissuasibile a ratione, sed indissuasibilis a ratione, neque scientia indissuasibile, sed indissuasibilis a ratione. Nam ei qui omnino instat, omnino est aduersandum.

Nunc soluit instantias, & primo soluit eas simul: secundo vero ibi, [Præterea autem] dat quoddã documentum aduersus sophistas, quam cautelam appellant, & fortasse dat solutionem ad secundam instantiam quo ad verba. Respondet igitur ad primam & ad secundam simul quo ad rem, & tenet idem esse propriũ subiecti, Et accidentis sumpti cum subiecto, vt hominis, & hominis albi, & habentis & habitus cum habente sumpti. & cum opponebatur, ꝙ tunc diuersorum esset idẽ propriũ. Respõdet & dicit, [Construenti autem dicendum, quoniam non est diuersum simpliciter id cui accidit] id est subiectum, siue habẽs habitũ, [& accidẽs sumptũ cũ eo] subiecto, [cui accidit,] vel habitus cum habente sumptus. Sunt enim idem in substantia (vt Alex. inquit) nam homo, & albus homo idẽ sunt substantia. [Sed aliud dicitur, eo ꝙ diuersum sit ipsis esse,] hoc est, sed differunt ratione, atque definitione, quod declarat, & dicit. [Non enim est idem homini & esse homini,] nam homo substantia est, esse hominis ratio atque definitio hominis, quæ differunt. similiter differunt albus homo, & esse albo homini, nam [& albo homini, & esse albo homini] diuersum est, vt definitum, & definitio. Quod si ita est, homo & homo albus etiam differunt ratione. nam (vt Alexan. exponit) homo est animal rationale mortale scientiæ susceptiuum. Homo autem albus hęc habet & plus, quoniam est susceptiuus coloris, qui disgregat visum, vt sit hominis albi hæc definitio, animal ratiõale mortale disciplinæ susceptiuum, & coloris disgregantis visum, quæ differunt. per quæ innuit, ꝙ eo modo, quo subiectum & accidens cum subiecto sumptum sunt idem, idem habent proprium: eo vero modo quo sunt diuersa, diuersum habent proprium. Simili ratione dicendum de habitu, & habente habitum. Hæc est communis solutio ad vtranque instantiam. deinde speciatim respondet ad secundam quo ad verba, quia sophistice opponenti est sophistice respondendum, & hoc modo exponit Alexãder, & placet. Propterea Arist. ad secundam dicit, ꝙ nec eadem definitio est scientiæ, & scientis secundum casus, quoniam scientia est, quæ non potest aliter credi, sciens aũt, qui nõ aliter credit. mõ hæ definitiões differũt saltẽ secundum casus, vnde dicit. [Præterea autem cõsiderandum est ad casus] id est ad finales dictionum terminationes, [quoniam] si idem sit proprium scientiæ & scientis, [neque sciens est indissuasibile a ratione, sed indissuasibilis a ratione,] quia sic denominatur scientia, [neque scientia indissuasibile, sed indissuasibilis a ratione,] & sic non coueniunt in casibus. nam sciens est indissuasibile, scientia indissuasibilis, quæ vocum terminatione differunt. At si idem esset proprium, oporteret, vt & sciens

A & scientia sit indissuasibile, vel indissuasibilis à ratione, quod falsum est. nã sciens est indissuasibile, sciẽtia indissuasibilis à ratione. In veteribus translationibus clare hæc verba leguntur, sunt enim hęc, [quoniam neque sciens est indissuasibilis à ratione, sed indissuasibile à ratione: neq; scientia indissuasibile, sed indissuasibilis à ratione.] & sic differunt sciens & scientia definitione, saltem quo ad casus. & hoc pacto verba Aristot. legit Alexander. ¶ Sed dices, hæc solutio est ad verba, & ita sophistica, quæ non conuenit topicis. Respondet & dicit, non esse absurdum sophistice opponenti respondere sophistice, [nam ei qui omnino] id est, omni modo quo potest [instat,] vt sophista, qui re & voce instat, [omnino] .i. omni modo quo fieri potest, [est aduersandũ,] & à casibus, & ab omnibus modis, à quibus vtiq; quis potuerit.

LOCVS VIGESIMVSQVARTVS.

39 Deinde destruenti quidem, si quod natura inest, volens assignare hoc modo ponit secũdum locutionẽ, vt quod semper inest, significet. Videbitur enim moueri quod positũ est, propriũ esse. Vt quia qui dixit hominis proprium bipes, vult quidem quod natura inest, assignare. significat autem locutionem quod semper inest, nõ erit hominis proprium bipes. Non enim omnis homo est duos pedes habens. Construenti autem, si vult quod natura inest, proprium assignare, & locutione hoc modo significat. Non enim mouebitur secũdum hoc proprium. vt quia hominis proprium assignauit animal disciplinæ susceptiuum, & vult, & dictione significat id, quod natura est proprium, non mouebitur secundum hoc, vt non sit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum.

Hic est locus 24. qui sumitur à correspondentia sermonis cum proprio naturali, qui talis est, si aliquis assignat propriũ quod naturaliter inest, per sermonẽ, qui nõ significat qm̃ naturaliter inest, sed qm̃ semper inest, sermo siue oratio, qua illud assignat, non erit propriũ. Non enim est necesse quod naturaliter inest, semper inesse, vnde dicit. [Deinde destruẽti quidẽ,] considerandũ subaudi, [si quod natura inest, volens assignare] pro proprio illius, cui natura inest, [hoc modo ponit secundum locutionẽ, vt quod semper inest, significet.] nã si sermo siue oratio, quæ propriũ significat, significat semper ꝓpriũ inesse, propriũ vero non semper inest, sed natura, quod nec semper nec necessario inest, talis oratio, quæ significat proprium, nõ erit proprium. Quod probat, & inquit. [Videbitur. n. moueri quod] natura inest animali, vel elemẽto, quodq; [positum est] pro proprio, [esse propriũ]. q. d. si ita est, tũc moueri quod naturaliter inest corpori naturali, esset proprium, quod est absurdũ. Nam moueri nulli inest semper, & ex necessitate, loquor de corporibus elemẽtariis, nã cælestibus & semper, & necessario inest. Exponit autem Alex. hic, quæ sunt, quæ natura inesse dicuntur, & dicit ea inesse aliquibus natura, quorum subiecta, quibus sic dicũtur inesse, receptiua sunt eorũ. i. apta recipere, modo nec semper, nec ex necessitate actu insint. hac ratione moueri non natura inest cælo, qm̃ licet cælum aptũ sit recipere motum, tamẽ cælo motus inest, & semper, & ex necessitate. sic (vt inquit) natura inest homini sciẽtia, quoniam homo aptus est eam recipere, & nõ semper, nec ex necessitate est sciens. Quare si quod natura inest alicui, vt proprium aliquis assignauerit cũ ea dictione, videlicet, quę actu ei & semper & ex necessitate inesse significat, hoc est, nõ addito illi dictioni, siue orationi hoc. s. natura, aut alio quodam potente mõstrare illud, cui inest D susceptiuum esse rei illius, non bene assignauit proprium. & assignat exẽplum, & dicit. [Vt quia qui dixit hominis propriũ bipes, vult quidẽ quod natra inest,] ꝓ proprio [assignare, significat autẽ] per hæc verba [locutionẽ quod semper inest,] nã in ea oratione nõ ponitur verbũ natura, imo ponitur verbũ ꝓpriũ, quod significat prędicatũ semper & ex necessitate inesse, & nõ qm̃ inest natura, ideo [nõ erit hominis propriũ bipes. nõ. n. omnis homo,] & semper, vel ex necessitate [est duos pedes habẽs.] intellexit autem Arist. appellatione bipedis, etiã gressibile. q. d. si aliquis dixerit simpliciter nihil addẽdo, propriũ hominis esse gressibile bipes, cum videatur accipere gressibile bipes, vt semper, & ex necessitate inexistens, peccauit, quoniam nõ sic se habet in natura. est. n. aliquis homo non bipes. Similiter errat, qui dixit scire esse propriũ hominis, dicit. n. propriũ esse, quod in natura non est sic. Est. n. aliquis homo nõ sciẽs. deinde assignat locũ constructiuũ, & dicit, [Construẽti autẽ] considerandũ, [si vult quod natura inest, propriũ assignare, & locutione hoc modo significat. nõ. n. mouebitur] .i. tolletur [secundum hoc] per hanc orationẽ [propriũ.] quia igitur oratio significans propriũ, correspõdet proprio in natura, bene assignauit, & assignat exẽplum, & dicit. [Vt quia qui hominis propriũ assignauit, animal disciplinæ susceptiuũ, & vult] animal disciplinæ susceptiuũ esse proprium, [& dictione significat id, quod natura est propriũ] hoc est, cũ correspondẽtia in re, [non mouebitur] hoc est, nõ tolletur, [secũdum hoc, vt nõ sit proprium hominis,] imo significatur esse propriũ hominis [animal disciplinę susceptiuũ] quare bene est assignata

t

oratio quæ proprium ſignificat. ¶ Quod vero ad verba attinet, Ariſt. cũ dixit, [nõ mouebitur ſecundũ hoc, vt nõ ſit proprium hominis animal diſciplinæ ſuſceptiuum] auxeſim negationũ fecit. Superfluit.n. ſecũda negatio, vnde verba ſic legantur, [nõ mouebitur ſecũdum hoc vt ſit proprium hominis,] & reliqua. quoniã ea oratio ſignificat eſſe proprium hominis, quod in natura eſt proprium hominis. Inſuper κινηθήσεται græce, etiam remouebitur, interpretatur, & tolletur. & tũc clara ſunt verba Ariſtot.

40 Inſuper quęcunq; dicuntur, vt ſecũdum aliud aliquid primũ, aut vt primũ ipſum, labor eſt aſsignare talium propriũ. Nam ſi eius propriũ aſsignauit, quod eſt ſecundũ aliud aliquid, & de primo verificabitur: ſi autem primi poſuerit, & de eo prædicabitur, quod eſt ſecundum aliud. Vt ſi quis aſſignet ſuperficiei proprium, coloratum eſſe, & de corpore verificabitur coloratum eſſe: ſi autem corporis, & de ſuperficie prædicabitur. quare nõ de quo oratio, & nomen verificabitur.

Hic iuniores deſignãt locum 25. deſtructiuũ, qui accipitur ab ordine eorum quibus datũ propriũ ineſt, qui ſecundũ eos talis eſt. ſi aliqua duo ſe habẽt vt prius & poſterius, & aſsignetur propriũ prioris tãtum, vel poſterioris tantũ, male aſsignatum eſt propriũ. Quoniã ſi tale proprium aſsignatur de poſteriore, verũ erit de priore: & ſi de priore, verum erit de poſteriore. ergo male aſsgnatũ proprium alterius tantũ, male etiam aſsignatur de utroq;. qm̃ non de quo verificaretur proprium, verificaretur ſubiectum illius. & tũc iſti per laborem, nõ difficultatem, ſed impoſsibilitatem intelligũt. vnde dicit Ariſt. [Inſuper quęcũque dicũtur, vt ſecundũ aliud aliquid primũ, aut vt primũ ipſum] .i. in his quę dicũtur ſecundũ poſterius & prius, [labor] .i. impoſsibile [eſt aſsignare talium propriũ] ſubaudi ſeorſum, & ſine additione aliquorũ verborum quibus patet quomodo proprium ſit cuiuſq; eorum. Quod exponit, & dicit, [nam ſi eius propriũ aſsignauit] ſeorſum tantũ, [quod eſt ſecundũ aliud aliquid] .i. poſterius, nullo verbo addito in oratione propriũ ſignificãte, quo exprimatur modus, quo datum proprium eſt illius proprium, cuius datũ eſt propriũ, male aſsignatur. quoniã non ſolum de poſtriore verificatur, ſed [& de primo verificabitur,] & ſic nõ erit poſterioris ſolum proprium. [Si autem primi poſuerit] proprium ſeorſum, etiã nullo verbo in oratione proprium ſignificante addito ad modificãdum proprium, etiam male aſsignabitur, quoniã [& de eo prædicabitur, quod eſt ſecũdum aliud,] hoc eſt, de ſecundo, & ſic nõ ſolum de primo, quare non ſolũ erit propriũ primi. Ad huius rei declarationem aſsignat exemplũ, & dicit, [vt ſi quis aſsignet ſuperficiei propriũ coloratũ eſſe,] tanq̃ primi. eſt .n. ſuperficies, cui primo cõpetit coloratũ eſſe, non ſolum de ſuperficie verificatur coloratum eſſe, ſed [& de corpore verificabitur coloratũ eſſe,] quod eſt poſterius, nam corpori cõpetit coloratum eſſe mediante ſuperficie. [ſi autẽ corporis] propriũ aſsignetur coloratũ eſſe, [& de ſuperficie,] quæ eſt prior [verificabitur,] quare non erit proprium ſolius corporis. Nec poteſt eſſe vtriuſque propriũ. quia tunc non de quo verificatur proprium, verificaretur ſubiectum illius, proprium enim verificaretur de corpore. eſt enim corpus coloratũ, de quo nõ verificatur ſuperficies, non enim corpus eſt ſuperficies. inſuper coloratum verificatur de ſuperficie, de qua non verificatur corpus, non enim eſt ſuperficies corpus, & propterea dixit, [quare] ſubaudi ſi datũ propriũ vtriuſque ſit proprium corporis, & ſuperficiei, [non de quo oratio] id eſt proprium [verificabitur, & nomẽ] id eſt ſubiectum verificaretur. Alex. vero nõ locum deſtructiuũ, ſed difficultatem deſtructiui loci in talibus Ariſt. aſsignaſſe aſſerit. nam eorũ quibus aliqua inſunt, quædã ſunt quibus illa primo inſunt: quædã autẽ quibus nõ primo, ſed ſecũdum aliud inſunt. Vult igitur Alex. in talibus ſic ſe habẽtibus, difficile eſſe aſsignare propriũ, nullis verbis additis in oratione ſignificãte propriũ. quoniã ſi propriũ detur in eo quod primo eſt, etiã cõgruit ei quod non primo eſt, & econuerſo, ſi propriũ detur ei quod poſterius eſt, etiã congruit ei quod primo eſt. difficile eſt etiam aſsignare ipſum de vtroq;, alioquin non cui competit propriũ, ſubiectũ competeret. propterea Alex. cõcludit opus eſſe in oratione ſignificante proprium, addere nõnulla verba, quibus determinetur modus, quo propriũ eſt propriũ, vt per ea quę dicẽda ſunt, mõſtrabitur. Et propterea Ariſt. dixit, [labor eſt aſsignare taliũ propriũ.] eſt enim labor illis præcipue, qui particulas, quibus oportet exprimere propriũ, nõ exprimũt, vt aut primũ, aut natura, aut ſpecie, aut omnino, aut ſecũdum aliud, aut vt aliquis habens, aut vt participans, aut cætera id genus. Qui enim dicit ſuperficiem quantitatem eſſe quæ primum colorata eſt, & corpus quod non primum ſed ſubinde coloratum eſt, bene aſsignauit proprium.

41 Accidit autẽ in quibuſdã propriis plerũq; fieri aliquod peccatũ, propter hoc quod nõ determinetur, quomodo, & quorũ ponit quis propriũ.

Hic aliqui deſignant locũ 25. ſed nõ eſt ita, ſed rectius (vt Alex. inquit) Ariſt. enumerat oẽs modos, quibus accidit peccare in aſsignatione proprii, & primo pręmittit proœmium, & dicit, [Accidit autem in quibuſdã propriis plerunq; fieri aliquod peccatum,] quod peccatũ exponit, & dicit, [propter hoc ꝙ non determinetur quo modo, & quorum ponit quis propriũ,] .q.d. quod peccatur, fit dupliciter, aut ex

A parte modi aſsignādi,aut ex parte ſubiecti,cuius aſsignatur[non determinetur] dico in oratione ſignificante proprium [quo modo]ſcilicet aſsignetur proprium, [& quorum]ſcilicet ſubiectorum [ponit quis proprium.]hæc eſt intentio,& procemium eorum quæ vult dicere.

42 Omnes enim conātur aſsignare propriū,aut quod natura ineſt, vt hominis bipes:aut quod nūc ineſt,vt hominis alicuius quatuor digitos habere:aut ſpē,vt ignis ſubtiliſsimū: aut ſimpliciter, vt animalis viuere.

Cū propoſuiſſet procemiū & intentionē,nunc exequitur,& primo aſsignat peccata quatuor iuxta quatuor modos aſsignādi propriū,ſecundo ibi[aut ſecundū aliud]enumerat ſex peccata ex parte ſubiectorū,quorū aſsignatur propriū.nā primi quatuor modi accipiuntur à cōditionibus proprii. Secūdi vero ſex accipiūtur à cōditionibus ſubiecti.pro prima igitur parte aſsignat omnes modos, quib⁹ ſolent propriū aſsignare ex parte conditionū proprii,& dicit, [Omnes.n.conantur aſsignare ꝓprium] alicuius ſubiecti[aut]ſecundū primū modū,[quod natura ineſt,vt hominis bipes] omne.n.quod na-B tura ineſt ſubiecto,ſolent dicere proprium ſecundū primū modū.& quoniā bipes natura ineſt homini,ideo bipes aſsignatur propriū hominis.deinde ponit ſecūdum modū,& dicit [aut quod nūc ineſt] ſiue inſit natura,ſiue nō ſecūdum naturā,[vt hominis alicuius quatuor digitos habere]hoc.n.pro tēpore præſenti ineſt, & quatenus ineſt pro tēpore præſenti,dicitur propriū ab eis.deinde ponit tertiū modū,& dicit,[aut]qđ ineſt ſubiecto[ſpecie].i.nō ratiōe indiuidui,ſed cōſequendo ſpeciē, [vt ignis] propriū dicunt eſſe[ſubtiliſsimū,]tenuiſsimū,& rariſsimū.hoc.n.non ineſt igni propter indiuiduum aliquod,quod ſub igne cōtinetur,ſed propter ſpeciē ignis.Deinde ponit quartū modū,& dicit.[aut] ſ.quarto modo dicūt proprium,quod[ſimpliciter].i.vniuerſaliter ineſt ſubiecto,[vt viuere animalis] propriū dicunt,quia vniuerſaliter omni animali cōpetit,licet non ſoli,cum competat plantis.Hi ſunt quatuor modi aſsignandi, qui accipiuntur à quatuor conditionibus proprii.

43 Aut ſecundū aliud,vt animæ prudēs: aut vt primū, quēadmodum ratiocinatiui prudens:aut vt in eo,quod habet, vt ſcientis indiſſuaſibile à ratione, nihil enim aliud quàm habēdo aliquid erit indiſſuaſibile à ra-C tione:aut in eo quod habetur , vt ſcientiæ indiſſuaſibile à ratione:aut in eo quod participatur,vt animalis ſentire. Sentit enim & aliud quid,vt homo, ſed participans iam hoc ſentit:aut in eo quod participat , vt alicuius animalis viuere.

Cū aſsignaſſet quatuor propria ex parte modorū aſsignādi, qui accipiūtur ex conditionibus proprii,nūc aſsignat ſex alia propria, quæ accipiūtur ex parte conditionū ſubiecti,& dicit,[aut]aſsignāt propriū id quod cōpetit ſubiecto nō per ſe proprio,ſed[ſecundū aliud,]cui primo competit,[vt prudēs] aſsgnāt propriū[animę]hoc modo,nō.n.ineſt aīæ primo,ſed ratione alterius,cui primo cōpetit. Deinde exponit cui primo cōpetit prudēs,& dat ſecundum modū,& dicit, [aut]aſsignāt propriū id qđ cōpetit ſubiecto[vt primū,]& nō ratione alterius,[vt prudēs]aſsignāt propriū[ratiocinatiui]hoc modo,ineſt .n.ratiocinatiuo primo,& ratiōe ratiocinatiui ineſt omnib⁹,quibus ineſt.Deinde aſsignat tertiū modū,& dicit,[aut]propriū aſsignant id quod cōpetit alicui[vt in eo quod habet].i.quia habet ipſum,[vt ſcientis]aſsignāt propriū[indiſſuaſibile à ratione.nihil enim aliud]ſubiectū [erit indiſſuaſibile à ratione q̄ habēdo.]vnde ſicuti corpus eſt diſgregatiuum viſus habēdo albū, ſic ſciēs eſt indiſ-D ſuaſibile à ratione habendo ſciētiam.Deinde aſsignat quartū modū,& dicit,[aut in eo quod habetur] aſsignatur propriū alicuius,[vt indiſſuaſibile à ratione]aſsignatur proprium[ſcientię,]quę habetur à ſciente,qui eſt à ratione indiſſuaſibilis.Deinde aſsignat quintū modū, & dicit,[aut]aſsignant id propriū,quod cōpetit alicui,[in eo quod]id cui cōpetit[participatur,vt animalis]propriū aſsignāt[ſentire]hoc modo,qm̄ omne quod ſentit,ſentit vt participās animal:& animal ſentit,quatenus participatur ab iis,quæ continētur ſub animali.& hoc dicit[ſentit.n.& aliud quid]quod ſub animali cōtinetur,[vt homo,ſed participās iam hoc].ſ.animal[ſentit,]homo.n.ſentit quo animal participat,& ſentire cōpetit animali, quo participatur ab homine, vel à cæteris quæ ſub animali cōtinentur. Deinde aſsignat ſextū modū,& dicit,[aut]aſsignāt propriū alicuius,quod cōpetit ei,[in eo,quod participat] aliud commune,[vt viuere] aſsignant proprium [alicuius animalis]ſcilicet hominis vel equi, quatenus homo vel equus participat vegetatiuum,ratione cuius viuit omne viuens.quare decem ſunt propria,quorum numerum & ſufficientiam aſsignat Albertus,qui curam habet talium.

LOCVS VIGESIMVSQVINTVS.

44 Qui igitur non addit natura,peccat.eo quod contingit quod natura ineſt,non ineſſe illi, cui natura ineſt, vt hominis duos pedes habere.

Enumeratis proprijs, nunc colligit decem peccata, quæ contingũt in aſsignatione ꝓprij, quorum E primũ in ordine locorũ, eſt locus deſtructiuus 25. qui talis eſt, ſi aliquis aſsignat propriũ qđ ſubiecto ineſt natura, & in oratione quæ ſignificat propriũ, nõ addit hãc determinationẽ qm̃ ineſt natura, peccat. qm̃ cõtingit quod natura ineſt, nõ ineſſe illi, cui natura ineſt, ſed cõtingit ineſſe ei ſimpliciter. cum .n. aliquis dicit bipes propriũ eſſe hominis, ſi nihil addiderit, intelligitur eſſe propriũ ſimpliciter. modo proprium ſimpliciter, eſt aliud ab eo proprio, quod competit naturaliter ſubiecto. Proprium enim ſimpliciter eſt quod competit omni, ſoli, & ſemper: & proprium naturale non competit ſemper. vnde dicit, [Qui igitur] in proprio naturali [nõ addit] in oratione quæ illud ſignificat [natura] hoc eſt, hãc determinationẽ natura, [peccat, eo ꝙ cõtingit] propriũ [qđ natura ineſt] ſubiecto, cui aſsignatur propriũ, [nõ ineſſe illi] ſubaudi natura, [cui natura ineſt,] ſed ſimpliciter, [vt] ſi quis dicat [hominis] propriũ eſſe [duos pedes habere.] nõ addẽs in oratione natura, peccat. qm̃ intelligitur eſſe ſimpliciter ꝓprium. & ſic illud quod dixit proprium, non erit proprium per illum modum, quo dixit proprium.

LOCVS VIGESIMVSSEXTVS.

45 Qui vero non determinat quoniam nunc ineſt, quod ineſt nunc, aſsignat quoniam non erit tale, quale nunc ineſt id. vt quatuor digitos F habere hominem.

Hic ponitur ſecũdum peccatũ, & eſt locus deſtructiuus 26. qui talis eſt, ſi aliquis aſsignat propriũ vt nũc, & in oratione ſignificante illud, nihil ponitur per quod intelligatur illud eſſe propriũ vt nunc, peccat. quoniã quod eſt propriũ vt nũc, intelligitur propriũ ſimpliciter. & ſic qđ eſſet propriũ vt nũc, nõ eſſet propriũ vt nũc, ſed ſimpliciter. & hoc dicit, [Qui vero nõ determinat] in oratione ſignificãte propriũ, [quoniã] propriũ [nũc ineſt, quod ineſt nũc,] hic ſic dicẽs [aſsignat quoniã nõ erit tale] propriũ [quale id nũc ineſt,] ſed intelligetur eſſe propriũ ſimpliciter. & ſic quod eſſet propriũ vt nũc, non eſſet propriũ vt nũc, ſed propriũ ſimpliciter. [vt quatuor digitos habere hominẽ.] hoc eſt, ſi quis dixerit hominis proprium eſſe, habere quatuor digitos, non addens vt nunc. nam ſic dicens, proprium vt nunc, non dicet eſſe proprium vt nunc, ſed ſimpliciter.

LOCVS VIGESIMVSSEPTIMVS.

46 Qui autem non indicat quoniã vt primum, aut vt ſecundum, aliud ponit: quoniam non de quo oratio, & nomen verificabitur. Vt coloratum eſſe, ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſsignauerit proprium. G

Hic eſt locus deſtructiuus 27. qui eſt peccatũ cõtra 7. & 8. modũ accipiẽdi propriũ. non. n. Ariſt. ſeruat ordinẽ locorũ, qualẽ ſeruauit in modis accipiẽdi propriũ, qui talis eſt, ſi aliquis aſsignauerit propriũ, quod ſubiecto ineſt primo, vel ſecũdo, & in oratione ſignificante propriũ nihil ponitur per qđ intelligitur propriũ ineſſe ſubiecto primo, vel ſecũdo, hic peccat. quia quod eſt propriũ primo vel ſecundo, intelligeretur propriũ ſimpliciter. aut aliter, ſi aliquis aſsignauerit propriũ, quod ſubiecto ineſt primo, vel ſecundo, & in oratione ſignificãte tale propriũ nihil ponitur, per quod intelligitur propriũ huiuſmodi ineſſe ſubiecto primò, vel ſecũdò, hic peccat. quoniã nõ de quo oratio prędicaretur, id eſt, propriũ diceretur, de eo verificaretur nomen. i. ſubiectũ proprii. nã coloratum dicitur primò de corpore, vel de ſuperficie, & tñ nec ſuperficies de corpore, nec corpus de ſuperficie dicitur. Simili ratione ſi coloratũ diceretur ſecundò de corpore vel ſupficie, minime dicetur nomẽ, de quo oratio dicitur. vnde dicit, [Qui autẽ nõ indicat] in oratione ſignificãte propriũ [quoniã ponit aliud]. i. propriũ [vt primũ, aut vt ſecũdum] peccat ſubaudi [quoniã] ſic proferẽdo ſine determinatione [nõ de quo oratio]. i. propriũ, [& nomẽ]. i. ſubiectũ [verificabitur, vt coloratũ eſſe ſiue ſuperficiei, ſiue corporis aſsignauerit propriũ.] nõ addendo primo vel ſecundo, de altero eorũ prædicabitur coloratũ, quod eſt propriũ, de quo non verificabitur alterum eorum: verificabitur enim de corpore, eſt enim corpus coloratum, de quo non verificabitur ſuperficies, non enim corpus eſt ſuperficies. H

LOCVS VIGESIMVSOCTAVVS.

47 Qui etiam nõ prædicit quoniam aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod eſt haberi, propriũ aſsignauit: nõ enim erit propriũ, quod aſsignatũ eſt. Nã inerit, ſi in eo quod habetur, aſsignauit propriũ, etiam habenti. Si autem habenti, & ei quod habetur, vt indiſſuaſibile à ratione, ſcientiæ vel ſcientis poſitum proprium.

Hic eſt locus deſtructiuus vigeſimusoctauus, qui talis eſt, ſi aliquis aſsignauerit propriũ eius quod habet, vel eius quod habetur, & in oratione ſignificante tale proprium, nihil ponitur per quod intelligitur proprium eſſe eius quod habet, vel eius quod habetur, peccat. quoniã accidit proprium prædicari de aliquo, de quo non prædicabitur ſubiectum. vnde dicit. [Qui autem nõ prædicit] in oratione

A ſignificante proprium,[quoniã aſsignauit propriũ aut in eo quod eſt habere] .i. eius quod habet,[aut in eo quod eſt haberi].i.aut eius quod habetur, peccat ſubaudi.[non enim erit propriũ,quod aſsignatum eſt]eſſe proprium.quia non de quo proprium dicitur,& ſubiectum dicetur. Cuius rationem exponit, & dicit, [nam inerit etiam habenti,ſi in eo quod habetur] .i.ſi eius quod habetur, [aſsignauit proprium.]& ita proprium prędicabitur de habente,de quo non prædicabitur ſcientia,quæ habetur. [Si autẽ]inerit[habẽti,]inerit[& ei,quod habetur.]& ita prędicabitur de eo quod habetur,de quo nõ prædicabitur habẽs,cuius aſsignatur propriũ.[vt]ſi [indiſſuaſibile à ratione,ſciẽtiæ vel ſcientis poſitũ eſt propriũ.]ſi enim poſitum eſt propriũ ſciẽtię,& nulla determinatione id ſignificatur,prędicabitur etiã de ſciente,de quo non prædicatur ſcientia.ſimili modo,ſi ponitur propriũ ſcientis,dicendum eſt.

LOCVS VIGESIMVS NONVS.

48 Qui etiam non præſignificat in eo quod participat aut partipatur. nam & aliis quibuſdam inerit proprium . Si enim in eo quidem quod participatur,aſsignauit,participãtibus inerit.Sinautẽ in eo quod partici B pat,iis quæ participãtur. Vt ſi alicuius animalis poſuerit viuere,propriũ.

Hic eſt locus deſtructiuus 29. qui talis eſt,ſi aliquis aſsignauerit proprium eius quod participat, aut eius quod participatur, & in oratione quæ proprium ſignificat, nihil ponitur per quod tale proprium ſignificetur, peccat,quoniam aliquibus competeret proprium,quibus non competeret ſubiectum,cuius datum eſt propriũ,vt eſt deductum.vñde dicit,[Qui etiam]ſubaudi aſsignat propriũ alicuius in eo quod participat aliquod cõmune,aut in eo quod participatur ab aliquibus inferioribus,& [non præſignificat]in oratione illud ſcilicet[in eo quod participat,aut participatur].i.& non præſignificat in oratione ꝙ ſit proprium in eo quod participat aut participatur, peccat ſubaudi, [nam & aliis quibuſdã inerit proprium,] quibus ſubaudi nõ inerit ſubiectum. quod exponit,& dicit, [Si enim aſsignauit]proprium[in eo quod participatur,participantibus inerit,]quibus non ineſt ipſum participatum. [ſinautem] aſsignauit proprium[in eo quod participat,iis]competit,[quę participãtur,] quibus fortaſſe nõ ineſt ipſum participans,vel ſi ineſt,nõ oportet ineſſe. [Vt ſi alicuius aĩalis]aliquis [poſuerit viuere propriũ.]tale propriũ competet animali participato, cui nõ cõpetit animal participãs,cuius eſt datũ propriũ.Eſt aũt aĩal participãs homo vel equus, vel omne aĩal,quod ſub animali C cõtinetur:aĩal vero participatũ eſt aĩal in gñe,qđ ꝑticipatur ab inferiorib⁹ aĩalibus.Hęc de loco 29.

LOCVS TRIGESIMVS.

49 Qui non diuidit etiam id,quod ſpecie ineſt.Quoniam vni ſoli inerit eorum,quæ ſub eo ſunt,cuius proprium ponit.Nam quod eſt ſecundum ſuperabundantiam,vni ſoli ineſt, vt ignis leuiſsimum.

Hic eſt locus deſtructiuus 30.qui talis eſt,ſi aliquis aſsignauerit propriũ alicuius,quod ſequitur ad illud ſecũdum ſpeciẽ,& non ponit in oratione aliquid,per qđ ſignificetur tale propriũ ineſſe ſecundũ ſpeciem,peccauit.qm̃ tale propriũ intelligetur eſſe ſimpliciter propriũ,& ſic competit omnibus. Quia vero cõpetet ſecũdum ſpeciẽ,nõ cõpetet omnibus, qm̃ quod ſecundũ ſpeciẽ cõpetit,nõ competit omnibus cõtentis ſub genere,ſed vni ſoli,& ſic erit propriũ,& nõ propriũ. propriũ quidẽ,quia ſimpliciter dicit eſſe propriũ,& oĩbus ineſſe dicetur: nõ propriũ vero,quia vni ſoli ineſt,cum inſit ratione ſpeciei,quæ ſub genere vna ſola eſt.vnde dicit,[Qui nõ diuidit etiã] in oratiõe,nec determinat [id quod ſpecie ineſt,]quãdo ſpecie ineſt,peccauit.[quoniam]cũ ſpeciei inſit,quæ ſub genere eſt, nõ omnibus,quæ ſub genere ſunt,inerit,ſed [vni ſoli inerit eorũ,quę ſub eo]genere[ſunt,cuius proprium ponit.]& ſic quod aſsignauit propriũ,nõ erit propriũ.Quod autem tale propriũ ſecũdum ſpeciẽ vni D ſoli cõpetat,probat,& dicit,[nã quod eſt ſecũdum ſuperabundantiã,vni ſoli ineſt,]ſed ſubaudi, propriũ quod ineſt ſecundum ſpeciẽ,ſecundum ſuperabundãtiam eſt,[vt ignis leuiſsimũ.]igitur[vni ſoli ineſt.]De ratione autem Ariſtot.poſuit maiorem,& exemplum per quod probatur minor,& ſic patet,non eſſe proprium eo modo,quo eſt datum proprium.

50 Aliquoties autem & ſpecie addens,peccat. nam oportebit vnã ſpeciem eſſe eorum quæ dicũtur , quando ſpecie addiderit. Hoc autem in quibuſdam non accidit,vt neq; in igne.Non enim eſt vna ſpecies ignis, diuerſum eſt enim ſpecie carbo,& flamma, & lux, cum vnumquodque horum ſit ignis:propter hoc non oportet, quando ſpecie additur,diuerſam eſſe ſpeciem eius quod dicitur:quoniam hic quidem magis,illis autem minus inerit quod dictum eſt proprium,vt in igne ſubtiliſsimum.

Subtilior enim eſt lux carbone, & flamma. hoc autem nõ oportet fieri, quando non & nomen magis prædicatur, de quo oratio magis verificatur. Si autem non, non erit de quo oratio magis.

Hic remouet quandã dubitationem, dixit enim Ariſt. quãdo aſsignatur alicui propriũ, quod ei ineſt ſecundum ſpeciem, eſſe addẽdum in oratione determinationẽ per quam ſignificetur propriũ ineſſe ſecũdum ſpeciẽ, alioquin peccaret: dubitat igitur vtrum ſemper in proprio, quod ineſt ſecũdum ſpeciem, ſit addẽda talis determinatio, & reſpõdet quod nõ, niſi ſolũ cũ propriũ inerit ſecundũ ſpeciẽ ſpecialiſsimam quãdo.n. nõ ineſt. ſecũdum ſpeciẽ ſpecialiſsimã, ſed ſecundũ ſpeciẽ ſubalternã, & additur illa determinatio, peccaretur. vnde dicit, [Aliquoties autẽ & ſpecie addens, peccat,] & exponit, quãdo, & dicit, [nã oportebit vnã ſpeciẽ]. ſ. ſpecialiſsimam [eſſe eorũ, quæ dicũtur] ſubiecta illius ꝓprii [quãdo] in oratione propriũ ſignificãte [ſpecie addiderit,] & nõ ſpeciem ſubalternã. deinde exponit. In quibus accidit peccatũ hoc, & dicit, [hoc autẽ] ſcilicet vt ſit ſpecialiſsima [in quibuſdam non accidit, vt neq; in igne] qui videtur ſpecies ſpecialiſsima, & tamẽ nõ eſt ſpecies ſpecialiſsima [nõ enim eſt vna ſpecie ignis,] ſed multæ ſunt ipſius ignis ſpecies, [diuerſum eſt enim ſpecie carbo, & flamma, & lux: cũ] ſubaudi tamẽ [vnũquodq; horũ ſit ignis.] & per lucẽ, nõ qualitatem, qualis eſt ſolis lux, ſed ſubſtãtiam intelligit. Carbo .n. craſsiſsimus, impuriſsimuſq; ignis eſt, lux vero ignis ſubtiliſsimus puriſsimuſq;, flãma autem, carbonis luciſq; media. Inſuper carbo terrea lignea atq; corpulenta materia incenſa eſt. Lux vero ſplẽdor, vt etheri cõtinuus, attiguuſq; ignis. Flãma autẽ, vt quæ videtur lignis accenſis fumus ardẽs. deinde recolligit id quod dixerat, & inquit, [propter hoc autẽ nõ oportet] in igne [quãdo ſpecie additur diuerſam eſſe ſpeciẽ eius quod dicitur,] quare ſi quis in eo proprio, quod datur in igne, adderetur, ſecundũ ſpeciẽ eſſe proprium, peccaretur. Deinde probat eſſe peccatũ: primo, quia tũc propriũ prędicaretur de aliquibus ſecũdum magis & minus, de quibus ſubiectũ nõ prędicaretur, vnde dicit, [qm̃ his quidẽ magis, illis autem minus inerit propriũ]. i. quoniã ſtaret propriũ ineſſe aliquibus magis, aliquibus minus, quibus ſubaudi non ineſſet ſubiectũ ſecũdum magis & minus. [Vt in igne ſubtiliſsimũ. ſubtilior. n. eſt lux carbone, & flãma,] & tamẽ lux nõ eſt magis ignis carbone & flãma. & ſic propriũ ineſſet ſecundũ magis aliquibus, quibꝰ nõ ineſſet ſecundũ magis ſubiectũ ipſum, cuius aſsignatur propriũ. Deinde declarat quãdo propriũ poteſt prædicari ſecũdum magis de his, quorum aſsignatur, & dicit, [hoc autẽ]. ſ. propriũ ineſſe ſecũdum magis [nõ oportet fieri, quãdo nõ & nomẽ]. i. ſubiectũ [magis prędicatur, de quo oratio magis verificatur]. q. d. propriũ nõ ineſſe ſecundum magis, niſi ſubiectum inſit eis ſecundũ magis. [Si autẽ non]. ſ. ſubiectũ dicitur ſecũdum magis, [non erit de quo oratio magis]. i. neq; propriũ dicetur de eo magis. In aliquibus ſcripturis legũtur, hæc verba, [& nomẽ magis,] quæ in Alex. ſcriptura (vt mihi videtur) nõ legũtur. eſt igitur vis orationis, ſi proprium quod ineſt ſecũdum ſpeciẽ, determinetur in oratione hoc verbo quod eſt ſecundũ ſpeciẽ, peccaretur, quoniam ſtaret illã ſpeciem eſſe ſubalternã, & ſic propriũ poſſet cõpetere ſecũdum magis aliquibus, quibus nõ ſecundũ magis ineſſet ſubiectũ, vt patet in exẽplo ignis. Aut lege ſic, [propter hoc non oportet, quãdo ſpecie additur, diuerſam eſſe ſpeciẽ eius, quod dicitur]. q. d. quãdo in oratione ſignificante propriũ, [additur ſpecie, propter hoc] quod dicemus, [nõ oportet diuerſam, hoc eſt, ſubalternã [eſſe ſpeciẽ eius, quod dicitur]. i. eius quod dicitur habere tale propriũ, ſed debet eſſe ſpecies ſpecialiſsima. cuius rationẽ ſubſcribit, & dicit, [quoniã his quidẽ magis, illis vero minus inerit, quod dictũ eſt propriũ]. i. qm̃ ſi eſſet ſpecies ſubalterna id, cuius aſsignatur propriũ, fieri poſſet vt proprium aſsignatum ineſſet iis quæ ſub tali ſpecie ſunt, aliis magis, aliis vero minus, [vt in igne ſubtiliſsimũ. ſubtilior enim eſt lux carbone & flãma.] deinde exponit quando propriũ ineſt aliis magis, & aliis minus, & quãdo nõ, & dicit, [hoc autẽ nõ oportet fieri] ſemper, quia nõ [quãdo non & nomẽ magis prædicatur, de quo oratio magis verificatur.] Oportet enim nomẽ. i. ſubiectũ magis prædicari de quo proprium magis prædicatur: & de eo minus, de quo & proprium minus prædicatur, [ſi autem non] ſcilicet ſubiectum prædicatur magis, de quo proprium magis prædicatur, & minus, de quo proprium minus [non erit de quo oratio magis [& nomen magis prædicatur. quoniam proprium prædicabitur de aliquo magis, de quo ſubiectum minus prædicatur, vt ſubtiliſsimum de luce magis prædicatur, & de carbone minus. Ignis contra, de carbone magis, de luce autem minus. Quare ſi ſpecies, cuius ꝓprium aſsignatur, non eſt ſpecialiſsima, poſsibile erit proprium prædicari de aliquibus magis, de quibus ſubiectum minus prædicabitur, quod eſt abſurdum. Conſequentia patet in exemplo aſsignato.

F G H

51 Inſuper autem ad hęc idem eſſe accidit proprium, & eius quod ſimpliciter, & eius quod maxime in eo, quod eſt ſimpliciter tale. Vt in igne ſe habet ſubtiliſsimum. nam & lucis, & ignis ſimpliciter erit hoc ipſum proprium. Subtiliſsima enim eſt lux.

A Hic ponitur secunda ratio ad idem, quæ talis est, si species cuius datur proprium, sit subalterna, & nõ specialissima, fieri posset vt idem proprium sit, & eius quod simpliciter, & eius quod maxime est in his quæ continentur sub specie subalterna. deducitur consequentia per exẽplum, quoniam subtilissimum est proprium simpliciter, eius quod est simpliciter ignis, scilicet carbonis, & subtilissimum esset proprium lucis quę maxime subtilissima est. Hoc autem relinquit pro absurdo, quoniã licet lux sit maxime subtilissima, tamen non est simpliciter ignis, sed carbo est simpliciter ignis, & ita subtilissimũ erit proprium duarum specierum diuersarum. vnde dicit, [Insuper autem ad hęc,] si species cuius datur proprium esset subalterna, [idem esse accidit proprium, & eius quod simpliciter] scilicet recipit prædicationem illius speciei, [& eius quod maxime] scilicet recipit prædicationem talis speciei. dico hoc accidere [in eo]. i. in ea specie, quę [est simpliciter]. i. communiter [tale,] subaudi si fuerit subalterna, quod exẽplo monstrat, & dicit, [vt in igne se habet subtilissimum, nam & lucis] quæ est maxime subtilissima, [& ignis simpliciter] id est, & eius quod est simpliciter ignis. s. carbonis [erit hoc ipsum proprium. subtilissima enim est lux.] & carbo est simpliciter ignis, quare subtilissimum erit propriũ duarum specierum diuersarum, quia carbonis, & lucis. Consequentiam vero non deducit, nisi in exemplo, in quo potius apparet destructio cõsequentis, q̃ deductio consequentiæ: potest tamen deduci, B quoniam si subtilissimum est proprium ignis, erit proprium saltem secundarie omnium eorum quæ continentur sub igne, & sic erit proprium lucis, & carbonis, quæ continẽtur sub igne. Destructio huius patet in exemplo. nam lux est subtilissima, carbo vero nõ, sed est simpliciter ignis, & hoc pacto intelligenda sunt Aristotelis verba.

52 Cum igitur alius sic assignat proprium, argumentandum sic ei, aut non danda est hæc instantia, sed statim cum ponit proprium, determinandum est quomodo ponit proprium.

Ex iis infert quoddam præceptũ, quod est obseruandum in casu, & dicit, [Cum igitur alius]. s. respondens [sic assignat proprium] addẽs videlicet in oratione verbum specie, nõ limitans ad specialissimam, [argumentãdum sic ei,] vt dictum est, per duas quas diximus rationes, [aut nõ danda est hęc instantia] quæ vltimo data est. & loquitur in singulari de instantia, quoniam ambæ illæ instantiæ reducuntur ad vnam, [sed statim cum ponit proprium,] & non determinat, si proprium illud insit se- C cundum speciem specialissimam, vel secundum subalternam, [determinandum est,] & interrogandum [quomodo ponit proprium.] an secundum speciem specialissimam, an secundum subalternam. Est autem facienda hæc determinatio, quando quærimus veritatem, non autem quando quærimus occultationẽ, & argumentationem cõtra respondentem. quærimus enim aliquando veritatem, quando sumus in doctrinali disputatione: quærimus autem occultationem & victoriam, quando in dialectica disputatione versamur, aut in sophistica.

LOCVS TRIGESIMVSPRIMVS.

53 Deinde destruenti quidem, si idem eiusdem proprium posuit. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Nam idẽ eidem omne, quid est esse indicat. Quod autem quid est esse indicat, non proprium, sed terminus est. Vt quia qui dixit honesti proprium decẽs esse, idem eiusdem propriũ assignauit, idem enim est honestum & decens, non vtiq; erit decens honesti propriũ. Construenti autem si non idem D quidem eiusdem proprium assignauit, cum conuersim prædicatum posuit. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quia qui posuit animalis proprium id, quod substantia animata, non idem quidem eiusdem proprium posuit, & conuersim prædicatum assignauit, erit animalis proprium substantia animata.

Hic est locus 31. qui accipitur ex comparatione subiecti ad seipsum. & Aristot. primo assignat locum destructiuum, & dicit, [Deinde destruenti quidem, subaudi considerandum, [si idem] secũdum esse [eiusdem] scilicet subiecti [proprium assignauit,] erit enim sic destruendũ problema. [Non enim erit proprium, quod positũ est esse proprium,] & cũ dixit [idem,] intellexit idẽ secũdum esse, qualiter sunt idẽ ea quæ sunt eadẽ definitione, & nõ intellexit idẽ secundũ esse & nomẽ, qm̃ tũc locus esset in synonymis, quem posuit superius. Deinde probat locum, & ex eius probatione patet eum intelligere idẽ secũdum esse, vnde dicit [nã idem] secundũ esse subaudi [eidẽ omne, quid est esse,] & definitionẽ

[indicat. quod autem quid est esse indicat, non propriū, sed terminus est,] ecce quod per idem eidem intellexit secūdum esse idem hoc exemplo demonstrat, & dicit, [vt quia qui dixit honesti propriū, decēs esse, idem] scilicet secundū esse eiusdē [propriū assignauit. idem enim] secūdum esse [est honestū & decens] quare cū idem sint secundum esse, [non vtiq; erit decens honesti proprium.] Quod vero ad verba attinet, decens & honestum eadem definitione sunt, differūt autem nomine, & ratione nominū. dicitur enim honestū, quo cauetur, ne quid indecore effœminate, libidinose, turpiter fiat, aut cogitetur. Decēs vero, vt Cic. libro de opt. dic. genere, quod aptum est consentaneūq; tēpori, ac personæ, quare decens & honestum, secundum esse idem sunt, nominū vero rationibus differūt. Vtrunq; enim idem est cum studioso, sed alia ratione honestum dicitur studiosum, alia vero decens. deinde assignat locum constructiuum huic correspondentem, & dicit, [construenti autem] subaudi cōsiderandum [si non idem quidem] scilicet secundum esse [eiusdem proprium assignauit, cum conuersim prædicatum posuit,] nam si est conuersim prædicatum, & esse differens, problema construetur, [erit enim proprium quod] ab aduersario [positum est non esse proprium,] & dixit, [cum conuersim prædicatum posuit,] quia non sufficit, vt sit secundum esse differens, nam accidens secundum esse differt à subiecto, & tamen non est illius proprium. & propterea oportet vt differat secundum esse, & conuersim prædicetur. Et ponit exemplum, & dicit, [vt quia qui posuit animalis proprium id quod substantia animata] est, [non idem quidem] secundum esse [eiusdem proprium posuit, & conuersim prædicatum assignauit, erit animalis proprium substantia animata.] Quod vero ad exemplum attinet, attentione dignum Arist. exemplum non pro vero accepisse, nam animatum substantiale est, & quale quid indicans. pręterea, nec substantia animata conuersim prædicatur de animali, stirpes enim & plantæ animatæ sunt. Quare dicendum Aristot. vel aliorum esse secutum placita, maxime opinionē Asclepiadis, qui animam harmoniam sensuum asserit. Si anim enima est harmonia sensuum, anima non erit dicens esse, sed accidens. est enim harmonia relatio, & cum sit harmonia sensuum, non inerit plantis quæ sensibus carent. Aut fortasse Arist. animā accepit vt habitū relatū ad actus sentiendi. sic enim differt esse ab animali, & cum eo conuertitur: non enim, vt sic, plantis competit.

LOCVS TRIGESIMVSSECVNDVS.

54 Deinde in similaribus considerandum est, destruenti quidem, si quod totius est proprium, non verificatur de parte: aut si quod partis est proprium, non dicitur de toto. Non enim erit proprium, quod positū est esse proprium. Accidit autem hoc in aliquibus fieri. assignabit enim vtique aliquis in similaribus proprium: aliquoties quidem ad totum respiciens, aliquoties autem ad id, quod secundum partem dicitur, ipse seipsum sciens. At erit neutrum recte assignatum, vt ad totum quidem, quia qui dixit maris proprium, plurimam aquam salsam, alicuius quidē similiarium posuit proprium. Tale autem assignauit, quod nōn verificatur de parte: (non enim erit quoddam mare plurima aqua salsa) non vtique erit maris proprium, plurima aqua salsa. Ad partem autem, vt quia qui posuit aëris proprium, respirabile, similarium quidem alicuius dixit proprium. tale autem assignauit, quod de aliquo aere verum est, de toto autē nō dicitur, non enim erit vniuersus aer respirabilis, nō erit vtique aeris proprium respirabile. Construenti vero, si verificatur quidem de vnoquoque similarium, quod est proprium eorum secundum totum. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. vt quia verificatur de omni terra deorsum ferri. secūdum naturam. Est autum hoc proprium alicuius terræ secundum terram (secundum enim terram & id quod est terram esse) erit vtique terræ proprium deorsum ferri secundum naturam.

Hic est locus 32. qui sumitur ab inspectione totius & partis similariū, quæ grece homœomera dicuntur, & primo proponit locū præceptiuum, & dicit, [Deinde in similaribus considerandum est,]

A ſubaudi & deſtruenti,& cõſtruenti.Dicuntur autẽ ſimilaria gręce homœomera,quorũ pars & totum ſunt eiuſdem naturę,cuiuſmodi ſunt,motus,tẽpus,aqua,aer,& id genus.nam quęlibet pars motus,eſt motus,& quęlibet pars temporis,eſt tempus.deinde aſsignat locũ præceptum inſpiciendo ad totum, & inſpiciendo ad partem. inſpiciendo ad totum quidem, dicit [deſtruenti quidem, ſi quod totius eſt proprium,non verificatur de parte,]inſpiciendo vero ad partẽ,dicit, [aut ſi quod partis eſt propriũ, non dicitur de toto]nam ſi ſic eſt,interimitur problemà,[non enim erit proprium,quod poſitum eſt eſſe proprium.]Deinde hæc exponit,& dicit,[accidit autem hoc in aliquibus] ſcilicet totis & partibus ſimilarib⁹[fieri,]cuius rationẽ aſsignat,& dicit,[aſsignabit enim aliquis propriũ in ſimilarib⁹] .ſ. totis & partibus[ipſe ſeipſum ſciens]dupliciter,[aliquoties quidem ad totum reſpiciens]& ab illo toto proficiſcitur ad partem[aliquoties autem]reſpiciens[ad id quod dicitur ſecundum partem]id eſt, aliquando reſpiciens ad partem,& ab ea proficiſcitur ad totum.Dixit autẽ [ipſe ſeipſum ſciens,]quia non poteſt aliquis reſpicere aliquando totum,& aliquando partem,ſine diſcurſu rationis. nullus autẽ diſcurrere poteſt,niſi qui refle&tendo ſupra ſe ipſe ſeipſum ſciat atque intelligat.Deinde exponit illud proprium quod eſt totius,& non partis, & dicit,[at erit] proprium ſic conſiderando[neutrum re&te aſsignatum,]& primo exponit de proprio,reſpe&tu habito ad totum,& dicit, [vt ad totum quidem] B reſpiciens,erit non re&te aſsignatum,[quia qui dixit maris proprium plurimam aquã ſalſam,]hic hoc pa&to dicẽs,[alicuius quidem]totius[ſimilariũ poſuit proprium,] quia poſuit proprium maris, quod eſt quoddam totũ ſimilare,[tale autem] proprium de toto mari[aſsignauit, quod non verificatur de parte,non enim erit quoddam mare] ſcilicet partiale [plurima aqua ſalſa] ex hoc concludit plurimã aquam ſalſam non eſſe maris proprium,& dicit,[non vtiq; erit maris proprium plurima aqua ſalſa.] quoniã cõpetit toti,& non parti. ¶ Quod vero ad exẽplum attinet,Ariſt.accepit mare totũ pro quodam ſimilari toto, quia vult omnẽ partem maris eſſe mare & licet poſſet dubitari de hoc,pro exẽplo ſic intelligatur.nam exẽplorum non veritas,ſed manifeſtatio requiritur.Deinde dat exẽplum reſpiciẽdo ad partẽ,& dicit,[Ad partem autem]ſcilicet reſpiciẽs[vt quia qui poſuit aeris propriũ,reſpirabile] per os ad refrigerandum cor,[ſimilarium quidẽ alicuius dixit proprium,]quia de parte aeris hoc proprium clarũ eſt,& ideo dicit,[tale autẽ] ſcilicet proprium [aſsignauit, quod de aliquo aere verũ eſt,] quoniam aliquis aer partialis eſt reſpirabilis pro cordis refrigeratione,[de toto autem] aere[non dicitur.nõ enim erit vniuerſus aer reſpirabilis,]tũc cõcludit propoſitũ,& dicit,[nõ erit vtiq; aeris propriũ reſpirabile]deinde ponit locum cõſtru&tiuum,qui talis eſt, ſi aliquis aſsignauerit proprium toti ſimi- C lari,quod ineſt cuilibet parti illius,bene aſsignauit.vnde dicit, [Cõſtruenti autem]ſubaudi cõſiderandum,[ſi verificatur quidem de vnoquoq; ſimilariũ]id eſt,de vnaquaq; parte ſimilari,id[quod eſt] .ſ. poſitum[propriũ eorum]ſcilicet partium ſimilarium[ſecundum totum]id eſt,ſi quod aſsignatur proprium toti ſimilari,ineſt cuilibet parti ſimilari.nam ſi ſic, erit tale propriũ bene aſsignatũ, [erit enim proprium,quod poſitum eſt non eſſe proprium]cuius exemplum affert,& dicit, [vt quia verificatur de omni terra]partiali[deorſum ferri ſecundum naturam, eſt autem hoc proprium alicuius terræ ſecundum terram]id eſt,per rationẽ terræ, [ſecundum enim terram,& id quod eſt eſſe terræ]id eſt,& definitionem terræ,illud ineſt cuilibet terræ, [vtique]id eſt igitur [erit terræ proprium deorſum ferri ſecundum naturam.]quoniam ineſt cuilibet parti terrę per rationem totius terræ,& tu intelligas hoc eſſe proprium,aliis ſeruatis,quæ ſunt de conditionibus proprii.

LOCVS TRIGESIMVSTERTIVS.

55 Deinde ex oppoſitis conſiderandum eſt, primum quidem ex contrariis,deſtruenti quidem,ſi contrarii non eſt cótrarium proprium, neque vtique contrarii erit contrarium proprium, vt quia contrarium eſt D iuſtitię quidem iniuſtitia, optimo autem peſsimum, non eſt autem iuſtitiæ proprium,optimum,non erit iniuſtitiæ proprium,peſsimum.Cóſtruenti autem, ſi contrarii contrarium proprium eſt, & contrarii contrarium proprium erit. vt quia contrarium eſt bono quidem malum, eligendo autem fugiendum, eſt autem boni proprium eligendum, erit mali proprium fugiendum.

Cum egiſſet de locis quæ ſumuntur à ſimilaribus,nunc agit de iis locis quæ accipiuntur ab oppoſitis,& primo ponit locum pręceptiuum in generali,cum inquit,[Deinde ex oppoſitis conſiderandũ eſt,] & per oppoſita intelligit tã oppſita ſubie&ta,quàm oppoſita prædicata,quæ ſubie&tis aſsignatis inſunt,qua ratione fit , vt loca quæ ab oppoſitis ſumuntur,comparatione duorum ad duo ſumantur, hoc eſt duorum prædicatorum ad duo ſubie&ta,quibus illa prædicata competunt.Deinde locũ præceptiuum proponit in ſpeciali,cum inquit,[primum quidem ex contrariis]ſcilicet prędicatis per cõ-

parationem ad cõtraria subiecta. Deinde in specialissimo assignat locum, qui in ordine & numero est 33. assignãdo primò locũ destructiuum, secũdo autẽ locum cõstructiuum. Incepit autẽ à contrariis, quoniam contrariorum oppositio est entis absoluti ad ens absolutum. modo cõstat hæc opposita esse per prius nota cæteris oppositis, sicut absolutum ens est notius & ente priuatiuo, & negatiuo, & relatiuo, è quibus oriuntur aliæ oppositiones, vnde dicit, [destruenti quidẽ] subaudi inspiciendum est, [si contrarii] scilicet subiecti [non est proprium contrarium] scilicet prædicatum, [neque vtiq; contrarii] scilicet subiecti [erit proprium contrarium] prædicatum. verbum [vtique] græce est γὰρ, latine etiam, enim, verum. continuationis signum est, verbi causa, ponat aliquis iniustitiæ proprium, pessimum, vt posuit Anacharsis, destruetur hæc opinio per hunc locum, [vt quia contrarium est iustitiæ quidem iniustitia,] modo quo subiectum subiecto contrarium est, [optimo autem pessimum,] modo videlicet quo prædicatum prædicato contrarium est, [non est autem iustitiæ proprium optimum] omnibus enim vitutibus competit, [non erit iniustitiæ proprium, pessimum,] vt posuit Anacharsis: competit enim omnibus vitiis. est igitur locus, si duo subiecta sint contraria, quorum duo cõtraria sint prędicata, si contrarium prædicatum non est propriũ contrarii subiecti, nec reliquum contrarium, quod assignabatur proprium, erit proprium reliqui subiecti cuius propriũ assignabatur. verbi causa, vt si duo subiecta sint nix & pix, contraria vero prædicata quæ illis insunt, sint album & nigrum, si nigrum non est proprium picis, nec album niuis proprium erit. Deinde ponit locum constructiuum, & dicit, [construenti autem, si cõtrarii] scilicet subiecti [contrariũ proprium est, & cõtrarii] s. subiecti [contrarium] scilicet prædicatum [propriũ erit] & affert exẽplum, cum inquit, [vt quia bono quidem] subiecto [contrarium est malũ] scilicet subiectum, hoc est, quoniam bonum & malum sunt duo subiecta contraria, [eligẽdo autem] quod est prædicatum cõpetens bono, cõtrarium est [fugiendum,] quod est prædicatum competens malo. Sunt enim eligẽda & fugienda duo prædicata, quorũ alterũ bono, alterum malo inest. [est autem boni] quod est alterum subiectum, [eligẽdum,] quod est alterum prædicatum, [proprium erit, mali] scilicet dati subiecti [fugiendũ proprium] quod erat propositum, & alterum prædicatum. ¶ Sed ponitur instantia, nam auaritia & prodigalitas sunt subiecta cõtraria, & eligendum & fugiendum prædicata contraria, sed auaritiæ est proprium fugiendum, igitur prodigalitati erit proprium eligendum. ¶ Soluitur primo, quia auaritiæ non est proprium fugiendum, sed prædicatum commune omnibus vitiis. deinde, licet fugiendum insit auaritiæ, eligendum tamen non inest prodigalitati. Quare non erit instantia secundum regulam. Oportet enim vt contraria prædicentur de subiectis.

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS.

56 Secundum autem ex iis, quæ ad aliquid sunt, destruenti quidem, si hoc quod ad aliquid est, eius quod est ad aliquid, non est proprium, neque vtique hoc, quod ad aliquid est, eius quod ad aliquid est, erit proprium. vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium, superans autem ad superatum, non est autem dupli proprium superans, non erit dimidii proprium superatum. Construenti autẽ, si eius quod est ad aliquid, hoc quod est ad aliquid, est propriũ, & eius quod est ad aliquid, id quod quod est ad aliquid, erit proprium. vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse, quod duo ad vnum, est autem dupli proprium, vt duo ad vnum, erit dimidii proprium, vt vnum ad duo.

Hic assignat locũ trigesimũquartum, qui accipitur ex oppositis relatiue, & primo ponit locũ pręceptiuum, cũ inquit. [Secundũ autem] subaudi cõsiderandum [ex iis,] est. s. oppositis, [quæ ad aliquid sunt,] hoc est ex iis, quæ relatiue opponũtur. Præcedit autẽ hic locus & eũ, qui accipitur ex oppositis priuatiue, & eũ, qui accipitur ex oppositis cõtradictorie, qm̃ hæc oppositio est inter entia. Oppositio vero quæ secũdum priuationẽ, & quę secundũ contradictionẽ est, nõ est inter entia, alterũ .n. oppositorũ est non ens, quare locus hic inter notiora vertitur. & primo ponit locũ destructiuũ, & dicit, [destruẽti quidem, si hoc, quod ad aliquid est, eius, quod est ad aliquid, non est propriũ, neq; vtique hoc, quod ad aliquid est, eius quod ad aliquid est, erit proprium,] hoc est, si duo relatiua duorum correlatiuorũ, sic se habuerint, vt alterũ alterius correlatiui nõ sit propriũ, propositum quoq; nõ erit propositi correlatiui proprium. Verbũ autẽ [vtiq;] aduerbiũ cõtinuationis est, nã verbũ γὰρ etiã cõtinuationis signum est apud græcos. per hunc locũ tollitur opinio Pythagoricorũ, qui excessum vel superatũ, dimidii propriũ asserebãt, vnde dicit, [vt quia dicitur duplũ quidẽ ad dimidiũ,] vt in suũ correlatiuum, [superans autẽ ad superatũ] similiter vt in suũ correlatiuũ, [nõ est autẽ dupli propriũ superans] est. n. cõmune multis aliis, vt triplo, & quadruplo, cæterisq; id genus, [nõ erit dimidii propriũ superatum.]

A competit enim pluribus aliis. Deinde aſsignat locũ conſtructiuum, cũ dicit, [conſtruenti autem] conſiderandum ſubaudi, [ſi eius, quod eſt ad aliquid, hoc quod eſt ad aliquid, eſt propriũ: & eius quod eſt ad aliquid, id quod eſt ad aliquid erit proprium.] Per hũc locum probabitur proportionem vnius ad duo eſſe proprium dimidii, [vt dixit Euclides. vnde dicit, vt quia dicitur duplum quidẽ ad dimidium id eſſe quod duo ad vnum,] eſt enim proportio duorum ad vnum dupli proportio ad dimidium. [eſt autem dupli propriũ, vt duo ad vnum] hoc eſt, proportio quæ eſt duorum ad vnũ, [erit dimidii proprium vt vnũ ad duo,] hoc, eſt proportio vnius ad duo, quæ eſt ſubdupla, vt quinto geometriæ dixit Euclides. ¶ Quo vero modo ſuperans nõ ſit proprium dupli, exponamus, quoniam ſi duplum ſit in diſcretis & cõtinuis, ſuperans vero in diſcretis tantum, ſuperans dupli propriũ non erit, non enim cõuertuntur. Preterea ſi ſuperans ſit in duplo, triplo, quadruplo, & in cæteris id genus, duplum vero nõ, ſuperans non erit proprium dupli, cum ſit in plus. quare nulla ratione ſuperans eſſe poteſt dupli proprium. ¶ Sed occurres, quoniam vnum & duo non ſunt correlatiua inter ſe, nec duplum, & dimidium, ergo exemplum non eſt ad propoſitum. ¶ Fortaſſe duo & vnum correlatiua ſunt inter ſe in ratione ſuperantis & ſuperati, & ſic ſatis erit ad propoſitum vt proportio duorum ad vnum ſit propriũ dupli, & vnius ad duo, proprium dimidii.

B LOCVS TRIGESIMVSQVINTVS.

57 Tertium autem, deſtruenti quidem, ſi ipſius habitus, id quod ſecũdum habitum dicitur, non eſt proprium, neque vtique priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, erit propriũ. Et ſi priuationis, id, quod ſecundum priuationem dicitur, non eſt proprium, neque habitus ipſius, id, quod ſecundum habitum dicitur, erit proprium. Vt quia non dicitur, ſurditatis proprium inſenſibilitatem eſſe, etenim aliis communis eſt, neque ipſius auditus erit proprium ſenſum eſſe. Conſtruenti vero, ſi quod ſecundum habitum dicitur, eſt ipſius habitus propriũ, & priuationis, id, quod ſecundum priuationẽ dicitur, erit proprium, & ſi pri-
C uationis, id quod ſecũdum priuationem dicitur, eſt proprium. & ipſius habitus id quod ſecundum habitum dicitur, erit proprium. Vt quia viſus eſt proprium videre, ſecundum quod habemus viſum, erit cæcitatis proprium non videre, ſecundũ quod non habemus viſum, nati habere.

Hic aſsignat locum trigeſimũquintum, qui accipitur ex oppoſitis priuatiue, & primo quidẽ deſtructiue hoc pacto, Poſitis duobus oppoſitis priuatiue ex vna parte, vt ſubiectis, duobus autem aliis ex altera parte, vt prædicatis eorum ſubiectorũ, ſi alterũ prædicatum eius ſubiecti nõ ſit proprium, cui ineſt atque aſsignatur proprium, neque alterum reliqui erit proprium. vnde dicit. [Tertium autem] cõſiderandum ex oppoſitis, [deſtruenti quidem] eſt [ſi ipſius habitus id, quod ſecundum habitum dicitur.] hoc eſt, ſi ipſius habitus prædicatum, [non eſt proprium, neq; vtique priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, erit proprium,] hoc eſt, neq; ipſius priuationis prædicatum erit propriũ. [&] econuerſo [ſi priuationis id, quod ſecũdum priuationem dicitur, nõ eſt proprium, neq; ipſius habitus id, quod dicitur] & prædicatur [ſecundum habitum, erit proprium.] per hũc locum refellitur poſitio Heracliti, qui dicebat ſenſum auditus eſſe proprium. [vt quia nõ dicitur ſurditatis proprium in-
D ſenſibilitatem eſſe, etenim] inſenſibilitas [aliis cmomunis eſt,] vt cæcitati, & cæteris id genus, [neque ipſius auditus erit proprium ſenſum eſſe,] contra Heraclitum. & intelligas de iis prædicatis, quæ inſunt datis ſubiectis, & inter ſe eo modo priuationis opponuntur, quo & ſubiecta. Deinde conſtructiue, ſic, Poſitis duobus oppoſitis priuatiue ex vna parte vt ſubiectis, duob⁹ autem aliis ex altera parte, vt prædicatis illorum, ſi alterum prædicatum eius ſubiecti ſit proprium, cui aſsignatur proprium, alterum etiam alterius erit proprium, cui aſsignatum eſt propriũ. dicit, [Conſtruenti vero,] conſiderandum [ſi quod ſecundum habitum dicitur, eſt ipſius habitus propriũ, & priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, erit propriũ, &] econuerſo. [ſi priuationis, id quod ſecundum priuationem dicitur, eſt proprium, ipſius habitus id, quod ſecũdum habitum dicitur, erit proprium,] hoc pacto probatur non videre eſſe proprium cæcitatis, accipiendo non videre pro carentia viſus cum aptitudine ad videndum, [vt quia viſus proprium videre, quatenus] nos qui videmus [habemus viſum,] hoc eſt, videndi potentiam. non enim eſt proprium ipſius viſus, quatenus nos qui videmus habemus auditum, aut tactum, aut id genus, [erit cæcitatis proprium non videre, ſecundum quod non habemus viſum, nati habere.] hoc eſt, erit cæcitatis proprium ipſum non videre, quatenus non videre accipitur pro ca

rentia visus composita cum aptitudine ad habendum visum. Lapis enim non videt, non tamen est aptus habere, ideo non dicitur cæcus. ℂ Quod vero ad cõsiderationes attinet, annotatione dignum nõnullos sic intelligere has, primam quidem, si habitus non est proprium habitus, nec priuationis priuatio erit propriũ. & econuerso, si priuatio non est priuationis propriũ, nec habitus ipsius habitus erit proprium. vt si surditas est priuatio auditus, & sensibilitas insensibilitatis, fiet vt si insensibilitas non sit proprium surditatis: nec habere sensum, proprium sensibilitatis, & econuerso. Secũdam vero, si habitus est proprium habitus, & priuatio priuationis erit propriũ, & ecõuerso, vt si habere visum est proprium visus, & non habere visum proprium cæcitatis. Verum hæc secunda expositio in primam redit, si rectè consideretur. ℂ Sed occurres, quoniam omne proprium, subiectum cuius proprium est, notificat. Datur enim cognoscendi causa. sed priuatio nihil notificat, est enim non ens, ergo priuatio priuationis proprium esse non poterit, nec habitus etiam proprium esse poterit. Præterea id omne, de quo proprium assignatur, est ens in genere: at priuatio non est in genere ens, igitur priuationis nullum propriũ assignari poterit. Dicẽdum priuationem ratione eius quod ponit, & est in genere, & notificat: formaliter autem, cum nihil ponat, nec notificat, nec est in genere.

LOCVS TRIGESIMVSSEXTVS.

58 Deinde ex affirmationibus & negationibus, primum quidem ex ipsis, quæ prædicantur. Est autem locus hic vtilis destruenti tantum. vt si affirmatio, vel quod secũdum affirmationem dicitur, eius est propriũ, non erit vtiq; eius negatio, neq; quod secũdum negationẽ dicitur, propriũ. Si autem sit negatio, aut quod secundũ negationẽ dicitur, propriũ, eiusdem non erit affirmatio, neque quod secundum affirmationem dicitur, proprium: vt quia proprium animalis est animatum, non erit animalis proprium, non animatum.

Hic assignat locum trigesimumsextum, qui accipitur ex oppositis contradictorie. Et hic tribus modis fieri potest, aut comparando duo prædicata, alterum secundum affirmationem, alterum secundum negationem, ad idem subiectum. Aut comparando duo prædicata ad duo subiecta, ad alterum quidem secundum affirmationem, ad alterum autem secundum negationem. aut comparando idem prædicatum ad duo subiecta, de quorum altero affirmatur, de altero autem negatur. Primo modo erit locus trigesimussextus tantum constructiuus, sic, si alicuius subiecti affirmatio sit proprium, negatio illi affirmationi contradictoria non erit proprium, & econuerso. si negatio sit eius proprium, affirmatio nõ erit. vnde inquit. [Deinde ex affirmationibus & negationibus,] hoc est ex oppositis cõtradictorie, [primum quidem ex ipsis quæ prædicantur,] hoc est, comparando duo prædicata ad idem subiectum, alterum secundum affirmationem, alterum secundum negationem. & tangit modum quo hic locus sit vtilis, & dicit, [Est autem locus hic vtilis destruenti tantum] non autem construenti. & quod sit vtilis destruenti, exemplo probauit, vnde dicit. [vt si affirmatio, vel] id [quod secundum affirmationem dicitur, eius] subiecti, quod ponitur ab aduersario, [est proprium, non erit vtique eius] scilicet subiecti [negatio, neque] id [quod secundum negationem dicitur, proprium. si autem sit negatio] scilicet eius subiecti [proprium, aut quod secundum negationem dicitur, eiusdem] subiecti, [non erit affirmatio, neque quod secundum affirmationem dicitur, proprium.] addit [aut quod secundum negationem dicitur,] quoniam tam negatio quàm affirmatio potest accipi pro propositione affirmatiua vel negatiua, & pro prædicato quod affirmatur, vel negatur. Ad significandum autem quòd affirmatio, vel negatio hic accipitur pro prædicato, quod affirmatur vel negatur, addit [neque quod secũdum affirmationem dicitur, vt sit hoc verbum expositio prioris verbi. Tunc assignat exemplum, & dicit, [vt quia proprium animalis est animatum, non erit animalis proprium, non animatum.] & econuerso, si animalis proprium est irrationale, siue non rationale, nõ erit animalis proprium, rationale. ℂ Sed occurres ex eo, quia etiam cõstructiuus esse videtur hic locus, per illam dignitatem, de quolibet vera est affirmatio aut negatio, & de nullo ambæ. Et dicendum argumentum militare, quando Aristot. loquutus esset de vera affirmatione, atque negatione. Sic enim de quolibet dicitur affirmatio, vel negatio, & de nullo ambæ. At Aristoteles loquitur de affirmatione & negatione termini finiti vel infiniti. modo perspicuum est, quanuis negetur terminus infinitus, non tamẽ sequi affirmationem termini finiti. Non enim sequitur, si centaurus non est non iustus, ergo centaurus est iustus, nec econuerso, si non est iustus, ergo est non iustus. Sic igitur perspicuum locum esse vtilem destructiue in contradictoriis secundum prædicata, non autem secundum esse vel non esse, hoc est, in contradictoriis secundum infinitationem, & non infinitationem, non autẽ secundum esse vel non esse. ℂ Sed adhuc

A videtur instantia, sic animalis vt hominis, proprium est risibile: & animalis, vt bouis proprium est non risibile, quia mugibile. & sic videtur, & affirmatio, & negatio, propria alicuius subiecti. ❡Soluitur instantia, quoniam in instantia videtur fallacia figuræ dictionis, quoniam non eiusdem animalis affirmatio & negatio propria est, licet nomen sit idem. ❡ Quod vero ad exempla attinet, intelligas animatum non esse proprium animalis, nisi secundum Platonem, quod stirpes non ponebat animatas. Ponuntur enim exempla non vt ita sint, sed vt sentiant qui discunt.

LOCVS TRIGESIMVSSEPTIMVS.

59 Secundum etiam ex prædicatis, vel etiã non prædicatis, & de quibus prædicatur, vel non prædicatur. destruenti quidem, si affirmationis affirmatio non est proprium, neque negatio negationis erit proprium: Et si negatio negationis non est proprium, neque affirmationis affirmatio erit proprium. Vt quia non est proprium hominis animal, neq; non
B hominis proprium erit non animal. Si autem non hominis, nõ videtur proprium non animal, neque hominis erit proprium animal. Construenti autem, si affirmationis affirmatio est proprium, & negatio negationis erit proprium. Si autem negationis negatio est proprium, & affirmatio affirmationis erit proprium. Vt quia non animalis est proprium non viuere, erit animalis proprium viuere. Et si animalis proprium videtur viuere, & non animalis proprium videbitur non viuere.

Hic est locus præceptiuus trigesimusseptimus, qui accipitur à contradictoriis per comparationẽ duorũ prædicatorũ ad duo subiecta, ad alterum quidem per affirmationẽ, ad alterum autẽ per nega-
C tionem. & hoc proponit, & dicit. [Secundũ etiam ex prædicatis, vel nõ prædicatis, & de quibus] scilicet subiectis [prædicatur] subaudi aliquid, [vel non prædicatur,] quasi dicat, quod secundo modo in contradictoriis per comparationem duorum prædicatorum ad duo subiecta potest accipi locus trigesimusseptimus, qui accipitur ex oppositis & affirmatiue, & destructiue. & primo quomodo destructiue, dicit, [Destruenti quidem,] considerandum est, [si affirmationis affirmatio non est proprium, neq; negatio negationis erit proprium, &] ecõuerso etiam [si negatio negationis nõ est proprium, neque affirmatio affirmationis erit proprium,] cuius exemplum affert, & dicit. [Vt quia non est propriũ hominis animal, neque non hominis proprium erit non animal. Si autem non hominis non videtur proprium non animal, neque hominis erit proprium animal] sunt autem prædicata secundum contradictionem, animal, & non animal, subiecta vero homo, & non homo. Quare si animal nõ est hominis proprium, nec non animal erit propriũ non hominis. & econuerso, si non animal non est propriũ non hominis, nec animal hominis erit proprium. Deinde quomodo constructiue, & dicit, [Construenti autem, si affirmationis affirmatio est proprium, & negatio negationis est proprium,] & econuerso, [si negationis negatio est proprium, & affirmatio affirmationis proprium erit.] & intelligit, vt diximus, per affirmationem, terminum finite descriptum: & per negationem, terminum infinite determinatum. Est autem terminus finitus, vt homo, & animal: infinitus autem, vt non homo, & non
D animal. Assignat exemplum, & dicit. [Vt quia non animalis est proprium non viuere,] & hoc secundum Platonem, qui animal, & viuum idem dicit. [erit animalis proprium viuere. &] econuerso, [si animalis proprium videtur viuere, & non animalis proprium videbitur nõ viuere.] ❡Sed in his quę Arist. dicit hic, videtur sibi non constans. nam hic asserit ꝙ si affirmatio sit affirmationis proprium, negatio etiam sit negationis proprium. & ita videtur ꝙ sua consideratio vim habeat per consequentiã in ipso, quæ fit ex eadem parte ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis. In secundo vero libro dixit quod in contradictoriis non tenet consequẽtia in ipso, sed consequentia econtrario, quæ fit ab opposito cõsequentis ad oppositum antecedentis, & sic videtur sibi contrarius. Dicendum, ꝙ hic loquitur in terminis conuertibilibus. asserit enim si affirmatio sit proprium affirmationis, negatio etiam negationis erit proprium. modo proprium conuertitur cum eo, cuius est proprium. In secundo huius loquitur in terminis simpliciter. vnde dici potest Aristot. hic loqui gratia materiæ, secundo vero libro, loquutum esse gratia formæ. vel magis verbis Peripateticis vtendo, in secundo libro locum intellexit per se, quod est dicere in terminis simpliciter: hic vero per accidens, quia in terminis conuertibilibus, in quibus accidit propter conuertibilitatem vtilitas præsentis loci.

LOCVS TRIGESIMVSOCTAVVS.

60 Tertium autem ex ipsis subiectis. destruenti quidem si quod assignatum est proprium, affirmationis est proprium, non erit & negationis proprium. Si autem negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium. vt quia animalis proprium est animatum, non animalis proprium non erit animatum. Construēti vero, si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit. nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non est proprium. Quandoquidem affirmatio negationi omnino non inest. Negatio autē affirmationi inest quidem, at nō vt proprium inest. [E]

Locus trigesimus octauus accipitur ex consideratione quæ fit vnius comparatione ad duo subiecta contradictoria. [F] & hoc dicit, [Tertium autem] scilicet considerandum [ex ipsis subiectis] contradictoriis, hoc est, comparatione vnius prædicati ad duo subiecta contradictoria. & primo exponit quomodo destruenti, & dicit, [Destruenti quidem si quod assignatum est proprium, affirmationis] hoc est, subiecti affirmati ac finiti [est proprium,] Sequitur enim vi contradictionis, vt [non & negationis sit proprium.] & econuerso, [si negationis est proprium quod assignatum est, non erit affirmationis proprium.] Duorum contradictoriorum non potest idem prædicatum proprium esse, [vt] per exemplum patet, [quia animalis propriū est animatum] vt Plato opinatur, [animatum non erit proprium non animalis.] & econuerso, si animatum, per casum, sit proprium non animalis, non erit proprium animalis. Deinde declarat, quomodo construenti considerandum sit, & dicit. [Construenti vero, si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis] proprium. Deinde ostendit hunc locum non tenere vniuersaliter in omnibus, sed solum particulatim per accidens, atque gratia materiæ. [At hic locus deficit] scilicet quia non tenet in omnibus. non enim sequitur, sensitiuum non est proprium hominis, igitur est proprium non hominis. nec sequitur, incontinens esse non est proprium sapientis, ergo est proprium nō sapientis. Arist. tamē hunc locum non esse vniuersaliter vti [G] lem probat, cum dicit, [Nā affirmatio negationis, & negatio affirmationis nō est proprium.] Quare si vna affirmatio assignetur, vt proprium affirmationis, & nō sit illius propriū, nō propterea talis affirmatio erit propriū negationis. [Quādoquidem] vt inquit [affirmatio negationi omnino] hoc est, vniuersaliter, & omni [nō inest.] Est enim quædam affirmatio, quæ vt proprium licet non insit affirmationi, non propterea inerit negationi, vt sensitiuum, quod homini inest, non enim sequitur sensitiuum nō est propriū hominis, igitur est proprium nō hominis, licet insit cuidam non homini, vt equo.

¶ Et si dices, ꝙ negatio affirmationi inest, ergo & affirmatio negationi inesse poterit. Respondet, & inquit. [Negatio autem affirmationi inest quidem,] etiam vniuersaliter. Omnis enim homo est non equus, [non tamen vt proprium inest.] quia non soli homini inest non equus. Quare construēti deficit hic locus, tum ob instantiam, tum propter rationem.

LOCVS TRIGESIMVSNONVS.

61 Deinde ex iis quæ ex opposito diuiduntur, destruenti quidem, si [H] eorum quæ ex opposito diuiduntur, nullum vllius reliquorum ex opposito diuisorum est proprium, neque profecto quod positum est, erit proprium eius cuius positū est proprium. Vt quia animal sensibile nullius aliorum mortalium animalium est proprium, nec animal intelligibile erit dei proprium. Construenti autem, si cæterorum quæ ex opposito diuiduntur, quoduis est proprium, talium quorumcunque eorum quæ ex opposito diuiduntur, erit profecto reliquum eius proprium, cuius positum est non esse proprium. vt quia prudentiæ est proprium per se natum esse rationalis virtutem esse, & aliarum virtutum sic vniuscuiusque sumptæ, erit temperantiæ proprium per se natum esse concupiscibilis virtutem esse.

A Hic est locus præceptiuus 39. qui accipitur à disparatis propriis, & specieb⁹. disparatæ species sub animali sunt mortalia, & immortalia. Disparata autem propria sunt sensitiuum, & intellectiuum. Sensitiuum quidem, quod inest omnibus animalibus mortalibus. Intellectiuum autem, quost inest omnibus animalibus immortalibus. Tunc primo proponit locum præceptiuum, & dicit, [Deinde] subaudi considerandum est [ex iis] disparatis speciebus, & propriis, [quæ] sub eodem genere [ex opposito diuiduntur.] Est considerandum dico destruenti, & construenti. Deinde assignat locum præceptum destructiuum primo, & dicit, [Destruenti quidem, si eorum] scilicet propriorum vel earũ differentiarum, [quæ] sub genere [ex opposito diuiduntur, nullum vllius reliquorum] scilicet specierum [ex opposito] sub eodem genere [diuisorũ, est proprium, neque profecto quod positum est] esse proprium, [erit proprium eius] scilicet speciei [cuius positum est proprium.] Et assignat exemplum, & dicit, [Vt quia animal sensibile,] quæ est differentia diuisiua animalis [nullius aliorum mortalium animalium] quæ sunt species ex opposito diuisæ ipsi deo immortali, sub animali ipso cõtentæ, [est proprium, nec animal intelligibile] quæ est altera differẽtia diuisiua animalis ex opposito diuisa ipsi animali sensibili, B [erit dei proprium,] qui est altera species sub animali diuisa ipsis mortalibus animalibus. Deinde tangit locum præceptum constructiuum, & dicit, [Construenti autem, si cæterorum] id est, si cæterarũ differentiarum, [quæ ex opposito diuiduntur, quoduis est proprium talium] scilicet specierum [quoruncunque eorum] scilicet specierum, [quæ ex opposito diuiduntur, erit profecto reliquum] scilicet reliqua differentia [proprium eius, cuius positum est nõ esse proprium] ab aduersario. Et assignat exemplum, & dicit, [vt quia prudentiæ,] quæ est vna species virtutis contradiuisa temperantiæ ac fortitudini, [est proprium, per se natum esse,] hoc est, per se idoneũ, & aptitudinale [rationalis] potentiæ [esse virtutem.] diuiduntur enim potentię animæ in rationalem, & concupiscibilem, & irascibilem: quemadmodum virtus diuiditur in temperantiam, & prudentiam, & fortitudinem. Si igitur prudẽtiæ proprium idoneum, est esse virtutem rationalis partis, [& aliarum virtutum, sic vniuscuiusque sumptæ, temperantiæ] videlicet [erit proprium per se natum esse] hoc est, conueniens & idoneum [esse virtutẽ concupiscibilis] partis, & subaudi fortitudinis esse virtutem irascibilis partis. Diuiduntur enim sub virtute rationale, concupiscibile, & irascibile, seu prudentia, temperantia, & fortitudo. Quare si propriũ prudentiæ est esse virtutem partis rationalis, proprium temperantiæ erit esse virtutem partis concupiscibilis, & propriũ fortitudinis essẽ virtutem partis irascibilis. C Quod vero ad exempla attinet, annotatione dignum animal diuidi in animalia mortalia, & immortalia, secundum Platonem, quem sequitur Porphyrius, cum dicit, immortale autem separat nos à diis. secus vero est secundum Peripateticos. Verum exempla ponimus, vt sentiant qui discunt. ¶ Sed occurres secũdo exemplo, nam corpus animatum diuiditur per sensibile, & vegetabile, & etiam per leonem, & equum, & cętera id genus. sed sensibile nullius eorum est proprium, quare nec vegetabile erit proprium plãtę, quod falsum est. præterea argumentor etiam, sed vegetabilæ est proprium plantæ, ergo sensibile erit propriũ leonis, & cuiusque cæterorum, quod iterum est falsum, quare tam locus destructiuus, quàm constructiuus habet instantiam. ¶ Et dicendum quòd in vtroque loco intelligi debet de iis diuidentibus, quæ ex opposito diuidunt genus proximum. modo corpus animatum non est genus proximum, quod diuiditur in hominem, leonem, & cætera id genus. Genus enim proximum quod in hæc diuiditur, est animal, ideo cessant instantiæ.

LOCVS QVADRAGESIMVS.

62 Deinde ex casibus. destruenti quidem, si casus casus non est proprium, neque profecto casus erit proprium casus. vt quia non est eius D quod est iuste proprium id quod bene, neque iusti proprium erit bonũ. Construenti autem, si casus casus est proprium, erit profecto & casus casus proprium. Vt quia hominis est proprium gressibile bipes, & homini erit proprium gressibili bipede dici.

Hic est locus pręceptiuus quadragesimus, qui accipitur à casibus. & primo proponit locum pręceptiuum, & dicit, [Deinde] subaudi considerandũ est [ex casibus] postea ponit loca præcepta, & destructiuũ, & dicit [Si casus,] quod est pędicatũ, [non est casus] scilicet subiecti, [propriũ, neque profecto casus] correspondens pędicato [erit propriũ casus] correspondentis subiecto. vbi præsupponit quatuor esse casus, duos ex vna parte, vt iuste, & bene: & duos ex altera, qui primis duobus correspondent, vt iustũ, & bonum. & vult, q quando casus ex prima parte non est proprium casus, sic nec casus in secunda parte erit proprium casus. & assignat exemplum, & dicit, [vt quia nõ est eius quod est iuste] agere subaudi vel pati [bene] scilicet agere, vel pati [propriũ, neque iusti proprium erit bonum.] Deinde ponit locum præceptum constructiuum, & dicit, [Construenti autem] subaudi consideran-

dum eſt,[ſi caſus]prædicatum caſus ſubiecti [eſt proprium,erit profecto & caſus] prędicatum propoſitum,[caſus]ſubiecti propoſiti[proprium.vt quia hominis eſt propriũ greſsibile bipes, & homini erit proprium dici greſsibili bipede]hoc eſt,bipedaliter ingredi. Vbi patet per caſus, Ariſtot.intellexiſſe principalia & ſua aduerbia, vt in primo exemplo perſpicuum eſt. & etiam rectum, & obliquos, vt patet in ſecundo exemplo. Alexand. etiam per caſum vult eſſe intelligendum quid commune in coniugatis, ſiue coordinatis,& in caſibus, qui per inflexionem veniunt a recto.

LOCVS QVADRAGESIMVPRIMVS.

63 Non ſolum autem in eo quod dictum ſecundum caſus eſt conſiderandum,ſed & in oppoſitis, vt in prioribus locis dictum eſt. Deſtruenti quidem ſi oppoſiti caſus, non eſt proprium oppoſiti caſus, neq; vtiq; oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus. vt quia non eſt eius quod eſt iuſte proprium quod bene, neque iniuſte erit proprium quod male. Conſtruenti vero, ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus, erit & vtique oppoſiti caſus proprium oppoſiti caſus. Vt quia honeſti eſt proprium optimum,& inhoneſti erit proprium peſsimum.

Hic eſt locus præceptiuus quadrageſimusprimus, qui accipitur ab oppoſitis ſecundum caſus. Proponit itaque primo locum præceptiuum, & dicit,[Non ſolum autem in eo quod dictum eſt ſecundum caſus eſt conſiderandum,ſed & in oppoſitis,]quæ ſubaudi accipiuntur ſecundum caſus,[vt in prioribus locis,]quæ ab oppoſitis accipiebãtur,[dictum eſt.]Deinde ponit loca præcepta,& primo deſtructiuum, & dicit. [Deſtruenti quidem, ſi oppoſiti caſus non eſt proprium oppoſiti caſus, neq; vtiq; oppoſiti caſus erit proprium oppoſiti caſus.]Hoc exponit per exẽplum,& dicit,[Vt quia non eſt eius quod eſt iuſte]ſubaudi agere, vel pati,[proprium quod bene] ſubaudi eſt agere, vel pati,[neque iniuſte] agere, vel pati[erit proprium quod male] eſt agere vel pati. Deinde ponit locum conſtructiuum, & dicit.[Conſtruenti vero, ſi oppoſiti caſus eſt proprium oppoſiti caſus, erit & vtique oppoſiti caſus proprium oppoſiti caſus.] Cuius exemplum affert,& dicit.[Vt quia honeſti eſt proprium optimum,] eſt enim honeſtum optimum, [& inhoneſti erit proprium peſsimum.] Quare locus perſpicuus.

LOCVS QVADRAGESIMVSECVNDVS.

64 Deinde ex iis,quæ ſimiliter ſe habent. Deſtruenti quidem,ſi quod ſimiliter ſe habet,eius quod ſimiliter ſe habet,non eſt proprium:neque vtique quod ſimiliter ſe habet,eius quod ſimiliter ſe habet,erit propriũ. Vt quia ſimiliter ſe habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendam ſanitatem, non eſt autem proprium medici efficere ſanitatem, neque ædificatoris erit proprium extruere ædificium. Conſtruenti autem, ſi quod ſimiliter ſe habet, erit proprium eius quod ſimiliter ſe habet,erit vtique & quod ſimiliter ſe habet,eius quod ſimiliter ſe habet proprium. Vt quoniam ſimiliter ſe habet medicus ad id

γυμναστὴς quod eſt eſſe effectiuum ſanitatis, & ludi magiſter ad id quod eſſe effectiuum bonę habitudinis, eſt autem propriũ magiſtri ludi eſſe effectiuũ bonæ habitudinis,erit proprium & medici eſſe effectiuum ſanitatis.

Hic eſt locus præceptiuus quadrageſimusſecundus, qui accipitur ab iis, quæ ſimiliter ſe habent. Sed quid intelligat per ea,quæ ſimiliter ſe habent,non eſt protritum. Alexander intelligit ea,quæ ſecundum analogiam ſunt, ſicuti in mari tranquillitas, ſic in aere ſerenitas. Analogia enim ſimilitudo eſt. Quare ſi non alterum alterius eſt proprium, vt ſi tranquillitas non eſt maris proprium, nec alterum reliqui erit propriũ, vt nec ſerenitas aeris erit proprium, quæ expoſitio conuenit verbis Ariſt. dicit enim.[Deinde ex iis,quæ ſimiliter ſe habent,]conſiderandũ eſt,hoc eſt,ex iis quæ ſecundũ analogiã ſunt. Deinde ponit loca præcepta,& primo deſtructiuũ,cũ dicit,[Deſtruenti quidẽ,ſi quod ſimiliter ſe habet, eius quod ſimiliter ſe habet nõ eſt propriũ,neq; vtiq; quod ſimiliter ſe habet,eius quod ſimiliter ſe habet,erit propriũ.]affert exẽplũ,& dicit. [Vt quia ſimiliter ſe habet ad extruẽdũ ędificiũ

A ędificator, & medicus ad efficiendam sanitatem, non est autem proprium medici efficere sanitatem, neque ędificatoris erit proprium extruere ędificium.] Deinde assignat locum constructiuum, & dicit. [Construenti autem, si quod similiter se habet, erit proprium eius quod similiter se habet, erit vtique & quod similiter se habet eius, quod similiter se habet, proprium,] & dat exemplum, & dicit, [Vt quoniam similiter se habet medicus ad id quod est esse effectiuum sanitatis, & ludi magister ad id, quod est esse effectiuum bonæ habitudinis, est autem proprium magistri ludi esse effectiuum bonæ habitudinis, erit proprium & medici esse effectiuum sanitatis.] Quod vero ad exēplum attinet, ludi magister gręce est γυμναστής, est autem gymnastes is, qui pēst ludis, qui fuerunt instituti (vt Victorinus inquit) ad exercitandum corpora. sunt autem ludi, lucta gladiatoria, & cætera id genus. Per eiusmodi enim ludos calor excitatur, sanguis redditur tenuior, & ita corpus in bona habitudine conseruatur, ne incidat in malam repletionem.

LOCVS QVADRAGESIMVSTERTIVS.

B

65 Deinde ex iis, quæ eodem modo se habent, destruenti quidem, si quod eodem modo se habet, eius, ad quod eodem modo se habet, non erit proprium, neque vtique quod eodem modo se habet, eius ad quod eodem modo se habet, erit proprium. Si autem eius ad quod eodem se habet, id quod eodem modo se habet, est proprium, eius non erit proprium, cuius positum est esse proprium. Vt quia eodem modo se habet prudentia ad honestum & turpe, eo quia disciplina vtriusque eorum est, non est autem prudentiæ proprium, disciplinam esse honesti, non vtique erit proprium prudentiæ disciplinam esse turpis, Si vero est C proprium prudentię, disciplinam esse honesti, non erit proprium eiusdem, disciplinam esse turpis. Impossibile est enim eiusdē plura esse propria. Construenti vero nihil locus iste vtilis. Nam quod eodem modo se habet, vnum ad plura comparatur.

Hic est locus præceptiuus quadragesimustertius, qui accipitur ab iis, quæ eodem modo se habent. sed quæ sint quæ eodem modo se habent, & quam differentiam habeant ad ea quæ similiter se habent, exponamus. nam ipse paulo post dicit. In his enim quę eodē modo se habent, vnū ad plura, aut duo ad vnū cōparātur. in iis vero, quę similiter se habēt (vt dictū est) duo ad duo cōparationē acceperunt. Si enim non proprium, quod similiter ad aliquid se habet, illius, nec, quod similiter ad aliquid se habent aliud, illius proprium erit. at in his quæ eodem modo se habent, vnum quoddam accipitur ad duo similiter se habere, aut duo ad vnum, quorum videlicet duorum si alterum non fuerit proprium illius quod ad ambo eodem modo se habet, nec alterum ipsius proprium erit. Aristoteles igitur primo proponit locum præceptiuum, & dicit. [Deinde ex iis considerandum est, D [quæ eodem modo se habent,] verbum, eodem modo, græce ὡσαύτως est, quod in translationibus veteribus, sic est, interpretatum. Verum clarius dicatur eodem modo, quod quomodo differt a similiter, dictum est. Deinde exponit loca præcepta, & primo destructiuum, quod dupliciter exponit, primo per interemptionē assumpti, & dicit. [Destruenti quidē,] subaudi considerandū est, [si quod eodem modo se habet,] hoc est, si prædicatum proprium quod eodem modo se habet ad aliquod subiectum, cum alio subiecto [eius] scilicet subiecti [ad quod eodē modo se habet cum alio subiecto [non erit proprium] Ecce quo modo per interemptionem assumpti procedit, [neque vtique quod eodem modo se habet] id est tale prædicatum proprium quod eodem modo se habet [ad aliquod subiectum cum alio subiecto, [eius ad quod eodem modo se habet] cum alio subiecto, [erit propriū.] & sic locus destructiuus est per interēptionē assumpti. tunc ponit locū etiā destructiuum, per positionem assumpti, & dicit, [Si autem eius] subiecti [ad quod eodem modo se habet] cum alio subiecto [id] scilicet prædicatum, [quod eodem modo se habet, est propriū] eius subiecti ad quod eodem modo se habet cum alio subiecto, [eius] subiecti [non erit proprium, cuius positum est esse proprium.] ecce quo modo locus destructiuus est per positionē assumpti. vbi patet in his esse factam cōparationem vnius prædicati ad duo subiecta. Fieri autem potest etiam comparatio duorum prædi-

catorum ad vnum subiectum, si ambo ad illud eodem modo se habuerint. Nam si alterum non erit E illius proprium, nec alterum erit. Vt si rationabile, & disciplinabile ad hominem eodem modo se habuerint, & rationabile non est hominis proprium, nec disciplinabile erit hominis proprium. Et si rationabile est proprium hominis, disciplinabile non erit eius proprium, tamen Aristote. prosequitur exemplum in his, quando vnum subiectum ad duo prædicata comparantur, & dicit. [Vt quia eodem modo se habet prudentia ad honestum & turpe, eo quia disciplina vtriusque eorum est, non est autem prudentiæ proprium disciplinam esse honesti, neque vtique erit proprium prudentiæ disciplinam esse turpis.] Est igitur prudentia vnum subiectum, disciplina honesti, & disciplina turpis duo prædicata, quæ ad prudentiam eodem modo se habent. ergo exemplum in iis est, in quibus vnũ subiectum eodem modo se habet ad duo prædicata. Deinde in eisdem affert exemplũ, quando per positionem assumpti proceditur, & dicit. [Si vero est proprium prudentiæ disciplinam esse honesti, non erit proprium eiusdem] prudẽtiæ [disciplinam esse turpis,] cuius rationem assignat, & dicit. [Impossibile enim est eiusdem] subiecti æque primo [esse plura propria,] sicuti est impossibile eiusdem esse plures definitiones æque primo. Possunt enim & propria, & definitiões esse eiusdẽ, plures, sed nõ æque primo. Deinde tangit locum construẽtiuum, & dicit, [Construenti vero nihil locus iste vtilis est, nam] (vt inquit) subiectum [quod eodem modo se habet, vnum ad plura comparatur,] & sic F coincidit in locum destructiuum, cuius exemplum proximum datum est. dictum est enim si prudentiæ est propriũ esse disciplinã honesti, non esse propriũ esse disciplinã turpis, quoniam non potest vnũ subiectum habere duo propria æque primo. Propterea ait non esse vtilem in talibus constructiuum locum, quoniam locus destructiuus secundo modo per assumptionem vtilis est. ergo constructiuus per assumptionem erit inutilis. quare si non potest idem subiectum habere duo propria æquæ primo, nõ erit vtilis locus constructiuus. Constructo enim assumpto, potius sequitur destructio alterius q̃ constructio (vt diximus). ¶ Quæret vtique quispiam, quomodo potest idem ad ambo eodem modo se habere, si est solum alterius proprium. Et dicendum ꝙ videtur idem ad ambo eodẽ modo se habere, sed re vera non eodem modo se habet, quia si re vera idem eodem modo ad duo se haberet, si vnius esset proprium, alterius etiam esset proprium. Sed quia videtur eodem modo se habere, potest vnius esse proprium, & non alterius. G

LOCVS QVADRAGESIMVSQVARTVS.

66 Deinde destruenti quidem, si quod secundum esse dicitur, non est eius quod secundum esse dicitur, proprium. Nam neque secũdum corrumpi, eius quod est secundum corrumpi: neque secundum generari, eius quod secundum generari dicitur, erit proprium. Vt quia nõ est hominis proprium esse animal, neque eius, quod est hominem generari, erit proprium generari animal: neque eius, quod est hominem corrumpi, erit proprium corrumpi animal. Eodem autem modo accipiendum est ex generari ad esse, & corrumpi, & ex corrumpi ad esse, & generari, quemadmodum dictum est nunc ex esse ad generari & corrumpi. H Construenti autem, si eius, quod est secundum esse, ordinatum est. (Est autem per se ordinatum proprium) nam & eius quod secundum generari dicitur, erit hoc, quod secundum generari dicitur, proprium. Et eius quod secundum corrumpi, hoc quod secundum corrumpi est assignatum. vt quia hominis est proprium esse mortalem, & eius quod est generari hominem, erit proprium generari mortalem: & eius, quod est corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiendum est & ex generari, & corrumpi, & ad esse, & ad ipsa ex ipsis fieri, quemadmodum & in destruente dictum est.

Hic est locus quadragesimusquartus, qui accipitur ab esse, & generatiõibus, & corruptionibus. posuit autem loca præcepta, & non præceptiuum, & primo quidem destructiuum & dicit. [Deinde destruenti quidem] subaudi considerandum, [si proprium quod secundum esse dicitur,] hoc,

A hoc est, si proprium assignatum inesse, [non est eius]subaudi subiecti,[quod secundum esse dicitur] hoc est, quod assignatum est inesse [proprium . nam] tale proprium [neque] assignatum [secundum corrumpi,erit proprium eius]subiecti assignati[secundum corrumpi neque secundum generari,erit] proprium subiecti[eius] assignati[secundū generari.]Cuius causam assignat Alex.nā propriū alicuius necessarium est esse illius assignati secundum esse: & fieri eius,cum assignatur secundum fieri: & corrumpi eius,cū assignatur secundum corrūpi. proprium enim ideo proprium est,quia inest subiecto per correspondentiam. Correspondet enim proprium,cum accipitur secundum esse, subiecto cui assignatur,cum illud subiectū accipitur secundum esse:& cum proprium accipitur secundum fieri,etiā correspondet subiecto,cū accipitur in fieri: & cum proprium accipitur secundum corrumpi, correspondet subiecto accepto eodem modo corrumpi, alioquin non esset proprium, non enim inesset semper.Et ponit exemplum,& dicit. [Vt quia non est hominis proprium esse animal, neque eius, quod est hominem generari] id est, neque hominis accepti secundum fieri [erit proprium generari animal] id est, erit proprium animal acceptum secundum fieri. [neque eius, quod est hominem corrumpi] id est neque hominis accepti in ipso corrumpi [erit proprium corrumpi animal,]id est,animal acceptum in ipso corrumpi. Tunc amplificat locum per conuersionem, & dicit. [Eodem autem modo accipiendum est ex generari ad esse, & corrumpi.] nam si animal acceptum secundum fieri non est proprium hominis accepti secundum fieri, neque animal acceptum secundum esse erit,proprium hominis accepti secundum esse,neque aīal acceptum secūdū corrumpi erit proprium hominis accepti secundū corrūpi[&]etiā eodem modo locus erit destructiuus[ex corrūpi ad esse,& generari,quemadmodū dictum est nunc ex esse ad generari & corrūpi.]semper enim conuertitur locus, quippe cum propriū alicuius necessarium est esse eius, quod est:fieri autē,eius,qđ fit:corrumpi vero,eius quod corrumpitur. Deinde tangit locum constructiuum propter eādem causam,& dicit.[Construenti autem]subaudi considerandum est,[si eius]subiecti[quod est secundum esse,ordinatum est,]& quia accepit oadinatum pro proprio, nomine videlicet nouo, ideo exponit quid ipse intelligat per ordinatum,& dicit,[Est autem per se ordinatum,proprium.] Quare considerandum est,si eius,quod est secundum esse,proprium. [Nam & eius]subiecti [quod dicitur secundū generari,erit hoc quod secundū generari,propriū dicitur: & eius,quod secūdum corrūpi,hoc quod secundū corrumpi est assignatū]erit propriū, [vt quia hominis est proprium esse mortalem, & eius qđ C est generari hoīem,erit propriū generari mortalem: & eius quod est corrumpi hominem, corrumpi mortalem.]Cum enim proprium,vt dixit Alexan.alicuius necessarium est esse eius quod est, fieri autē eius,quod fit,corrūpi vero,eius quod corrumpitur,si in aliquo horum,proprium construetur,& in reliquis construetur. Id enim quod vere proprium est,cum accipitur sub quocunque esse, oportet vt insit subiecto assignato sub eodem esse,aliquin non semper inesset.Tunc amplificando locum, ostendit ipsum conuerti,& dicit,[Eodem autem modo accipiendum est & ex generari,& corrumpi,& ad esse,& ad ipsa fieri ex ipsis,quemadmodum & in destruenti dictum est.] In quibus verbis perspicuū est ꝓpriū trifariā accipi posse,aut quoad esse,aut quo ad fieri,aut quo ad corrūpi: & subiectū etiā trifariam,aut quo ad esse,aut quo ad fieri,aut quo ad corrumpi. erit igitur locus destructiuus,si proprium assignatum sub aliquo trium modorum,non est proprium subiecto assignato sub correspondenti modo,illud proprium nullo triū modorum erit subiecto proprium. Constructiuus autem, si proprium assignatum sub aliquo trium modorum est proprium subiecto sub correspondenti modo, erit ꝓpriū subiecto correspondendo per modum modo. Quare si proprium subiecto non correspondebit modorum correspondentia,non erit proprium ,sin autem correspondebit,erit absolute proprium. D

LOCVS QVADRAGESIMVSQVINTVS

67 Deinde inspiciendum ad ideam positi, destruenti quidem, si ideæ non inest, aut si non secundum hoc, secundum quod dicitur de illo cuius proprium assignatum est. Nō enim erit proprium, quod positum est esse proprium. vt quoniam ipsi homini non inest immobilitas, qua homo est, sed qua idea, non erit hominis proprium immobilitas. Construenti autem, si ideæ inest, & secundum hoc inest, qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non esse proprium. erit enim propriū quod positum est non esse proprium. vt quoniam inest animali ex anima & corpore compositum esse, & qua animal est ipsi inest id, erit proprium animalis ex corpore & anima compositum esse.

Iste est locus quadragesimusquintus præceptiuus, qui accipitur ab idea positi. & intelligit per po- E situm, quod græce est κειμένου, illud subiectum, cui positũ est inesse propriũ. Proponit igitur locũ præceptiuum, & dicit. [Deinde inspiciẽdum ad ideam positi] id est subiecti, cui est assignatum inesse proprium. & intelligit per ideam, ens abstractũ, sicuti est humanitas ipsa, quæ gręco verbo αὐτὸς ἄνθρωπος a Platonicis dicitur. Idea vero animalis αὐτὸ ζῶον. apud enim Platonicos ipse homo, ipsum animal ideæ sunt nomina, ἄνθρωπος, & ζῶον, id est homo, & animal, nomina sunt suppositorum, quæ idea participant, αὐτὸ enim id est ipsum, signum est demonstratiuum ideæ, sicut apud Sorticolas verbum ly, est signum ostensiuum materialitatis. Deinde ponit loca præcepta, & primo destructiuum, & dicit, [destruenti quidem, si ideæ non inest, aut] pro id est [si non secundum hoc, secundum quod dicitur de illo, cuius proprium assignatum est.] idea enim bifariam considerari potest, aut in se cũ significatur nomine abstracto, secundum quem modum nõ dicitur de suppositis, nec est prędicatum de eis. Alio modo potest accipi, vt prædicatur de suppositis, & sic significatur nomine concreto. Vult igitur illud quod pro proprio est assignatum alicuius, non esse illius proprium si non competit ideæ illius, quatenus idea illa prædicatur de eo, verbi causa, si aliquid competit humanitati, non qua homo est, atque qua prædicatur de hominibus, non erit hominis proprium. [vt quoniam ipsi homini non inest immobilitas, qua homo est] scilicet qua est prædicatum de hominibus particularibus F [sed qua idea,] omnes enim ideæ, vt significantur nomine abstracto, secundum Platonem in Parmenide sunt immobiles, nec solum ideę, sed deus & omnes substantiæ separatæ. ideo [non erit hominis] scilicet vt prædicatur de suppositis, [proprium immobilitas] verbum immobilitas græce est ἠρεμεῖν, latine etiam quiescere: verum non pro quiete accepit, quæ est motus priuatio, sed pro immobilitate, quæ est motus negatio. Deinde assignat locum constructiuum, & dicit. [Construenti autem,] subaudi considerandum est, [si ideæ inest] non quidem in se, sed [& secundum hoc inest, qua dicitur de illo ipso] scilicet posito, [cuius positum est non esse proprium. erit enim proprium] si sic inest, [quod positum est non esse proprium, vt quoniam inest ipsi animali ex anima & corpore compositum esse, & qua animal est] scilicet prædicatum de suppositis [ipsi inest id,] nõ autem, qua est animalitas, [erit proprium animalis, ex corpore & anima compositum esse.] assignauit autem exemplum cõmunius (vt Alex. inquit) q̃ sit animal. plantæ enim ex corpore & anima componuntur, verum non concedi G tur à Platonicis, plantas componi ex anima & corpore.

LOCVS QVADRAGESIMVSSEXTVS.

36 Deinde ex magis & minus primum quidem destruenti, si quod magis est, eius quod magis, non est proprium. Neque enim quod minus est eius, quod minus erit proprium: neque quod minime, eius quod minime: neq; quod maxime, eius quod maxime: neq; quod simpliciter, eius quod simpliciter. Vt quia nõ est magis colorari magis corporis proprium, neque minus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari corporis omnino. Construẽti autem, si quod magis est eius, quod magis est, est proprium. nam quod minus est eius, quod minus est, erit proprium: & quod minime eius, quod minime: & quod maxime eius, H quod maxime: & quod simpliciter eius, quod simpliciter. Vt quia magis viuentis magis sentire est proprium, & minus viuentis minus sentire erit proprium: & eius quod maxime, id quod maxime: & eius quod minime, id quod minime: & eius quod simpliciter, id quoque quod simpliciter.

Nunc transit ad loca, quæ sumuntur a magis & minus, & potest collocari locus hic quadragesimussextus, qui accipitur a magis & minus per comparationem vnius ad vnum, & primus quidem a magis est destructiuus & constructiuus, & accepit primo locum præceptiuum, qui communis est omnibus, & dicit. [Deinde ex magis & minus] subaudi considerandum est. & primum erit per comparationem vnius ad vnum. & assignat locum destructiuum, & dicit, [Primum quidem destruenti,] considerandum [si] proprium [quod magis est eius] subiecti [non erit proprium quod magis est. nam] si sic est idem proprium, [quod minus est, eius] scilicet suciecti, [quod minus] est non [erit proprium, neque] idem proprium [quod minime] est proprium, erit proprium [eius] subiecti, [quod minime est, neque] idem proprium [quod] est [maxime,] erit [eius]

A ſubiecti propriũ,[quod]eſt[maxime,neque]idem proprium[quod]eſt[ſimpliciter]erit[eius]ſubiecti propriũ,[quod]eſt[ſimpliciter.]Et aſſignat exemplum,& dicit,[vt quia magis colorari non eſt proprium magis corporis,neque minus colorari minus corporis proprium erit,neque colorari]erit proprium[corporis omnino]ac ſimpliciter. Vbi patet factam eſſe comparationem vnius ad vnũ.Deĩde tangit locum conſtructiuum, & dicit,[Cõſtruenti autem,ſi quod magis eſt]id eſt, ſi proprium quod eſt magis,[eius]ſubiecti[eſt proprium,quod eſt magis.nam] propriũ [quod eſt minus,[eiusſubiecti,[quod eſt minus,erit propriũ,&]propriũ[quod minime,]erit[eius]ſubiecti,[quod eſt minime,]proprium[& eius]ſubiecti[quod eſt maxime.]erit proprium[quod maxime,&]propriũ[quod]eſt[ſimpliciter eius]ſubiecti, [quod ſimpliciter.] Tunc dat exemplum, & dicit,[vt quia magis viuentis magis ſentire eſt proprium]& accepit viuens pro animali, ex opinione Platonis,qui plantas non viuere credidit[& minus viuentis minus ſentire erit proprium, & eius]ſcilicet viuentis, [quod maxime]eſt viuens,[id]ſcilicet ſentire,[quod maxime]eſt ſentire[& eius]ſcilicet viuentis, [quod minime]eſt viuens[id]ſcilicet ſentire[quod minime]eſt ſentire,[& eius]ſcilicet viuentis, quod[ſimpliciter] eſt viuens,[id quoque]ſcilicet ſentire,[quod ſimpliciter]eſt ſentire. Vbi patet primo tam locũ deſtructiuũ,

B quàm conſtructiuum eſſe ſumptos a magis. patet etiam ſecundo factam eſſe comparationem vnius ad vnum. ¶ Quod vero ad exemplum attinet, annotatione dignum Ariſtote. vſum eſſe exemplis communiter.In ſuſtantiis enim quæ non recipiunt magis & minus, tractauit hanc rationem. Non enim exempla ponuntur, vt ita ſint, ſed vt ſentiant qui diſcunt. Poteſt autem rectius exemplum poni (vt Alexander inquit)in voluptate & bono, nam ſi magis voluptas non eſt magis bonum, nec minus voluptas erit minus bonum,& de cæteris id genus ſuo ordine, & quidem deſtructiue, & conſtructiue,vt dictum eſt.

LOCVS QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.

69 Et ex eo autem quod ſimpliciter, ad eadem conſiderandum eſt. deſtruenti quidem, ſi quod ſimpliciter,eius quod ſimpliciter, non eſt proprium: neque enim eius quod magis eſt, eius quod magis: neque quod minus eius quod minus: neque quod minime, eius quod minime: neque quod maxime, eius quod maxime erit proprium. Vt quia non eſt hominis proprium ſtudioſum,neque magis hominis magis ſtudioſum erit proprium. Conſtruenti autem, ſi quod ſimpliciter eſt eius, quod ſimpliciter eſt proprium. Nam & hoc,quod magis eius, quod magis: & quod minus eius, quod minus: & quod minime eius, quod minime: & quod maxime eius, quod maxime erit proprium. Vt quia eſt ignis proprium ſurſum ferri ſecundum naturam,& magis ignis,erit proprium magis ſurſum ferri ſecundum naturam.Eodem autem modo conſiderandum eſt & ex aliis ad omnia huiuſmodi.

C

D Hic eſt locus quadrageſimusſeptimus,in quo docet terminare problema de proprio quaſi cõuertendo,ab eo quod eſt ſimpliciter ad ea quæ ſunt magis & minus. hoc facit(vt Alexan. inquit)vt oſtendat,ita ſe habere in comparatiuis,quemadmodum in ſimplicibus. Conuertit enim locum, vt demonſtraret comparatiua ſequi ad ſimplicia.Demonſtrauit enim primo ſimplicia ſequi ad comparatiua,at nunc demonſtrat comparatiua ſequi ad ſimplicia.Primo igitur ponit locum præceptiuum, & dicit,[Et ex eo aũt,quod ſimpliciter conſiderandum eſt]procedendo econuerſo[ad eadem,] quæ dicta ſunt ſuperius comparatiua. Deinde tangit locum deſtructiuum, & dicit,[deſtruenti quidem,ſi] proprium[quod] dicitur[ſimpliciter,eius] ſubiecti [non eſt proprium, quod] eſt[ſimpliciter:neque enim eius]tũc propriũ eſt [quod magis, eius]ſcilicet ſubiecti,[quod magis,] & ſic deinceps [neque quod minus,eius quod minus,neque quod maxime ,eius quod maxime : neque quod minime , eius quod minime erit proprium,vt quia non eſt hominis proprium ſtudioſum,neque magis hominis magis ſtudioſum erit proprium.]¶ Quod vero ad verba attinet,ſtudioſum,quod grçce eſt σπουδαῖον non pro virtuoſo(vt ita loquar)accipit,ſic enim proprium erit hominis , ſed pro diligenter operanti ἀπὸ τοῦ σπουδάζω, quod eſt aliquid diligenter facio.Hoc pacto ſtudioſum non eſt hominis propriũ, ineſt enim aliis compluribus . nam & apes , & formicæ , & bombices,& id genus ſtudioſæ dicuntur , quòd diligenter , & quadam prudentia quaſi mirabili munia ſua peragant. Accommodatius autem exemplum aſſignari poteſt in voluptate , & bono ,quod videlicet voluptas & bonum magis & maxime ſuſcipiant . Deinde tangit locum conſtructiuum, & dicit, [Conſtruenti autem,

ſi]proprium, [quod ſimpliciter eſt eius] videlicet ſubiecti [quod ſimpliciter eſt proprium, nam] ſic E erit conſequenter in cæteris comparatiuis ſcilicet [& hoc quod magis eius, quod magis, & quod min⁹ eius, qđ minus: & qđ minime eius qđ minime: & qđ maxime eius, qđ maxime erit ꝓpriū,] cuius exēplum aſſignat, & dicit, [vt quia eſt ignis proprium] ſubaudi ſimpliciter, [ſurſum ferri ſecundum naturam, & magis ignis erit magis proprium ſurſum ferri ſecundum naturam. eodem autem modo conſiderandum eſt & ex aliis ad omnia huiuſmodi.] hoc eſt, ſicut dico ex ſimpliciter ad magis, ſic intelligendum eſt ex ſimpliciter ad minus, & minime, & ad maxime. q. d. eodē autem modo conſiderandū eſt ex aliis ſcilicet exemplis ad omnia huiuſmodi comparatiua, quæ ſequuntur ad ipſum ſimpliciter. per quæ dedit intelligere comparatiua ſequi ad ſimpliciter. Sed occurres, quoniam aer magis & minus eſt grauis, non tamen eſt ſimpliciter grauis: & terra magis & minus eſt leuis, quæ non eſt ſimpliciter leuis. Dicendum locum Ariſtote. eſſe probabilem in illis, in quibus proprium & ſubiectum ſuſcipiunt magis & minus ſecundum veram rationem, qua aliqua dicuntur ſuſcipere magis & minus, modo terra & aer leue & graue, non propria ratione ſuſcipiunt magis & minus, ſed æquiuoca ratione. Nulla enim terra eſt magis terra altera terra, ſed bene purior vel minus pura, maior vel minor. Similiter nullus aer eſt magis aer altero aere, ſed bene purior, vel minus purus. eadem ratione nihil eſt magis vel minus graue, ſed bene maius vel minus graue. Quare potes dare exemplum in voluptate & F bono, quæ propria ratione ſuſcipiunt magis ac minus. In talibus enim comparatiua ſequuntur ad ſimplicia.

LOCVS QVADRAGESIMVSOCTAVVS.

70 Secundum autem, deſtruenti quidem, ſi quod magis eſt, non eſt eius quod magis eſt, propriū. neque enim quod minus eſt, eius quod minus, erit proprium. vt quoniam magis eſt proprium animalis ſentire, quàm hominis ſcire, non eſt autem animalis proprium ſentire, quare non erit hominis proprium ſcire. Conſtruenti autem, ſi quod minus eius, quod minus, eſt proprium. nam & quod magis, eius quod magis, G erit proprium, vt quia minus eſt hominis proprium, manſuetum natura quàm animalis viuere, eſt autē hominis proprium manſuetū natura, erit proprium animalis viuere.

Hic eſt locus quadrageſimusoctauus, qui accipitur a magis & minus. eſt enim ſecūdus locus in cōperatione ad ea loca, quæ ſumuntur, a magis, & minus. & eſt. 48 in cōparatione ad ea loca, quæ accipiūtur ī vniuerſo libr. 5. differt aūt hic locus 48 a loco 47. nā hic locus accipitur ꝑ cōparationē duorū ꝓpriorū ad duo ſubiecta: locus vero 47 accipitur ꝑ cōparationē vni⁹ ꝓprii ad vnū ſubiectū. Eſt igitur locus 48, ſi duo ꝓpria cōparētur ad duo ſubiecta ſecūdū magis & minus, ſi qđ magis videtur eſſe ꝓpriū alicuius ſubiecti, nō eſt eiuſdē ſubiecti, nec qđ minus videtur eſſe ꝓpriū alterius ſubiecti, erit ꝓpriū illius ſubiecti. vñ dicit, [Secūdū aūt,] ſubaudi cōſiderādū eſt, [deſtruēti quidē, ſi] ꝓpriū, [qđ magis eſt] propriū alicuius ſubiecti [nō eſt eius] ſubiecti [ꝓpriū, qđ magis eſt] id eſt, cuius magis eſt propriū, [neq; enī] propriū [qđ minus eſt, erit eius] ſubiecti [ꝓpriū, quod] id eſt cuius, eſt [minus] propriū. & aſſignat exēplū, & dicit, [vt quia magis eſt propriū aīalis ſentire, q̄ hoīs ſcire, nō eſt autem H aīalis propriū ſentire, quare nō erit hoīs propriū ſcire.] Ecce quomō locus fit ꝑ cōparationē duorum ꝓpriorū ad duo ſubiecta. cōparatur. n. ſētire ad aīal, & ſcire ad hoīem. Sed occurres, qm̄ Ariſt. poſtea aſſerit aīalis propriū eſſe ſentire: hic aūt dicit aīalis propriū non eſſe ſentire. Dicendū huiuſmodi exēpla nō pro veritate poſita eſſe, ſed ex hypotheſi, diſcēdi cauſa. Veritas tamē eſt ꝙ ſentire ſit animalis differentia, nō propriū. Deinde aſſignat locū conſtructiuū, & dicit, [Cōſtruēti aūt] ſubaudi cōſiderādū eſt, [ſi] propriū [qđ] alicuius ſubiecti eſt [minus eius] ſubiecti, [qđ eſt] id eſt cuius eſt [minus, eſt ꝓpriū, nā &] propriū [qđ magis eius] ſubiecti, [quod] id eſt cuius [eſt magis, erit propriū] & aſſignat exēplū, & dicit, [vt q̄a minus eſt propriū hoīs mā ſuetū natura, q̄ aīalis viuere, eſt aūt hominis ꝓpriū manſuetū natura, erit propriū animalis viuere.] ꝑ quæ patent duæ differentiæ huius loci ad locum 47, vt Alexā. annotauit. Prima, ꝙ in loco 47 cōparatio erat vnius ad vnū, hic aūt cōparatio eſt duorū propriorū ad duo ſubiecta. Secūda, ꝙ in loco 47 locus a magis, erat & deſtructiue, & conſtructiue Hic aūt locus a magis, deſtructiuus: a minus aūt, eſt cōſtructiuus. Quod vero ad exemplum attinet, ſcias exemplum huiuſmodi non eſſe verum, nec pro veritate, ſed addiſcendi cauſa poſitum, nō enim viuere eſt animalis proprium, niſi ſecundum opinionē Platonis.

LOCVS QVADRAGESIMVSNONVS.

71 Tertiū vero, deſtruenti quidem, ſi cuius magis eſt proprium, non

A non eſt . neque enim cuius eſt minus proprium , erit eius proprium.
Si autem illius eſt proprium,non erit huius proprium,vt quia colorari
magis ſuperficiei quàm corporis eſt proprium,non eſt autem ſuperfici-
ei proprium,non erit corporis proprium colorari.Si vero eſt ſuperficiei
proprium,non erit corporis proprium. Nam conſtruenti hic locus nõ
eſt vtilis,impoſſibile enim eſt idem plurium proprium eſſe.

Hic locus eſt quadrageſimusnonus in ordine ad numerum locorũ totius libri,eſt tamẽ tertius eo-
rum,qui ſumũtur a magis & minus.& hic locus cõparationẽ facit vnius ꝓprii ad duo ſubiecta, at pri
mus faciebat cõparationẽ vnius ad vnũ,& ſecũdus duorũ ad duo.Pręterea hic locus eſt tãtũ deſtructi
uus,quia ſi propriũ cuius magis videtur ꝓpriũ,nõ eſt ꝓpriũ,nec erit ꝓpriũ eius,cuius minus videtur
ꝓpriũ.Locus enim a magis deſtructiuus eſt,nõ aũt cõſtructiuus,vnde dicit,[tertiũ vero] cõſideran-
B dũ eſt,[deſtruenti quidẽ, ſi cuius]ſubiecti ꝓpriũ[magis eſt]id eſt magis videtur eſſe (accepit enim
ipſum eſt,pro videtur eſſe) [propriũ non eſt:neq; enim cuius eſt minus ꝓprium, erit eius propriũ.]
deinde oſtendit quomodo conſtructiue nõ eſt vtilis,& dicit,[ſi aũt illius,]cuius magis videtur eſſe ꝓ
priũ,[eſt propriũ,nõ erit huius,]cuius minus videtur eſſe propriũ,[propriũ.]Cuius exẽplũ aſſignat,&
dicit,[vt quia colorari magis ſuperficei q̃ corporis eſt propriũ,]id eſt videtur eſſe propriũ [nõ eſt aũt
ſuperficiei propriũ,]ideo[colorari nõ erit corporis propriũ.] tũc ꝑ exemplũ oſtendit non eſſe hunc
locũ vtilẽ conſtructiue,& dicit,[ſi vero eſt ſuperficiei propriũ]ſubaudi ipſum colorari[nõ erit corpo-
ris propriũ.]& aſſignat cauſam,& dicit[nã cõſtruenti hic locus non eſt vtilis,]cuius rationem affert,
& dicit,[impoſsibile enim eſt idem plurium proprium eſſe.]Verbum[nam]in græcis codicibus legi
tur δὲ,hoc eſt autem.verum Alexander legit in ſua ſcriptura nam,quod mihi magis placet,quia Ari-
ſto.hic videtur aſſignare cauſam eius quod dixerat.

LOCVS QVINQVAGESIMVS.

72 Quartum autem,deſtruenti quidem , ſi quod magis eſt,eius pro-
C prium,nõ eſt proprium,neq; profecto quod minus eſt eius proprium,
erit proprium . Vt quia magis proprium eſt animalis ſenſibile quàm
partibile,non eſt autem animalis ſenſibile proprium, quare non erit a-
nimalis partibile proprium . Conſtruenti autem,ſi quod minus eſt eius
proprium,eſt proprium.nã & quod magis eſt eius proprium, erit pro-
prium vt quia minus eſt animalis proprium ſentire quàm viuere,eſt au
tem animalis proprium ſentire,erit animalis proprium viuere.

Hic locus in ordine ad loca totius libri eſt . 54 .autem per comparationẽ ad locaquæ ſumuntur a
magis,& minimus. & accipitur a magis & minus per comparationem duorũ propriorũ ad vnũ ſub-
iectum,& deſtructiue,& cõſtructiue.deſtructiue quidem a magis,conſtructiue autem a minus, & di
D cit.[Quartũ aũt]conſiderandũ[deſtruẽti quidem, ſi quod magis eſt eius proprium , nõ eſt propriũ,
neque profecto quod minus eſt eius proprium ,erit propriũ,]ecce quo modo hic locus deſtructiuus
eſt a magis,cuius exemplũ affert,& dicit,[vt quia magis proprium eſt,]hoc eſt videtur [animalis ſen
ſibile q̃ partibile, non eſt autem animalis proprium ſenſibile ,quare non erit animalis proprium par-
tibile.]Sumpſit enim eſt,vt diximus,pro videtur,quaſi dicat,ſi aliquod propriumvidetur magis pro-
prium alicuius ſubiecti,& non eſt proprium,nec proprium erit,quod videtur illius minus proprium.
Deinde dat locum conſtructiuum,& quidem a minus,& dicit,[conſtruẽti autem, ſi quod minus eſt
eius proprium,eſt proprium.nam & quod magis eſt eius proprium,erit proprium,]cuius exemplum
affert,& dicit,[vt quia minus eſt proprium animalis ſentire q̃ viuere , eſt autem animalis proprium
ſentire,erit animalis proprium viuere,]ecce quomodo locus conſtructiuus eſt a minus, & vterque a
comparatiõe duorum propriorum ad vnum ſubiectum,Exemplum autem iſtud Platonicum eſt, vel
ex hypotheſi,vt ſentiant qui diſcunt.

LOCVS QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

73 Deinde ex his, quæ ſimiliter inſunt , primum quidem deſtruen-
ti,ſi quod ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium eius cuius ſimiliter

eſt proprium.neque enim quod ſimiliter eſt propriũ, erit propriũ eius, F
cuius ſimiliter eſt proprium,vt quia ſimiliter eſt proprium concupiſci-
bilis concupiſcere,& rationalis ratiocinari, non eſt autem proprium cõ
cupiſcibilis concupiſcere,nõ erit rationalis propriũ ratiocinari.Cõſtruẽ-
ti vero, ſi quod ſimiliter eſt propriũ , eius eſt propriũ,cuius eſt ſimiliter
propriũ. nã & quod ſimiliter eſt propriũ,erit eius propriũ,cuius ſimili-
ter eſt propriũ, vt quia ſimiliter eſt propriũ rationalis primũ prudẽs,&
concupiſcibilis proprium primum temperans:eſt autem rationalis pro
prium primum prudens,erit vtique concupiſcibilis proprium primum
temperans.

Cum aſſignaſſet loca ex iis,quæ inſunt ſecundum magis & minus, tranſit ad ea quæ inſunt ſimili
ter.& ſunt hæc loca tria,de quibus in problematibus de accidente mentionem fecit, quorum primus F
accipitur per comparationem duorum propriorum ad duo ſubiecta,& eſt conſtructiuus,& deſtructi
uus.In ordine vero ad loca totius libri,eſt quinquageſimusprimus,vnde dicit,[Deinde]ſubaudi cõſi-
derandum eſt[ex iis quæ ſimiliter inſunt,]poſtq̃ conſideratum eſt ex iis,quæ inſunt ſecundum magis
& minus,& ſunt,vt diximus,loca tria,& affert,primũ,& dicit,[primũ quidẽ deſtruenti] ſubaudi con-
ſiderandũ eſt,[ſi quod ſimiliter eſt proprium,non eſt proprium eius,cuius ſimiliter eſt proprium.ne-
que enim quod ſimiliter eſt proprium,erit propriũ eius , cuius ſimiliter eſt proprium.] eſt igitur locus
per comparationem duorum propriorum ad duo ſubiecta,hoc pacto,ſi duo propria ſimiliter compa
rentur ad duo ſubiecta , ſi vnum eorum non eſt proprium vnius ſubiecti , nec reliquum reliqui pro-
prium erit,& affert exemplum,& dicit,[vt quia ſimiliter eſt proprium concupiſcibilis]ſcilicet poten-
tiæ[concupiſcere,& rationalis]ſcilicet potẽtiæ]ratiocinari,non eſt autẽ propriũ concupiſcibilis]po-
tentiæ[cõcupiſcere]ergo[non erit proprium rationalis]potentiæ[ratiocinari.]Quid vero ſit poten- G
tia concupiſcibilis, & quid rationalis , in libris de anima requiratur . Nunc vero illud ſcias, in exem-
plis nullã eſſe vim faciendam,non enim Ariſto.exempla aſſignat vt ita ſint,ſed ſi ita ſint ex hypothe
ſi,vt ſentiant qui diſcunt, vt ex libris priorum ſatis patet. Deinde affert locum cõſtructiuum,& dicit,
[conſtruenti vero,ſi quod ſimiliter eſt proprium,eius eſt proprium,cuius ſimiliter eſt proprium.nam
& quod ſimiliter eſt proprium,erit eius proprium,cuius ſimiliter eſt proprium,]eſt igitur locus con-
ſtructiuus etiam per comparationem duorum propriorũ ad duo ſubiecta , hoc pacto, ſi duo propria
duobus ſubiectis ſimiliter comparentur,ſi vnum eſt proprium vnius,reliquum reliqui proprium erit.
& aſſignat exemplum,& dicit,[vt quia ſimiliter eſt proprium rationalis eſſe prudens,]imo eſſe pru-
dens eſt primum proprium potentiæ rationalis,[& concupiſcibilis]potentiæ[primum proprium eſt
eſſe temperans]id eſt temperantia,quæ eſt moderatrix omnium cõcupiſcentiarũ[eſt autem]poten-
tiæ[rationalis primũ propriũ] eſſe[prudens, erit igitur] potentiæ [concupiſcibilis primum propriũ]
eſſe[tẽperans.]& dixit[primũ proprium]accipiens primum pro principali,quoniam rationalis po-
tentiæ multa quaſi propria aſſignantur,& potentiæ concupiſcibili etiam. verum primum & princi-
pale proprium rationalis potentiæ eſt prudentia,& potentię concupiſcibilis,temperantia.vnde vt vi-
ſus ipſius plura quaſi propria aſſignantur,vt viſio albi,viſio nigri,& id genus,primum tamen & prin H
cipale proprium erit bona viſio. Sic potentiæ rationalis primum & principale proprium eſt,bene re
gere,quod eſt eſſe prudens: & potentiæ concupiſcibilis bene concupiſcere,quod eſt eſſe temperans.

LOCVS QVINQVAGESIMVSSECVNDVS.

74 Secundum autem,deſtruẽti quidem,ſi quod ſimiliter eſt propriũ
nõ eſt proprium eius,nam neque quod ſimiliter eſt proprium,erit pro-
priũ eius. Vt quia ſimiliter eſt proprium hominis videre & audire,non
eſt autẽ hominis propriũ videre, non vtique erit hominis propriũ audi
re.Conſtruenti vero ſi quod ſimiliter eſt eius proprium,eſt propriũ. nã
& quod ſimiliter eſt eius propriũ,erit propriũ. vt quia ſimiliter eſt pro-
priũ animæ aliqua pars eius eſſe cõcupiſcibile,& ratiõale primo. eſt au
tem propriũ animæ,aliqua pars eius eſſe concupiſcibile primò, erit vti-
que proprium animæ,aliqua pars eius eſſe rationale primo.

A Hic eſt locus ſecundus eorum qui accipiuntur à ſimili,& 52. in ordine ad loca totius libri,qui accipitur per comparationem duorum propriorum ad vnũ ſubiectum, & eſt deſtructiuus, & conſtructiuus,& primo affert locum deſtructiuum,& dicit,[Secundũ autẽ]ſubaudi eorũ quæ ſumuntur à ſimili,cõſiderandum eſt & deſtruenti & cõſtruenti, [deſtruenti quidẽ,ſi quod ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium eius. nam neque quod ſimiliter eſt propriũ,erit proprium eius,] eſt igitur locus per comparationẽ duorũ propriorũ ad vnũ ſubiectũ hoc pacto, ſi duo propria ſimiliter comparantur ad vnum ſubiectum,ſi alterũ alterius nõ erit proprium, nec reliquum reliqui erit proprium. & affert exemplum,& dicit,[vt quia ſimiliter eſt propriũ hominis videre & audire,] hoc eſt,quia videre & audire ſimiliter inſunt homini, [non eſt autẽ hominis propriũ videre, non vtiq; erit hominis proprium audire.]& tu intelligas exemplum ex hypotheſi,vt ſentiant qui diſcunt. Deinde aſsignat locum conſtructiuum,& dicit,[cõſtruenti vero,]conſiderandũ eſt,[ſi quod ſimiliter eſt eius proprium,eſt proprium.nam & quod ſimiliter eſt eius propriũ,erit propriũ]eſt igitur locus, ſi duo propria ſimiliter inſunt alicui ſubiecto,ſi alterum eorũ eſt illius ſubiecti propriũ,& alterũ erit.nec abſurdum videtur hoc, poſſunt enim plura eiuſdẽ ſubiecti propria eſſe, fortaſſe non æque primo, & affert exemplũ (vt Alexander inquit)obſcurũ,& dicit,[vt quia ſimiliter eſt proprium animæ aliqua pars eius]videlicet[eſſe
B concupiſcibile,]eſt enim concupiſcibile aliqua pars animæ,hoc eſt,aliqua potentia animæ,[& rationale primo]rationale enim & concupiſcibile ſimiliter inſunt animæ,tanquam duæ primæ potentiæ, ſunt enim duæ potentiæ animæ,quæ ſimiliter primo animæ hominis inſunt. [eſt autẽ proprium animæ aliqua pars eius]videlicet[eſſe concupiſcibile primo.]concupiſcibilis enim potentia ineſt primo animæ,[erit vtique propriũ animæ aliqua pars eius eſſe]videlicet[rationale primo.]ſunt enim rationale & concupiſcibile duæ potentiæ animæ humanæ,quæ ſimiliter primo ei inſunt.Quare ſi ſimiliter primo ei inſunt,ſi altera vtique erit animæ proprium,& altera etiam:rationale autem & concupiſcibile ſunt duæ potentiæ animæ,quæ primò ei ſimiliter inſunt,quia (vt Alexander inquit) iraſcibile, & manſueſcibile,vt ita dixerim,inſunt animæ humanæ,vt duæ potentiæ,nõ tamen primo,quoniam ſunt membra ipſius concupiſcibilis: ſubdiuiditur enim concupiſcibile in iraſcibile,& mãſueſcibile, vt ita loquar,quare potentię, quæ primo animæ humanæ inſunt ſimiliter, ſunt rationale & concupiſcibile.Inſuper rationale ſubdiuiditur etiam in eſſe prudẽs,& in eſſe cõtinens.ideo prudens & continens non primo inſunt animæ.Quare rationale & concupiſcibile,id eſt appetitiuum,ſunt potẽtiæ quæ ſimiliter primo animæ inſunt. Et licet ſimiliter primo,ordine diuiſionis,non tamẽ ſimiliter primò,ordine naturæ, quoniam duo propria,vt diximus,non poſſunt æque primo ineſſe ſubiecto ſecundũ or-
C dinem naturæ,ſed bene ſecundum ordinem diuiſionis,& æquationis.❡Quæ vero Albertus blacterizat,non ſapiunt ſeriem Græcam,vt conſideranti verba Græca patet.

LOCVS QVINQVAGESIMVSTERTIVS.

75 Tertium vero, deſtruenti quidem, ſi cuius ſimiliter eſt proprium, non eſt proprium:neq; enim cuius ſimiliter eſt proprium,erit propriũ. Si autem illius eſt proprium, non erit alterius proprium . Vt quia vrere ſimiliter eſt proprium flammæ & carbonis,non eſt autem flammę proprium vrere, non erit vtique carbonis proprium vrere. Si autẽ eſt flammæ proprium, nõ erit carbonis proprium vrere. Conſtruenti enim hic locus non eſt vtilis.

Hic eſt locus 3.eorum,qui accipiuntur à ſimili:53.vero eorum,quæ in libro annotantur. Sumitur
D autem per comparationem vnius proprii ad duo ſubiecta,& deſtructiue quidem,nõ autem conſtructiue,& dicit,[Tertium vero]conſiderandum ex ſimilibus, [deſtruenti quidem, ſi cuius ſimiliter eſt proprium,non eſt proprium,neque enim cuius ſimiliter eſt proprium,erit proprium.]Tunc oſtendit non eſſe vtilem ad conſtruendum,& dicit, [ſi autem illius eſt proprium,non erit alterius proprium] non enim eſſe poteſt idem proprium plurium ſubiectorum, ſed bene plura propria eiuſdem ſubiecti, cuius exemplum affert & dicit,[vt quia vrere ſimiliter eſt proprium flammæ & carbonis,non eſt autem flammæ proprium vrere,non erit vtique carbonis proprium vrere,]& quia non eſt vtilis ad cõſtruendũ,ideo ſubſcribit, [ſi autẽ eſt flammæ proprium,nõ erit carbonis proprium vrere.] cuius cauſam aſsignat,& dicit, [conſtruenti enim hic locus non eſt vtilis.] quia nõ poteſt idem proprium eſſe ſubiectorũ differentium ſpecie,plura tamẽ propria eiuſdẽ ſubiecti eſſe poſſunt.❡Sed occurres,ſi loca quæ à magis & minus inſunt,ſunt quatuor,primus,qui ſumitur per cõparationem vnius & eiuſdẽ ad ſeipſum,ſecundus vero qui accipitur per cõparationem duorum ad duo, tertius autem qui eſt per cõparationem duorũ ad vnum,& quartus qui eſt per cõparationem vnius ad duo,cur loca à ſimili non ſunt quatuor?cauſam aſsignat Alexander & quidẽ veram,quia comparatio ſecũdum magis & minus fieri poteſt,non ſolum plurium ad inuicem,ſed eiuſdem ad ſe,at cõparatio ſecũdũ ſimilitudinẽ,non

potest fieri, nisi in pluribus. & ideo primus locus qui est per comparationem eiusdē ad se, in iis quæ à similibus enumerantur, non habetur. E

76 Differt autem quod est ex iis quæ similiter se habent, ab eo quod ex iis est quæ similiter insunt, quoniam illud quidem secundum proportionem sumitur, non in eo quod inest alicui comparatum. Hoc autem ex eo quod inest, alicui comparatur.

Superius tradidit loca ex iis quæ similiter se habēt, hic vero loca ex iis quæ similiter insunt, & quia aliquis posset dicere hæc esse eadē illis · ideo assignat differentiam inter hæc & illa, & vult in locis quę sumuntur ab iis quæ similiter se habent, esse comparationem habitudinum: in locis vero quę sumuntur à similibus, esse comparationem inhærentiarum, & dicit, [Differt autem quod est ex iis, quę similiter se habent, ab eo quod est ex iis quæ similiter insunt, quoniam illud quidem secundum proportionē] & analogiam [sumitur subaudi [habitudinum] non in eo quod inest alicui cōparatum] hoc est, & non per comparationem inhærētiarum. [Hoc autem ex eo, quod inest alicui, cōparatur] id est per comparationem inhærentiarum. proportio enim & analogia, vt hic sumitur, est vnio aliquorū in habitudine, vt sicuti nauta ad nauem, sic rector ad ciuitatem. At similitudo est vnio aliquorum in re aliqua, vt in aliquo accidente & hac ratione alba similia dicuntur, quia vniuntur in albedine quę est res aliqua. verum de definitione proportionis, satis quinto Euclidis dictū est, quam Boetius in suis Topicis etiam exposuit. F

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVARTVS.

77 Deinde destruenti quidem, si potentia proprium assignans, & ad ens assignauit proprium potentia, cum nō contingat ei potentia inesse, cum ens non est. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium. Vt quia qui dixit aeris proprium respirabile, potentia quidē assignauit proprium (nam tale proprium, vt respirari possit, respirabile est) assignauit autem & ad ens proprium. nam & cum nō est animal, quod G natum est aerem spirare, contingit aerem esse, non tamen cum non est animal, possibile est spirare, quare neque aeris erit proprium huiusmodi possibile respirari tunc, quia animal non erit, quod tale est vt respirare possit. Non ergo erit aeris proprium respirabile. Cōstruenti autem, si potentia assignans proprium, tam ad ens quàm ad non ens proprium assignauit, cū contingat potentia inesse eo nō ente. erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quia qui assignauit proprium entis possibile pati, aut facere, potentia assignans proprium, ad ens assignauit proprium. nam cū ens est, & possibile pati quid aut facere erit. quare proprium erit entis possibile pati quid aut facere.

Hic est locus 54. qui sumitur à dependentia, qua proprium potentia dependet à certo definitoq; H ente, & est destructiuus & constructiuus. destructiuus quidem talis, si est aliquod proprium potētia, cuius potentia dependet à certo determinatoq; ente, non erit illius proprium cuius est assignatū. verbi causa, respirabile, si assignetur proprium aeris, cum potentia, qua aer est aptus respirari, inesse non possit aeri, nisi animal sit respirans, ideo respirabile nō est proprium aeris. vnde dicit, [Deinde] subaudi, cum assignatur proprium potētia, considerandum est si potentia dependet ab aliquo certo determinatoq; ente, [destruenti quidē,] cōsiderandum [si potentia proprium assignans, & ad ens assignauit proprium potentia,] est proprium potētia scientię susceptiuum, risibile, & id genus. Est autem proprium potentia duplex, alterum cuius potētia dependet ab altero certo ente, vt inflāmabile, quod inest oleo: sed non potest oleo inesse, nisi sit ignis inflammans: alterum absolutū, cuius potentia non dependet ab altero, vt risibile, & scientiæ susceptiuum: possunt enim inesse homini, nullo alio existēte, à quo dependent. Primum proprium dicitur potentia proprium assignatum ad ens, id est per dependentiam ab aliquo certo ente. secundū vero dicitur proprium absolutum, quod potest inesse alicui, siue ens sit, siue non sit, à quo dependet. Tunc dicit, [cū non contingat] tale proprium [potentia ei inesse,] cuius assignatur proprium, [cum ens non est] à quo potentia illius proprii dependet, cū in quam

A ita sit,[non enim erit proprium quod positum est esse proprium.]nam cum proprium sit inseparabile ab eo cuius est proprium,continget proprium non inesse ei, cui asignatur.corrupto enim eo,à quo potentia dependet,proprium destruetur, & sic subiecto remanente, proprium non erit,non ergo erit proprium quod asignatum est proprium,affert exemplum,& dicit,[vt quia qui dixit aeris proprium respirabile,potentia quidem asignauit proprium.nam tale proprium]aeri asignatũ[vt respirari posit,respirabile est,]quare est proprium potentia, [asignauit autem & ad ens] certũ & determinatum [proprium.]quia per dependentiam ad animal respirans.[nam & cum non est animal, quod spirare natum est aerem,cõtingit aerẽ esse:non tamen cum non est animal, posibile est spirare.quare neque aeris erit proprium huiusmodi posibile respirari tunc,quia animal non erit, quod tale est vt respirare posit.nõ ergo erit aeris proprium,respirabile.]Ex quibus patet scripturam in qua dicitur,[& ad non ens asignauit,] esse corruptam. tale enim proprium potentia est, cuius potentia dependet ad ens: vt respirabile ad animal spirans,non enim potest aeri inesse,animali corrupto.Quare in omnibus codicibus in quibus reperitur scriptura negatiua,videlicet ad nõ ens, fragmẽtata est. quare locus est,si aliquod propriũ potentia asignatum inest alicui, potentia dependente ad aliquod ens,non erit bene asignatum.Continget enim potentia illa non inesse,eo corrupto,à quo ipsa dependet,& sic proprium
B erit separabile.deinde asignat locum cõstructiuum,& dicit,[Construenti autem]considerandũ subaudi,[si potentia proprium asignans,tam ad ens quàm ad nõ ens asignauit proprium,]hoc est non per dependentiam ad determinatum ens, sed per quandam indifferentiam dependentiæ tam ad ens quàm ad non ens. [enim]nam sic asignando [erit proprium,quod positum est non esse proprium,] cuius rationem asignat,& dicit,[cum contingat potentia inesse]ei subaudi,cui asignatur,[eo] videlicet[non ente]ad quod asignatur. & quoniam potentia semper inest ei, cui propriũ asignatum est, cui non insit per dependentiam,ideo tale proprium erit proprium, quia inseparabiliter inest. & quoniam dixit tale proprium esse bene asignatum,quia & ad ens, & ad non ens asignatur indifferenter, affert exemplũ,quando tale proprium potẽtia asignatur ad ens, & dicit, [vt quia qui asignauit proprium entis posibile pati,aut facere,potentia asignãs proprium,ad ens asignauit proprium]subaudi & ad non ens,& ponit exemplum quando ad ens,& dicit, [nam cũ est ens,& posibile pati quid, aut facere erit,] non enim potest esse ens, quin sit posibile pati aut agere. [quare proprium erit entis posibile pati quid,aut facere.]tacuit exemplum quãdo ad non ens. sed Alexander exponit de materia quæ est non ens actu,& tamen potest facere vel pati, quia potest pati omnes formas,quę nõ sunt, & posunt esse. Qui igitur asignat proprium potentia,& non per dependentiam ad ens determina-
C tum,bene asignauit.

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVINTVS.

78 Deinde destruenti quidem, si per superabundantiam posuit proprium.non enim erit proprium,quod positum est esse proprium. Accidit enim sic asignantibus proprium,non de quo orationem, & nomen verificari.nam corrupta re,nihil minus erit oratio.eorũ enim quæ sunt, alicui maxime inest, vt si quis asignet ignis propriũ corpus leuisimũ. corrupto enim igne,erit aliquod corporum,quod leuisimũ erit.Quare non erit ignis proprium corpus leuisimum.Construenti autem,si non per superabundantiam posuit proprium. erit enim secundum hoc bene
D positum proprium. vt quia qui posuit hominis proprium animal mansuetum natura, non per superabundantiam asignauit propriũ, erit vtique secundum hoc bene positum proprium.

Hic est locus 55.qui accipitur ab excessu superlatiuo(quia ὑπερβολὴ grece,latine superabundãtia,siue excessus superlatiuus dicitur) qui talis est, si proprium alicui asignatur per superbũdantiam, hoc est per excessum superlatiuũ,tale asignatũ propriũ nõ erit propriũ. Subiecto enim cui asignatur,non existẽte, potest remanere propriũ,& dicit,[Deinde destruenti quidem,]subaudi cõsiderandum est ad excessum superlatiuum,[si per superabundãtiam posuit propriũ.non enim]sic asignando[erit proprium, quod positũ est esse proprium.] cuius causam exponit,& dicit, [accidit enim eis, qui sic asignant proprium,nonverificari & nomen]scilicet subiecti,[de quo]accidit verificari[orationem]id est propriũ.intelligit enim per orationẽ,ipsum proprium: & per nomẽ, ipsum subiectum, cui asignatur.[nam corrupta re]hoc est subiecto, cui asignatũ est propriũ, [nihil minus erit oratio] scilicet proprium,quod asignatur.[eorũ enim quæ sunt]hoc est,quæ remanẽt eo subiecto corrupto, cui asignatũ est, [alicui maxime] hoc est,per superabũdantiã[inest,]& sic subiecto corrupto,rema-

nebit proprium,non ergo erit proprium, cum sit conuertibile,& inseparabile à suo subiecto. & affert exemplum,& dicit,[vt siquis asignet ignis propriũ,corpus leuissimum,] subaudi nõ bene asignauit, [corrupto enim igne,erit aliquod corporũ,quod leuissimũ erit]videlicet aer.Inter corpora enim quæ remanent,aer erit leuissimus.[quare non erit propriũ ignis corpus leuissimũ.]& dicitur aer remanere leuissimus igne ipso corrupto,non quidẽ vt remaneat simpliciter leuis,non enim potest remanere leuissimus simpliciter, sed solũ ad aquam,& ad terram. Sed remanet leuissimus secũdum comparationem,quatenus remanet leuis,quo nihil est leuius.deinde tangit locũ construćtiuũ,& dicit,[cõstruenti autem [considerandũ] si non per superabundantiam posuit proprium,erit enim secundũ hoc]hoc est quo ad hãc conditionẽ[bene positũ propriũ.] Vtrum vero erit simpliciter propriũ quo ad omnes cõditiones,ex iis quæ superius diximus,perspicuum est.& affert exemplum,& dicit, [vt quia qui posuit hominis proprium,animal mansuetum natura,non superabundantiam asignauit, proprium erit vtique secundum hoc,] & quantum spectat ad hanc cõditionem[bene positũ proprium.] Hæc sunt, quæ de locis proprii docuit Aristoteles.nam per hæc problema de proprio facile terminari potest.

¶Finis quinti libri.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEXTVS, CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS COMMENTARIIS.

EIus autem negotii,quod est circa terminos,partes sunt quinque.

CVM asignasset,ac docuisset terminare problemata quæ quærunt de accidẽte,& de genere, & de proprio, nunc docet terminare problema, quod est de definitione: & primo pręmittit procemium,in quo tria facit.primo enumerat modos,quibus interimitur definitio.Secũdo,eligit de illis modis eos,quos vult prosequi.Tertio,asignat modum procedẽdi. De prima parte,dicit, [Eius autem negotii,quod est circa terminos] hoc est,circa definitiones subaudi interimendas, [partes sunt quinque.] & per partes conditiones intelligit,quibus interimitur definitio, eis intentis.nec intelligit hic per conditiones,quibus interemptis definitio interimitur,omnes quibus definitio interimi potest,quoniam longe plures quàm quinque sunt.Sed intelligit partes atque conditiones præcipuas,quibus (vt Alexander inquit)argumentari possumus quòd asignata definitio non sit definitio aut non bene asignata.

2 Aut quia non est verum dicere de quo nomẽ,& orationem. Oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari.

Enumerat nunc partes illas quinque, quibus definitio asignata de aliquo,interimitur. & quia dixit eas esse quinque, nũc enumerat primã,& dicit,interimitur definitio de aliquo asignata [aut quia non est verum dicere]subaudi[& orationẽ,de quo]verũ est dicere prædicari[nomen,]quando enim oratio, id est definitio non prædicatur de quolibet contento sub specie, quæ intelligitur per nomen, tunc est prima pars,qua interimitur definitio,cuius causam asignat,& dicit,[Oportet enim hominis definitionem de omni homine verificari.] & (vt Alexander inquit) tunc definitio nõ prædicatur de quolibet cõtento sub definito,cũ nõ penitus naturã definiti significat.Sed aliud quoddã,si enim animal rationale mortale definitio hominis est,debet & de omni homine prædicari. & intẽdit per id, de quo nomen prædicatur, id omne quod per nomen significatur, & per orationẽ intẽdit asignatã definitionem,quæ oratio quædã est.Hoc est igitur primũ,quo interimitur definitio asignata.

3 Aut quia cum sit genus,non posuit in genere, vel nõ in proprio genere posuit.Oportet enim eum,qui definit,in genere ponentẽ differentias adiũgere.nam maxime eorum quæ sunt in definitione,genus videtur definiti substantiam significare.

Nunc asignat secundam partẽ earũ,quibus definitio interimitur, & dicit, [aut quia cũ sit genus] rei quæ definitur,speciem,quam definit,[non posuit in genere.]hoc est non accepit genus in definitione,sub quo ponitur species,quæ definitur, & dixit,] aut quia cum sit genus,] quoniam non omne quod definitur,ponitur in genere.deus enim definitur ab Aristotele 12.lib. Metaphy. nõ tamẽ in eius definitione acceptũ est genus,cũ deus sit extra genus.propterea addit,cũ sit genus. nam cũ est genus,

A ſub quo ponitur ſpecies q̃ definitur,& in definitione nõ ponitur tale gen⁹, interimitur definitio.[vel] ſi poſuit ſpeciem in genere,& [non in proprio genere poſuit] ſed vel in remoto,vel in analogo,etiam definitio interimitur.non enim acceptum eſt proprium genus,ſed vel remotum,vel analogũ,& propterea addit,[oportet enim eum qui definit, in genere ponentẽ] ſpeciẽ ipſam quam definit, [adiungere differentias.]quibus genus fiat proprium atque accommodatum ſpeciei, alioquin definitio non eſſet aſsignata per propria,ſed per quædam cõmunia.❡Quod vero in definitione debeat accipi genus,cũ videlicet res quæ definitur ſit in genere, Ariſtoteles probat, & dicit, [nam maxime eorũ quæ ſunt in definitione,genus videtur definiti ſubſtãtiam]atque eſſentiam[ſignificare.]ergo cum ſpecies, quæ definitur,habuerit genus,oportebit in eius definitione accipi genus, alioquin prætermittetur id, quod videtur ſpeciei maxime ſubſtantiam ſignificare.Iuniores nõnulli dixerunt,ideo genus maxime videri ſignificare ſubſtantiam,quia indicat ſubſtantiam definiti,quę eſt materia: differentia autẽ,ſubſtantiam definiti, quæ eſt forma. ſed friuolũ eſt hoc . nam forma eſt potior ſubſtantia quàm materia. propterea,vt ex his colligitur quæ Alexander dicit, ideo genus videtur maxime ſubſtãtiam ſpeciei ſignificare, quia ſecundũ rem & modũ ſignificat eſſentiam rei. ſecundum rem quidem, quoniam eſt ſignificans partem eſſentiæ: ſecundũ modũ autẽ, quia prædicatur in eo quod quid eſt. at differẽtia licet ſecundum rem ſubſtantiam ſpeciei ſignificet,tamen prædicatur per modũ qualitatis, cum prędicetur in quale . ergo genus maxime videtur ſubſtãtiam rei definitæ ſignificare. Præterea(vt Alexander inquit)primum genus,ideo ſubſtãtiam monſtrat,quia diuidit genus ab omnibus eis,quæ ſunt alterius generis . eſt enim principium definitionis terminus . Differentiæ autem ſunt ſimiles extraneis, quæ ſunt à latere,quæ conſanguinea ſunt,verum impoſsibile eſt ſpeciẽ,quæ definitur,diuidere à conſanguineis,quæ extra naturã definiti ſunt, niſi prius diuidatur à diſsimilaribus, quæ extra genus ſunt, quod genus operatur.quare genus ſubſtantiam dicit.

B

4 Aut quia nõ propria eſt definitio,oportet enim definitionẽ(quemadmodum & prius dictum eſt)propriam eſſe.

Hæc eſt tertia pars earũ,quibus interimitur definitio,vnde dicit,[Aut quia] aſsignata definitio de ſpecie[non eſt propria,]hoc eſt,cõuertibilis cum ſpecie. ſicuti ſi aliquis definiens hominem, diceret hominem eſſe animal pedeſter bipes.hæc enim definitio non eſt propria hominis,quoniam nõ conuertitur, [oportet enim definitionẽ,quemadmodũ & prius]ſcilicet libro quinto [dictũ eſt, propriam eſſe,]hoc eſt conuertibilem cum re definita,quemadmodum & ipſum proprium.

C

5 Aut ſi omnia quæ dicta ſunt,faciens, non determinauit neque dixit quod quid erat eſſe ipſi definito.

Hic eſt quartus modus vel quarta pars earũ,quib⁹definitio aſsignata interimitur,vnde dicit,[Aut ſi omnia quæ dicta ſunt faciens,non determinauit,neque dixit,quod quid erat eſſe ipſi definito.] Interimitur enim definitio,& ſi de quolibet prædicetur de quo definitũ: & ſi genus propriũ & differentias addens,& conuertibilem cum definito aſsignans,non dixit quod quid erat eſſe, id eſt nõ proprie aſsignauit definitionem,ſed deſcriptionem.Qui enim definiens hominem dixit hominẽ eſſe animal recte ambulans,habens vngues latos,caluum,ventroſum, omnia quidẽ obſeruauit quæ diximus,non tamen definitionem fecit,ſed deſcriptionem,accipiẽs accidentia, iccirco non manifeſtauit naturam definiti,nec quod quid erat eſſe illius.

6 Reliquum autem præter ea quæ dicta ſunt , ſi definiuit quidem, ſed tamen non bene definiuit.

D Nunc ponit quintam partem earum, quibus interimitur definitio,& dicit, [Reliquum autẽ præter ea quę dicta ſunt]id eſt quintus modus interimendi pręter hos quos diximus,eſt.[ſi definiuit quidem,] hoc eſt ſi determinauit quod quid erat eſſe ipſi definito, [ſed tamen non bene definiuit,] hoc eſt, ſed tamen non bene determinauit ipſum quod quid erat eſſe rei quæ definitur . nam ſi non bene ipſum quod quid erat eſſe determinauit,interimitur definitio.Dicitur autem quod quid erat eſſe non bene determinatum(vt poſterius dicet)quando definitio cõpetit omni contento ſub definito, & datur per proprium genus,& non per genus remotũ,& eſt propria rei quæ definitur,& dicit quod quid erat eſſe definito, verumtamen non datur per genus & differentias manifeſtiores definito. Sũt enim nonnullæ definitiones quæ quatuor primas partes habent, ſed quoniam generant obſcurum, atque confuſum intellectum eius rei quæ definitur, dicuntur non bene aſsignatę, dicuntur etiam non bene aſsignatæ definitiones alio modo(vt poſterius dicet) ſed nunc ſatis.Alexander vero aſſerit tunc definitionem non eſſe bene aſsignatam,ſi non fuerit peculiaris rei.& ſi per peculiarẽ intelligit propriam, tunc hęc quinta pars coincidet cum tertia parte.Sinautem per peculiarem,intelligit claram & manifeſtam,ſic erit quintus modus interimendi.Interimitur enim definitio,ſi non fuerit peculiaris rei,hoc eſt ſi nõ fuerit manifeſta de re. verum de his poſtea. & per has quinque partes, non partes integrales

definitionis intelligit, sed modos, vel loca, quibus aſsignata definitio interimitur, vt per seriẽ verborum perſpicuum eſt. ¶Dubitaret forte quiſpiã, quia primus modus videtur coincidere cũ tertio. eſt enim primus modus interimendi, cum aſsignata definitio non competit cuilibet cõtento ſub definito. Hoc autem dicere eſt, quòd non conuertitur cum definito. at hic fuit tertius modus interimendi. diximus enim tertio modo interimi aſsignatã definitionem, cum nõ fuerit propria definitio: & per propriam omnes intellexerunt cõuertibilem, & ſic tertius modus cũ primo coincidere videtur. ¶Fortaſſe primus & tertius modus non differunt quo ad rem ipſam, ſed quo ad formã interimendi. nam alia verborum forma traditur primus, & alia tertius interimendi modus. Quo vero ad rem ipſam, vnus eſt modus interimendi, eo quia per vtroſque aſsignata definitio interimitur, quia non conuertitur cũ definito. aut melius dici poteſt, tertium modum differre à primo, quia primus eſt ex eo quia definitum ſe habet in plus, quàm aſsignata definitio, quoniam competit aliquibus, quibus non competit definitio. tertius vero ex eo, quia definitio ipſa ſe habet in plus quàm definitũ, quoniam competit definitio ipſa aliquibus, quibus non competit definitum. & ſic differunt tales duo interimendi modi. E

7 Si igitur non verificatur de quo nomen, & oratio, ex iis quæ dicta ſunt in accidente locis, cõſiderandum. nam & illic vtrum verũ vel non verum, omnis conſideratio fit. Quando enim quoniã ineſt accidens diſputamus, quoniam verum eſt dicimus. Quando autem quoniam non ineſt, quoniam non verum. Sin vero nõ in proprio genere poſuit, aut ſi non propria eſt aſsignata oratio, ex iis quæ ſunt ad genus & proprium, dictis locis perſpiciendũ. Reliquum vero ſi non definiuit, aut ſi nõ bene definiuit, aliquo modo aggrediendum dicere. F

Cum enumeraſſet quinque partes, ſiue quinque modos interimendi definitiones, id eſt quinque peccata, quibus error committitur circa definitiones, nunc aggreditur ſecundam partem procœmii, in quo declarat quæ eorũ ſunt relinquenda tanquam declarata, & quæ pertractanda, & vult tria prima peccata ex locis, quæ de accidente, & de genere, & de proprio, eſſe exquirenda. vltima vero duo indigere locis propriis, quæ in præſenti libro ſexto pertractabit, vnde dicit, [Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio,] quod fuit primum peccatũ, id eſt ſi nullo modo inerit rei definitæ aſsignata definitio, [ex iis locis conſiderandũ quæ dicta ſunt in accidente,] nam per verificari definitionem de eo de quo verum eſt dicere definitum, intelligimus definitionẽ ineſſe rei quæ definitur. & hoc exponit, & dicit, [nam & illic] id eſt lib. 2. in quo egit loca de accidente [vtrum verum vel non verum, omnis conſideratio fit.] Quod iterum declarat, & dicit, [quando enim quoniam ineſt accidens, diſputamus, quoniam] accidens ineſſe ſubiecto [verum eſt, dicimus: quando autem quoniam nõ ineſt] diſputamus, dicimus [quoniam non verũ] eſt accidẽs ineſſe ſubiecto. ergo idem eſt verificari definitionem de quo verificatur nomen, & definitionem ineſſe rei quæ definitur. Similiter idem eſt definitionem non verificari de quo nomen verificatur, & definitionẽ non ineſſe rei, quæ definitur. Quare omnia loca quæ valent ad ineſſe, valent ad primũ eorum quæ dicta ſunt. igitur pro prima parte non oportet ponere loca propria, quoniam ſatis explicata ſunt 2. lib. vbi expoſita ſunt loca quibus declaratur aliquid ineſſe, vel non ineſſe alicui. Deinde declarat, quòd nec pro ſecunda nec pro tertia parte oportet ponere loca propria, quoniam ſufficiunt ea loca, quæ fuerũt tradita tertio libro de genere. & dicit, [Sin vero non in proprio genere poſuit] id eſt, ſin vero in definitione non ſit acceptũ proprium genus rei definitæ, [aut ſi non propria] id eſt, non conuertibilis [eſt aſsignata oratio] hoc eſt definitio, [ex iis locis dictis ad genus] libro tertio, [&] dictis ad [proprium] libro 4. [perſpiciendum.] nam per loca de genere, habetur genus propriũ, quod debet poni in definitione: & per loca de proprio habetur quæ definitio eſt propria, & quæ non. ergo pro tribus primis partibus non oportet loca propria conſtituere. Deinde declarat quæ eorũ vult pertractare, & de quibus vult propria loca conſtituere, & dicit, [Reliquum vero ſi non definiuit, aut ſi non bene definiuit, aliquo modo aggrediendũ dicere.] De his enim duobus propria loca conſtituenda ſunt in hoc libro 6. Quia igitur prima pars fit per loca quæ ſunt ad accidens, & ſecũda per loca quæ ſunt ad genus, & tertia per loca quæ ſunt ad proprium, reſtat ponere loca quartæ & quintæ partis. ¶Sed videtur Ariſt. mancus, quoniam adhuc de definitione quærũtur quædam alia præter hæc. Quæritur enim quæ ſit natura definitionis. inſuper vtrum ſint plura genera accipienda in definitione, vna autem differentia, an econuerſo. Et tertio quæritur quorũ eſt definitio, vtrum ſolius ſubſtantiæ, an & accidentium? ergo videtur Ariſt. mãcus, cũ prętermittat quędã quę de definitione quęrũtur. Ad hęc, de definitione quęritur, ſi definitio colligatur per demonſtrationem, an per diuiſionẽ & cõpoſitionẽ. ¶Alexander reſponſionem innuit, aſſerit enim tria prima quæſita ad metaphyſicũ pertinere, non autẽ ad Topicum qui non agit niſi de prædicatis

A problematicis. Quartum vero ad secundum librũ posteriorũ, vbi agitur de medio demonstrationis. Quare quæsita propria huic libro sunt, si aßignata definitio de aliquo est eius definitio, vel non est, & si aßignata definitio est bene aßignata, vel non bene. Hæc enim hic pertractabuntur, quoniam ad rationem prædicatorum problematicorum pertinent.

8 Primum igitur inspiciendũ, si non bene definiuit. Facilius est enim quodlibet fecisse quàm bene fecisse. Manifestũ igitur, quoniã peccatum circa hoc plusculum, eo quòd laboriosius. Quare argumentatio facilior circa hoc, quàm quæ circa illud fit. ὥρισαι definitum est.

Cum declarasset duo esse, de quibus propria loca oportet tradere, vtrũ definiuit, & vtrũ bene definiuit, nunc aßignat ordinem procedẽdi circa hæc, quæ est tertia pars procemii, & dicit, [Primũ igitur inspiciendum, si non bene definiuit,] & secundo loco si definiuit, hic est ordo procedendi. Deinde aßignat rationem ordinis, & dicit, [Facilius est enim quodlibet] id est quãlibet rem simpliciter [fecisse, quàm bene fecisse.] simpliciter enim facere facilius est q̃ bene facere. Et quòd facere sit facilius quàm B benefacere, probat, & inquit, [Manifestũ igitur, quoniam peccatum circa hoc] id est circa bene facere est [plusculum,] hoc est, pluribus modis [eo quòd] bene facere subaudi est [laboriosius.] tũc cõcludit, & dicit, [Quare argumẽtatio facilior circa hoc,] subaudi, quoniã nõ bene definitum est, [quàm quæ circa illud fit.] hoc est, q̃ quod non definitum est. Potest autẽ hic textus resolui ad artem prioristicam hoc pacto. à facilioribus ad difficiliora est procedendũ, sed argumentatio quæ est contra bene definire est facilior argumentatione, quæ est definire. igitur ab argumẽtatione, quæ est contra bene definire est procedendum. maior patet, & minor probatur in textu hoc pacto. cõtra omne illud, circa quod contingit pluribus modis peccare, argumentatio est facilior: bene definire est illud circa quod cõtingit modis pluribus peccare: igitur argumentatio cõtra bene definire, est facilior. Minor adhuc probatur in textu. primo quia facilius est facere quàm bene facere. igitur à simili facilius est definire quàm bene definire. & ita bene definire est difficilius. Secũdo quoniã laboriosius est difficilius, bene autem definire est laboriosius. quare bene definire est difficilius. Ex iis colligitur minor, quod videlicet circa bene definire cõtingat pluribus modis peccare. Nam circa difficilius cõtingit pluribus modis peccari, sed bene definire est difficilius, vt ex hisce patet. quare patet propositum.

C 9 Sunt itaque eius, quod est nõ bene, partes duæ. Vna quidem obscura interpretatione vti. Oportet enim definientem (vt contingit) quàm clarißima interpretatione vti. eo quòd cognoscendi gratia, aßignatur definitio.

Cum perfecisset procemium, nunc transit ad narrationem, & sequendo ordinẽ procedẽdi, quem præmisit in procemio, primo determinat loca, quibus deprehẽdetur definitio non esse bene aßignata. Secundo vero ibi, vtrum vero definiuit, & dixit, determinat loca quibus deprehendetur quòd aßignata definitio non sit definitio. Quantum ad primum, primo tangit loca generatim, secũdo speciatim: & aßignãs loca generatim, dicit, [Sunt itaque eius, quod est non bene] subaudi definitum [partes duæ] hoc est loca duo generatim. deinde exponit ea loca, quas appellat partes, & dicit, [Vna quidem obscura interpretatione vti.] cum enim definiens obscura interpretatione vtitur, non bene definit. & per interpretationem definitionem intelligit, deinde aßignat rationẽ, & dicit, [Oportet enim definientẽ, vt contingit, quàm clarißima interpretatione] id est definitione [vti, eo quòd cognoscen-D di gratia datur definitio.] & dixit, definientem (vt contingit) quia quantum permittit definitum, non enim æque clara definitione definiũtur substantiæ separatæ, & res paruæ entitatis, sicut res sensibiles. Substãtię enim separatæ propter excellentiam, qua captũ nostrum superant, non perfecta interpretatione definiuntur. Nec res paruæ entitatis clara interpretatione definiri possunt, sed hæc quantum permittit natura rei, quæ definitur, tantum clare definiuntur. Recte ergo dixit, [vt cõtingit] quoniam vt permittit natura rei quæ definitur, sic clare, aut obscure definitur.

10 Secunda autem, si amplius dixit in definitione quàm par sit. Nam omne, quod superadiectum est in definitione, superfluum est.

Nunc exponit secundum locũ, & dicit, [Secunda autem] pars siue secundus locus, quo deprehẽditur aßignata definitio, quòd nõ sit bene aßignata, est. [si amplius dixit in definitione, quàm par sit. nam omne, quod superadiectum est in definitione, superfluum est.] quidam per amplius dici in definitione intelligunt in definitione pluries accipi idem nomẽ. [nam omne, quod superadiectum est in definitione] vltra genus subaudi, & differentiã, [superfluũ est.] Sed quid intelligat Aristo. per amplius accipi in definitione, non oportet hic exponere, quoniam posterius in locis particularibus ipse expo-

net. ¶ Sed quęritur vtrum qui minus accipit in definitione quàm ſit neceſſarium, peccet cõtra bonitatem definitionis, an contra eſſe definitionem. E Alexander (vt mihi videtur) ſatis optime aſſerit eum qui minus accipit, peccare contra eſſe definitionem. nam qui prætermittit genus aut differentiã, hic non dicitur definiens. & propterea Ariſtot. vnum eſſe locum dixit, quo ad obſcuritatẽ, alterũ quo ad ſuperfluitatem, quia minus accipiens non peccat contra bonitatem, ſed contra eſſe definitionem.

PRIMVS LOCVS OBSCVRITATIS.

11 Rurſus autem vtrũque quod dictum eſt, in plures partes diuiditur. Vnus ergo locus eius, quod obſcure eſt, ſi ſit æquiuocum alicui, quod dictum eſt. Vt quoniam generatio eſt ductio ad ſubſtantiam, & quoniam ſanitas eſt cõmenſuratio calidorũ & frigidorum. Nam æquiuoca eſt ductio & commenſuratio. Immanifeſtum igitur vtrum vult dicere eorum quæ ſignificantur ab eo quod multipliciter dicitur.

Cum poſuiſſet loca generatim, quibus demonſtratur definitionem non eſſe bene aſsignatã, nunc F accedit ad loca ſpeciatim, & proponit primo quo modo loca obſcuritatis & ſuperfluitatis per ſpeciẽ multipliciter dicuntur. deinde exequitur, & dicit primo. [Rurſus autẽ vtrunq;] ſcilicet & locus obſcuritatis, & locus ſuperfluitatis, [quod dictum eſt, in plures partes] hoc eſt, in plures particulares locos, [diuiditur.] Tunc proſequitur primo particularia loca obſcuritatis, per quæ interimitur bonitas definitionis, & accipitur hic primus locus ab æquiuocatione eius quod accipitur in definitione, & dicit, [Vnus ergo locus eius, quod obſcure eſt, ſi quod dictũ eſt] in definitione, aut vt genus, aut vt differentia [æquiuocũ ſit [definito, & [alicui] alteri à definito. Et aſsignat exemplũ, & dicit, [Vt] ſi quis definiens generationem, dicat, [quoniam generatio eſt ductio ad ſubſtantiam, &] definiens ſanitatem dicat, [quoniam ſanitas eſt commenſuratio calidorum & frigidorum.] ambæ enim hæ definitiones obſcuræ ſunt, [nam ductio & commenſuratio] quæ in definitionibus ſumuntur vt genera,] æquiuocæ ſunt,] ideo concludit obſcuritatem, & dicit, [Immanifeſtum igitur] eſt [vtrum vult dicere eorum, quæ ſignificãtur ab eo quod multipliciter dicitur] in talibus definitionibus. Cũ enim ductio & commẽſuratio plura habeant ſignificata, non eſt manifeſtum ſignificatũ pro quo accipiuntur. Quo modo G vero ductio & commenſuratio dicantur æquiuoce, Albertus cauſam aſsignat ex eo, quia nomina terminata in tio, ſignificant actionem & paſsionẽ, vt amatio quæ dicitur & actio amãtis, & paſsio rei amatæ. Quæ expoſitio ridicula eſt, nam ductio græce dicitur ἀγωγὴ, & commẽſuratio συμμετρία, vbi patet apud græcos non terminari in tio. Quare apud græcos non habent talem æquiuocationẽ. Propterea dicamus, quòd apud græcos ἀγωγὴ, dicitur æquiuoce, quoniam (vt Alexander inquit) ſignificat aliquorum lationem, quod & portatio dicitur, vt frumenti & vini: ſignificat etiam & vectionem per mare: ſignificat etiam tranſmutationem, qua generatio dicitur ductio in ſubſtantiã. ſunt qui dicunt ἀγωγὴν apud græcos ſignificare vitam, viuendi regulam, & educationẽ, quæ pædagogia etiam appellatur. Commẽſuratio vero quæ græce dicitur συμμετρία, (vt Alexãder inquit) ſignificat proportionis rationem, & in magnitudinibus, & in numeris. In magnitudinibus quidem, nam & veſtes & calciamenta dicuntur cõmenſurata in numeris vero, nam & numerus membrorũ: cũ nõ exceſſerit naturalẽ ordinem, dicitur cõmenſuratus. Adhuc & in qualitatibus, quoties in miſtione qualitatum altera alterã non exuperat, ſed æquales ſunt in miſtione. inſuper & ſecundũ potẽtias, cum altera alterã non exuperauerit. In moribus etiam dicitur commenſuratus is, qui eſt moderatus. Recte igitur dictum eſt has definitiones eſſe incertas, quoniã pro quo ſignificato intelligatur genus, non eſt certum. H

SECVNDVS LOCVS OBSCVRITATIS.

12 Similiter autem, & ſi cum definitum multipliciter dicitur, diuidẽs non dixit. Nam immanifeſtum vtrius definitionem aſsignauit. Inſuper etiam contingit calumniari, velut non cõueniente oratione ad omnia, quorum definitionem aſsignauit. Maxime autem contingit tale quippiam facere, cum latet æquiuocatio. Contingit etiam & eum qui diuidit (quoties dicitur id, quod in definitione aſsignatum eſt) ſyllogiſmum facere. Nam ſi ſecũdum nullum modorum ſufficienter dictum eſt, manifeſtum quoniam non definiuit illo modo.

Hic eſt locus obſcuritatis, qui accipitur ab æquiuocatione definiti, & dicit, [Similiter autem & ſi cum definitum multipliciter dicitur, diuidens] tale definitum in ſua ſignificata [non dixit,] ſignificatum,

A cui definitio cõpetit. Nam ſic non bene definiuit, vt ſi definiens canem diceret quòd canis ſit animal pedeſtre latrabile. & quòd non bene definierit, probat, & dicit, [Nam immanifeſtum] eſt [vtrius] hoc eſt cuiuſnam ſignificati [definitionem aſsignauit.] cum enim non ſit facta diuiſio, nõ poteſt ſciri, cuiuſnam ſignificati ſit aſsignata definitio. Deinde ſecundo probat idem ex eo, qui ſic definit æquiuocum nulla facta nominis diuiſione, non modo non bene definiuit, ſed (vt Alexãd. inquit) nec definiuit. & dicit, [Inſuper etiam contingit calumniari] eum, qui ſic definit, contingit dico calumniari [velut non conueniente oratione] hoc eſt, ac ſi definitio non conueniat [ad omnia] ſcilicet ſignificata, [quorum definitionem aſsignauit.] ergo contra ſic definientem poteſt fieri elenchus, quo probabitur definitionem aſsignatam non eſſe definitionem. & ſic erit non modo non bona, verũ etiam nec definitio. Deinde oſtendit, quando maxime contingit definientẽ redarguere ac calumniari, & dicit, [Maxime autem cõtingit tale quippiam facere] hoc eſt, calumniari definientem, [cum latet æquiuocatio] ſubaudi ipſum definientem. cũ enim definiens ignorauerit quoniam multa ſignificat ipſum definiẽs, B ipſo multa ſignificãte, tũc maxime cõtingit eum increpare, oſtendendo quòd definitio aſsignata non modo nõ ſit bona, ſed quòd nec definitio. tunc enim poſsibile erit demõſtrare quòd nõ ſit definitio, eo quòd non omnibus cõgruit, quę nomen ſignificat. ¶ Sed dices, ſi definiens nouerit multiplicitatẽ, vtrum cõtingat eum increpare. ¶ Reſpõdet, & dicit, [Cõtingit etiã & eum] ſcilicet opponẽtem [qui diuidit] nomen rei quæ definitur, multiplicitate exiſtẽte nota [quoties dicitur id, quod in definitione aſsignatũ eſt [id eſt, quoties aſsignatur ipſa definitio de tali multipliciter dicto noto, [ſyllogiſmũ] elẽchum [facere] contra definientẽ, quo probabit nõ modo non eſſe bonã, ſed nec eſſe definitionẽ. [nam ſi ſecundum nullũ modorum] id eſt, ſi ſecundũ nullũ ſignificatorũ [ſufficienter dictũ eſt] hoc eſt, ſufficienter aſsignata eſt definitio, [manifeſtũ quoniam non definiuit illo modo.] & ſic non modo non erit bona, verum etiam nec definitio. quare ſiue ſit nota multiplicitas, ſiue non, ſemper argumentum ſtabit, quòd non ſit definitio. oportet autẽ argumentationẽ facere hoc pacto. definitio canis, nec ſtellæ competit, nec marino piſci, nec animali terreſtri, ergo non modo non bene definiſti, ſed ſimpliciter non definiſti.

TERTIVS LOCVS OBSCVRITATIS.

13 Alius, ſi ſecũdum metaphoram dixit, vt ſcientiam indeciduam, aut C terram nutricem, aut temperantiam conſonantiam. Nam omne obſcurum, quod ſecudum metaphoram dicitur. Contingit autẽ & metaphora loquentem calumniari, tanquam non proprie dicentem. Non enim congruet dicta definitio. vt in temperantia. omnis enim conſonantia in ſonis. Inſuper ſi eſt genus conſonantia temperantiæ, in duobus generibus erit idem non continentibus ſeinuicem. Neque enim conſonantia virtutem, neque virtus continet conſonantiam.

ἀμετάπτωτον. incadibilẽ immutabilem. συκοφαντεῖν. redargui.

Hic eſt tertius locus obſcuritatis, qui accipitur à metaphora accepta in definitione, qui talis eſt, ſi aliquis in ſua definitione vtatur aliquo nomine ſecundum metaphoram dicto, non bene definit, vnde dicit [Alius, ſi ſecũdum metaphoram dixit,] hoc eſt, tertius locus obſcuritatis eſt, ſi accepit aliquod D nomen ſcilicet generis, vel ſpeciei, in definitione ſecũdum metaphoram, hoc eſt, ſecundũ tranſlationem. Eſt autem metaphora (vt Alexander inquit) quando aliquod nomen de aliquo proprie dicitur, de altero autem non proprie, ſed per quãdam comparationem. vt ridere proprie dicitur de homine, qui os dilatat, tranſlatitie vero ac improprie de prato, cum aperire folia incipit. Deinde affert exempla, & dicit, [vt] ſubaudi ſi dixit, [ſcientiam indeciduam, aut terram nutricem, aut temperantiã conſonantiam.] Dicitur enim ſcientia indecidua, ſiue immutabilis, tranſlatitie. nam proprie (vt Alexander inquit) indeciduum, & immutabile, de corporibus dicitur, quæ per vim non mutantur: per comparationem vero de ſcientia, quatenus quod ſemel ſcitur, non poteſt aliter ſe habere. Terra etiam dicitur trãſlatitie altrix. proprie enim altrix dicitur mater, quæ filios alit, ac nutrit, tranſlatitie terra, quatenus ex terra omnium viuentium nutrimentum accipitur. Inſuper temperantia tranſlatitie dicitur conſonantia, proprie autem conſonantia dicitur de ſonis proportionis rationem habentibus. quatenus vero in ipſa temperantia actiones ſunt commenſuratæ ratione, conſonantia dicitur de temperãtia. Ex his colligi ſolẽt tres definitiones, prima eſt ſcientiæ, quòd ſit qualitas indecidua. ſecunda eſt terræ, quòd ſit nutrix omnium viuentium. tertia eſt temperantiæ, quòd ſit conſonantia appetitionũ. Vbi patet in definitione tranſlatitia ſcientiæ, nomen indecidua accipi loco differentiæ. in definitione terræ, nomen nutrix accipi loco generis. in definitione autem temperantiæ, nomen conſonantia accipi loco generis. Quæ ratio docet has definitiones non eſſe bene aſsignatas, quia omnes ſunt obſcuræ. & hoc probat, & dicit, [Nam omne quod dicitur ſecũdum metaphoram, eſt obſcurum,] quod

enim ſecundum metaphoram dicitur,incertum eſt,quia neſcitur qua ſimilitudine transferatur.Secũdo idem probat argumento ſumpto à calumnia,& dicit,[Contingit autem & metaphora loquentem calumniari]hoc eſt redargui[tanquam non proprie dicentẽ,] hoc eſt,quia nõ proprie loquitur,[non enim]ſecundũ vim nominum[dicta definitio congruet] proprie ipſi definito,ſed tranſlatitie. Quod autem contingit redargui,aut falſum,aut obſcurum eſt.Quare trãſlatitia definitio obſcura eſt,[vt in] ipſa[temperantia,] cum dicitur quòd ſit conſonantia,non enim proprie temperantia eſt cõſonantia. [Omnis enim conſonantia in ſonis,]vt diximus. Tertio idem probat ex eo,quia ſi genus quod ponitur in definitione tranſlatitia,eſſet vere genus,tunc eadem ſpecies eſſet in diuerſis generibus non ſubalternatim poſitis,vnde dicit,[Inſuper ſi conſonantia eſt]vere[genus temperãtiæ,idem] hoc eſt,eadem ſpecies [erit in duobus generibus nõ continentibus ſe inuicem.]probatur,quoniam temperantia erit in virtute,& in cõſonantia,quæ ſunt duo genera diuerſa,quoniã[neque cõſonantia cõtinet virtutem,neque virtus cõtinet cõſonantiam.] & ſicut dico de cõſonantia,ita ipſe intelligit de omni nomine,quod in definitionibus eſt tranſlatiuum genus. Quòd vero nec conſonantia contineat virtutem, nec econuerſo virtus conſonantiam,declarat Alexander,quia virtutis generaliſsimũ eſt qualitas,conſonantiæ vero ad aliquid. E

QVARTVS OBSCVRITATIS LOCVS. F

14 Præterea ſi non poſitis nominibus vtitur, vt Plato ciliumbre oculum,aut araneum putrimordax,aut medullam oſsigenium.Nam omne obſcurum,quod inſuetum eſt.

Hic eſt 4.locus obſcuritatis,qui accipitur ab incõſuetudine nominũ,& dicit, [Præterea,ſi nõ poſitis nominib⁹] quis definiẽs in definitionibus[vtitur.]& per nõ poſita nomina (vt quidã aiunt)non impoſita,ſed innouata nomina intelligit, quo modo Plato innouatis vocabulis à ſe, in definitionibus vti ſolebat. Alex.per nõ poſita nomina,inſueta intellexit,quibus poetæ ſolẽt vti,& hoc pacto Ariſtoteles intelligit,licet ambæ expoſitiones in idem incidant.Deinde affert exempla,& dicit,[vt Plato]definiẽs oculũ,dixit[oculũ]eſſe[ὀφρυόσκιον,]quod,ſi latinus permitteret ſermo, diceretur ciliumbre,quòd cilium vmbrã faciat in oculo,quaſi dicat oculũ eſſe cilio vmbratũ.& definiens φαλάγγιον, dixit phalangion eſſe σηψιδάκες,hoc eſt, vt ita dixerim,putrimordax. Et per phalãgion non intelligit puluerem corroſiuum,qui putredinem corrodit, vt Albertus ipſe putauit, ſed araneũ, qui putridis rebus morſus infigit.Et definiens medullam,dixit medullam eſſe ὀστογενές,hoc eſt, vt ita dixerim, oſsigenium,hoc eſt,oſsium generatiuum.Quod vero non bene diffiniantur hæc,probat Ariſtot.& dicit, [Nam omne quod eſt inſuetum,eſt obſcurum,]hoc eſt,omnis dictio inſueta obſcuritatem generat in definitionibus. G

15 Quædam autẽ neque ſecundum æquiuocationem, neque ſecũdum metaphorã,neque proprie dicuntur, vt lex,menſura vel imago eorum, quę natura iuſta ſunt. Sunt autẽ huiuſmodi deteriora metaphora. Nam metaphora facit quodam modo notũ, quod aſsignatum eſt per ſimilitudinem. Omnes enim metaphora vtentes,ſecũdum aliquam ſimilitudinem ea vtuntur.At quod tale eſt,non facit notũ.Nam neque ſimilitudo H eſt,ſecundum quam mẽſura,vel imago lex eſt, neque proprie ſolet dici. Quapropter ſi proprie menſuram,vel imaginem legem dicit eſſe, mentitur. Imago enim id eſt,cuius generatio per imitationẽ eſt. Hoc autem non ineſt legi.ſi autẽ nõ proprie, maniſeſtũ quoniã obſcure dixit, atque deterius quolibet eorum,quæ ſecundum metaphoram dicuntur.

μεταφορῦντες. trãsferẽtes μεταφοροῦσι.

Quoniam inſuetum bifariã dicitur,aut per inſueta vocabula,& innouata: aut per ſueta & antiqua vocabula, ſed per inſuetum modum dicendi . qui dixit oculum eſſe ciliumbre, per innouatũ & inſuetum vocabulum oculum definit. At qui dixit legem eſſe menſuram eorum,quæ natura iuſta ſunt, per aſſuetum vocabulum definit.nulla enim dictio eſt in definitione,quæ ſit innouata, & inſueta, definit tamen per inſuetũ modum dicendi, vt patebit. Ariſtoteles ergo nunc vult oſtendere quòd qui definit per vocabula aſſueta,per modũ tamen inſuetum,hic deterius cæteris definit.Et primo proponit nonnulla eſſe,quæ neq; per æquiuocationẽ,neque per metaphorã, neque proprie dicũtur,ſed inſueta per modum dicendi,& dicit.[Quędam autẽ] ſunt cauſę obſcuritatis in definiendo,quę[neque ſecũdum æquiuocationem,neque ſecundum metaphoram,neque proprie dicuntur,]neque ſubaudi inſueta ſe-

A cundũ vocabula, ſed inſueta ſecundum modum dicendi. Et exponit per exemplum, quę ſunt hæc inſueta ſecundũ modũ dicẽdi, & dicit, [vt lex, mẽſura vel imago eorũ, quæ natura iuſta ſunt,] hæc enim non ſunt inſueta propter vocabula. nam mẽſura & imago, non ſunt nomina ficta, innouata, & inſueta. Sed quia non ſunt in vſu ad eum modũ, quo intelligit ille qui legem definit, dicũtur inſueta ſecundum modũ dicendi. Deinde declarat hæc, quæ ſecundũ modũ dicendi inſueta ſunt, eſſe deteriora atque ineptiora ad definiendũ, quàm ſint ea, quæ ſunt ſecundũ metaphorã. & ita videtur cõparare inſueta ſecundũ modũ dicendi ad ea, quæ dicũtur ſecũdum metaphorã, & dicit, [Sunt autẽ huiuſmodi] ſcilicet quæ dicũtur incõſueta ſecundũ modũ dicendi, [deteriora] ad definiendum iis, quæ dicuntur [metaphora.] Et hoc probat, & dicit, [Nã metaphora facit quodã modo notũ, quod aſsignatũ eſt,] & definitũ [per ſimilitudinem,] à qua deriuatur metaphora. [at quod tale eſt] id eſt, inſuetum ſecundum modum dicendi [non facit] aliquo modo [notum] quod definitur per ipſum. ergo inſueta huiuſmodi ſunt deteriora metaphora. Et quia aliquis poſſet dicere ea quæ dicuntur per metaphoram, non dici per ſimilitudinem, & ita non facere notum vi ſimilitudinis, ideo dicit quaſi ſoluendo. [Omnes B enim metaphora vtentes, ſecundũ aliquã ſimilitudinẽ ea vtuntur.] Qui enim metaphorice imperatorem vocat leonem, aliqua ſimilitudine illud dicit. Recte ergo dictũ eſt metaphoram acceptam in definitione, aliquo modo vi ſimilitudinis notum facere definitum. Qui enim dixit ſcientiam eſſe vim indeciduam, aliquo modo ſcientiam notam fecit, quatenus per huiuſmodi definitionẽ colligitur, eum qui ſcientiam eſt adeptus, ab illius rei credulitate dimoueri non poſſe. Deinde declarat, quòd qui definit per inſueta ſecundũ modũ dicendi, obſcurius definiat eo, qui definit per metaphorã, & redit ad exemplũ, & dicit, [Nã neq;] hoc eſt, nam nulla [eſt ſimilitudo, ſecundũ quam lex eſt mẽſura, vel imago] & quia aliquis poſſet proteruiter dicere legẽ eſſe menſurã, vel imaginẽ eorũ, quę ſunt natura iuſta, quoniã ſic dictum eſt à philoſophis, cõtra obiiciendo amplificat ſermonẽ, & argumentatur. Qui ſic legem definiunt, aut proprie, aut improprie dicũt: nõ proprie, quia falſum eſt, nec improprie, quia tunc definitio eſſet data per obſcuriora, vnde dicit, [Nam neque ſimilitudo] aliqua [eſt, ſecundũ quam lex eſt mẽſura, vel imago, neq; proprie ſolet dici.] & primo probat, quòd nõ proprie, & dicit, [Quapropter ſi proprie menſurã, vel imaginẽ legẽ dicit eſſe,] hic [mẽtitur.] & probat quòd proprie nõ ſit imago, & dicit, [Nam imago id eſt, cuius generatio per imitationem eſt,] hoc eſt, nam imago eſt imitatio C animalis (vt Alexander inquit) in coloribus & figura. At lex nõ eſt imitatio animalis. Non enim animalis imitatio per colores, & figuram ineſt legi. Alexãder vero probat, quòd lex neq; ſit proprie mẽſura, ex eo, quia menſura eſt quantum, lex autẽ nõ eſt quantum. Deinde probat, quòd nec improprie, & dicit, [Si autem non proprie] ſubaudi lex ſit menſura vel imago, [manifeſtũ quoniam obſcure dixit, atque deterius] quoad rationem definitiuam, [quolibet eorum, quæ ſecundũ metaphoram dicuntur.] eo quia per huiuſmodi nulla ratione patet definitum. Ex iis quæ Ariſtoteles dixit, patet ſolũ eſſe comparata metaphorica ad inſueta ſecundum modum dicendi. Alexander tamen ſuppleuit, aſſerens inſueta ſecundum modum dicẽdi, eſſe deteriora ad definiendum etiam ipſis æquiuocis. quoniam qui æquiuocatione vtitur, per analogiam ad principale, & notius, definitum exponit. Qui enim dicit accidens eſſe ens alteri inhærens, licet vtatur ęquiuoco (ens enim æquiuocũ eſt) tamen eo vtitur in analogia ad ſubſtantiam, quæ eſt principale entis ſignificatum.

QVINTVS LOCVS.

16 Inſuper etiam ſi non manifeſta eſt contraria ratio ex hoc, quod dicitur. D Nam quæ bene aſsignantur, & contrarias commanifeſtant. λόγος oratio.

Quintus locus à contrarii manifeſtatione, qui talis eſt, ſi aliqua definitio aſsignetur, ex qua nõ eſt manifeſta definitio cõtrarii definito, definitio aſsignata nõ bene aſsignatur, quoniã eſt obſcura, & dicit, [Inſuper etiã ſi nõ manifeſta eſt cõtraria ratio,] quæ videlicet eſt definitio cõtrarii, [ex hoc, quod dicitur,] hoc eſt, ex aſsignata definitione. ſubaudi non bene aſsignatur. huius aſsignat rationẽ, & dicit, [nã] definitiones, [quæ bene aſsignãtur, cõmanifeſtant cõtrarias] definitiones, quæ cõpetunt cõtrariis definitorum. & tu intelligas (vt Alexander ſubaudit) quando id, quod definitur, habet cõtrarium. quando autẽ non habet contrarium, hæc conſideratio ceſſat. Cauſa autẽ quare quę bene aſsignantur definitiones, cõmanifeſtant cõtrarias definitiones, eſt, quia contrariorũ idem eſt genus, & ſic ex definitione huius cõtrarii habetur mox genus alterius, habetur etiam differẽtia. cũ enim genus illud cõmune diuidetur, ſtatim patebit differẽtia cõtrarii, cõtrariorum enim idem genus eſt, & differẽtiæ contrariæ. Quare ex definitione bene aſsignata, mox patefiet definitio contrarii, vt ſi virtus eſt habitus animæ bene affectæ, vitium erit habitus animę male affectę. Et ſi album eſt color diſgregatiuus viſus, nigrũ erit color cõgregatiuus viſus. ¶ Quod vero ad verba attinet, ratio græce eſt λόγος, latine tum oratio, tum definitio, quippe cum omnis definitio oratio ſit.

SEXTVS LOCVS

17 Aut ſi per ſe dicta, non ſit manifeſtũ, cuius eſt definitio. Sed quem-

admodum ea quæ ſunt antiquorũ ſcriptorum, niſi quis ſuperſcripſiſſet, non cognoſcebatur, quid vnumquodque. Si igitur non clare, ex huiuſmodi eſt inſpiciendum.

E

Sextus locus accipitur ab immanifeſtatione definiti, qui talis eſt, ſi definitione per ſe dicta, nõ manifeſtatur, cuius eſt definitio, ſed oportet aliquid addi, vt exprimatur, cuius eſt definitio, talis definitio non bene aſsignatur. Vt ſi aliquis definierit hominẽ, & dixerit hominem eſſe animal bipes, non bene definit, quoniam ſumpta per ſe ac ſeorſum illa oratione animal bipes, & non cum definito ſuo, ex ea ſola non habebitur quòd ſit hominis, cum poſsit eſſe auis. Sed oportebit addere rationale, & tunc hęc oratio, animal bipes rationale, erit bene aſsignata, quia ex ea ſola ſine ſuo definito, ac ſeorſum ſumpta, habebitur quòd ſit hominis, & non alterius. vnde dicit, [Aut ſi per ſe dicta] oratione, & non cum ſuo definito, [non ſit manifeſtum,] id [cuius eſt definitio,] ſed oportebit addere quippiam, ex cuius additione pateat id, cuius eſt definitio, cum hoc pacto aſsignatur non bene aſsignatur. hunc locum exemplis non manifeſtauit, ſed ſimilibus quibuſdam, & dicit, [Sed quemadmodum ea quæ ſunt antiquorum ſcriptorum] ſcilicet ea epitaphia, non erant bene ſcripta, quia non habebatur ex eis, quorũ eſſent, [niſi quis ſuperſcripſiſſet] ſubaudi nomen in tumulo, [nõ cognoſcebatur quid vnumquodque.] & cui eſſent facta. ſic ſunt tales definitiones obſcuræ. Alexander non de epitaphiis, ſed de imaginibus hæc exponit. nam verbum γραφέων, pictorũ exponit. Quare ſicuti imagines veterũ pictorũ non erãt diligenter factæ, quando ex eis ſolis non patebant illi, quorum erant imagines, ſed oportebat ſuperſcribere nomen, ſic definitiones non bene aſsignantur, cũ eis ſolis, & nõ cum ſuis definitis acceptis, non patent ea, quorum ſunt, ſed oportet addere quippiam, vt pateat id cuius eſt. tunc epilogat, & dicit, [Si igitur] definitio [non clare] aſsignetur, [ex huiuſmodi] ſex locis [eſt inſpiciendũ.] Hactenus igitur de locis obſcuritatis.

F

PRIMVS LOCVS SVPERFLVITATIS.

18 Si autẽ ſuperfluum in termino dixit, primũ quidẽ conſiderandum ſi aliquo vſus eſt, quod omnibus inſit, vel ſimpliciter iis quę ſunt, vel iis, quę ſub eodẽ genere ſunt definitorũ. Nam ſuperfluum dici neceſſariũ id eſt. Oportet enim genus ab aliis ſeparare. differẽtiam autẽ ab aliquo eorum, quæ ſunt in eodem genere. At qui quod omnibus quidẽ ineſt ſimpliciter, à nullo ſeparat. quod autem omnibus, quæ ſub eodem ſunt genere, ineſt, non ſeparat ab iis quę ſunt in eodem genere. Quare ſuperuacaneum huiuſmodi appoſitum. G

μάταιον vanum.

Nũc tranſit ad loca ſuperfluitatis. Dicitur autẽ definitio ſuperflua multifariam, aut quia plura quaſi ex æquo accipiuntur in definitione, vt cum dicitur, homo eſt animal diſciplinabile ſcientiæ capax. Hæc enim definitio ſuperflua dicitur, quia ſcientiæ capax, & diſciplinabile, idem eſt. aut quando tota definitio dicitur in plus quàm definitũ, vt homo eſt animal bipes, & de his nõ loquitur nũc. aut tertio, quãdo definitio in vna dictione fuerit ſuperflua, & hunc modũ Ariſt. incuſat nunc. Erit igitur primus locus, quo definitio dicitur ſuperflua, ſumptus ab vna dictione, qui talis eſt, quando in definitione accipitur aliqua dictio, qua ablata reliqua definitio perfecta fuerit, & definitio, & illa dictio erit ſuperflua. vnde dicit, [Si autẽ] definiens [ſuperfluum in termino dixit, primũ cõſiderandum] ab vna dictione. nam [ſi] in definitione aſsignata [aliquo] id eſt, aliqua dictione [vſus eſt, quod omnibus ineſt,] dico omnibus, [vel ſimpliciter] omnibus [iis quæ ſunt,] quales dictiones ſunt vnũ, ens, aliquid, & id genus, [vel iis] ſcilicet omnibus [quæ ſub eodẽ genere ſunt definitorũ.] vtroq; modo definitio erit ſuperflua, [nam id] additũ [ſuperfluũ dici neceſſariũ eſt.] exemplũ primi, ſicuti quãdo aliquis dixerit, definiẽdo hominem, animal rationale mortale vnum exiſtens. hæc enim dictio vnum exiſtẽs, ſuperflua eſt, quia omnibus ineſt & ſimilaribus ſub eodem genere, & diſsimilaribus ſub diuerſis generibus. Exemplũ vero ſecundi eſt, ſicuti quando dixerit, definiendo hominẽ, animal rationale mortale ſenſibile. Senſibile enim omnibus ſpeciebus ineſt, quæ ſunt ſub eodem genere, & equo, & boui, & cæteris omnibus, quæ ſub animali ſunt, & ideo ſuperfluum eſt, & cauſam aſsignans, dicit, [Oportet enim genus] quod ponitur in definitione, [ab aliis,] quæ non ſunt ſub eodem genere, [ſeparare, differentiam autem ab aliquo eorum, quæ ſunt in eodẽ genere] immo ab omnibus aliis, quæ ſunt ſub eodem genere. [At qui] vnum exiſtens, [quod omnibus quidem ineſt ſimpliciter, à nullo ſeparat] quia eſt commune diſsimilaribus, & ſimilaribus omnibus. [Quod autẽ omnibus, quæ ſunt ſub eodẽ genere, ineſt [videlicet ſenſibile [nõ ſeparat ab iis] à ſimilaribus, [quæ ſunt ſub eodem genere,] omnia enim quæ ſub animali ſunt, ſenſi- H

A bilia sunt.[quare huiusmodi appositũ] hoc est vnũ existens, vel sensibile[superuacaneum]hoc est superfluum[est.]eo enim ablato reliqua definitio perfecta erit.

SECVNDVS LOCVS SVPERFLVITATIS.

19 Aut si est quidẽ proprium, quod appositũ est. Ablato enim illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientiæ susceptiuum appositum, superfluum est. Etenim eo ablato, reliqua oratio propria est, & indicat substantiam.

Hic est secũdus locus superfluitatis, qui accipitur ab additione alicuius proprii, qui talis est, si in aliqua definitione additur proprium definito, definitio asignata nõ bene asignatur, & dicit,[Aut si est quidem proprium]scilicet ipsius definiti,[quod appositum est]definitioni, subaudi definitio asignata non bene asignatur. B Cuius causam asignat, & dicit[Ablato enim illo]proprio[& reliqua definitio propria est, & indicat substantiam.]Addidit autem [& indicat substantiam,] quia non sufficit vt definitio sit propria. Sic enim omnis oratio quæ conuertitur cum aliquo, esset illius definitio. sed oportet vt conuertatur, & indicet substantiam rei. Tunc ponit exemplum, & dicit,]Vt in hominis oratione]quę est animal rationale mortale,[scientiæ susceptiuum appositum]quod est hominis proprium, superfluũ est.[Etenim eo ablato, reliqua oratio propria est, & indicat substantiam] hominis. ergo superfluit. ¶ Quod vero ad verba attinet, cũ Aristot.dicit[si est quidẽ proprium,] per proprium Alexander intelligit proprium definitionis, quasi dicat, si in definitione alicuius additur proprium definitionis, non bene asignatur definitio. ego vero proprium intelligo rei quæ definitur, & hoc demonstrat exemplũ, quod accepit de hominis definitione. scientiæ enim susceptiuũ, est hominis proprium, & non definitionis hominis.

20 Simpliciter autẽ dicendo, omne superfluum, quo ablato reliquum manifestum facit id quod definitur. Talis autẽ est & animæ terminus, si est numerus ipse seipsum mouens. Etenim quod seipsum mouet, est a- C nima, ceu Plato definit. an proprium quidem est, quod dicitur, non tamen indicat substantiam interempto numero. Vtrouis igitur modo se habeat, difficile est explicare.

Cum asignasset locũ, qui accipitur ab additione proprii, nunc ponit locũ præceptum vniuersalem quo potest cognosci id, quod in definitionibus rerũ est superfluum, & dicit, [Simpliciter autem] hoc est vniuersaliter[dicẽdo, omne]illud in definitionibus est [superfluum, quo ablato, reliquum manifestum facit]sufficienter[id, quod definitur.]addidi ego sufficienter, quia sic intelligit Aristoteles. remoto enim genere, differentia manifestat definitum, non tamen sola differentia est definitio, quia dempto genere, differentia non sufficienter manifestat definitum. Similiter dempta differentia, genus manifestat definitum, nõ tamen solũ genus est definitio, quia non sufficienter manifestat definitũ. Quare omne illud erit superfluũ in definitionibus, quo ablato, à reliquo sufficienter manifestatur substantia definiti. Tunc ex hoc obiter declarat qualis est definitio animæ, quæ datur à philosophis antiquis, D cum dicitur anima est numerus seipsum mouens, & dicit,[Talis autẽ est & animæ terminus] scilicet habens aliquid superfluum[si]anima [est numerus ipse seipsum mouẽs.] nam numerus superflue accipitur in hac definitione, quod probat auctoritate Platonis, & dicit, [Etenim quod seipsum mouet, est anima, ceu Plato definit]in Phædone. Plato enim in Phædone definiens animam dicit, anima est id, quod seipsum mouet, vbi non posuit numerum, & tamen explanauit substantiam animæ. ergo superfluit numerus in definitione animæ, quam tradiderunt veteres philosophi. Deinde defendendo definitionem animæ traditam ab antiquis, quæ accipit numerum, dicit, [An proprium quidem est quod dicitur] à Platone in Phædone, cũ definit animam sine numero, [non tamen indicat substantiam interempto numero.] dictum est enim superius, [oportet enim eum qui definit, in genere ponentem differentias adiungere. nam maxime eorum quæ sunt in definitione genus videtur substantiam definiti significare] modo numerus est genus animæ secundum Platonem, & Xenocratem. ergo oportet addere numerũ tanquam genus animæ. Quare licet definitio Platonis in Phædone, quæ non accipit numerũ, sit propria animæ, nõ tamẽ indicat substantiã animæ, quia nõ accipit numerũ, qui est genus animæ, à quo manifestatur maxime substãtia aĩæ. & ita definitio Platonis in Phędone, nõ erit definitio, sed propriũ, quia nõ manifestat substantiã rei. vnde licet omnis definitio sit propriũ, non tamẽ omne proprium est definitio. quare licet Platonis oratio, quam asignat de anima, sit proprium animæ, non tamen est definitio, quoniam propter carentiam generis, non declarat substãtiam animæ. tunc quasi se excusando ab vlteriori declaratione, dicit, [Vtrouis igitur modo se habeat] id

est,quonam vero modo se habeat, vtrum videlicet genus est animæ numerus:an non, & vtrũ ablato E
numero,quod remanet,definitio est animæ,an propriũ,[difficile est explicare,]nã quæsita hæc ma-
ioris considerationis,quàm dialectices sunt. Quidã verbum illud [vtrouis igitur modo] intellexerũt,
vtrum residuum indicet substãtiam animæ,vel non indicet,sed accidentarium sit,& vtrum numerus
sit superfluus,an non,difficile est vt huiusmodi oratio explicet,& clarum faciat quid est anima. & cer
te hæc expositio non videtur ad propositum,cum non respondeat verbis,nec eis quæ prius dixit. A-
lii intellexerunt [vtrouis igitur modo] vtrum illud quod remanet dempto numero, sit proprium,
vel definitio,difficile est assignare:quia quæstio difficillima est vtrum anima sit composita ex nume-
ris,an non.& minime hæc expositio est consona verbis,aut iis quæ superius dixit,vt consideranti pa-
tet. Alii autem exposuerũt[vtrouis igitur modo]scilicet vtrum numerus dicat quid est esse ipsius ani-
mę,an non,difficile est explanare. Alexander autem,cui credendum est,exponit,vt diximus,[vtrouis
igitur modo]id est,quonã igitur modo se habeat, vtrum genus est animæ numerus,an non:& vtrum
ablato numero, quod remanet, definitio est animæ, an proprium, difficile est explicare in hoc libro,
cum sit altioris contẽplationis. Hæc enim expositio est cõsona verbis (vt patet) ex iis quæ prius dixit.

21 Vtendũ autẽ in omnibus talibus ad id quod expedit,vt est phlegma- F
tis terminus,humidum primum à cibo,indigestũ. Vnum enim primum
non multa,quare superfluum indigestum appositum. Etenim hoc abla-
to,reliqua erit propria definitio. Nõ enim contingit à cibo & hoc quid,
& aliud quoddam primum esse. An nõ simpliciter à cibo phlegma, sed
indigestorum primum. Quare addẽdum est indigestum. Nam illo qui-
dem modo dicta,non vera erit definitio, siquidẽ non omniũ primũ est.

Alexander refert hæc verba ad numerũ. nam cum disputasset vtrum numerus debeat poni in de-
finitionibus animæ, nunc Aristot. demonstrat quo modo numerus debet poni in definitionibus ani-
mæ,& dicit,[Vtendum autẽ in omnibus,]scilicet definitionibus animæ, [talibus]qualia sunt nume- G
rus, quasi dicat esse vtendum numero in omnibus definitionibus animæ , non simpliciter,sed [ad id,
quod expedit,]hoc est,sed,vt nobis est vtile. Est autem vtile vti numero in definitionibus animæ,(vt
Alexander inquit) quatenus accipitur vt genus animæ. Quare vtendũ est numero in definitionibus
animæ pro genere,reliquum vero seipsum mouens pro differentia. Alii exponunt sic,[vtẽdum autem
in omnib⁹]scilicet definitionibus[talib⁹] scilicet superfluis,nõ omni pacto,sed [ad id,quod expedit,]
hoc est,sed vt sunt vtilia . Nam licet superflua non debeant poni in definitionibus, tamen aliquando
expedit vti illis,saltem loco generum,vt de numero dictum est,qui licet non proprie sit genus,tamen
accipitur loco generis. Deinde assignat secundum exemplũ priori exemplo simile,de quo etiã dispu-
tat,vt fecit in exemplo definitionis animæ, & primo ponit exemplum,deinde dubitat de eo. Quan-
tum ad primam partẽ,dicit, [vt est phlegmatis terminus]ac definitio,[humidũ primum à cibo indi-
gestũ.] Videtur enim in hac definitione verbũ indigestum superfluum, quoniam inter omnia humi-
da,phlegma solũ videtur primũ ortũ à cibo. Nõ enim possunt à cibo plura humida prima oriri,sed so
lum phlegma videtur primũ humidũ, quod oritur à cibo. Si enim plura prima humida possent oriri à
cibo,recte poneretur indigestum,quia poneretur vt contrahens ipsum humidũ primum ad phlegma, H
quod est primum humidum non simpliciter, sed primũ humidũ indigestum . Sed quia primũ humi-
dum non est nisi vnũ,quod oritur à cibo,& illud est solum phlegma,ergo pro definitione phlegmatis
satis est dicere humidum primum,eo quia inter omnia humida solum phlegma est primum. vnde di-
cit,[vnum enim primum]humidũ,quod oritur à cibo,& illud est phlegma,[nõ multa,] & cum non
sint multa prima,ipsum primũ non erit quid cõmune contrahibile per ipsum indigestũ.[quare super-
fluum indigestum appositũ]in definitione phlegmatis.[Etenim hoc ablato,reliqua erit propria defi-
finitio. non enim contingit à cibo, & hoc quid] scilicet phlegma, [& aliud quoddam primum esse,]
ita vt sint plura prima quæ à cibo oriuntur,& cum non sunt plura prima,non erit ipsum primũ com-
mune,atque contrahibile per ipsum indigestum . Quare otiose additur ipsum indigestũ in definitio-
ne phlegmatis . Deinde defendit supradictam definitionem, quasi dubitando de ea,& supponit à ci-
bo via indigestionis posse oriri plura indigesta,vt sanguis,qui fit ab indigestione, ciбóque humefacto,
vt melancholia, veluti cum fit succus acetosus in stomacho: vt cholera etiam quæ etiam via indige-
stionis aliquãdo generatur. verum omnium istorum humidorum, quæ via indigestionis à cibo fiunt,
phlegma est primum indigestum, nõ ergo frustra ponitur in definitione phlegmatis indigestum. po-
nitur enim vt cõtrahens humidum.quia licet phlegma non sit primum humidum,eo quia ante phle-
gma possunt à cibo fieri & sanguis,& cholera,& melancholia,tamẽ phlegma est humidum primum
indigestum,hoc est eorum quæ fiunt à cibo via indigestionis, & hoc dicit, [An non simpliciter à ci-

A bo phlegma]est subaudi primũ humidũ,[sed indigestorum primũ,]hoc est,sed est primũ eorũ,quæ à cibo generantur via indigestionis. [Quare addendũ est indigestũ] saltẽ vt cõtrahens ipsum humidũ, sunt enim humida plura & digesta, & indigesta. addendũ est etiam primũ, vt cõtrahens ipsum indigestũ ad phlegma,quod est primũ indigestorũ.[Ná illo quidẽ modo dicta]definitio phlegmatis sine ipso indigesto, [non vera erit definitio.siquidẽ]phlegma[nõ est primũ omniũ]humidorũ,sed omniũ eorũ humidorum quæ à cibo fiunt via indigestionis. quare primũ erit additũ,vt cõtrahens ipsum indigestũ:ipsum autẽ indigestũ additur,vt cõtrahens ipsum humidũ.erit igitur definitio phlegmatis,humidum eorũ quę via indigestionis à cibo fiunt,primum. Tunc ad formã dubitationis,dicendũ ipsum indigestum nõ frustra poni, quia additur vt differẽtia cõtrahens humidũ, cũ humidũ sit duplex digestum,& indigestũ.phlegma autẽ est humidũ indigestũ.sed quia plura sunt humida,quę fiũt à cibo via indigestionis,ideo recte dicitur phlegma esse humidũ indigestũ primũ.vbi ponitur humidũ loco generis, quia per ipsum differt à mẽbris solidis: ponitur autẽ indigestũ loco differentiæ,vt per ipsum differat ab humoribus digestis.primũ autẽ ponitur loco vltimę differẽtię,vt per ipsum differat phlegma ab B aliis humidis quę via indigestionis generãtur à cibo. Nam phlegma est indigestũ primum,cętera autem secundaria.Hæc de diffinitione phlegmatis.

TERTIVS LOCVS SVPERFLVITATIS.

22 Insuper si quippiam eorum quæ sunt in oratione, nõ omnibus inest quæ sunt sub eadẽ specie. Nã talis peius definit quàm qui vsi sunt eo quod inest omnibus quę sunt. Illic enim si reliqua propria definitio est, & tota propria erit. Simpliciter enim ad proprium quolibet addito vero,tota oratio propria fit. At si aliquid eorum quę sunt in oratione,non omnibus insit quæ sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse. Non enim cõuersim prædicabitur de re, vt animal gressibile bipes quadricubitale. Non enim huiusmodi oratio conuersim C prædicabitur de re, eo quòd non omnibus inest, quæ sub eadem specie sunt,quadricubitale.

Hic est tertius locus,qui accipitur ab additione eius,quod est minus,q̃ definitum,& hic talis est, si assignatæ alicuius rationi aliquid tale fuerit appositũ,quod non omnibus inest, quæ sub ea specie sunt cuius definitio assignatur, frustra ac superfluum tale erit: & quidem peius ea oratione quæ aliquid appositum habet,quod omnibus inest. & dicit, [Insuper si quippiam eorum quæ sunt in oratione, non omnibus inest quæ sunt sub eadem specie,]cuius definitio assignatur,hæc definitio subaudi non bene assignatur. nec probat hanc definitionem nõ bene assignatam esse, quia statim patet ex iis quæ dixit. Dictum est enim superfluum in definitione id esse, quo ablato, reliqua oratio propria est definito, & substantiam illius significat,& quia ablato hoc addito,quod est in minus quàm definitum,reliqua oratio propria est,& substantiam definiti significat,ideo patet illud esse superfluum. probat ergo quòd talis peius definit quàm ille,qui in definitione accipit aliquod transcendens, quod inest omnibus re- D bus mũdi. Nam ex hoc etiam patẽre potest non bene definisse, qui accepit in definitione id,quod est in minus.& dicit,[Nã talis]qui accipit id,quod est minus, [peius definit,quàm qui vsi sunt eo,quod inest omnibus quæ sunt,] hoc est,q̃ qui in definitionibus accipiunt aliquod transcendens, quod inest omnibus,vt vnum,vel ens,aut id genus. Et quòd peius definiat,probat. nam illa definitio,in qua additur transcendens, tam sine transcendenti sumpta, quàm cum transcendenti, propria est definitio, & substantiam eius significat. quod sine transcendenti sit propria, perspicuum est quoniam est definitio,& omnis definitio est proprium quarto huius,quid est esse rei significans. Quod vero cũ transcendenti sit propria, etiam patet, quoniam vniuersaliter si ad propriam alicuius definitionem adderetur aliquid, quod inest omnibus quæ sub definito sunt, etiam tota oratio cũ tali addito adhuc erit propria rei,& conuersim prædicabitur de re. Non enim alteri à definito competit talis oratio. Si autem adderetur aliquid, quod nõ omni inest definito,impossibile est totam orationem esse propriam. non enim conuersim prædicabitur de re,eo quòd non omnibus inest iis quæ sub eadem specie sunt, vnde dicit,[Illic enim] scilicet in definitione quæ accipit transcendens,[si reliqua]oratio ablato ipso transcendenti [propria definitio est,] vt supponitur ex libro quarto, [& tota,] scilicet accepta cum ipso transcendenti[propria erit.]probat hoc ex vniuersali quadã regula,& dicit,[simpliciter enim]id est vniuersaliter enim [quolibet vero addito ad proprium]id est,ad propriã definitionẽ,[tota oratio] etiã cũ illo vero accepta[propria fit,] vt erat prius,antequam tale verũ adderetur. & per verũ intelligit omne prædicatũ additũ definitioni proprię,quod verificatur de omnib⁹ cõtentis sub definito,siue

sit transcendens, siue sit minus quàm transcendēs. Tunc redit ad definitionē propriam, in qua additur aliquod minus quàm definitum, & dicit, [at si aliquid eorum, quæ sunt in oratione] subaudi additum vltra propriam orationē, [non omnibus insit quæ sunt sub eadē specie, impossibile est totā orationē propriā esse] scilicet cū illo cōpositā, [nō enim oratio propria] cū illo cōposita [cōuersim prædicabitur de re] & assignat exemplū, & supponit animal gressibile bipes esse orationē propriā alicuius videlicet animalis rectæ staturæ, si huic adderetur quadricubitale, hæc nō erit propria, & dicit, [vt animal gressibile bipes quadricubitale,] animal enim gressibile bipes sine quadricubitali propria est animalis rectæ staturæ, cum ipso autem quadricubitali nō erit propria, [non enim huiusmodi oratio] composita cum quadricubitali [conuersim prædicabitur de re] scilicet de animali rectæ staturæ, [eo quòd nō omnib⁹ inest] ipsum [quadricubitale, quę sunt sub eadē specie] scilicet sub animali rectę staturæ. ¶ Quod vero ad locū attinet, intelligendū, istud minus posse intelligi, accipi in definitione, aut vt pars illius, & sic non modo interimit bonitatem, sed esse definitionis, aut vt additum proprię definitioni, & sic interimit bonitatem, & non esse, quia est superfluum, eo quia illo remoto definitio relinquitur propria, & sic intelligit Aristot. vt Alex. exponit. Est autem peius hoc addere quàm transcendens, quia additione huius oratio redditur non propria definito: additione vero ipsius transcendentis oratio redditur propria, sicuti ablatione illius remanet propria. F

QVARTVS SVPERFLVITATIS LOCVS.

23 Rursum si idem frequenter dixit, vt qui concupiscentiam appetitum delectationis dixit, nā omnis cōcupiscentia delectationis est, quare & idem cōcupiscētiæ appetitus delectationis erit. Fit igitur terminus cōcupiscentiæ, appetitus delectationis (nihil enim differt cōcupiscentiam dicere, & appetitū delectationis) quare vtrūque eorū delectationis erit. An hoc quidē nihil absurdū. nā & homo bipes est, quare idem homini bipes erit, est autem idem homini animal gressibile bipes. quare animal G gressibile bipes, bipes est. Sed nō propter hoc absurdū aliquid accidit, nō enim de animali solū gressibili, bipes prædicatur, sic enim de eodem bis bipes prędicaretur, sed de animali gressibili bipede bipes dicitur. quare semel tātum bipes prædicatur. Similiter autē & in concupiscentia, non enim de appetitu id, quod est delectationis esse prædicatur, sed de toto, quare semel & hic prædicatio fit.

Hic est quartus locus, qui accipitur à repetione eiusdem in definitione, qui talis est, qui definiendo idem sæpenumero ponit in definitione, hic non bene definit, quia peccat in superfluitate, cū accipiat aliquid in plus quàm sit necessarium in definitione, & dicit, [Rursum si idem frequenter dixit] in definitione, subaudi nō bene definit. Veluti qui definiendo virtutē dixit, virtus est habitus existēs in medio excessus, atque defectus melior, hic non bene dixit, quia bis dixit melior. nam omne quod est medium, est & melius, quare superfluit melior. Similiter excessus & defectus superflua sunt, quoniā cum dixit medium, significauit quòd nec excedat, nec deficiat. Aristoteles tamen affert exemplum, circa quod primo assignat ipsum, secūdo autē enititur defendere exemplū, & tertio ponit aliud exemplum, vbi nulla est quæstio. Quantū ad primū, dicit, [vt qui] definiēdo cōcupiscentiā [dixit cōcupiscentiam esse appetitū delectationis.] Hic enim nō bene definit, quia bis dicit in hac definitione illū terminum delectationis in obliquo. Primo enim eum dicit in verbo concupiscentia, deinde in ea oratione, qua definit quæ est appetitus delectationis, vnde dicit, [nam omnis concupiscentia delectationis est.] In hoc enim differt amor, & concupiscentia. nam concupiscentia omnis, delectationis & voluptatis est, amor autē etiam tristium esse potest. [quare & appetitus delectationis erit idem cōcupiscentiæ,] cum concupiscētia in sui ratione includat delectationē. & propterea concludit appetitū delectationis, esse definitionē cōcupiscētiæ, & dicit, [fit igitur terminus cōcupiscentię] tota hæc oratio, [appetitus delectationis. nihil enim differt cōcupiscentiam dicere, aut appetitū delectationis. quare vtrūq; eorū delectationis erit.] & sic bis ille terminus delectationis dicitur, semel in verbo concupiscentia, & semel in oratione q̄ definit cōcupiscentiā, & cū oratio & cōcupiscentia idē sint, fit, vt eiusdē repetitio fit in eodem. Deinde Aristot. disputādo defendit definitionē cōcupiscētiæ per simile in definitione hominis, & dicit, [an hoc quidē nihil absurdū.] potest enim in definitione (vt Alexand. inquit) idem bis accipi potentia, nō autē actu. Potentia quidē in nomine quod definitur, actu vero in oratione qua definitur. cū enim dixero homo est animal gressibile bipes, potētia quidē bipes cōtinetur in hoīe, qui definitur.

A actu vero in oratione definitiua, quæ est animal gressibile bipes. Insuper idem potest bis accipi in definitione, quando non ex eadem parte accipitur, vt in proposito bipes aacipitur in homine qui definitur, & accipitur in oratione, quæ est animal gresibile bipes: & sic non ex eadem parte. nam oratio est ex parte prædicati, homo ex parte subiecti, sed idem bis prædicari est absurdum. in omni enim definitione idem bis accipitur, vt differentia vltima, semel quidem in definito & semel in definitione tota accipitur, non tamen bis prædicatur, & hoc pacto Alexãder exposuit, accepit enim dici pro accipi, vel significari. ¶Sed melius dicamus non esse absurdum aliquid bis dici de eodem, sed aliquid bis prædicari, differt enim dici & prædicari, vt dicemus, vnde dicit, [nam & homo bipes est, quare idem homini bipes erit] per quæ patet ipsum bipes dici de homine, [est autem idem homini, animal gressibile bipes.] definitio enim & definitum non differunt nisi penes implicitum, & explicitum penes actu, & potentia. [quare] etiam [animal gressibile bipes est bipes,] & sic bipes dicitur de homine, & de eius definitione, quæ est animal gresibile bipes. ¶Sed dices, bipes dicitur de homine, & de animali gressibili bipede, quod est tota hominis definitio, ergo bipes prædicatur bis, quia semel de homine, & semel de eius tota definitione. ¶Respondet, & concedit ꝙ bipes dicitur de homine, & de eius tota definitione, & ita bis dicitur. non tamen est bis prædicari, quoniam nulla est differẽtia B inter prædicari de hominee, & prædicari de eius definitiõe, cũ definitio hominis nihil aliud sit q̃ homo. Sed si prædicaretur de animali gressibili, quod non est tota definitio hominis sed pars, tunc esset bis prædicari, quia semel de homine, & semel de animali gressibili, quod non est idem homini. nam licet tota definitio sit idem homini, genus tamen quod est pars definitionis, nõ est idem homini, vnde dicit, [sed non propter hoc, absurdum aliquid accidit,] quasi dicat, licet bipes dicatur de homine, & de tota hominis definitione, non tamen propter hoc sequitur absurdum, quia nõ sequitur idem bis prædicari in definitone. cuius rationem assignat, & dicit, [nõ enim de animali gressibili solum] id est seorsum, quod est pars definitionis & quid diuersum ab homine, [bipes prædicatur, sic enim bis de eodem prædicaretur] quia & de homine & de parte definitionis hominis, quæ differt ab homine. [sed bipes dicitur, de animali gresibi bipede] quæ est tota definitio, & nihil aliud q̃ homo. [quare semel tãtum bipes prædicatur.] prædicari enim de homine, & de animali gresibili bipede, est de eodẽ prædicari. cum homo, & animal gressibile bipes, idem & vnum sint. Tunc ostendit per hoc non esse absurdum delectationem in obliquo dici de concupiscentia, & de tota illius definitione, sicut non est absurdum in definitione hominis, & dicit, [Similiter autem & in concupiscentia, non enim de appetitu qui est pars definitionis, [id quod est delectationis esse prædicatur, sed de toto] hoc est, sed de tota de- C finitione concupiscentiæ. [quare semel & hic] in definitione concupiscẽtiæ [prædicatio fit.] cum cõcupiscentia, & definitio illa vnum & idem sint. Si enim prædicaretur esse delectationis de concupiscẽtia, & de parte definitionis illius, tunc esset bis prædicari, quia illa sunt diuersa. sed quia prædicatur de concupiscentia, & de tota definitione eius, non est nisi semel prædicari, cum pro eodem definitio & definitum habeantur.

24 Non est autem bis dicere idem nomen, aliquid absurdum, sed frequenter de aliquo idem prædicari, sicut Xenocrates prudentiam definitiuam & contemplatiuam, eorum quæ sunt, dicit esse, nam definitiua, contemplatiua quædam est, Quare bis idem dicit, addens rursum cõtemplatiuam. Similiter autem & quicunque refrigerationem priuationem eius quidem caloris, qui secundum naturam est, dicunt esse. nam D omnis priuatio eius est, quod secundum naturam est. Sed sufficit fortasse dicere priuationem caloris, eo quòd ipsa priuatio notũ facit quòd eius sit, quod secundum naturam dicitur.

Quia superius declarauit in omni definitione idem nomen bis dici de aliquo, quia semel de definito, & semel de definitione, & posset quis inferre, ergo idem nomen in definitione bis prædicatur de eodem, respondet, & dicit, [Non est autem bis dicere idem nomen aliquid absurdum, sed frequẽter de aliquo idem prædicari] est absurdum. Differũt enim dici & prædicari, quia dici potest aliquid de se, & de omni includente se. homo enim dicitur de homine, est enim hæc vera, homo est homo, nõ autem idem potest de seipso prædicari, quoniam prædicari est esse prædicatum, prædicatum autem omne, aut accidens, aut genus, aut proprium, aut definitio. Si igitur idem posset de semet prædicari, idem posset de semet esse prædicatum, & sic idem posset sibi esse aut accidens, aut genus, aut propriũ aut definitio, quare differunt dici & prædicari, sicut genus & species, quia omne quod prædicatur dicitur, & non econuerso, Ex his sequitur bipes posse de homine dici, licet homo intra se includat, bipes, & de animali gresibili bipede etiam, licet includat bipes. Istud tamẽ bis dici non est bis prædi-

cari,sed semel,cum homo & animal greſſibile bipes,pro eodem habeātur,& bipes exiſtēs quaſi pars, E eſt quid diuerſum ab homine,& ab eius definitione,modo quo pars differt a toto,& differentia ab eo, cuius eſt differentia. Tunc quomodo ſit abſurdum,exponit,& dicit,[ſicut Xenocrates] definiēs prudentiam,[dixit prudentiam eſſe definitiuam,& contemplatiuam eorum quæ ſunt]id eſt eorum quæ nobis accidunt. Ponit definitiuum & contemplatiuuum,ac ſi eſſent duo prædicata diuerſa, & tamen idem ſunt.[nam definitiua contemplatiua quædam eſt , quare bis idem dicit] id eſt prædicat, accepit enim dicit pro prædicat . bis prædicat dico [addens rurſum contemplatiuam ,]nam illa additio, cum fiat per notam copulationis,quæ copulat inter diuerſa,videtur addere nouum prædicari. deinde aſſignat aliud exemplum,& dicit,[Similiter autem & quicūque refrigeratione dicunt eſſe priuationem eius quidem caloris,qui ſecundum naturam eſt,] ſubaudi bis prædicant , quia in verbo priuatio intelligitur carentia rei naturalis.[nam omnis priuatio eius eſt,quod ſecundum naturam eſt, ſed ſufficit fortaſſe dicere priuationē caloris , eo ꝙ ipſa priuatio] quatenus priuatio[notum facit ꝙ eius ſit] carentia,[quod ſecundum naturam dicitur.]differt enim priuatio a negatione , quoniam negatio eſt carentia tam rerum naturalium , quàm non naturalium,at priuatio carentia tantum eſt rerum naturalium. ¶ Sed occurres fortaſſe iis quæ diximus,bipedem bis dici,ſemel autē prædicari.videtur enim nullo pacto prædicari , quia ſi ſemel prædicatur , eſt prædicatum de homine , & de eius definitione F tanquam de eodem.Si eſt prædicatum,erit aut genus,aut accidens,aut proprium,aut definitio hominis & eius definitionis. Dicendum ꝙ ſi eſt differentia vltima,reducitur ad definitionem,ſi eſt differētia non vltima,reducitur ad genus,& ſic omnino eſt prædicatum ſaltem reductiue.Prædicatur igitur ſemel,licet bis dicatur,quia homo & animal greſsibile bipes vnum & idem ſunt, & bipes quid diuerſum eſt ab homine,& ab eius definitione. bis dicitur vero, quia idem poteſt dici de ſe,& de omni eo, quod ſe includit.Tu vero non ignores hunc locum fuiſſe mihi difficilem ,multis vero ante me ignoratū & Alexā.titubaſſe . Quod autem ad exemplū attinet,annotatione dignū non eſſe idem dicere priuationem eius,quod ſecundum naturam eſt,& priuationem,quę eſt ſecundum naturam carentia ſubſiſtentiæ,qua aliquid aptum natum eſt eſſe in rerum natura: priuatio eius eſt,quod ſecudum naturam eſt,nam ſubſiſtentia,qua aliquid aptum natum eſt eſſe,res eſt ſecundum naturam.Carentia oculorū vi facta,& violentia,priuatio eſt,at ſomnus carentia vigiliæ eſt,& quidē naturalis. naturalis enī ſomnus eſt,in quo caremus vigilia, Qui igitur dixit refrigerationem eſſe priuationem caloris, qui eſt ſecundum naturam, cadit in eam abſurditatem,quam Ariſt.demonſtrauit.quoniam omnis priuatio eſt rei ntauralis,ea ratione qua priuatio eſt,non autem priuatio omnis eſt ſecundum naturā,quia nō G carentia oculorum vi illata.ſed bene ſomnus eſt priuatio ſecundum naturā ipſius vigilię.Sunt & alia exempla(vt Alexander inquit)vt ſi definies lineam,& dixeris lineam eſſe magnitudiuem dimenſionatam ſuper vnum dimenſionatum,hic enim ſuperfluum accipit,quoniam qui dicit dimenſionatū, dicit ſuper vnum dimenſionatum,nam vnum dimenſionatum continetur in dimenſionato. & rurſum qui dixit ignem eſſe corpus calidum & ſiccum,ſuperflue accipit, quia ſiccum & calidum idem eſt cum igne.

LOCVS QVINTVS.

vniuerſali καθόλȣ

25 Rurſum ſi vniuerſaliter dicto,addidit & particulare,vt ſi clementiā imminutionem expedientium & iuſtorum , nam iuſtum expediens quippiam eſt . quare continetur in expediente.ſuperfluum igitur iuſtū. nam qui dixit vniuerſaliter,addit & particulare,& ſi medicinā diſciplinam ſanatiuorum animali,& homini.aut legem imaginem eorum,quę H ſunt bona & iuſta. Iuſtum enim bonum quippiam . Quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene,an nō bene definiuit,per hęc & huiuſmodi perſpiciendum.

Hic eſt quintus locus,qui accipitur ab aliquo,quod in definitione vniuerſaliter accipitur, qui talis eſt,ſi in definitione aliquid ſumitur vniuerſaliter,& illi additur aliquid particulare,quod continetur ſub illo vniuerſaliter dicto,non bene aſſignatur definitio,quoniam illud particulare eſt ſuperfluū. vnde dicit,[Rurſum ſi vniuerſaliter dicto]in aliqua definitione,[additur & particulare] ſubaudi qđ ſub illo vniuerſaliter dicto continetur,non bene aſſignatur definitio , quoniam tale particulare eſt ſuperfluum,cum intelligatur ſub illo vniuerſaliter dicto . Deinde aſſignat exempla, & dicit, [vt ſi clementiam]definiens,dixit eſſe[immutionem expedientium ,& iuſtorum,] videtur autem iuſtum ſuperflue accipi,[nam iuſtum expediens quippiam eſt]immo omne iuſtum eſt expediens, & non conuertitur,[quare continetur in expediente] tāquam in vniuerſaliter dicto.[ſuperfluum igitur eſt iuſtū]

A in tali definitione.[nam qui dicit]in tali definitiõe aliquid[vniuersaliter,addit & particulare].Quod vero ad verba attinet,clementiam ἐπιείκειαν dixit, quod vertere ęquitatem solent morales, & rhetores.Est autem ęquitas, vt quinto ethic.& primo rethoricorum dicitur,virtus,qua quis leges emendat, reprimit,aut pro arbitrio imminuit.Expedientia vero sunt,quæ ex legibus videntur conuenire, & sic oẽ iustum est expediens, & non conuertitur.Quare si clementia seu æquitas est diminutio pro arbitrio eorum cruciatuum,qui secundũ leges expediũt,superfluit addere iustũ.nam qui minuit pœnas ac cruciatus,qui secundum leges expediunt, imminuit etiam cruciatus ac pœnas iustas. Ergo superfluit addere iustorum.deinde assignat secũdũ exemplum,& dicit,[& si medicinam]hoc est facultatem medicinalem quis definiens, dixit esse[disciplinam sanatiuorum] id est, eorum quæ sunt apta sanare,[animali,& homini]morbos,superfluum accepit,quoniam sub animali vniuersaliter dicto homo intelligitur.Deinde tertium exemplum affert.& dicit,[aut]si quis[legem]definiens dixit esse [imaginem eorum,quæ natura sunt bona & iusta,nam iustum bonum quippiam, est]enim omne iustũ bonum, sed non conuertitur.[Quare]in huiusmodi definitione[frequẽter idem dicit.]ergo superfluit.Differt autem hic locus a loco præcedente,quoniam locus pręcedens accipiebatur ab identitate, vt ita dixerim, demonstrabatur enim in illo aliquid superflue accipi in definitione, quando accipiebatur aliquid idẽ

B alicui eorũ,quæ in definitiõe p̃accepta sunt.Hic vero demõstratur superfluitas ab aliquo vniuersaliter accepto in definitione,cum accipitur aliquod particulare quod sub illo continetur. ¶Sed videtur locus hic instantiam habere.nam si quis definiens auem,dixit auem esse animal volatile habens pẽnas diuisas,bene definit,& tamen habere pẽnas diuisas sub volatili continetur. Dicendum non esse idem aliquid particulare accipi sub vniuersali,& accipi sub vniuersaliter dicto (vt Alexan . demonstrat)in definitionibus enim accipi potest particulare sub vniuersali, & non superflue accipietur , quonam vt contrahens accipitur:non autem particulare sub vniuersaliter dicto, quia sub vniuersaliter dicto semper intelligitur particulare,& hoc pacto sonant exempla Aristotel.cum enim dicitur clementia expedientium,intellexit omnium,& sic superfluit addere iustorum.Et cum dixit lex est imago eorum,quę natura bona sunt, intellexit,omnium eorũ,quæ natura bona sunt,& sic superfluit addere iustorum.Similiter cum dicitur medicina esse scientia sanorum,intelligitur omnium animalium, & sic superfluit addere hominum.At in definitionibus post vniuersale potest addi particulare , quoniam differentia vltima semper respectu generis particulare quippiam est,& sic est in definitione auis. in definitione enim auis genus est volatile,differentia vero diuisas habens pennas.Deinde epilogat,& dicit,[vtrum

C igitur bene an nõ bene definiuit,per hæc & huiusmodi,]scilicet similia [perspiciendum.] actenus de bonitate definitionis.

PRIMVS LOCVS DEFINITIONIS.

Vtrum vero definiuit , & dixit quod quid erat esse , an non, ex hisce . Primum quidem , si non per priora & notiora confecit definitionem . nam cum terminus assignetur eius cognoscendi gratia , quod dicitur . Cognoscimus autem non ex quibuslibet , sed ex prioribus & notioribus,quemadmodum in demonstrationibus (sic enim omnis doctrina , & disciplina se habet.) manifestum igitur , quoniam qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit . Si enim definiuit , plures erũt

D eiusdem definitiones. manifestum enim quoniam & qui per priora & notiora , melius definit . Quare vtræque erunt definitiones eiusdem. Tale autem non videtur. Vnicuique enim eorum quæ sunt , vnum est esse , quod quidem est. Quare si plures erunt eiusdem definitiones,idẽ erit definito esse,quod quidem secundum vtranque definitionem significatur.Hæc autem non eadẽ sunt, eo quia & definitiones diuersæ sunt: manifestum igitur quoniam non definiuit, qui nõ per propriora atque notiora definiuit.

Nunc transit ad loca definitionis,cum enim dixisset loca bonitatis, nunc vult dicere loca definitionis simpliciter,quibus videlicet interimitur,vel construitur definitio:& primo præmittit intentionem,& dicit,[Vtrum vero definiuit,& dixit quod quid erat esse an non]dixit quod quid erat esse, [ex hisce] quæ dicemus,perspiciendum.¶Quod vero ad verba attinet,ea verba[& dixit quod quid

erat esse,]expositiua sunt.nam dicere,quod quid erat esse, est definire.nullus enim definit,qui non dicit quod quid erat esse.proposita intentione,transit ad loca , & primo assignat locum, qui accipitur ab ordine eorum quæ accipiuntur in definitione,& dicit,[primum quidem si non per priora,& notiora confecit definitionem.]Nam si ita fecit,non definiuit.Hoc autem probat primo ostensiue,& dicit,[nam cum terminus asignetur eius cognoscendi gratia, quod dicitur,] hoc est,quod propositum est definire.& legantur verba suspēsiue vsque ibi,[manifestū igitur & cęt.cognoscimus autē nō ex quibuslibet] indifferenter,[sed]ex detetminatis , hoc est[ex prioribus & notioribus, quemadmodum dictum est in demonstrationibus.] in demonstrationibus enim conclusiones non cognoscuntur ex quibuslibet,[sed ex prioribus,& notioribus.sic enim omnis doctrina & disciplina] non solum demōstratiua,sed etiā definitiua[se habet.]Omnis enim doctrina & disciplina ex prioribus & notioribus fit.Ex iis dat conclusionem,& dicit,[manifestū igitur,quoniāqui non per huiusmodi] priora,& notiora[definiuit,non defininiuit.]quēadmodū qui conclusionē non per priora,& notiora demōstrauit,non demonstrauit.deinde idē ꝓbat ducendo ad impossibile,& dicit,[si enim] ille qui nō ꝑ priora & notiora definiuit,[definiuit,plures erūt eiusdē definitiōes] nā qui definiuit nō ꝑ priora, & notiora,hic ꝑ aduersariū definiuit: & qui definiuit ꝑ priora,& notiora,secundū veritatē etiā definiuit,quod ꝓbat,& dicit,[manifestū enim qm̄ & qui per priora, & notiora] subaudi definit, [melius definit,] q̃ qui per posteriora,& ignotiora.nec hoc probat , sed accepit tanquam per se notum . quod si melius definit, ergo definit, [quare vtræque erunt definitiones eiusdem,] & quæ est data per posteriora & ignotiora, & quæ est assignata per priora & notiora. Tunc destruit consequens,& dicit,[tale autem non videtur,] nec est verum,quod probat ducendo ad absurdius,& dicit, [vnicuique enim eorū quæ sunt,]& quorum quærimus definitiones,[vnum est esse,quod quidem est]id est,quod quidem est essentia per definitionem significata.[quare,]vt concludit,[si plures erunt eiusdem definitiones,idem] & vnū[erit definito esse,quod quidem secundum vtranque definitionem significatur,]& sic illudmet esse,quod significat definitio data per priora & notiora , significabit definitio data per posteriora & ignotiora. Tunc destruit hoc consequens,& ostendit hæc duo esse,scilicet & significatum per definitionem datam per posteriora & ignotiora , & significatum per definitionem datam per priora & notiora non esse vnum & idem esse omnino, & dicit, [hæc autem]duo esse scilicet [non eadem sunt,]non enim sunt vnum & idem esse,[eo quia & definitiones diuersę sunt.]Quare si illa duo esse non sunt vnū & idem esse omnino,non poterunt significari ab illis diuersis definitionibus . Tunc affert conclusioné principalem,& dicit,[manifestum igitur quoniam non definiuit,qui non per priora & notiora definiuit.]sed quid intelligat ipse per priora & notiora,posterius dicemus. ¶ Disputant recentiores si eiusdem rei esse possint plures definitiones,& probant ꝙ sic,nā iræ asignantur duæ definitiones, vt primo de anima constat,vbi etiā dicitur differenter definire physicū & logicū , quia physicus per materiam , logicus autem per formam . Ad hæc moralis per finem , metaphysicus per efficientem causam definit.Præterea libro de anima color definitur ꝙ sit motiuum visus secundum actum lucidi,& in libro de sensu & sens.ꝙ sit extremitas perspicui in corpore terminato.Insuper definitio(vt secundo Posteriorum dicitur) & medium,& causa idem . Sed vnius rei plures sunt causæ,igitur vnius rei plures sunt definitiones.Aristoteles tamen intelligit non posse esse eiusdem rei plures definitiones secūdum eandem rationem causæ, & secundum eandem rationem ordinis,verū de his in metaphysica.

26 Igitur per non notiora quidem terminum dici , dupliciter est accipere.Aut enim si simpliciter ex ignotioribus,aut si nobis ignotioribus Contingit enim vtroque modo . Simpliciter enim notius est quidem, quod prius est posteriore,vt punctum linea , & linea superficie , & superficies corpore,quemadmodū & vnitas numero.Prius enim & principium omnis numeri . Similiter autem, & elementum syllaba. Nobis autem econuerso quandoque accidit . nam corpus magis quàm superficies sub sensum cadit,superficies autē magis quàm linea , linea autem signo magis.Multi enim magis huiusmodi cognoscunt. nam illa quidē quomodolibet, hęc autem subtili ac fœcundo intellectu comprehendere oportet.

Cum dixisset definitionem non esse , nisi sit assignata per priora & notiora,nunc exponit quid ipse intelligat per notius,& simul cum hoc exponit quid intelligat per prius,& primo præmittit diuisionem,& dicit,[Igitur per non notiora quidem terminum] hoc est definitionem[dici, dupliciter est accipere.aut enim si]est[ex simpliciter ignotioribus,]sunt autem simpliciter ignota,quæ natura

A sunt ignota.[aut si nobis ignotioribus. Contingit enim vtroque modo]subaudi aliquid esse ignotius, & simul,& seorsum.Simul quidem,si simpliciter,& nobis sit ignotius:seorsum autẽ,si nobis sit ignotius,naturæ vero notius.Deinde exponit hanc diuisionem,& quidem per membra contraria his quę accepit,& dicit,[simpliciter enim notius est quidem,quod prius]secundum suam naturam[est posteriore,]& per exempla exponit,& dicit,[vt punctum linea, & linea superficie, & superficies corpore, quemadmodum & vnitas numero] & assignando causam exemplorum , exponit quid intelligat per prius secundum sui naturam,& dicit,[prius enim] subaudi simpliciter secundum sui naturam est[& principium omnis numeri.similiter autem & elementum syllaba]& generatim omne principiũ suo principiato.Hoc enim est simpliciter prius secundum sui naturam . Intelligit autem per elementum litteram,quæ syllabæ est elementum.Deinde exponit quid intelligat per notius nobis,& dicit,[nobis autem econuerso quãdoque accidit.]accidit enim nobis interdum , vt principiatum sit nobis notius. dico interdum, quia non semper . in mathematicis enim idem est nobis, & simpliciter notius, (vt in libris auscultatoriis satis dilucidatum est) vbi non principiatum,sed principium est nobis, & simpliciter notius.& quod nobis econuerso aliquando accidat,exponit,& dicit,[nam corpus magis q̃ superficies sub sensũ cadit,]ergo corpus est nobis notius superficie ipsa,quæ tamen erat simpliciter notior.
B [Superficies autem]eadem ratione[magis quàm linea:linea autem] eadẽ de causa[signo magis]hoc est puncto,sub sensũ cadit.& ꝙ magis corpus q̃ superficies,& superficies q̃ linea, & linea quàm punctum sub sensũ cadant,probat per experientiam Idiotarum, & dicit,[multi enim] hoc est idiotæ(vt exponit Alexander)[magis huiusmodi cognoscũt,]subaudi quàm sua principia,[nam illa quidem,] scilicet principiata[quomodolibet]id est,& per intellectum,& per sensum,[hæc autem] scilicet principia[subtili ac fœcundo intellectu comprehendere oportet.]& intelligit per subtilem intellectum, eum,qui ex principiis generationis est bene affectus , saltem per accidens,bonitate instrumentorum, quę subseruiunt nobis ad intelligendũ.& per fœcundum intelligit intellectũ plenum notitia effectus. Nõ enim in naturalibus intellectus potest venire in notitiam principii, nisi prius nouerit principiatũ, a quo via resolutionis ꝓficiscitur in notititiam principii . Quæ ratio docet nobis notiora esse quæcũque principiata magis cadunt sub senus:notiora autẽ simpliciter esse principia , quæ nobis innotescũt ex cognitione principiatorum.

28 Simpliciter igitur melius per priora, posteriora tentare cognoscere. scientificum enim magis huiusmodi est . verum ad eos , qui impo-
C tentes sunt cognoscere per talia,necessarium forsan per ea quæ illis nota sunt, facere orationem. Sunt autem talium definitiones, quæ & puncti,& lineæ,& superficiei.Omnes enim per posteriora,priora indicant. nam illam quidem lineæ , istam autem superficiei, hanc vero corporis στερεὸ fines dicunt esse.

Cum exposuisset membra diuisionis,nunc comparat definitionem assignatam per priora,definitioni assignatæ per posteriora, & dicit,[Simpliciter igitur melius]est [tentare cognoscere]id est, definire[per priora,posteriora,] quàm econuerso.Et quia hoc nõ semper fieri potest,ideo dixit esse melius tentare quantum possumus,& assignat causam, & dicit, [scientificum enim magis huiusmodi,] scilicet tentare posteriora, per priora cognoscerere,& disciplinæ est magis idoneũ,vt patet in mathematica,quæ per excellentiam dicitur disciplinabilis,propterea quia semper posteriora per priora de-
D monstrat.Deinde exponit quando,& quibus hominibus hocfieri nõ potest,& dicit,[verũ ad eos,qui impotentes sunt cognoscere ꝑ talia,]vt sunt idiotę qui imperiti sunt,& solũ sensũ sequuntur,[necessarium forsan] est [facere orationem]definitiuam, [per ea , quæ illis nota sunt,] hoc est per posteriora,quæ cadunt magis sub sensum . Deinde per exempla exponit definitiones,scilicet quæ dantur per posteriora,& dicit,[Sũt autem talium definitiones]scilicet quę dantur per posteriora[&]illa quæ est [puncti,& illa,quæ est[lineæ,&]illa,quæ est[superficiei,omnes enim]qui hæc definiunt, [per posteriora priora indicãt,]ac definiunt,cuius causam assignat,& dicit,[nam illam quidem]definitionem, quæ est[lineæ,istam autem]scilicet definitionem,quę est[superficiei,hanc vero]scililicet definitionẽ quæ est[corporis,dicunt esse fines.]Est enim punctum finis lineæ,linea autẽ finis superficiei, superficies vero finis corporis.Quare per posteriora assignantur.nam linea puncto,superficies linea , corpus superficie posterius est, &nobis notius.In his enim definitionibus saltem differentiæ sunt posteriores definitis,genus autem vtrũ sit nobisnotius,pro exemplorum necessitate non est disputandum.

29 Non oportet autem latere,quoniam sic definientes non contingit quod quid erat esse definito indicare, nisi contingat,idem & nobis no

tius eſſe,& ſimpliciter notius. ſiquidem oportet per genus & differentias definire eum,qui bene definit. Hæc autem ſimpliciter notiora,& priora ſunt ſpecie. interimit enim genus & differentia ſpeciem. Quare priora hæc ſpecie.Sunt autem & notiora.nam ſpecie quidem nota, neceſſe eſt & genus & differentias cognoſci. Qui enim hominem cognoſcit,& animal,& greſſibile cognoſcit.At genere vel differẽtia nota, non neceſſe eſt & ſpeciem cognoſci.Quare ignotior ſpecies.

nota.

Cum aſſignaſſet locum & declarationem loci,nunc circa aſſignatam declarationem, ponit vnũ annotatione dignum.in quo primo declarat qualis eſt definitio,quæ datur idiotis, qui ſolum ſenſum proſequuntur,& dicit,[Non oportet autem latere]immo oportet ſcire[quoniam ſic definientes,]ſcilicet per poſteriora ſimpliciter & notiora ſenſibus,vt definiunt idiotæ,[nõ contingit quod quid erat eſſe]hoc eſt ſubſtantiam[definiti indicare,]deinde addit,quando definitio aſſignata per nobis notiora,indicat ſubſtantiam,& quod quid erat eſſe definiti,& dicit,[niſi contingat idem & nobis notius F eſſe,& ſimpliciter notius.]quando enim illud quod accipitur in definitione,idem eſt nobis,& naturę notum,vt interdum contingit ea,quæ ſunt naturæ prima, eſſe & nobis nota. tunc definitio ſignificat quod quid erat eſſe,& ſubſtãtiam definiti. Tertio exponit,& probat ꝙ partes definitionis ſint ſimpliciter priores,& nobis notiores definito,& hoc vt habeamus,quę definitio ſignificat ſubſtãtiã,& quod quid erat eſſe definiti,& dicit[ſiquidẽ oportet per genus & differentias definire eũ,qui bene definit,] ſubaudi propria & eſſentiali definitione,quæ ſignificat quod quid erat eſſe, & ſubſtantiam definiti,[hæc autem ſimpliciter notiora,& priora ſunt ſpecie,]quæ definitur, & nobis nota etiã, vt Alexand. ſubaudit. & ꝙ genus & differentia ſint ſpecie ſimpliciter priora,probat, & dicit, [interimit enim genus & differentia ſpeciem,]ſubaudi illis interemptis,& non econuerſo. dictum eſt enim in prædicamentis prius eſſe alterum altero,a quo non conuertitur eſſendi conſequentia. Et cũ a genere & differentiis non conuertãtur eſſendi conſequentiæ,ideo concludit,[quare hæc]ſcilicet genus & differentia ſunt ſimpliciter[priora ſpecie,]quæ definitur. Quod vero ſint nobis notiora, declarat, & dicit [ſunt autem & notiora,nam ſpecie quidem nota]ſcilicet nobis, [neceſſe eſt & genus, & differentias cognoſci.]quod exemplo manifeſtat,& dicit,[qui enim hominem cognoſcit, & animal]quod eſt hominis genus, G [& greſſibile,]quod hominis differentia,[cognoſcit: at genere vel differentia nota, nõ neceſſe eſt & ſpeciem]id eſt hominem[cognoſci.]& vtitur nota diſiunctionis, quia genere & differentia ſimul notis,fortaſſe ſpeciẽ cognoſci neceſſe eſt, [quare ignotior ſpecies] eſt partibus definitionis.Ex his colligitur primo qualis ſit definitio,quæ datur idiotis,quia ea quæ datur per poſteriora naturæ, & nobis notiora, Secundo colligitur huiuſmodi definitionem non ſignificare quod quid erat eſſe,& ſubſtãtiã definiti.Tertiohabetur ꝙ definitio ſignificãs ſubſtãtiã & quod quid erat eſſe definiti, ſit illa,quæ datur per notiora nobis,& priora naturæ,quales definitiones ſunt,quæ conſtant ex genere & differẽtiis,vt in textu deduxit.dico ĩ genere ꝓprio,& differẽtiis ꝓpriis.nã q̃ cõſtãt ex aliquo,loco generis,& aliquo,loco differẽtiæ,poſſunt eſſe definitiones aſſignatæ ꝑ poſteriora naturæ, & nobis notiora.Poſſunt etiã nõ ſignificare quod quid erat eſſe,& ſubſtantiã definiti, qm̃ poſſunt eſſe datæ ꝑ accidẽtia,quæ aliquãdo accipiũtur loco differẽtiæ,& generis.Ex his vlterius deducit Alex.& quidẽ optime,eũ q definitionẽ facit ex iis,quę ſolũ naturæ nota ſunt,& nõ nobis,naturę quidẽ bene facere,nobis vero,non bene facere. Qui vero ex poſterioribus naturæ,nobis vero notioribus,ad eos qui valde ſunt ignari & idiotæ,fortaſſe rationabiliter facere:ad ſcientiã vero & diligẽtem diſciplinam,non bene.Sed de hoc ſatis dictum eſt in poſterioribus.Siquis autem vult hunc textum reſoluere ad artem prioriſti- H ſticam,hoc pacto reſoluat,genus & differentiæ ſunt ſimpliciter priores definito, & nobis notiores,vt in textu probatum eſt.partes ex quibus definitio conſtat,ſunt genus & differentiæ,igitur partes ex quibus conſtat definitio,ſunt ſimpliciter priores,& nobis notiores.& hoc modo hic poteſt collocari prima ratio,per quam Ariſtot.probat partes definitionis eſſe definito ſimpliciter priores,& nobis notiores.& eſt ratio oſtenſiua.

30 Inſuper illis(qui ſecundum veritatem huiuſmodi definitiones dicunt eſſe,quæ ſunt ex iis,quæ vnicuique ſunt nota) plures eiuſdem accidit dicere definitiões eſſe. Siquidẽ alia aliis,& nõ omnibus eadem contingit notiora eſſe.Quare ad vnumquenque erit definitio aſſignãda.Siquidem ex iis,quæ ſingulis quibuſque ſunt notiora,definitionem oportet facere.

A Cœpit probare definitiones,quæ sunt ex simpliciter posterioribus,nobis autem notioribus, nō esse definitiones secundum rei veritatem.& hoc probauit primo ratione ostensiua,nunc secundo idē probat ratione ducente ad impossibile,& dicit,[Insuper illis (qui definitiones huiusmodi, quæ sunt ex iis,quævnicuique sunt nota,dicunt esse]definitiones proprias, &[secundum veritatem)plures eiusdem accidit dicere definitiones esse]scilicet proprias,quæ sunt definitiones secundum veritatem.Addidit autem Aristot.[secundum veritatē,]quia plures esse eiusdem definitiōes,quę nec sunt propriæ, nec secundum rei veritatem,nihil prohibet. Possunt enim eiusdem plures descriptiones esse : vna tamen propria,& secundum veritatem definitio.deinde probat consequentiam,& dicit,[siquidem alia aliis,& non omnibus eadem contingit notiora esse.]Alia enim idiotis,& alia sapientibus sunt notiora:idiotis enim sensibilia,sapientibus intelligibilia sunt notiora.Tunc concludit conclusionem, & dicit,[quare ad vnumquenque erit definitio assignanda.siquidē](vt diximus)[ex iis, quæ singulis quibusque sunt notiora,definitionem oportet facere.]& sic contingit eiusdem plures esse definitiones,& tu intelligas proprias,& secundum veritatem,quod est absurdum.

31 Præterea eisdem alia, interdum alia magis nota . nam a principio B quidem sensibilia,instructioribus autem factis,contra. Quare neque ad eundem semper eadem definitio assignāda est ab iis, qui per ea,quæ singulis quibusque sunt notiora, definitionem fatentur assignandam esse.

Hæc est tertia ratio etiam ducens ad impossibile,quæ talis est,si propria & vera definitio est,quæ assignatur ex iis, quæ sunt notiora cuique , tunc accidit assignare ad vnum atque eundem hominem plures definitiones,proprias & veras.deducitur consequentia,quia eidem homini pto diuersis temporibus diuersa sunt notiora, & dicit. [Præterea eisdem alia, interdum alia magis nota sunt.] quod exponit,& dicit,[nam a principio quidem sensibilia,instructioribus autem factis,contra.]Quidam exponūt[a principio]scilicet studiorum.quum enim aliqui incipiūt assequi scientias atque disciplinas, eis notiora sunt sensibilia,cum omnis nostra scientia incipiat a sensibus. & per instructiores,intellexerunt postquàm euaserunt sapientes. cum enim aliquis sapiens factus est,tūc circa intelligibilia versatur.Aliqui exponunt a principio,hoc est dum est puer,nam pueris primo nota sunt sensibilia,& singularia. p instructiores,prouectiores intelligūt , postq̄ euaserūt viri,nā viris sunt notiora vniuersalia. Alexan . cui est credendū,p a principio, intellexit homine existente puero. pueris enim notiora sunt C sensibilia, cum solis sensibus vtantur : intelligibilia vero ignotiora . per instructiores autem intelligit prouectos,postquam facti sunt sapientes adeo , vt possint resoluere , & componere. His enim sensibilia ignota videntur esse,ꝙ sint in continuo fluxu:intelligibilia autem notiora,sicuti stabilia & firma.Tunc ex iis infert conclusionem,& dicit,[quare neque ad eundē semper eadē definitio assignanda est ab iis,qui per ea,quæ singulis quibusque sunt notiora,definitionem fatētur assignandam esse.] & sic non solum ad diuersos,sed ad eundem plures eiusdem veras & proprias definitiones esse,quod est absurdum.

62 Manifestum igitur quoniam non definiēdū est per ea, quæ huiusmodi sunt,sed simpliciter notiora. Solummodo enim sic vna & eadem definitio semper fiet.

Ex iis,quę disputauit,concludit quales esse debeant,verę,ac propriæ definitiones,& dicit.[Manifestum igitur,quoniam non definiendum est]vera & propria definitione [per ea quæ huiusmodi sunt]scilicet posteriora & notiora nobis,[sed per simpliciter notiota,]& priora. cuius causam assi- D gnat,& dicit,[solum modo enim sic]data definitio per simpliciter priora,& notiora,[vna & eadem definitio semper fiet.]& non plures eiusdem,nec ad diuersos homines, nec ad eundem. quemadmodum enim vnicum est esse simpliciter atque secundum naturā definiti, ita vnica erit definitio,quādo datur per simpliciter notiora,& priora.

33 Fortasse autem & id, quod simpliciter notum est,non est id,quod omnibus notum est , sed quod bene dispositis intellectu : quemadmodum & simpliciter salubre iis , qui bene affectum habent corpus,

Alexander,vt mihi videtur,satis bene exponit præsentem textum, volens quod per hæc verba soluat tacitam quæstionem,quæ talis esse potest,dictum est notum naturæ esse, simpliciter notum, sed simpliciter notum est omnibus notum,ergo notum naturæ erit omnibus notum.Soluit negando minorem,& dicit.[Fortasse autem,& id,quod simpliciter notū est,non est id,quod omnibus notum est,sed quod]est notum omnibus[bene dispositis intellectu.]hoc est,scientibus,qui per disciplinas habent intellectum bene affectum.quod per exemplum declarat,& dicit,[quemadmodum & simplici

ter salubre iis,qui bene affectum habent corpus,]& non ægrotum.Cibus enim dicitur simpliciter salubris,non qui omnibus est salubris,sed qui sanis corporibus est cõseruatiuus sanitatis.similiter & aer, & cæteræ res non naturales, de quibus Galenus tertio Technæ. Ergo a pari simpliciter notum erit, quod omnibus est notum,qui bene affectum habent intellectum.Tales sunt sapientes,qui in disciplinis sunt bene exercitati,vt Aristoteles hic exposuit.

34 Oportet igitur vnumquodque talium diligenter peruestigare, vti autem disputantes ad id,quod expedit.

Ex dictis quasi corollarie concludit vnũ documentũ obseruandũ a disputantibus,qđ tale est,quãdo disputantes versantur circa ea,q̃ multipliciter dicuntur,qualia sunt ea,quę diximus videlicet notũ, & prius.Est enim notũ & prius multiplex.vt dictũ est. oportet talia diligẽter puestigare diuidẽdo ipsa in sua significata . Postea vti significatis , vt expedit, vnde dicit. [Oportet igitur vnumquodque talium] multipliciter dictorum [diligenter peruestigare] diuidendo ea in sua significata. [vti autem disputãtes]illis significatis,[ad id,quod expedit.] & sic fecit de notis, & prioribus,quę multiplicia sunt. nam postquam hæc diuisit,dixit bene dispositis definiendum est per priora , & notiora simpliciter, non autem bene dispositis,per notiora quo ad nos. F

35 Maxime autem sine dissensione interimere contingit definitioné, si neque ex simpliciter notioribus,neque ex iis quæ nobis, contingit definitionem fieri. Vnus igitur locus eius,quod nõ per notiora, est ex eo, quia per posteriora priora indicant.vt prius diximus.

Cum assignasset locum,& ea quæ erant necessaria pro expositione loci assignati,nunc ponit locum,quo maxime,& concesse,& proprie contingit definitionem destruere, & dicit.[Maxime autem sine dissensione]atque controuersia[interimere contingit definitionem , si neque ex simpliciter notioribus,neque ex iis quæ nobis]sunt notiora,[contingit definitionem fieri ,]qui enim sic definit, sine controuersia non definit. Vt si quis definiens hominem, dicat, homo est animal ὑδροφορικόν, hoc est,modo aquæ motum,aut mixtim & secũdum fortunam latum.nam quod est modo aquæ motum, vel mixtum & secundum fortunam latum , nec nobis nec naturæ notum est. Sunt autem huiusmodi voces tropice , & non proprie dictæ . Si enim proprie dicerentur , essent nobis, aut naturæ notæ, G vt significantes rem,de qua dicuntur. demum epilogat locum,& dicit, [vnus igitur locus eius, quod non per notiora,]& primus[est]subaudi interemptiuus definitionis [ex eo]videlicet[quia per posteriora priora indicant.]in tantum enim per hunc locum interimitur definitio, inquantũ qui definiunt, indicant priora per posteriora,[vt prius diximus.]hactenus de primo loco.

SECVNDVS LOCVS DEFINITIONIS.

36 Alius autẽ,si eius,quod est in quiete,& definitiõe indefinitũ,& quod in motu est,assignata est oratio nobis.Prius enim est & notius,quod manens,& definitum eo, quod indefinitum est,& in motu.

Hic est secundus locus,per quem interimitur definitio,qui sumitur ab indefinitate, & motione eius quod definit,qui talis est,si aliqua definitio assignatur de aliquo, quod est in quiete,per id, quod est in motu:aut de aliquo,quod est definitum,per id,quod est indefinitũ,interimenda est. vnde dicit. [Alius autem]locus scilicet interimendi definitionem est, [si eius,quod est in quiete , & definitione] hoc est, & est definitum, [per indefinitum,&] per id,[quod ĩ motu est , assignata est oratio nobis,] subaudi quæ assignata est definitio,nõ est definitio. & hoc probat,& dicit,[prius enim est, & notius, H quod manens est, & definitum eo,quod indefinitũ est.& in motu.]Huius loci exempla affert Alexãder,vt qui ideam definiunt,dicunt ideam esse causam factorum ab ipsa, peccant.nam facta,quorum ipsa est causa,cum sensibilia sint,in motu sunt, & indefinitum esse habent.At idea immobilis est,& definita,quare peccant.& qui dicunt scientiam esse ignorantię amissionem,etiam peccant contra hunc locum,quoniam ignorantia priuatio est cognitionis,& priuatio est non ens, & non ens est indefinitum:at scientia definita est, & semper eodem modo se habens, & sic definitum per indefinitum definierunt.Simili modo peccant,qui definiendo sanitatem ,dicunt sanitatem esse morborum repulsionem.eadem ratione definientes deum,peccarunt,cum dixerunt deum esse factorum opificem . nam deus quidem sempiternus,& stabilis , & immutabilis est. opera vero in fluxu,& motu sunt . Rursum qui dicit scientiam esse habitum per disciplinam acquisitum,immobile per illud quod in motu est,definit.quippe cum disciplina motus quidam est,scientia vero immobilis.Insuper qui dixit ideã esse substantiã sine figura ĩtactilẽ, definitũ p indefinitũ definire videtur,& qui virtutẽ mediũ dicit esse excessusatque defectus,definitum per indefinitum etiam definit. Ex iis perspicuum non bene Albertum

A intellexisse hunc locum, quando per id, quod est in quiete intellexerit id, quod est in statu: & per id, quod est in definitione, id, quod est in perfectione. Imperfecta enim, vt dicit, quandiu ad perfectionem tendunt, indefinita, indeterminataque sunt. Cum autem suam perfectionem assecuta sunt, definita sunt, ac determinata, & in quiete. Hęc enim expositio verbis Aristotelis non conuenit, si Alexandri considerauimus expositionem. & propterea Alexāder per quietem & definitionem, intelligit immobilitatem, & stabilitatem: per id vero quod in motu, & indefinitū, intelligit omne mutabile, & variabile. Quod ita Arist. intelligat, Alexandri exempla demonstrant, & ideo cessant omnes iuniorū cauilli, quæstionesque.

TERTIVS LOCVS DEFINITIONIS

37 Eius autem, quod est non ex prioribus, tres sunt modi. Primus quidem, si per opposita, oppositum definiuit: vt per malum, bonum. Si-
B mul enim natura opposita. Et nōnullis eadem disciplina contrariorum videtur esse. Quare non notius alterum altero.

Cum assignasset locum qui accipitur a negatione prioris, & notioris simul, hic accipit locum, qui accipitur a negatione prioris tantum. & primo dat intelligere locum, qui accipitur a negatione prioris generatim. deinde eum per species declarat. locus itaque generalis talis est, si assignetur aliqua definitio non ex simpliciter prioribus, interimenda est. Deinde per species hunc locum distinguit, & dicit, [Eius autem, quod est] definire [non ex prioribus, tres sunt modi.] hoc est, species, per quæ innuit locum generalem, & diuisionem illius in species, quas per ordinem prosequitur, & primo eum, qui sumitur a negatione prioris via oppositi, & dicit, [primus quidem, si per opposita oppositum definiuit.] Sic enim interimitur definitio, [vt si per malum, bonum] definiretur, dicendo bonum est priuatio mali. Tunc dat rationem, & dicit, [simul enim natura opposita,] & ita neutrum neutro prius est. deinde idem confirmat auctoritate aliquorum, & dicit, [& nonnullis eadem disciplina contrariorum videtur esse.] quod pro tanto eis sic videtur, pro quanto putant contraria esse simul natura. [quare non notius alterum altero.] ¶ Dubitabis fortasse, quia Aristoteles decimo me-
C taphysica. libro docuit reducere omnia opposita ad habitum & priuationem, quatenus alterum extremum cuiuslibet oppositi se habet per modum habitus, & alterum per modum priuationis: sed priuatio non cognoscitur, nisi per habitum, & negatio. per affirmationem, ergo omne oppositum definitur per suum oppositum. & hæc dubitatio Alberti est, quam, vt mihi videtur, obscure soluit. potest tamē dici, quòd secus est loqui de oppositis secundum rationem dialecticam, quæ est vniuersalis: secus autem secundum rationem metaphysicam, quæ est secundum res. Primo enim modo omnia opposita sunt simul natura, & ideo recte dixit hic, cum loquutus sit vt dialecticus. Secundo modo habitus est priuatione prior, & affirmatio negatione. & sic omnis oppositio reducitur ad eam quę est priuationis & habitus: & conceditur, vt sic, alterum per alterum definiri posse. Molestas vero quæstiones Iuniorum, quibus disputant, vtrum omnia opposita sunt simul natura, prætermitto, quia in Dilucidario metaphysicarum disputationum satis diximus. Hic enim ea sola dicenda esse arbitramur, quæ facere videntur ad verborum Aristotelis dilucidationem. Si quis vero plura considerauerit, ea quærat ab Adinolpho, qui de Aristotelis verbis pauca, de quæstionibus vero multa scribit.

D 38 Oportet autem non latere quædam fortasse aliter definiri non posse, vt duplum sine dimidio, & quæcunque per se ad aliquid dicuntur. Nam omnibus huiusmodi est idem esse ei, quod est ad aliquid quodam modo se habere. Quare non est possibile sine altero alterum cognoscere. quippe cum necessarium sit in alterius oratione coassumi & alterum.

Cum dixisset secundum rationem dialecticam, nullum oppositum definiri posse per suum oppositum, excipit ab hoc loco relatiue oppositum, quod definiri non potest sine suo opposito. & primo ponit exceptionē & dicit, [Oportet autem non latere quædā fortasse aliter definiri non posse, vt duplum sine dimidio.] Est enim duplum, quod continet dimidium, [& quæcunque per se ad aliquid dicuntur.] Omnia enim relatiue opposita mutuo definiuntur. deinde eius quod dixit, assignat causam, & dicit, [Nam omnibus huiusmodi] scilicet quæ per se ad liquid dicuntur [esse idem est ei, quod est ad aliquid quodammodo se habere,] vt saltem in terminum. tunc dat conclusionem, & dicit, [Quare non est possibile sine altero alterum cognoscere,] & ita nec definire. & quia aliquid per alterum definiri potest, aut tanquam per partem definitionis, quæ est

genus, aut differentia, aut tanquam per terminum, modo quo accidens per substantiam definitur tan- E quam per terminum suæ habitudinis, exponit alterum relatiuorum per alterum definiri, non tanquā per partem, sed tanquam per terminum suæ habitudinis, & dicit, [Quippe cum necessarium sit in al terius] relatiui [oratione coassumi & alterum] tanquam scilicet terminum suæ habitudinis, vt sit alterum relatiuum cum altero, & non per alterum intellectum. ¶ Quod verò ad verba attinet, dixit [& quęcunque per se ad aliquid dicuntur,] quoniam (vt Alexander inquit) sunt quædam, quæ secundum proprium, & specificam rationem non sunt ad aliquid, sed secundum rationem generis, vt medicina, grammatica, geometria, & id genus. hæ enim secundum propriam rationem non sunt ad aliquid, sed secundum rationem generis, quod est scientia, quæ refertur per se ad scibile, & huiusmodi non oportet definire per opposita, cum ipsæ secundum ipsas non sunt ad aliquid. Quædam vero secundum specificam rationem sunt ad aliquid, sed per accidēs, vt vnitas, quæ refertur ad numerū quatenus ei accidit esse principium numeri, vt punctum, quatenus ei accidit esse finē lineæ, vt linea, quatenus accidit esse finem superficiei. & hæc definiuntur per opposita, quoniam ad ea referuntur saltem per accidens. Qui enim vnitatem definit, dicit vnitatem esse principium numeri, & qui definit punctum, dicit punctum esse finem lineæ. & de linea, & superficie similiter.

39 Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia, vti autem eis F in his, vt videbitur expedire.

Cum demonstrasset eorum, quæ per se ad aliquid dicuntur, non esse aliter videlicet sine oppositis rationem assignare, concludit præceptum, & dicit, [Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia,] scilicet relatiua, quę sic se habent, vt diximus, vti autem eis] supple in disputationibus, [in his, vt videbitur expedire,] & vtile esse ad propositum. nam si destruere voluerimus definitiones eorum quæ sunt ad aliquid, diceremus quoniam non sunt definitiones ex prioribus & notioribus: sin autem construere, diceremus quoniam impossibile est aliter huiusmodi relatiua definire. Quare memoriæ mandandum est huiusmodi præceptum.

40 Alius, si eodem ei quod definitur, vsus est.

Hic est secundus modus eius quod est non prius, qui accipitur ab eo non priore, quod est idem G definito, & dicit. [Alius] scilicet modus, & secundus eius, quod est non prius, est, [si] scilicet definiens [eodem ei, quod definitur, vsus est.] vt si diceretur, mens est intellectus animæ. Idem enim per idem definitur, & quia nihil ipsum seipso prius est, aut posterius, ideo qui ita definit, peccat.

41 Latet autem, cum nomine non vtitur eodem ei, quod est definiti. Vt si solem, stellam in die apparentem definierit: siquidem qui die vtitur, & sole vtitur.

Et quoniam peccatum huiusmodi aliquando clarum est, aliquando latens, exponit quando est latens, & dicit. [Latet autem, quum nomine non vtitur eodem ei, quod est definiti.] Quando enim in definitione accipitur aliquid idem definito, sed sub alio nomine, tunc peccatum latet. hoc per exemplum exponit, & dicit, [Vt si solem stellam in die apparentem definierit.] Hic enim peccat eo errore, verum latenter, quia licet sub alio nomine, eodem tamen definito vtitur. [siquidem qui die vtitur, & sole vtitur.] Quare vtitur eodem definito, sed sub alio nomine, quoniam lucens vel apparens in die, idem est quod sol. Quare dixit solem esse stellam solem. Apparens enim in die idem est quod sol, igitur si sol est stella apparens, vel lucens in die, sol erit stella sol. Præterea ap- H pellatione diei, significatur sol, & ita aliquid accipietur in definitione idem soli, saltem in obliquo.

42 Oportet autem ad deprehenda talia sumere pro nomine orationē vt quoniam dies est solis latio super terram. Nam tūc manifestum, quoniam qui solis lationem super terram dixit, solem dixit. Quare vtitur sole, qui die vtitur.

Et quoniam oportet pro bonitate artis & doctrinæ, vt huiusmodi vitium deprehendatur, alioquin ars esset insufficiens, docet nunc regulam deprehendendi huiusmodi vitium, & dicit. [Oportet autem ad deprehendenda talia] vitia latentia in definitione, vt fiant clara & aperta, [sumere pro nomine orationem] illius nominis. Diximus enim quod sol est stella lucens in die: vt igitur cognoscatur definitione in huiusmodi esse acceptum aliquid, quod est idem soli, accipiatur definitio diei, [vt quoniam dies est solis latio super terram, nam tunc manifestum est, quoniam qui solis lationem super terram dixit, solem dixit,] saltem in obliquo. [Quare vtitur sole, qui vtitur die] in definitione solis. Vtitur dico sole in obliquo, hoc pacto, sol est stella lucens in latione solis. Insuper vtitur sole implicite, qui vtitur die: qui vero vtitur loco diei eius definitione, vtitur sole explicite.

A Sed occurres, quoniam omnis definitio est idem numero definito, quare omnis definitio erit male assignata. Præterea in omni definitione ponitur genus, sed (vt Boetius inquit) definitum est idem generi, vt particulare vniuersali. Intelligas igitur in definitionibus tunc peccatum esse, cum aliquid accipitur in definitione, quod non solum re, sed nomine est idem definito, vel saltem synonymum. vt si diceremus quòd homo est animal homo, tunc in definitione acciperetur aliquid idem definito re, & nomine. Si autem diceremus quòd mens sit intellectus animæ, tunc acciperetur in tali definitione aliquid, quod est synonymum menti. Quare licet definitio sit idem numero definito, non tamen est ei nomine idem, vel synonyma. similiter, licet genus sit idem definito, tamen genus non est idem nomine, vel synonymum definito.

43 Rursum, si eo quod e diuerso diuiditur, id quod e diuerso diuiditur, definiuit. Vt impar est, quod vnitate maius est pari. Simul enim natura sunt, quæ sub eodem genere e diuerso diuiduntur. Impar autem & par, e diuerso diuiduntur. Nam ambo, numeri differentiæ sunt. περιττόν abundás. ἀρτίῳ, perfecto. B

Tertium modum tradit Aristoteles nunc demonstratiuum eius, quod est non per priora definiri, & dicit, [Rursum si quod e diuerso diuiditur eo definiuit, quod e diuerso diuiditur.] Sic enim interimitur definitio. Et assignat exemplum, & dicit, [Vt impar est, quod vnitate maius est pari.] Deinde assignat causam loci, & exempli, & dicit. [Simul enim natura sunt, quæ sub eodem genere e diuerso diuiduntur,] Quod si sunt simul natura, neutrum neutro definitione prius est. Deinde verificando exemplum, dicit. [Impar autem & par e diuerso diuiduntur, nam ambo numeri differentiæ sunt.] quæ sub numero continentur, saltem lateraliter. Quare neutrum neutro prius est definitione. ¶ Quod vero ad locum attinet, dices, correlatiua simul sunt natura, & tamen alterum definitur per alterum. Diximus superius alterum relatiuum definiri per alterum, non tanquam per partem definitiuam, sed tanquam per terminum suæ habitudinis. ¶ Quod vero ad exemplum attinet, nõ videtur verum semper, vt impar sit vnitate maius pari, quoniam tria non sunt maiora quatuor vnitate, sed pauciora. Propterea intelligas hoc de pari quod impari correspondet. Tribus enim duo correspondent, & ideo tria duobus maiora sunt.

C 44 Similiter autem & si per inferiora, superiora definiuit. Vt parem numerum, qui bipartite secatur: aut bonum, habitum virtutis. Nam & bipartite sumptum est a duobus, quæ paria sunt: & virtus bonum quoddam est. Quare inferiora hæc quàm illa sunt. Est autem necesse eum qui inferioribus vtitur, & illis vti. Qui enim virtute vtitur, & bono vtitur. eo quòd bonum quoddam virtus est. Similiter autem & qui bipartite vtitur, & pari vtitur, eo quòd in duo secari significat bipartite secari. Duo autem paria sunt. Generatim igitur dicendo vnus est locus, non per priora & notiora fecisse orationem. partes autem eius, quę D dictæ sunt.

Videtur quòd hic sit quartus modus, & tamen proposuit tres tantum. Quòd vero hic sit quartus modus, perspicuum est. non enim est ille, qui est ex oppositis: nec ille, qui est ex eisdem cum definito: nec ille, qui est ex contradiuisis sub vniuersali. quare videtur quartus modus eorum, qui non per priora definiunt. vnde dicit, [Similiter autem, & si per inferiora, superiora definiuit,] subaudi interimitur definitio. & assignat exempla, quorum primum est in mathematicis, & dicit. [Vt parem uumerum] dicendo quòd sit numerus, [qui bipartite secatur,] Secundum vero in morali philosophia, & dicit, [aut] dicendo [bonum] esse [habitum virtutis,] deinde verificat exempla, & ostendit quòd eiusmodi exempla sint definitiones assignatæ per inferiora. & dicit. [Nam & bipartite sumptum est a duobus, quæ paria sunt,] idem enim est bipartitum, quod in duo partitum. duo autem inferiora sunt ipso numero pari. Sub pari enim sunt & tripartitum, & quadripartitum, & id genus. [Et virtus bonum quoddam est.] Est enim virtus boni species, sub bono enim est & disciplina, & diuitiæ, & genus, & id genus. [Quare hæc] scilicet bipartite secatum, & virtus [inferiora sunt quàm illa] scilicet bono. & pari numero, & sic verificata sunt exempla. Deinde assignat rationem loci, & dicit. [Est autem necesse eum, qui inferioribus vtitur, & illis] scilicet superioribus [vti] & sic idem per seipsum definitur. probat hoc, & dicit. [Qui enim virtute vtitur] in

definitione boni, ponẽdo ꝓ noĩe virtutis, definitionẽ virtutis[& bono vtitur]in definitione boni, [eo E
ꝙ virtus est quoddam bonum]scilicet animæ.[Similiter, & qui bipartite vtitur] in definitione paris numeri, ponendo loco nominis definitionem, [& pari vtitur, eo ꝙ bipartite secari significat in duo secari, duo autem paria sunt.] Quare idem accipietur in definitione sui. Ex iis perspicuum (vt Alexander annotauit) hunc modum quartum ad secundum reduci. Erat enim secundus, quando aliquid definitur per seipsum. & hic quartus etiam est quãdo aliquid per seipsum definitur, vt Aristoteles probauit ponendo loco nominum definitiones, & hac ratione dixit tres esse modos. Deinde epilogat & dicit. [Generatim igitur dicendo vnus est locus] qui videlicet est, [nõ per priora & notiora fecisse orationem, partes autem eius] loci generatim assignati tres sunt [quæ dictæ sunt] per ordinem, saltem reductiue, quoniam explicauit quatuor.

LOCVS QVARTVS.

45 Secundus autem, si in genere existentis rei non ponitur in genere. Nam in omnibus tale peccatum est, in quibus non proponitur in oratiõe ipsum quid est. Vt si corporis definitio, est hoc quod est habere tres F
dimẽsiones: aut si quis hominem definierit, quoniam scit numerare. Nõ enim dictum est ipsum quid existens, tres habet dimẽsiones: aut ipsum quid existens, scit numerare. Genus autem vult ipsum quid est significare, & primum supponitur eorum, quæ in definitione dicuntur.

Cum assignasset locum, quo demonstratur non definiri rem, quando non per priora, & notiora definitur, quartum locum nunc assignat, quo demonstratur non definiri rem, quæ genus habet, si nõ accipietur in definitione genus ipsius. loquitur autem obscure (vt Alexander annotauit) & dicit, [Secundus autem] locus, dico secundum in ordine ad communes locos, quartus vero est in ordine ad locos secundum speciem, [si in genere existentis rei,] & debuit dicere, si res, quæ scilicet definitur, est in genere, cum scilicet definitur [non ponitur in genere. nam in omnibus] quæ definiuntur, & sunt in ge G
nere, [tale peccatum est, in quibus non proponitur in oratione] ipsum genus, quod est [ipsum quid est.] quasi dicat, est peccatum, quia omittitur genus, quod est ipsum quid est. differentia enim quale quid est, & sic non constaret definitio ex ipso quid est. dixit autem, si res quæ definitur est in genere, quoniam quædam sunt quæ definiuntur, quorum non est genus, vt generalissima. Deinde assignat exempla, & dicit, [Vt si corporis definitio est hoc, quod est habere tres dimensiones. aut si quis hominem definierit,] dicens [quoniam scit numerare.] Solus enim homo inter animalia scit numerare. [Non enim dictum est] genus [ipsum quid existens,] cum subaudi dixit in definitione corporis [tres habet dimensiones. aut ipsum quid existens,] scilicet genus, cum subaudi dixit [scit numerare. genus autem vult ipsum quid est existens significare, & primum supponitur eorũ quę in definitione dicuntur.] differentia autem significat quale, & non est primum eorum, quæ in definitione supponuntur. Oportet autẽ genus, quoniam significat quid est, primum eorum supponere quę in definitione sunt. per genus enim naturam rei quę definitur, præformamus: per differentiam autem explicamus, & describimus. Primum enim oportet dicere quid est, & deinde quale quid est. Ex ambobus enim est vniuscuiusque quod quid erat esse. ¶ Quod vero ad verba attinet dixit [& primum supponitur,] quoniam non per demonstrationem accipit. Est autẽ suppositio contradiuisa definitioni: positio vero aliquid H
commune suppositioni, & definitioni, vt primo Posteriorum dicitur.

LOCVS QVINTVS.

46 Insuper si cum dicatur ad plura, id quod definitur, non ad omnia assignauit. Vt si grammaticen scientiam scribendi quod profertur. Nã indiget & quoniam legendi. nihilo enim magis scribendi quàm legendi assignat, qui definit. Quare nõ alius, sed qui vtraq; hæc dicit, eo quòd plures non contingit eiusdem definitiones esse.

Quoniam (vt Alex. inquit) eorũ quę ad aliquid dicuntur, quædã ad vnũ, quędã ad plura dicũtur. ad vnũ quidẽ, vt potentia effectiua, vt habitus, vt relatio, vt duplũ: ad plura vero, vt sciẽtia. & qm̃ grãmatica eorũ est, quæ ad plura dicũtur, ideo assignat tertiũ locũ in ordine ad cõmunes locos, quintum autem in ordine ad loca secũdũ speciẽ. & de grãmatica exẽplũ affert, & dicit. [Insuper si cũ id, quod

A definitur, dicatur ad plura,] definiēs [nō ad omnia] ea, ad quę dicitur, [assignauit.] subaudi definitio interimitur. per quæ patet secundum Alexandrum, hunc locum non esse verum nisi in relatiuis quæ ad aliquid dicuntur, & assignat exemplum, & dicit. [vt si grammaticen] quis definiens dixerit esse [scientiam scribendi quod profertur. nam indiget, & quoniam legendi] refertur enim grammatica ad ipsum scribere, & ad ipsum legere, & non magis ad vnum eorum q̃ ad alterum. Ideo talis definitio interimitur. [Nihilo enim magis assignat qui definit, scribendi q̃ legendi] dicendo, quoniam grāmatica æqualiter ad hæc refertur. propterea concludit, [Quare non alius,] scilicet definitor, [sed qui vtraque hæc dicit] recte definit, [eo ꝙ non cōtingit eiusdem] scilicet rei [plures definitiones esse]. Si enim grammatice ex ęquo ad ipsum scribere, & ad ipsum legere refertur, & vnum eorum acciperetur in definitione, posset grammatica bis definiri, semel ponendo vnum, & semel accipiendo alterum: & sic eiusdem essent plures definitiones, quod est falsum. non enim contingit eiusdem plures esse definitiones. ¶ Quod vero ad verba attinet, verbum legendi græce est ἀναγνῶναι, latine, tum legendi, tū
B loquendi, vel dicendi, grammatica enim vtraque complectitur.

47 In quibusdam enim secundum veritatem, se habet vt dictum est, in quibusdam vero non. Vt in quibuscunque non per se dicitur ad vtrūque: vt medicinalem scientiam sanitatem & ægritudinem efficiendi. Nam ad illam quidem per se dicitur: ad hanc autem per accidens. Simpliciter enim alienum a medicinali est, ægritudinem efficere. Quare nihil magis definiuit qui ad vtrunque assignauit, quàm qui ad alterum. Verùm fortasse & deterius. eo quòd & reliquorū quilibet potest ægritudinem efficere.

Exponit Aristoteles quid velit intelligere cū dixit. [Si ad plura dicatur,] & vult ꝙ intelligatur per se, & secundū q̄d ipsum. si enim aliquid refertur ad plura per se, & secundū quod ipsum, hoc est, æque
C primo. & cum definitur, ea omnia non accipiuntur, ad quæ dicitur per se & æque primo, interimitur definitio, vnde dicit. [In quibusdam enim secundum veritatem se habet, vt dictum est] scilicet quod referantur ad plura per se, atque æque primo. hoc enim non est dictum, sed subintellectū, [In quibusdam autem non. vt in quibuscūque] id, quod definitur, [non dicitur per se ad vtrūque. vt] si aliquis voluerit definire [medicinalem] facultatem, dicat eam esse [scientiam efficiēdi sanitatem, & ægritudinē,] sic enim eam non oportet definire, [nam ad illam quidem] scilicet sanitatem [per se dicitur: ad hanc autem] scilicet ægritudinem [per accidens.] Quòd autem medicinalis facultas non dicatur per se ad ægritudinem, probat, & dicit. [Simpliciter enim alienum a medicinali] scilicet facultate [est, ægritudinem efficere.] Et propterea concludit. [Quare nihil magis definiuit, qui ad vtrunque] scilicet ad sanitatem, & ægritudinem [assignauit, quàm qui ad alterum] tantum, scilicet ad sanitatem. [Verum fortasse & deterius.] Non enim in substantia alicuius est illud, quod per accidens est. oportet autem substantiam definiti significare definitionem, quam non significat id quod per accidens est. Et ideo deterius esset addere in definitione id, quod est per accidens. est deterius etiam propter aliā cau-
D sam, quia vnusquisque esset medicus, [eo quòd & reliquorum quilibet potest ægritudinem efficere] etiam bos, & equus, & omne nocens. Est igitur locus, si aliquid refertur ad plura per se, & æque primo, & cum definitur, non accipiuntur ea omnia ad quæ refertur, interimitur definitio.

48 Insuper si non ad melius, sed ad peius: cum sint plura, ad quæ dicitur quod definitur. Nam omnis disciplina & potestas, optimi videtur esse.

Hoc quod Aristoteles dicit, potest esse locus per se, & post esse declaratio vlterior superioris loci, vt placet Alexandro. quasi dicat. insuper si aliquid ad plura referatur, & quidem per se, & æque primo, quorum alterum est melius & alterum peius, si tale definitum definiretur per peius, interimēda esset definitio, vnde dicit. [Insuper si non ad melius, sed ad peius assignauit, cum sint plura, ad quę dicitur] per se, videlicet & ęque primo, [quod definitur,] subaudi interimitur definitio. Nam licet disciplina & potestas sit boni & mali, [omnis] tamen [disciplina & potestas optimi videtur esse,] & ideo per illud debet definiri. Vtrum autem aliquid possit per se & æque primo referri ad plura, bona quæstio est. Fortasse enim fieri non potest. Bene tamen puto per se idem posse ad plura referri, non tamen æque primo, vt disciplina & potestas, quæ boni & mali sunt, per se autem non nisi boni.

LOCVS SEXTVS.

49 Rurſum ſi non poſitũ eſt in proprio genere, quod dictum eſt, cõſi- E
derandum ex iis quæ ad genera ſunt, elementis, vt prius dictum eſt.

Hic eſt ſextus locus, qui accipitur ab alieno atque extraneo genere. eſt enim quintus locus in or-
dine ad communes locos, qui aſſignati ſunt in hac parte. & dicit, [Rurſum ſi non poſitum eſt in pro-
prio genere,] ſed in genere extraneo atque alieno, [quod dictum eſt,] atque definitum, [conſideran-
dum ex iis elementis, quæ ſunt ad genera] hoc eſt, ad problemata de generibus, ſcilicet in libro quar-
to. Non enim definiuit virtutem, qui eius orationem aſſignauit ſubſtantiam in ratione diſtribuendi
ius cuique. Quo vero modo cognoſcere poterimus ſi datum genus proprium, vel extraneum eſt, re-
mittit nos ad loca de generibus dicta. In illis enim de hoc egit. ¶ Quod vero ad verba attinet, per ele-
menta, loca intelligit quoniam. loca, elementa, & principia, & occaſiones ſunt, quibus ad problemata
argumentamur.

LOCVS SEPTIMVS.

50 Prȩterea ſi tranſcendens dicit genera, vt qui iuſtitiam æqualitatis F
habitum effectiuum, vel diſtributiuum æqui. nam tranſcendit qui ſic
definit, virtutem. Relinquens igitur iuſtitiȩ genus, non dicit quod quid
erat eſſe. Nam ſubſtantia vnicuique cum genere eſt. Eſt autem hoc idẽ
ei, quod eſt non in proximo genere ponere. Qui enim in proximo po
ſuit, omnia ſuperiora dixit, eo quòd omnia ſuperiora genera de inferio
ribus prædicatur. Quare aut in proximo genere ponendum, aut omnes
differentias ſuperiori generi addendum, per quas definitur proximum
genus. Sic enim erit nihil prȩtermiſſum, ſed pro nomine in oratione di- G
ctum erit inferius. Qui vero ipſum ſuperius genus dicit, non dicit & in
ferius genus. Quoniam qui plantam dicit, non dicit arborem.

Hic eſt ſeptimus locus, qui accipitur a genere tranſcendenti, & ꝑ genus tranſcendens ipſe intel-
ligit genus non proximum, vt poſtea ipſe exponet. & dicit. [Præterea ſi tranſcendens dicit gene-
ra] ſubaudi interimenda eſt definitio, & aſſignat exemplum, & dicit. [Vt qui] ſubaudi definien-
do dicit [iuſtitiam] eſſe [habitum effectiuum æqualitatis, aut] habitum [diſtributiuum æqui.]
Vtroque enim modo non definit qui ſic dicit, quia prætermiſit virtutem, quæ eſt proximum ge-
nus iuſtitiæ, & accepit habitum, qui eſt tranſcendens ac remotum genus. Et propterea ait, [Nam
tranſcendit (qui ſic definit) virtutem.] & propterea concludit, [relinquens igitur iuſtitiæ genus,]
ſcilicet proximum, [nõ dicit] ipſius iuſtitiæ [quod quid erat eſſe] hoc eſt, eſſentiam & ſubſtantiam.
[nam ſubſtantia vnicuique cum genere,] ſcilicet proximo [eſt,] & non cum genere tranſcendenti.
hoc eſt, nam ſubſtantia eius quod definitur, per genus proximum deſignatur, quod prædicatur in
quid, non autem per genus remotum. Per genus enim remotum non ſolum ſubſtantia eius quod de-
finitur, deſignatur, ſed multorum aliorum communiter, quæ ſub illo genere continentur. Deinde H
exponit, quid ipſe velit per genus tranſcendens, & dicit. [Eſt autem hoc,] ſcilicet in genere tran-
ſcendenti ponere [idem ei, quod eſt non in proximo genere ponere.] Quare tranſcendens genus
& non proximum genus idem eſt, habitus enim eſt tranſcendens genus iuſtitiæ, & eſt etiam non
proximum genus iuſtitiæ. Deinde oſtendit ſecundum quid peccent, qui ſic faciunt, & quo modo fa-
ctum ſit, & quo modo non, & dicit. [Qui enim] definitum [in proximo] ſcilicet genere [poſuit,
omnia ſuperiora] ſcilicet genera [dixit, eo quòd omnia ſuperiora genera de inferioribus prædi-
cantur,] & in inferioribus ſunt, & ſic non peccat. Peccat autem, cum definit per genus non
proximum, vt dictum eſt, & dicemus, quoniam inferiora genera non ſunt in ſuperiore.
tunc concludit quomodo genus in definitione ſit ponendum, & dicit. [Quare aut in proximo
genere] ipſum definitum eſt [ponendum, aut] ſi proximum genus fuerit ignotum, & ei no-
men non ſit inditum, [omnes differentias ſuperiori generi,] quod remotum ac non proxi-
mum, vel tranſcendens dicitur, [addendum] ſemper vniuerſaliori minus vniuerſalem adden-
do, [per quas definitur proximius genus. ſic enim nihil erit prætermiſſum, ſed pro nomine]
ſcilicet generis proximi, qnod ignoratur, [in oratione dictum erit inferius genus,] quoniam
definitio accipitur pro nomine, & hoc modo non peccat, qui definit. Deinde declarat, quo mo-

A do peccat, & dicit. [Qui vero ipsum superius genus dicit,]derelinquens vel genus proximum, vel loco proximi generis omittens omnes differentias,hic peccat, [quoniam non dicit & inferius genus,] cum in genere superiori non includatur inferius genus [quoniam qui plantam dicit, non dicit arborem.]est enim planta genus commune herbis, & arboribus, at arbor non nisi arboribus. Quare hic peccat.

LOCVS OCTAVVS.

51 Rursum in differentiis similiter considerandum, & si differentias dixit generis.

Cum assignasset locum secundum,qui accipiebatur a generibus, hic aggreditur locum tertium in ordine ad locos vniuersales, qui tamen est locus octauus in ordine ad locos specificos in particulari,& accipitur a differentiis, & primo inspicit in differentias simpliciter, &[Rursum in differentiis similiter considerandum] secundo loco, [& si differentias dixit generis,]subaudi non dixit, quia si qui definit aliquid, accepit genus, & non differentiam illius generis, interimenda est definitio. B

LOCVS NONVS.

52 Si enim rei non specificis definiuit differentiis, aut si etiam omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullius contingit differentiam esse (vt animal, aut substantiam)manifestum quoniam non definiuit. Nullius enim differentiæ quæ dicta sunt.

Hic est locus nonus in ordine ad particularia, est tamen pars eius loci, quo inspicitur ad differentias. miscet autem primam partem cum secunda, & dicit.[Si enim rei non definiuit specificis differentiis,] sed transcendentibus, interimenda est definitio. & hæc est secunda pars, locus nonus. Deinde repetit primam partem, quæ fuit locus octauus,& dicit, [Aut etiam si omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullius contingit differentiam esse,vt animal,vel substantiam,]nullum enim horum differentia est. animal enim genus est subalternum, substantia autem generalissimum, [manifestum quoniam non definiuit. nullius enim differentiæ]sunt animal & substãtia,[quæ dicta sunt.] C Sed animal genus est subalternum,substantia autem generalissimum. Quare nec primo modo, nec secundo modo definiuit.qui enim definiendo accepit in definitione pro differentia aliquid,quod simpliciter nullius est differentia,non definiuit: & qui definiendo accepit aliquid, quod est differẽtia quidem alicuius,non tamen specifica,hic etiam non definit.

53 Videndum autem, & si est aliquid, quod è diuerso diuiditur dictæ differentiæ. Si enim non est, perspicuum quoniam non erit, quæ dicta est generis differẽtia. Quippe cum omne genus iis, quæ è diuerso diuidũtur,differentiis diuidatur. vt animal gressibili,& volatili, &aquatili,& bipede.

D Cum tetigisset duos locos,qui accipiuntur a differentiis,nunc exponit eos,& primo exponit secũdum qui erat nonus,videlicet quando in definitione accipitur aliquid loco differentiæ, quod non est differentia. & dicit,[Videndum autem]si quod pro differentia est acceptum, sit differentia,[& si est aliquid] sub genere assignato in definitione,[quod e diuerso diuiditur dictæ differentiæ] scilicet quæ cum genere in definitiõe accipitur,[si enim nihil est]contradiuisum ei differentiæ, [perspicuum q̃m nõ erit differentia generis]assignati, [quæ]pro differentia[dicta est.quippe cum omne genus iis,quæ e diuerso diuiũditur,differẽtiis diuidatur,vt animal]quod diuiditur[gressibili, & volatili,& aquatili, & bipede.]quando igitur in definitione aliquid accipitur cum genere loco differentiæ, quod tamen sub illo genere non habet aliquam differentiam e diuerso diuisam,tunc differentia assignata non est differentia.Omnis enim differentia est generis diuisiua,& speciei constitutiua. Hoc pacto peccat, qui definiẽdo animã,dicit animã esse motũ substantialẽ.Hic enim arguitur,quia nõ accepit in definitiõe differentiam.cum ipsum substantiale sub motu nulli è diuerso sit diuisum, & sic errauit.

54 Aut si est quidẽ e diuerso diuisa differẽtia,nõ verificatur autẽ de genere.si enim non,perspicuum quoniam neutra erit generis differentia. Omnes enim quę è diuerso diuiduntur differentiæ, verificantur de proprio genere.

Iterum ſecundo exponit, quomodo cognoſci poteſt aſſignatam differẽtiã in definitione non eſſe differentiam, vt ſuperius dixit, & ait [Aut ſi eſt quidem ė diuerſo diuiſa differentia, non verificatur autem de genere,] hoc enim pacto id, quod pro differentia eſt aſſignatum, non erit differentia, & propterea inquit, [Si enim non] ſubaudi de genere verificatur, [perſpicuum quoniam neutra erit generis differẽtia] ſcilicet nec ipſa, nec quæ e diuerſo eſt diuiſa. Cuius rationem reddit, & dicit, [Omnes enim quæ e diuerſo diuiduntur differentiæ, verificantur de proprio genere,] quod e diuerſo diuidunt. Hoc exponit Alexander, & dicit, quoniam in ipſo ſunt, & prædicantur ſimul acceptæ. & tu intelligas ſub diſiunctione. nam animal aut rationale, aut irrationale, aut aliter, vt inquit, verificatur. omnes differentias de genere dixit, quoniam de aliquo ipſius prædicantur, vt rationale de hominibus, mugibile de bobus, & ſic in cæteris id genus. Exemplum huius differentiæ eſt, ſi quis hominem definiret ꝙ ſit animal contiguum, eſt enim aliquid quidem e diuerſo diuiſum ipſi contiguo, vt continuum, & conſequenter ens, & id genus, neutrum autem eorum animalis differentia eſt. E

55 Similiter autem & ſi verificatur quidem, & non facit appoſita generi, ſpeciem. Nam perſpicuum quoniam non erit hæc ſpecifica differentia generis. quippe cum omnis ſpecifica differentia cum genere ſpeciem faciat. Si autem hæc non eſt differentia, nec quæ dicta eſt, quia hęc e diuerſo diuiditur. F

Poteſt exponi vno modo, ꝙ Ariſtoteles declaret primam partem, quæ erat, quando in definitione ac cipitur pro differentia, id quod eſt differentia, non tamen eſt ſpecifica & dicit. [Similiter autem & ſi verificatur quidem] & ſubaudi eſt differentia. [et appoſita generi non facit ſpeciem. nam perſpicuum, quoniam non erit hæc ſpecifica differentia generis. omnis enim ſpecifica differentia cum genere ſpeciem facit,] & vt dixit, interimitur definitio. hoc modo peccauit, qui dixit definiendo hominem, ꝙ ſit animal habens naſum curuum. Curuum enim e diuerſo diuiditur ſimo. Verum curuũ cum animali ipſo compoſitum ſpeciem non facit, & propterea interimenda eſt definitio. propterea ſubdit, [Si autem hæc non eſt differentia,] ſcilicet ſpecifica, [hæc] ſcilicet ſimum, quod curuo e diuerſo diuiditur, [nec quæ dicta eſt] ſcilicet curuum erit differentia ſpecifica, [quia hæc] ſcilicet curuum [e diuerſo diuiditur] ipſi ſimo: Eſt enim regula, Duarum differentiarum e diuerſo ſub eodem genere diuiſarum, ſi altera earum non fuerit ſpecifica, nec altera erit differẽtia ſpecifica. Et ſit patent hę duæ partes loci, qui a differentiis accipitur. quam expoſitionem non intellexerunt Iuniores, vt conſideranti ea quæ dicunt perſpicuum eſt. G

LOCVS DECIMVS.

56 Inſuper ſi negatione diuidat genus, vt qui lineam definiunt eſſe longitudinem ſine latitudine. Nihil enim aliud ſignificat ſine latitudine quàm quoniam non habet latitudinem. Accidet igitur genus participare ſpeciem. omnis enim longitudo, ſine latitudine, aut latitudinem habens eſt, quia de quolibet vel affirmatio, vel negatio vera ſit. Quare genus lineæ (cum longitudo ſit) ſiue latitudo, aut latitudinem habens erit. At longitudo ſine latitudine, ſpeciei eſt ratio. Similiter autem & longitudo latitudinem habens. Sine latitudine enim & latitudinem habens, differentiæ ſunt. Ex differentia autem & genere eſt ſpeciei ratio. quare genus ſuſcipiet ſpeciei rationem. Similiter autem & differentię, eo quòd altera dictarum differentiarum ex neceſſitate prędicatur de genere. H

Hic eſt locus decimus in ordinę locorũ particularium, tertia vero pars earum quæ accipiuntur à differẽtiis, vnde dicit, [Inſuper ſi] definiens aliquam ſpeciem, [negatione diuidat genus,] id eſt, ſi accipiat in definitione negationem, vt differentiam propoſiti generis, nõ definit, & aſsignat exemplum, & dicit, [Vt] non definiunt, [qui lineã definiunt eſſe longitudinem ſine latitudine.] Deinde oſtendit eos, qui ſic lineam definiunt, non definire, vt ex probatione huius exempli accipiatur probatio loci. & accipit vnam ſuppoſitionẽ pro ſyllogiſmis, & dicit, [Nihil enim aliud ſignificat] cum in definitione

A lineæ dicitur[sine latitudine,quàm quoniã non habet latitudinem,] vt sit contradictio habere latitudinem,& non habere latitudinem. Hac suppositione concessa,syllogizat hoc pacto, omnis longitudo est habens latitudinem,vel non habens latitudinẽ, genus lineæ est longitudo, ergo genus lineæ est habens latitudinẽ,vel non habẽs latitudinem.vltra,longitudo sine latitudine est lineæ ratio,longitudo sine latitudine prædicatur de genere,vt syllogizatum est, igitur in tertia figura lineæ ratio prędicatur de genere.horũ syllogismorũ primo ponit absurdum, quod est conclusio,& dicit, [Accidet igitur genus participare speciem] .i.recipere prædicationẽ rationis speciei, quod est absurdum. deinde deducit consequentiam per duos syllogismos, & dicit, [Omnis enim lõgitudo sine latitudine, aut latitudinem habens est,]probat, [quia de quolibet vel affirmatio, vel negatio vera sit.] Est autem suppositio quoniam habere latitudinem,& non habere latitudinem sunt affirmatio vel negatio,quare patet maior. Tunc simul accipit minorem,& cõclusionem,& dicit, [Quare genus lineæ,cum lõgitudo sit,sine latitudine,aut latitudinem habens erit,]quasi dicat,sed lõgitudo est genus lineæ,igitur genus lineæ sine latitudine,aut latitudinem habens erit. Hic est primus syllogismus, deinde accepit secundum, & supponit pro constãti,quòd genus lineæ, quod est lõgitudo,nõ habeat latitudinẽ. Non enim hoc aliter probat,sed pro vero supponit,& syllogizat,& dicit,[At lõgitudo sine latitudine speciei]scilicet B lineæ,[est ratio] secũdum aduersarios. Addatur minor,sed longitudo sine latitudine prædicatur de genere scilicet de lõgitudine,per syllogismũ assignatum,& per suppositionem. igitur genus,scilicet lõgitudo suscipiet speciei,scilicet lineæ rationem.& quia aliquis dicet definitionẽ lineæ esse longitudinem latitudinem habentem,addit.[Similiter autem & lõgitudo latitudinem habẽs]prædicatur de genere, si subaudi definitio lineæ esset, lõgitudo habens latitudinem.cuius rationem affert,& dicit, [Sine latitudine enim & latitudinem habens,differentiæ sunt]eiusdem generis. Tunc vltra dicit, [ex differẽtia autem & genere est speciei ratio]& sic ratio lineæ erit composita ex ipso sine latitudine,vel ex ipso habẽte latitudinem & ipsa lõgitudine.Ex iis infert principalẽ conclusionẽ,& dicit,[Quare genus suscipiet speciei rationem,]quod est absurdum,quia tunc species esset prædicatum de genere . Deinde dat secundum absurdum,si dicatur negationem esse differentiam in definitione,& dicit,[Similiter autem & differentiæ]subaudi genus rationẽ suscipiet,quasi dicat ad eos sic dicentes nõ solum sequitur genus suscipere rationem speciei,sed etiam differentiæ,qua diuiditur,& probat consequentiam,& dicit,[Eo quòd altera dictarum differentiarũ ex necessitate prædicatur de genere.]cum altera sit affirmatio,altera negatio,& quæcunque earum prædicatur de genere,habebitur absurdum,quòd scilicet genus suscipiet rationem differẽtiæ. Quare non solũ species,sed differẽtia prædicabitur de genere. Quæ cum C sint absurda,absurdum erit differentiam,quæ accipitur in definitione lineæ esse negationem.Tunc ex probatione exempli huiusmodi,deducere potes rationem loci decimi.

57 Est autem dictus locus vtilis ad eos,qui ponunt ideas esse. Si enim non est ipsa lõgitudo,quodam modo prædicabitur de genere,quoniam latitudinem habet, aut sine latitudine est . Oportet enim de omni lõgitudine alterum eorũ verificari, siquidem de genere verificari oporteat. hoc autem non accidit.Sunt enim & sine latitudine,& latitudinem habentes longitudines.Quare ad illos solos vtilis hic locus,quicunque genus vnum numero dicũt esse. Hoc autem faciunt qui ideas ponũt, quoniam ipsam longitudinem,& ipsum animal,genus dicunt esse.

D Cum accepisset locũ,nunc ostendit eum non valere in omnibus,immo (vt Alexander inquit)iste locus est simpliciter sophisticus,quoniã non est verum contra diuersas differẽtias longitudinis, (quæ sunt sine latitudine,& latitudinem habens)prædicari de ipsa longitudine. Tunc enim prædicarẽtur, si essent constitutiuę longitudinis,& non diuisiuę.Hoc autem patet ex eo quia rationale & irrationale differẽtiæ sunt contra diuisæ,quia vero animalis sunt diuisiuæ,& non constitutiuæ,ideo de animali non prædicantur , sed cum ipso animali de homine prædicantur , & de ipsis irrationalibus animalibus.sic autem se habet in propositis differentiis.nam longitudo diuiditur per id,quod latitudinẽ habet,& non habet. Quare neutrũ horum de longitudine prædicabitur,sed vtrũque horum cum longitudine.nam lõgitudo sine latitudine de linea,longitudo autem cum latitudine de superficie prædicatur. Tunc ad formam respondet,quòd tunc sunt cõtradictoria habens latitudinem,& sine latitudine, cum accipiuntur respectu omnis longitudinis. nam tunc omnis lõgitudo habet latitudinem, vel non omnis longitudo habet latitudinem.Est enim regula dialecticorum,circa singulare cõtradictoria fieri tam per negationem præpositam, quã postpositam. Vtroque enim modo hæ cõtradicunt,Socrates est philosophus, & Socrates nõ est philosophus, & Socrates est philosophus, & non Socrates est philosophus.At in vniuersalibus nõ nisi per negationẽ præpositam, vt omnis homo est philosophus,

& non omnis homo eſt philoſophus. Quare & hæ cõtradicunt, omne animal eſt rationale, & non o- E
mne animal eſt rationale. At cum accipiuntur reſpectu longitudinis in vniuerſali ſine ſigno vniuerſa-
li, non contradicun.t nõ enim hæ cõtradicunt, animal eſt rationale, animal nõ eſt rationale, cum non
ſit neceſſe alterum de animali verificari. vnde dicit, [Eſt autem dictus locus vtilis ad eos] id eſt, cõtra
eos, [qui ponũt ideas eſſe.] quod autem ſit vtilis cõtra eos, qui ponunt ideas, declarat, [nam ſi non eſt
ipſa longitudo] id eſt, idea longitudinũ. verbũ enim ipſa, quod græce eſt αὐτὸ cum additur alicui ter-
mino, denotat apud Platonẽ ideam termini, cuius additur. Cũ enim dicitur ipſe homo, ideam homi-
nis Plato intelligit: & cum dicitur ipſum animal, ideam animalis. cum igitur non fuerit idea lõgitudi-
num, [quodam modo prędicabitur de genere] ſcilicet vtraque differẽtiarum ex oppoſito diuiſarum,
[quoniam] genus vniuerſale [latitudinẽ habet, aut ſine latitudine eſt.] & accepit, aut, pro &, quoniam
lõgitudo habet latitudinẽ, & lõgitudo nõ habet latitudinẽ, vt animal eſt rationale, & animal non eſt
rationale. Sunt enim duæ indefinitæ ſubcontrariæ ſimul veræ. Quare negatis ideis, locus inutilis eſt,
contra vero ideas ponentes locus eſt vtilis. Tunc ad formam reſpondet, & dicit, [Oportet enim de o-
mni longitudine alterũ eorũ verificari, ſiquidem de genere] alteram differẽtiarum è diuerſo diuiſarum
[verificari oporteat,] quoniam omnis longitudo, vel nõ omnis lõgitudo habet latitudinem,] hoc au-
tem non accidit] negãtibus ideas, quoniã ſine ſigno, omnis, volũt vtramque differentiã de genere ve- F
rificari. [ſunt enim longitudines] cum nõ ſunt ideæ, [& ſine latitudine, & latitudinẽ habentes.] ſicuti
animal eſt rationale, & irrationale. [Quare ad illos] & cõtra illos [ſolos vtilis hic locus, quicũque ge-
nus vnũ numero dicũt eſſe. hoc autẽ faciunt, qui ideas ponũt,] idea enim hominis eſt ſingulare quid-
dam. [nam ipſam lõgitudinẽ & ipſum animal] ſingulariter & idealiter [genus dicũt eſſe.] & ſic cõtra
hos locus vtilis eſt. conceſſa enim idea longitudinis, ſequitur lõgitudinem eſſe ſine latitudine, aut lati-
tudinem habere. Hæc enim ſunt circa ſingulare cõtradictoria, & ſic cõceſsis ideis, ſequitur de genere
prædicari alteram differentiarũ. Contra Peripateticos vero, locus non eſt neceſſarius, quia apud eos
nihil prohibet vtranque differentiam prædicari de genere, ſine ſigno omnis, vt diximus ſuperius.

58 Fortaſſe autem in quibuſdam etiam neceſſarium eſt negatione vti
definientem, vt in priuationibus. Cæcum enim eſt, quod non habet vi-
ſum, quando aptum eſt habere.

Quia dixerat in definitione non eſſe ponẽdam differẽtiam per negationẽ, poſſet propter hoc ali- G
quis credere in definitione nullatenus poni poſſe negationẽ aliquo pacto, hoc igitur remouendo di-
cit, [Fortaſſe autẽ in quibuſdam etiam neceſſarium eſt negatione vti definiẽtem, vt in priuationibus,]
cum definiuntur, quod oſtẽdit per exemplũ, & dicit, [Cæcum enim eſt, quod non habet viſum quan
do aptũ eſt habere,] Hedenalphus dicit hic in huiuſmodi cæci definitione poni negationẽ, nõ tamen
ſicuti differẽtiam, ſed vt genus: quia differẽtia quę debet rem conſtruere, non poteſt eſſe negatio. Ale-
xander autem dicit priuationes cõuenienter deſcribi per negationes, quoniã in definitionibus talium
non accipitur genus quoddã, in quibus enim genus acceptũ eſt, abſurdũ eſt in his negatione vti. Præ-
terea negatio non ſignificat aliquid eſſe, nec definit aliquid eorum quæ ſunt ſub genere. negatio enim
ſecundum ſe dicta, non magis de ente quàm de non ente verificatur. Sed ſi priuatio definitur in con-
creto, ſemper ſubiectum cuius eſt, accipitur pro genere, vt animal in definitione cæci, & negatio pro
differentia. Eſt enim cæcum, animal non habẽs viſum, aptũ tamen habere, & ſic non recte dicit He-
denalphus. At ſi priuatio definitur in abſtracto, ſic Hedenalphus & Alexander recte dixerunt, aſſe-
rentes negationem accipi in definitione interdũ loco generis, ſubiectũ vero cuius eſt, loco differentię.

59 Differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiuſmodi affir
matione, quatenus negatione neceſſe eſt è diuerſo diuidi, vt ſi lõgitudi- H
nem habentem latitudinem diffiniuit. Nam habenti latitudinem è di-
uerſo diuiditur non habens latitudinem, neque aliud quicquam. Quare
rurſum negatione diuiditur genus.

Hic textus obſcurus eſt, Hedenalphus ait, cũ Ariſtoteles dixiſſet negatione nõ eſſe genus diuiden-
dum, nec ſpeciem conſtituendũ, & poſſet quiſpiam putare affirmationem contra talem negationem
è diuerſo diuiſam poſſe hoc facere, propterea remouendo hoc, aſſerit nec dictam affirmationem, nec
negationem cõtra ipſam diuiſam poſſe genus diuidere, vel ſpeciẽ conſtituere. Si enim affirmatio poſ-
ſet, & negatio eadẽ ratione illud faceret. hæc Hedenalphus. ſed quid velit dicere, nec ipſe exponit, nec
curo intelligere. Eſt enim expoſitio textu longe obſcurior. ¶ Alexander autem aſſerit Ariſtotelẽ velle
declarare, quãdo genus diuidi poteſt negatione: & aſserit tunc genus negatione diuidi poſſe, cum vi-
delicet diuiditur tali affirmatione, cum qua contradiuiſa negatio intelligitur: ſicuti quando dixerimus
longitudo diuiditur in habens latitudinem, & in non habens latitudinem: aut animal ad rationale, &

A ad irrationale. Quare cū affirmatio,qua genus diuiditur,talis fuerit,vt cum ea cointelligitur negatio è diuerso diuisa,tunc genus affirmatione,& negatione diuiditur.hoc autem non in omnibus verum est, quoniam si aliquis dixerit,visum esse organum visionis,non illico intelligitur cum hoc negatio cōtra diuisa,quoniā eam non habet.Sūt etiam alia plura talia.❙[Ego vero dico Arist.velle exponere,quando genus negatione diuiditur,& dicit tunc genus negatione diuidi, cum non omnes differentiæ, quibus diuiditur sunt perspicuæ. Animal enim diuiditur per rationale, sed quoniam differentia huic opposita affirmatiua non habet nomen impositum,ideo per negationem accipitur,& ita animal diuiditur per rationale,& irrationale.non enim differentia è diuerso diuisa rationali perspicua est. Vnde dicit,[differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiusmodi affirmatione,quatenus c]arētia alterius differentiæ,[negatione necesse est è diuerso diuidi]genus ipsum.cum enim altera differentia non fuerit nominata,ea negatione genus necesse est diuidi,sine qua affirmatio,quæ est altera differētia,intelligi non potest.[vt si longitudinem]quod est genus,[definiuit]aliquis dicendo [longitudinem esse habentem latitudinem,]hæc definitio incompleta est,quia tamē[habenti latitudinē è diuerso diuiditur,non habēs latitudinem,neque aliud quicquā est,] cum quo diuidere genus posit[hac ratione fit, vt rursum negatione diuidatur genus] scilicet longitudo. & ita completa definitio erit,quòd lōgitudo

B sit habens latitudinem,vel non habens latitudinem.Hæc etiam est completa diuisio.Sic mihi videtur esse intelligendus textus hic.verum si aliter vobis videbitur,exponatis,quoniam placebit.

LOCVS VNDECIMVS.

60 Rursum si speciem,vt differentiam asignauit. vt qui conuiciū,iniuriam cum irrisione definierunt.nam irrisio iniuria quædam est.Quare non differentia,sed species est irrisio.

Hic est locus 11.qui accipitur à cōparatione differentiæ ad speciem.& dicit,[Rursum]interimenda est definitio, [si]qui definit,in definitione[speciem,vt differentiam,] & loco differentiæ[asignauit,]affert exemplū,& dicit,[vt qui conuicium,] siue opprobrium,[iniuriā cum irrisione definierūt,] hi non definierunt.[nam irrisio]non est differentia,sed[est quędā iniuria,]hoc est,sed quędā species iniurię,vt patet secūdo rhetoric. [Quare nō differētia,sed species est irrisio.]exēpla vero,quæ Alexāder asignat hic,potius sequenti,quàm præsenti textui accommodanda sunt,ideo transeant.

LOCVS DVODECIMVS.

C 61 Insuper si genus vt differentiam dixit.vt virtutem, habitum bonū, vel studiosum.bonum enim genus virtutis est.

Asignat nunc locum 12.qui accipitur à cōparatione differētiæ cum genere,& dicit,[Insuper]interimenda est definitio,[si genus,vt differentiam dixit,]& asignat exemplum,[vt]nō definit,qui dixit[virtutem] esse habitum bonū,vel studiosum.] cuius causam affert, & dicit,[bonū enim genus virtutis est,]& non differentia.ideo non definit qui illo modo virtutem definit.

62 An non genus est bonum,sed differentia. Siquidem verū est,quòd non contingat idem in duobus generibus esse non continentibus seinuicem.(Nam neque bonum cōtinet habitum,neque habitus bonū.Non enim omnis habitus est bonum , neque omne bonum est habitus) non erunt profecto genera ambo. Si igitur habitus genus est virtutis,perspi-

D cuum,bonum non genus,sed magis differentiam esse. Præterea habitus quidem quid est virtus significat,bonum autem, non quid est,sed quale quid est:videtur autem differentia quale quid significare.

Cum asignasset locū & exemplū, corrigit se quo ad exemplū, & probat per duas rationes, quòd bonum sit differentia in definitione asignata, primā autē asignat, & dicit, [An non genus est bonū, sed differentia,]& quòd bonum sit differentia,probat primo,& dicit,[siquidē non verum est,] & dignitate acceptum, [quòd non cōtingat idem in duobus generibus esse non cōtinentibus se inuicem,] dico non continentibus, quoniam in duobus generibus subalternis idem esse potest,in diuersis autem nequaquam. quoniam diuersorū generum,& non subalternatim positorū,diuersæ sunt differentiæ,& species.Tunc adde minorem,sed habitus & bonum nō continent se,sed sunt diuersa genera non subalternatim posita.& probat,& dicit, [(nam neque bonum cōtinet habitum,neque habitus] continet [bonū.nō enim omnis habitus est bonum,neque] econtrario[omne bonū est habitus)] cōclusio deberet esse,igitur idem non erit sub habitu & bono tanquam sub generibus.vt syllogismus sit,sub generibus non se inuicem continentibus non potest idem esse,habitus & bonum sunt non seinuicem con-

tinentes, igitur sub habitu & bono non potest idem esse. Addit destructionẽ cõclusionis, & dicit[non erũt profecto genera ambo]q.d. sed idem scilicet virtus, est sub ambobus, igitur ambo nõ possunt esse genera. Tunc vltra, oportebit igitur alterũ genus, alterũ differẽtiam esse, [Si igitur,] vt inquit, [habitus genus est virtutis, perspicuũ, bonũ non genus, sed magis differentiã esse.] & sic in ea definitione recte habitus pro genere, & bonũ pro differẽtia acceptũ est. Deinde assignat secundã rationẽ, & dicit, [Praeterea habitus quidẽ quid est virtus significat: bonũ autẽ non quid est, sed quale quid est, videtur autem differentia quale quid significare.] igitur bonũ est differentia virtutis constitutiua, & habitus genus. & sic exemplum nõ recte assignatũ est. Propterea Alexãder in superiore textu assignauit exẽpla, quibus verificauit locũ. primũ est, si aliquis vocem definierit quòd sit aer percussus. non enim definit, qui sic definit. nam genus vocis est percussio, & non differentia. Similiter qui definit simitudinem, quòd sit nasus concauus, non definit. nam concauitas est genus simitudinis. Est enim concauitas in naso.

63 Videndum autẽ, & si non quale quid, sed ipsum quid, significat assignata differẽtia. Videtur enim omnis differẽtia quale quid significare.

Non recte Hedenalphus, & latinus anonymus, & Albertus, hunc 12. locum dixerunt accipi per comparationem differẽtiae ad indiuiduũ. nam τόδε, vt Alexãder exponit, non hoc aliquid, sed ipsum quid significat. Et propterea hunc locum Aristoteles accipit per cõparationem ad modum praedicãdi, & dicit, [videndũ autem, & si non quale quid, sed ipsum quid significat assignata differẽtia] id est, si in eo quod quid est (vt Alexãder exponit) praedicatur. nam si in eo quod quid est praedicatur, quod pro differentia accipiebatur in definitione, nõ erit differentia. & sic non definit, [videtur enim omnis differẽtia quale quid,] & non ipsum quid, [significare] id est, videtur enim omnis differẽtia praedicari in quale quid, & non in eo quod quid. Ideo non definit, qui dicit hominem esse animal humanũ. nam humanitas in eo quod quid praedicatur de homine, & non in quale quid.

LOCVS DECIMVSTERTIVS.

64 Considerantum autem, & si secundũ accidẽs inest definito differentia. nam nulla differentia est eorum quae secundum accidens insunt, sicuti neq; genus. nõ enim cõtingit differentiã inesse alicui, & nõ inesse.

Assignat 13. locum per comparationem differentiae ad accidens, & dicit, [Considerandũ autem, & si secũdum accidens inest definito differentia,] quoniam si sic, interimenda est definitio. Cuius rationẽ assignat, & dicit, [nã nulla differẽtia est eorũ quae secũdum accidẽs insunt, sicuti neq; genus] est eorũ quae secundũ accidẽs insunt, & hoc probat, & dicit, [non enim cõtingit differẽtiam inesse alicui, & non inesse,] sed solum inesse, & semper essentialiter praedicari de specie. Dicit Alexãder & quidem bene, hunc locum esse cõmunem etiam aliis duobus, videlicet generi & speciei. nam species & genus hoc aliquid significãt. Praeterea impossibile est aliquod accidẽs esse eorũ aliquid, quae in substãtia insunt, quippe cum accidẽs possit inesse, & nõ inesse ei, cui accidit. Quod autẽ est in substantia alicuius, inseparabile est ab ipso. quare si aliquis definierit aliquã speciem, & acceperit in illius definitione aliquod accidẽs pro differẽtia, hic non definiuit. quia accepit aliquid pro eo quod est in substãtia, quod non est in substantia.

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

65 Insuper si praedicatur de genere differentia, vel species, vel aliquod inferiorum speciei, non erit definiens. Nullum enim eorum quae dicta sunt, cõtingit de genere praedicari, eo quòd genus de quàmplurimis omnium dicitur.

Assignat locum 14. qui accipitur à genere per cõparationem ad differẽtiam, & ad speciem, vel ad aliquid eorum quae ponũtur sub specie secundũ praedicationem. & dicit, [Insuper si praedicatur differẽtia de genere,] quod ponitur in definitione, [vel] praedicatur [species, vel aliquod inferiorũ speciei] scilicet eorum quae sub specie sunt, de eo genere, definiens speciem per tale genus [non erit definiens.] & assignat rationem, & dicit, [nullũ enim eorũ quae dicta sunt, contingit de genere praedicari] sed magis econtrario [eo quòd genus de quàmplurimis omniũ] eorum quae dicta sunt, [dicitur.] est enim genus in plus quàm differentia, & quàm species, & quàm indiuiduum. ¶ Sed occurres, quia sequitur homo est animal, ergo animal est homo, & sequitur Socrates est animal, ergo animal est Socrates per cõuersionem in terminis. quare species praedicatur de genere, & etiam indiuiduum. ¶ Dicendum Aristotelem intellexisse genus praedicari de specie vniuersaliter, & non econuerso: & de indiuiduo praedicatione naturali, & non econuerso. Quare licet animal sit homo, non tamen omne animal est homo sicuti omnis homo est animal. Similiter licet naturali praedicatione Socrates sit animal, nõ tamẽ naturali praedicatione animal est Socrates.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

A 66 Rurſum ſi prędicatur genus de differentia. Non enim de differentia, ſed de quibus differentia, genus videtur prædicari. vt animal de homine & boue, & de aliis greſsibilibus animalibus, non autem de ea differentia quæ de ſpecie dicitur. Si enim de vnaquaque differentiarũ animal prædicabitur, multa animalia de ſpecie prędicabuntur: quippe cum differentiæ de ſpecie prædicentur. Inſuper differẽtię omnes aut ſpecies aut indiuidua erunt, ſiquidem ſunt animalia. nam vnũquodque animalium aut ſpecies, aut indiuiduum eſt.

Aſsignat 15. locum, qui accipitur à genere per comparationem ad differentiam ſecundũ prædicationem. & dicit, [Rurſum ſi prędicatur genus de differentia] quæ ponitur in definitione alicuius, ſubaudi interimitur definitio. & aſsignat rationẽ primo per exemplum, & dicit, [Non enim de differẽtia]
B prædicatur genus, [ſed de quibus differentia videtur prædicari,] de iis [genus] videtur prædicari. [vt animal de homine, & boue, & de aliis greſsibilibus animalibus, non autẽ de ea differentia quæ de ſpecie dicitur.] non oportet igitur huiuſmodi differẽtias tales eſſe in definitionibus, vt genus de ipſis prędicetur. Sed de quibus differentia, id eſt, de ſpeciebus, ad quas generum diuiſio fit, de his genera prędicantur. vnde cum genera non diuidãtur in differẽtias, ſed per differentias, ſicuti in aliis quæ diuiduntur, diuidens non eſt diuiſum, ſic nec differentia erit genus. deinde hoc probat argumento ducente ad impoſsibile, & dicit, [Si enim de vnaquaq; differẽtiarum animal prædicabitur,] vt de pedeſtri, & bipede, & rationali, quoniam de quo prædicatur animal in eo quod quid eſt, illud animal eſt, erit & pedeſtre animal & bipes animal, & rationale animal. Si igitur homo fuerit animal pedeſtre, bipes, rationale, de ipſo homine pluries animal prædicaretur, & multa animalia homo eſſet, quod abſurdum eſt. Ideo dicit [ſi enim de vnaquaq; differentiarũ animal prędicabitur] ſubaudi in eo quod quid eſt, [multa animalia de ſpecie prędicabũtur,] quia animal pedeſtre, bipes, & rationale, quorum vnumquodque eſt animal in eo quod quid eſt, vt dicis. Deinde argumẽtatur, & dicit, [Inſuper] ſi genus prædicaretur in eo quod quid eſt de differentiis, [differentiæ omnes, aut ſpecies, aut indiuidua erunt, ſiquidem] dif-
C ferentiæ animalis [ſunt animalia] in eo quod quid eſt. deducit conſequentiã, & dicit [nam vnũquodque animalium aut ſpecies, aut indiuiduum eſt.] quoniam omne quod ſub genere eſt, aut ſpecies eſt, aut indiuiduum. adhæc enim eſt generum diuiſio, & in his eſſe generũ eſt, immediate quidem in ſpeciebus, mediate vero atque ſecundarie in indiuiduis. diximus genus non prædicari de differẽtia in eo quod quid eſt, vt Alexander expoſuit, quoniam bene prædicatur de differẽtiis in concreto. Hæc enim vera eſt, rationale eſt animal, quoniam id quod eſt rationale, eſt animal, non autẽ rationalitas eſt animal. & propterea ſolet dici genus prædicari de differentia, poſſe bifariam intelligi, aut pro differentia formaliter ſumpta, & ſic falſum eſt: aut pro differẽtia ſumpta pro ſubiecto, vel ſuppoſito, & ſic eſt vera. Alii dixerunt genus poſſe prædicari de differentiis denominatiue, non autem formaliter.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

67 Similiter autem inſpiciendum, & ſi ſpecies aut inferiorum ſpeciei aliquod de differentia prædicatur. Impoſsibile enim, eo quòd de pluribus differẽtia quàm ſpecies dicitur. Præterea accidet differẽtiã ſpeciem
D eſſe, ſiquidẽ prædicabitur de ea aliqua ſpecierũ. Nã ſi de differentia prędicatur homo, manifeſtum quoniam differentia eſt homo.

Aſsignat locum 16. qui accipitur per comparationem differentiæ ad ſpeciem ſecũdum prædicationem. & dicit, [Similiter autem inſpiciendũ, & ſi ſpecies, aut inferiorum ſpeciei aliquod de differẽtia prædicatur,] dico de ea differentia quæ ponitur in ſui definitione. nam ſi ſic, interimẽda eſt definitio, vt ſi diceretur, homo eſt animal ſicuti Socrates. quia enim homo definitus de Socrate prędicatur, qui in tali definitione ponitur vt differentia, ideo interimitur definitio, Deinde probat quòd ſpecies non prędicetur de differentia, & quidem per duas rationes, quarũ primam dicit, [Impoſsibile enim] eſt, vt ſpecies prædicetur de differentia, ſaltem intermedia. Eſt enim differentia duplex, altera conſtitutiua & vltima, & hęc conuertitur cum ſpecie: quædã diuiſiua & intermedia, & hæc eſt in plus quàm ſpecies, & de hac intelligitur prima ratio, cũ dicit [eo quòd de pluribus differentia quàm ſpecies dicitur.] & ſic prima ratio valet de differentia intermedia. ſecunda ratio vero valet de omni differentia, cum dicit, [Pręterea] ſubaudi ſi ſpecies prædicatur de differentia, [accidet differentiã ſpeciem eſſe,] Hedenalphus, & Anonymus, & Albertus intellexerũt quòd accidit vt ſpecies ſit differentia, ſi videlicet

ſpecies de differentia prędicaretur.ſed vere errãt,cum verba textus ſonent in contrarium. Quare dicamus, ſi ſpecies prædicaretur de differentia,ſequi tunc,vt differentia ſit ſpecies. & hoc dicit, [ſiquidem de ea] differentia videlicet quæ ponitur in definitione [prædicabitur aliqua ſpecierum,] accidet differentiam eſſe ſpeciem,ita vt differentia ſit ſubiectum, & ſpecies prædicatum. Probat conſequentiam,& dicit,[nam ſi de differentia prædicatur homo,] vt de bipede,[manifeſtũ quoniam differentia eſt homo.] & ſic bipes erit homo. & cũ homo prædicetur de bipede, & nõ de vt indiuiduo, igitur, vt de ſpecie hominis.omne enim quod de aliquo prędicatur,de eo prędicatur,aut vt de ſpecie, aut vt de indiuiduo, quare bipes erit ſpecies hominis. & ſic ſequitur, vt differentia ſit ſpecies. ¶Sed occurres, nónne homo prædicatur de rationali,quod eſt differẽtia? ¶Dicerẽ ꝙ nõ vt de ſubiecto,vel dicerem quòd nõ prædicetur prædicatione formali,ſed quadã,vt ita loquar,prædicatione materiali,quatenus prædicatur de Socrate & Platone,de quibus prædicatur rationale,vt de ſubiectis.ſed magis ecõtrario rationale de homine,& vt de ſubiecto,& prædicatione formali,ac per ſe.

LOCVS DECIMVSSEPTIMVS.

68 Rurſum ſi nõ prior eſt differẽtia ſpecie. Nam genere quidẽ poſterior eſt: ſpecie autem priorem differentiam eſſe oportet. F

Aſsignat locũ 17.qui accipitur per cõparationẽ differẽtiæ ad genus,& ad ſpeciem ſecũdum prioritatem.& dicit,[Rurſum] ſubaudi interimitur definitio,[ſi differentia,] quæ accipitur in ea,[non eſt prior ſpecie,] & ſubaudi poſterior genere.Cuius cauſam aſsignat,& dicit,[nã] differẽtia [genere quidem poſterior eſt, ſpecie autem priorẽ differentiam eſſe oportet.] Eſt quidem genere poſterior, quia ipſum diuidit.eſt vero ſpecie prior,quia eam conſtituit.

LOCVS DECIMVSOCTAVVS.

69 Conſiderãdum autem,& ſi alterius generis eſt dicta differẽtia, neque contenti,neque cõtinentis.nam non videtur eadem differẽtia duorum generum eſſe non continentium ſeinuicem. ſi autem non, accidet & ſpeciem eandem in duobus generibus eſſe non continentibus ſeinuicem.Infert enim vnaqueque differentiarum proprium genus, vt greſsibile & bipes,animal coinferunt. quare ſi de quo differentia & generum vtrũque, manifeſtum vtique quoniam ſpecies in duobus erit generibus non continentibus ſeinuicem. G

Aſsignat locum 18.qui accipitur per comparationem differentiæ ad plura genera,& dicit,[Conſiderandum autem,& ſi alterius generis eſt dicta differentia,] quæ accipitur in definitione,dico alterius generis [neque contenti,neque continentis] id eſt,quod nec continet illud,cuius accepta eſt differentia,nec continetur ab eo.nam ſi ſic,interimenda eſt definitio. Vt ſi aliquis diceret hominem eſſe animal grammaticum,interimenda eſt definitio,quoniam grammaticum alterius generis ab animali, eſt enim de genere qualitatis. modo qualitas nec continet animal, nec continetur ab animali. Sed quoniam aliquis dicere poſſet differentiam eſſe duorum generum omnino diuerſorum, ideo probat eandem differentiam non poſſe eſſe diuerſorum generũ, ratione videlicet ducente ad impoſsibile, & dicit,[nam non videtur eadem differentia duorum generũ eſſe non continentium ſeinuicem.] genera non continentia inuicem ſunt genera diuerſa quæ non ſubalternatim ponuntur. quod probat, & dicit,[ſi autem non] eſt ita, vt dixi,ſed ita, vt differentia ſit ſub diuerſis generibus abiunctis, ac nõ ſubalternis,[accidet & ſpeciem eandem in duobus generibus eſſe continentibus ſeinuicem.] hoc eſt, abiunctis,ac diuerſis.deinde deducit conſequentiam,& dicit,[infert enim vnaqueq; differentiarũ proprium genus,vt greſsibile & bipes] quę ſunt duæ differentiæ animalis [coinferunt animal.] Sequitur enim,eſt greſsibile,ergo eſt animal.iterũ,eſt bipes,ergo animal.[Quare ſi de quo differentia] ſubaudi prædicatur,[& generum vtrũque] prædicetur.vt ſi de homine prædicetur grammaticum, de homine prædicatur ſubſtãtia,& quale,[manifeſtum vtique quoniam ſpecies] ſcilicet homo,de quo prædicatur grammaticum,[in duobus erit generibus non continentibus ſeinuicem] ſcilicet in ſubſtantia,& in quali,quod eſt abſurdum.verbi cauſa,ſi dicatur quòd animal ſit ſubſtãtia Theoretica,hæc definitio interimenda eſſet.nam Theoreticum eſt quidem ſcientiæ differentia,accepta tamen eſt in illa definitione differentia ſubſtãtiæ.modo ſubſtantia & ſcientia, genera ſunt diuerſa,quæ non ſubalternantur. Quare ſequetur vt animal ſit ſubſtantia, & ſcientia. quoniam differentia proprium genus infert, cuius eſt differentia,quod eſt abſurdum. H

70 An non impoſsibile eandem differẽtiam duorum generũ eſſe non continentium ſeinuicem, ſed addẽdum, neque vtroque ſub eodem exi-

A ſtente? nam greſsibile animal & volatile animal, genera ſunt non continentia ſeinuicem. & vtriuſque eorum eſt bipes differentia. Quare addendum eſt, neque ſub eodem vtroque exiſtente. Hæc enim ambo ſub animali ſunt. Manifeſtum etiam, quoniam non neceſſe eſt differentiam omnem proprium genus inferre. eo quòd contingit eandem duorũ generum eſſe non continentium ſeinuicem. ſed alterũ tantum neceſſe eſt inferre, & eo ſuperiora omnia. vt bipes, greſsibile vel volatile animal.

Vt Alexander exponit, Ariſtot. cum aſsignaſſet locũ, nunc addit correctiuum eius quod dixit circa probationem loci. Dixit enim differentiam non poſſe eſſe ſub diuerſis generibus, quia tunc ſpecies poſſet eſſe ſub diuerſis generibus: nunc declarat duo, quorum primum eſt, quòd differentia poſsit eſſe in diuerſis generibus, & ita ſpecies, quãdo videlicet illa diuerſa genera ſunt inter ſe diuerſa, ſub vno tamen communi genere contenta. & dicit, [An nõ impoſsibile eandem differẽtiam duorũ] diuerſorum B [generum eſſe non continentium ſeinuicem. ſed] quãdo dicitur eadem differentia non poteſt eſſe ſub diuerſis generibus, intelligendũ eſt, & [addendum, neque vtroque ſub eodem exiſtente.] Quãdo enim genera ſunt diuerſa, nec ſubalterna, nec ſub vno communi genere contenta, tunc non poſſunt ſub ſe continere vnam, & eandem differentiam. Quòd ita ſit, exemplo demonſtrat, & dicit, [nam greſsibile animal, & volatile animal genera ſunt] diuerſa, [non continentia ſeinuicem] ſubalternatim, [&] tamen [vtriuſque eorum eſt bipes differentia. Quare addendum eſt, neque ſub eodem vtroque exiſtẽte] quia vero illa ſunt ſub vno communi genere. [hæc enim ambo ſub animali ſunt,] ideo vna differentia, videlicet bipes ſub ambobus eſſe poteſt. Hoc eſt primum, deinde declarat ſecundũ, ſcilicet quòd non oportet ſemper differentiam proprium genus inferre, & dicit, [manifeſtum etiam, quoniam non neceſſe eſt differentiam omnem proprium genus inferre, eo quòd cõtingit eandem] ſcilicet differẽtiam [duorum generum eſſe,] modo illa duo genera ſub vno communi genere contineantur. [ſed alterum tantum] ſcilicet ſub diſiunctione [neceſſe eſt inferre, & eo] genere [ſuperiora omnia, vt bipes,] non infert greſsibile animal tantum, nec volatile animal tantũ, [ſed greſsibile animal vel volatile] animal. Et omnia alia genera quæ ſunt ſupra illo communi, ſub quo hæc continentur.

C

LOCVS DECIMVSNONVS.

71 Videndum autem & ſi in aliquo differentiam aſsignauit ſubſtãtię. Nam non videtur differre ſubſtantia à ſubſtantia in eo quod alicubi eſt. Quare & eos, qui greſsibili, & aquatili diuidunt animal, increpant, tanquam greſsibile & aquatile alicubi ſignificet. At in his quidem non recte increpãt. nõ enim in aliquo, neque alicubi ſignificat aquatile, & terreſtre, ſed quale quid. etenim ſi in ſicco fuerit, pari ratione aquatile. Similiter autem & terreſtre, & ſi in humido fuerit, pari ratione terreſtre ſed non aquatile erit. Attamen ſi quandoque ſignificet in aliquo differentia, manifeſtum quoniam peccabit.

D Aſsignat locum 19. qui accipitur differentia contracta ad locum, qui talis eſt, ſi differẽtia quæ ponitur in definitione, ſignificet eſſe in loco, interimenda eſt definitio. & dicit, [Videndum autem & ſi in aliquo] ſcilicet loco [differentiam ſubſtantiæ] hoc eſt, ſubſtantialem differẽtiam quæ in definitione accipitur, [aſsignauit,] nam ſi eſſe in loco aſsignauit in definitione pro differentia ſubſtantiali, interimenda eſt definitio. probat, & dicit, [nam non videtur differre ſubſtantia à ſubſtantia in eo quod alicubi eſt] id eſt, nam nõ videtur ſubſtantia à ſubſtantia differre eſſentialiter propter eſſe in loco, cũ locus extrinſecus accidat, eſſentialis autem differentia intrinſecus. ¶ Quod vero ad verba attinet, verbum [in aliquo] græce ἐν τινι, multipliciter dicitur, vt quarto phyſicę auſcultationis perſpicuum: hic tamen pro eſſe in loco accipitur. Ideo qui pro differentia accipit eſſe in loco, interimit definitionẽ: quoniam eſſe vbi, & in loco aliquo, non eſt ſubſtantia alicuius quod quid erat eſſe ſignificãs: at definitio, in qua differentia accipitur, quod quid erat eſſe ſignificat. Deinde diſputat contra quoſdam de ea animalis diuiſione, qua animal diuiſit Ariſtot. libro de animalib⁹ 90. per quam animal diuiditur in greſſibile & aquatile, & primo ponit opinionem quorũdam, & dicit, [quare & eos, qui greſsibili & aquatili diuidunt animal, increpant, tanquam] id eſt, propterea quia [greſsibile & aquatile alicubi] hoc eſt, eſſe in loco [ſignificet,] aquatile quidẽ in aqua, greſsibile autem in terra. Deinde defendit diuiſionem

illam, quoniam ipse vsus est ea in libris de animalibus, & dicit, [at in his quidem nõ recte increpãt,] E & asignat causam, & dicit, [nõ enim in aliquo, neq; alicubi] id est, esse actu in loco [significat aquatile & terrestre, sed] ex eo quia in aptitudine ac potentia quadam [quale quid,] significant. & hoc declarat dicens, [etenim si] animal aquatile [in sicco] & terra [fuerit, pari ratione aquatile erit] vt est, quãdo est in aquis. [Similiter autem & terrestre] animal, [& si in humido] atque aqua [fuerit, pari ratione terrestre,] vt antea, [sed non aquatile erit.] Ergo licet esse actu in loco non posit esse differẽtia substantialis, esse aptum natum in loco, potest esse differentia substantialis: sicut ratiocinari nõ est differentia substantialis, sed rationale, hoc est, aptum natum ratiocinari, est differentia substantialis. deinde refutata opinione, repetit locum asignatum, & dicit, [attamen si differẽtia quandoque significat] esse [in aliquo] actu [manifestum quoniam peccabit.] quoniam substantiæ differentia non potest esse vbi vel in loco esse, vt diximus superius. & sicut Aristot. dixit de loco, ita vult & de tempore esse intelligendum, & de omnibus aliis quæ rei definitæ insunt extrinsecus. Ideo frustra disputant Neoterici propter quid Aristoteles prætermisit cõsiderationes quæ accipiũtur à tẽpore, & ab aliis id genus.

LOCVS VIGESIMVS.

72 Rursum si affectum differentiam asignauit. nam omnis affectus, F cum magis fit, detrahit à substantia. Differẽtia autem non talis est. Differentia enim magis videtur seruare id, cuius est differentia. Etiam simpliciter imposibile est vnumquodque esse sine propria differẽtia. Gresibili enim non existente, non erit homo. Etiam (vt simpliciter dicam) secundum quęcunque alteratur habens, nihil eorum est illius differẽtia. Omnia enim huiusmodi, cum magis fiunt, detrahunt à substãtia. Quare si aliquam huiusmodi differentiam quispiam asignauit, peccauit. Simpliciter enim non alteramur secundum differentias.

Asignat 20. locum, qui accipitur à differentia contracta ad affectũ, qui talis est, si aliquis asignat G in definitione alicuius pro differentia illius pasionem, interimenda est definitio. & dicit, [Rursum si affectum differentiam asignauit] subaudi interimenda est definitio, in qua ponitur talis differẽtia. per affectum, qui græce est πάθος, latine tum pasio, tum perturbatio (vt inquit Cicero). Aspasius omne id intellexit, quo actu patimur secũdum aliquam qualitatem aut ad corpus, aut ad animam spectantem. Hoc pacto si aliquis dixerit homo est animal calidum, aut frigidũ, non definit, quoniam per pasionem definiret, quę spectat ad corpus: si autem dixerit aliquis, homo est animal amãs, etiam nõ definit, quia pasione definit quæ spectat ad animam. Deinde probat differentiam non esse affectum, & primo syllogizat sic, [omnis affectus cum magis fit, detrahit] aliquid [à substantia. differentia autem non talis est] hoc est, sed differentia non detrahit à substantia. cuius rationem subdit, cum inquit, [differentia enim magis videtur seruare id, cuius est differentia,] subaudi conclusionem in secunda figura. ergo differẽtia non est affectus. secũdo syllogizat, & dicit, [etiam simpliciter imposibile est vnumquodque esse sine propria differentia]. probat hoc exemplo, & dicit, [gresibili enim non existẽte, non erit homo.] Tunc addatur minor, sed vnumquodque potest esse sine suo affectu, igitur affectus non est differentia. deinde tertio syllogizat, & dicit, [etiam (vt simpliciter dicam) secundum quæcunque alteratur habens, nihil eorum est illius] habentis [differentia.] asignat causam, & dicit, [omnia enim huiusmodi, cum magis fiunt, detrahunt] (vt diximus) [à substantia.] Minorem ponit ibi [simpliciter H enim,] & est, [simpliciter enim non alteramur secundum differentias.] Tunc dat conclusionem, & dicit, [Quare si aliquã huiusmodi differẽtiam quispiam asignauit, peccauit.] vt syllogismus sit, nulla differentia alterat habentem, omnis pasio alterat habentem, igitur nulla pasio est differentia. De syllogismo sic procedit, quia primo maiorem cum eius probatione, deinde conclusionem, & vltimo minorem ponit.

LOCVS VIGECIMVSPRIMVS.

73 Et si alicuius eorum quæ sunt ad aliquid, non ad aliud differẽtiam asignauit. nam eorum quæ sunt ad aliquid, & differentiæ sunt ad aliquid. vt & in scientia. contemplatiua enim & actiua, & factiua dicitur: vnumquodque autem horum ad aliquid significat. Cõtemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & factiua alicuius.

A Aſsignat locum vigeſimumprimum qui ſumitur à differentia contracta ad circum genus, qui talis eſt, ſi genere poſito in definitione dicto ad aliquid, differentia eius, non dicitur ad aliquid, interimenda eſt definitio. & dicit, [Et ſi alicuius eorum, quæ ſunt ad aliquid, non ad aliud differentiam aſsignauit,] ſubaudi interimenda eſt definitio. Hoc eſt, ſi generis aſsignati in definitione, quod eſt ad aliquid, differentia non fuerit ad aliquid interimenda eſt definitio, aſsignat rationem, & dicit, [nam eorum] ſcilicet generum, quæ ponuntur in definitione, [quæ ſunt ad aliquid, & differentiæ ſunt ad aliquid.] hoc exemplo demonſtrat, & dicit, [vt & in ſcientia,] quæ genus eſt, quod refertur ad ſcibile: & differentiæ etiam, quibus diuiditur, ſunt ad aliquid. [contemplatiua enim & actiua, & factiua dicitur] ſcientia.nam his differentiis ſcientia ipſa diuiditur, & hæc ſunt ad aliquid, nã vt ſcientia eſt ſcibilis, ſic contemplatiua cõtemplabilis, actiua agibilis, & factiua factibilis, & hoc ait, [vnumquodque autem horum] trium, quibus ſcientia diuiditur, [ad aliquid ſignificat. Contemplatiua enim alicuius] ſcilicet cõtemplabilis, [& actiua alicuius,] ſcilicet agibilis, [& factiua alicuius.] ſcilicet factibilis. Quare ſicuti genus eſt ad quod, ita differentiæ ſunt ad aliquid. igitur ſi genus, quod ponitur in
B definitione, fuerit ad aliquid, & differentia eius non, interimenda eſt definitio.

LOCVS VIGESIMVSSECVNDVS.

74 Conſiderandum autem & ſi non ad quod natum eſt vnumquodque eorum, quæ ſunt ad aliquid, aſsignauit definiens: nam in quibuſdam ad quod natum eſt vnumquodque eorum, quæ ſunt ad aliquid, ſolum eſt vti, ad aliud autem nihil, in quibuſdam autem & ad aliquid aliud. Vt viſu quidem ad videndum ſolum. Steleggidi autem, hoc eſt labro, ſi hauriat aliquis. attamen ſi aliquis definiuit labrum, inſtrumen-
C tum ad hauriendum, peccauit. Non enim ad hoc natum eſt, terminus autem huius, ad quod natum eſt, illud eſt, ad quod vtique vtitur eo prudens, quatenus prudens, & diſciplina, quæ circa vnumquodque propria eſt.

Aſsignat locum vigeſimumſecundum, qui accipitur per relationem ad proprium terminum, ad quem refertur ipſum definitum, ſupponendo definitum eſſe de numero eorum, quæ ſunt ad aliquid, & dicit, [Conſiderandum autem & ſi non ad quod natum eſt vnumquodque eorum, quæ ſunt ad aliquid, aſsignauit definiens,] nam ſi quod definitur eſt ad aliquid, & non definitur per proprium terminum, ad quem eſt, interimenda eſt definitio, vt ſi aliquod inſtrumentum ad aliquem finem naturaliter ordinatum quis definierit, non per illum finem, ad quem naturaliter ordinatur, interimenda eſt definitio. Et quia aliquis poſſet credere propter hæc, non poſſe eſſe aliquod inſtrumentum, niſi ordinatum ad vnum, dicit, [nam in quibuſdam quidem, ad quod natum eſt vnum quod eorum, quæ ſunt ad aliquid, ſolum eſt vti. In quibuſdam autem] & ad illud, [& ad aliquid aliud.] Aſsignat exempla, & primo primi inſtrumenti, & dicit, [vt viſu quidem ad videndum ſolum,] & auditu ad audiendum, nec ad aliquid aliud. [Steleggidi autem] quod factum eſt propter lotiones, ad hauriendum, hoc eſt [ſi aliquis] per ipſum [hauriat] ſubaudi aquam. ſic enim vtetur eo ad aliquem alium finem, ab eo propter quem eſt factum. Dicit tamen, licet ſteleggidi vti quis poſsit ad alium finem ab
D eo, ad quem factum eſt, [attamen ſi aliquis definierit] ſteleggida hoc eſt [labrum,] dicendo eſſe [inſtrumentum ad hauriendum, peccauit. non enim] ſteleggides [ad hoc] opus perficiendum [natum eſt,] ac factum ab opifice. Quare licet eo vti quis poſsit ad aliud opus, definire tamen non poteſt, niſi per illud opus, ad quod natum eſt principaliter. [Non enim] vt inquit, [ad hoc] opus [natum eſt,] ad quod eo quis vtitur, ſed ad illud, quod dictum eſt. Steleggides, quid ſit, non ſatis exploratum eſt, tamen apud græcos inſtrumentum eſt ad lauandum, quod vulgares Tinatiolum dicunt, quod Mart. Tullius labrum vocat, Celſus autem ſolium. Et quia poſſet eſſe ambiguum quidnam ſit proprium opus, ſiue proprius finis, aut proprius terminus, ob quem inſtrumentum factum eſt, Ariſtoteles hoc exponit, & dicit [terminus autem huius] ſiue finis, ſiue opus, propter quem, vel quod, aliquod inſtrumentum factum eſt, [illud eſt, ad quod vtitur eo prudens, quatenus prudens, &] ad quod [vtitur] eo [diſciplina, quæ circa vnumquodque] inſtrumentum faciendum valet. Vt quoniam peritus, ac prudens in nauigando vtitur remo ad remigandum, & diſciplina faciendi remos, eos fecit ad remigandum, ideo definitio remi eſt, vt ſit inſtrumentum ad remigandum natum. nam licet vti quis poſsit remo ad vulnerandum, non tamen per hoc eſt remus definiendus. dixit autem [quatenus prudens,] quia ſi prudens non vtitur prudentia, qua perficit inſtrumentum, poteſt ad aliud opus perficiendum eo abuti. Et licet hæc, quæ dixit Ariſtoteles videantur accommodata ſolum inſtru-

mentis, quæ facta sunt ad aliquod opus principaliter perficiendum, tamen de omnibus relatiuis intelligendum est. nam si relatiuum non definitur per proprium, & per se terminum, committitur peccatum (vt superius dixit) contra definitionem. Alexander in hoc loco non videtur sibi constans, nam nunc locum vult esse positum de generibus, quæ ponuntur in definitione, nunc de differentiis, nunc de ipsis rebus, quæ definiuntur, vt patet consideranti ea que scribit hic. Ego vero de ipsis rebus quæ definiuntur, locum intelligo, quando videlicet sunt ad aliquid. Ideo pro dilucidatione, dicamus eorum quæ ad aliquid sunt, aliqua referri ad vnum solum, vt est visus, qui solum ad videndum natus est, & ad nihil aliud. Quædam autem ad vnum per se, & ad aliquid aliud, saltem per accidens ceu steleggides, quo non solum ad lauandum aliquis vti posset, sed ad hauriendum aquam. Quædam autem referuntur per se ad plura, vt grammatica, quæ propter genus suum, quod est scientia, refertur ad duo, vt ad bene scribendũ, & ad bene dicendum. vult igitur Aristote. in assignatione relatiuorum eorum meminisse definientem, ad quæ proprie refertur definitum, siue vnum, siue plura sint, ad quæ proprie & per se dicitur. nam si definitum proprie ac per se refertur ad vnum, per illud est definiendum, vt de visu satis dictum est. Sinautem refertur proprie, ac per se ad duo, vt de grammatica diximus, oportet illud definire per illa duo. Ideo dicitur, grammatica est ars recte scribendi, recteque loquendi. At si definitum refertur ad vnum proprie, ad alterum autem improprie, sicuti medendi facultas ad sanandum proprie, ad ægrotandum autem improprie, illius facienda mentio est in definitione, ad quod proprie refertur. Contingit autem (vt Aristoteles inquit) aliquibus eorum, quæ sunt ad aliquid, ad quoddam aliud dici, ad quod non sunt nata, vt dixit in steleggidi, & in his peccat ille, qui ipsa definiret per ea, ad quæ non sunt nata, licet posset eis vti ad quæ non sunt nata. Quare (vt Aristoteles inquit) sicuti in aliis sententia sapientis circa vnumquodque vti oportet, sic & in definitione propositorum dicit, iccirco definitio assignanda est per id, ad quod natũ est, dicens in quo vteretur vtique sapiens inquantum sapiens, propria scientia, quæ est circa vnumquodque. vt si medicinale est inspicere, oportet sapientiores ac prudentiores medicos consulere, ac videre quo modo hoc vsi sunt. similiter si & geometricum, quo modo hoc acceperunt geometræ.

LOCVS VIGESIMVSTERTIVS.

75 Insuper si non primum assignauit, quando contingit ad plura dictum esse. vt prudentiam virtutem hominis, aut animæ, & non rationalis. primum enim rationalis virtus, prudentia, nam secundum hoc, & anima & homo dicitur prudens.

Quoniam quædam eorum, quæ ad plures dicuntur non ad omnia dicuntur primo, sed ad aliqua quidem primo: ad aliqua vero secundario, ideo assignat locum vigesimumtertium, qui accipitur per inspectionem ad terminos ad quos refertur. & dicit, [Insuper si non primum] eorum, ad quæ definitum refertur, [assignauit,] subaudi interimenda est definitio. Sunt enim quædam passiones, quæ referuntur ad plura subiecta, non tamen æque primo. propterea addit, [quando contingit] ipsum definitum [ad plura] correlatiua [dictum esse.] & assignat exemplum, & dicit, [vt prudentiam virtutem hominis, aut animæ.] Prudentia enim passio videtur esse quædam, quæ est hominis, & animæ, & partis quæ rationalis dicitur. quare interimitur prudentiæ definitio, cum dicitur quod sit [virtus hominis, aut animæ, & non] eius partis, quæ est [rationalis. quia prudentia primum est virtus rationalis] partis, [nam secundum hoc] scilicet secundum hanc rationalem partem [& anima, & homo dicitur prudens.] vnde homo dicitur prudens propter animam, anima vero propter rationalem partem, ergo rationalis pars primo est prudens. Similiter continentia vel temperantia primo virtus est partis concupiscibilis, & fortitudo partis irascibilis, homo autem & anima tales sunt propter has.

LOCVS VIGESIMVSQVARTVS.

76 Præterea si eius non susceptiuum est, cuius dicitur definitus affectus, vel dispositio, vel quoduis aliud, peccauit. Nam omnis dispositio vel affectus in illo natus est fieri, cuius est dispositio vel affectus, vt & scientia in anima, dispositio existens animæ. Aliquando autem peccant in talibus, veluti quicunque dicunt somnum esse impotentiam sensus, & dubitationem contrariarum ratiocinationum æqualitatem: & dolorem naturalium partium violẽtam separationem. Neque enim somnus sensui inest, oporteret autem inesse, si sensus impotẽtia est. Similiter au-

A tem neque dubitatio contrariis ratiocinationibus inest,neque dolor naturalibus partibus . Dolebunt enim inanimata, si dolor eis inerit. Talis autem est , & sanitatis definitio , siquidem commensuratio calidorum, & frigidorum est. Necesse est enim sana esse calida & frigida. Illis enim cuiusque commensuratio inest, quorum est commensuratio . Quare sanitas inerit vtique ipsis. Item id, quod fit, in effectiuum, aut econuerso, accidit ponere sic definientibus . Non enim est dolor separatio naturalium partium, sed effectiuum doloris . Nec somnus impotentia sensus, sed effectiuum alterum alterius . Aut enim propter impotentia dormi-
B mus,aut propter somnum impotentes sumus. Simpliciter autem & dubitationis videbitur effectiuum esse,contrariarum ratiocinationũ æqualitas . Quando enim ad vtraque ratiocinantibus nobis videntur omnia secundum vtrunque fieri,dubitamus vtrum agamus.

Assignat locum vigesimumquartum , qui accipitur per inspectionem subiecti , cuius est id, quod definitur. & (vt mihi videtur) locus hic contrahitur solum ad omne, quod recipitur in aliquo subiecto, quod Alexander demonstrat, dicens, si non recepta est quæ definitur passio , siue affectus, aut dispositio, aut habitus, aut quoduis aliud in illo subiecto,cuius est affectus, aut dispositio,aut habitus, nam si sine tali subiecto definiuit, peccauit. Quippe cũ omnis passio, & omnis dispositio, & omnis habitus in ea re aptus est fieri, cuius est dispositio, aut affectus,aut habitus: & quoniam in ea re aptus
C est fieri, per eam rem erit aptus definiri.omne enim quod definitur ea ratione definitur,qua est,atque aptum est esse. Est enim definitio,sermo explicatiuus quiditatis,& essentiæ.& hoc Aristoteles inquit, [Præterea si] subaudi illud, quod ponitur in definitione passionis, vel dispositionis, vel habitus pro subiecto, [eius non susceptiuum est, cuius dicitur definitus affectus, vel dispositio, vel quiduis aliud,] scilicet habitus,[peccauit.] quasi dicat, si subiectum assignatum in definitione passionis, vel dispositionis, vel habitus,non fuerit susceptiuum eiusdem passionis, vel dispositionis,vel habitus,interimenda est definitio . deinde assignat rationem , & dicit, [nam omnis dispositio, vel affectus] vel subaudi habitus [in illo natus est fieri,]& per illud aptus definiri, [cuius est dispositio,vel affectus,] vel habitus . deinde affert exemplum , vt si quis definierit scientiam dispositionem animæ , bene definiuit. nam in anima est scientia dispositio . & hoc dicit, [vt & scientia in anima,] subaudi siquis definierit quòd sit [dispositio existens animæ,] bene definiuit . Deinde demonstrat per exempla , quo modo aliqui peccant contra hunc locum,& dicit,[Aliquando autem peccant in talibus]vtputa,quod si assignatur passioni, aut habitui in definitione,non est subiectum illius.& hoc monstrat quatuor exemplis , & dicit, [veluti quicunque dicunt somnum esse impotentiam sensus.] Etenim somnus passio est non quidem ipsius sensus, sed animalis, in quo est sensus. Cuius enim est impotentia somnus, eius vtique passio est, sed quoniam somnus est impotentia animalis , ergo animalis est passio. Deinde assignat secundum exemplum,& dicit, [& dubitationem contrariarum ratiocinationum æqualitatem,] etenim dubitatio passio est hominis propter æqualitatem contrariarum ratiocinationum.
D deinde assignat tertium exemplum, & dicit, [& dolorem naturalium partium violentam separationem,] vt Galenus inquit, qui dolorem pro morbo vult esse violentam continui solutionem insensibilem. Errant enim isti sic dicentes,nam dolor passio est animalis ob separationem partium naturalium cum vi. & non est prçcise naturalium partium violenta separatio, nam si ita esset, oporteret inanimata secata, & violentam separationem passa, dolere. Deinde declarat hæc exempla, & ostendit quomodo interimendæ sint assignatæ definitiones, & dicit, [neq; enim somnus sensui inest,oporteret autem inesse, si] somnus [est sensus impotentia,] sed somnus passio est animalis.[Similiter autem neque dubitatio contrariis ratiocinationibus inest,] sed homini propter æqualitatem contrariarum rationum. [neque dolor naturalibus partibus.] causam assignat, & dicit, [dolebunt enim inanimata , si dolor eis inerit.] Inanimata enim naturales partes habent , & possunt pati violentam separationem , ergo poterunt dolere. Deinde assignat quartum exemplum, & dicit,[Talis autem est & sanitatis definitio,] quales videlicet sunt definitiones assigatæ,[si quidem commensuratio calidorum & frigidorum est . necesse est enim sana esse calida & frigida,] cuius causam assignat , & dicit, [illis enim cuiusque commensuratio inest , quorum est commensuratio,] sed sanitas est corporis animalis in commensuratione calidorum , & frigidorum , & humidorum, & siccorum.

In omnibus igitur dictis definitionibus eſt peccatum, eo quòd non eſt recepta aſſignata paſſio, aut E diſpoſitio in ſubiectis dictis. Deinde oſtendit in talibus definitionibus eſſe peccatum per rationem. & dicit, [Item, ſic definientibus] vt dictum eſt, [accidit ponere id, quod fit] id eſt, paſsionem, vel diſpoſitionem, vel habitum, [in effectiuum] hoc eſt, in definitione ſuæ cauſæ effectiuæ: [aut econuerſo] ſcilicet cauſam effectiuam in definitione paſſionis, vel diſpoſitionis, vel habitus, qui ab ea cauſa efficitur. quod pro abſurdo relinquit, tanquam alibi declaratum. & quòd hoc ſequatur, oſtendit primo de definitione doloris, & dicit, [non enim eſt dolor ſeparatio naturalium partium] cum vi, in prædicatione formali. [ſed] ſubaudi ſeparatio partium eſt [effectiuum doloris.] Si enim in prædicatione formali dolor eſſet ſeparatio naturalium partium, vel econtrario, tunc effectus eſſet ſua cauſa effectrix. Quare ſeparatio naturalium partium magis eſt effectrix cauſa doloris. Deinde idem oſtendit de definitione ſomni, & dicit, [nec ſomnus eſt impotentia ſenſus] .i. ſentiendi, vel econtrario F in prædicatione formali, vt diximus. ſi enim ſic eſſet, ſenſus dormiret [ſed effectiuum alterum alterius.] cuius rationem exponit, & dicit, [aut enim propter impotentiam] ſentiendi [dormimus], & hoc pacto impotentia ſentiendi, effectrix cauſa eſt ſomni. Cum enim ſenſitiuum organum fuerit lapſum, vt non poſsit amplius ſentire animal, tunc dormit. Vnde vero in ſenſoriis accidit hæc laſſitudo, in libro de ſomno requiratur. [aut propter ſomnum impotentes ſumus] ſentire, & ſic ſomnus cauſa eſt impotentiæ. Animali enim dormiente impotentia ſentiendi in ſenſu fit. deinde idem oſtendit de definitione dubitationis, & dicit, [ſimiliter autem & dubitationis videbitur effectiuum eſſe contrariarum ratiocinationum æqualitas.] Eſt enim dubitatio, paſsio diſcurſus (vt Alexander inquit) propter contrarietatem ratiocinationum facta. propterea dicit [quando enim ad vtraque ratiocinantibus,] ſcilicet ad hortatoriam, & dehortatoriam partem ratiocinantibus, [nobis videntur omnia ſecundum vtrunque fieri.] vel poteſt intelligi [ad vtraque,] ſcilicet ad vtranque partem affirmatiuam, & negatiuam ratiocinantibus, [dubitamus vtrum agamus.] id eſt, quam partem ſequamur. Vel quam partem agamus, hoc eſt, aſſeramus. vt propoſito, vtrum anima ſit immortalis an G mortalis, ſi pro vtraque parte ſunt fortiſsimæ ratiocinationes, tunc naſcitur in nobis dubitatio, quali videlicet partium oportet hęrere. Alexander igitur expoſuit hunc locum in ſpeculabilibus: Neoterici vero in agibilibus. & vtraque expoſitio vera eſt. verba tamen Ariſtotelis in agibilibus videntur tendere, cum dicat [vtrum agamus,] & non vtrum aſſeramus.

LOCVS VIGESIMVSQVINTVS.

77 Ad hæc, ſecundum tempora omnia conſiderandum ſicubi diſſonet. Vt ſic immotale animal definierit nũc incorruptibile eſſe. Nã nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit. an in hoc quidem non accidit? Anceps enim ſecundum amphiboliam eſt nunc incorruptibile eſſe. aut enim quoniam non corrumpitur nunc, ſignificat: aut quoniam H non poſsibile corrũpi nunc: aut quoniam huiuſmodi eſt nunc, vt nunquam poſsit corrumpi. Quando igitur dicimus quoniam incorruptibile nunc eſt animal, non hoc dicimus quoniam nunc tale eſt animal, ſed vt nũquam poſsit corrumpi. Hoc autem immortali idem erat. Quare nõ accidit nunc idem immortale eſſe. Verũtamen ſicubi accidit quod ſecundum definitionem quidem aſsignatum eſt ineſſe nunc, vel prius: quod vero ſecundum nomen non ineſt, non erit idem. Vtendum ergo hoc loco, vt dictum eſt.

Aſſignat locum vigeſimumquintum per inſpectionem ad conſonantiam temporum, quibus definitio ineſt definito. qui talis eſt, ſi diſſonet in tempore à definito, quod in definitione aſſignatum eſt, interimeda eſt definitio. Si enim definitum habet præparationem ſempiternam, & immortalem, & ſecundum tria tempora currentem, eſt autem & definitio talis, bene aſſignatur: ſin autem diſſonet, interimenda eſt. hoc pacto redargui poteſt qui ſempiternum definit, quòd ſit ſemper futurũ. Nam cum ſempiternũ, æternum ſit ſecundũ tria tempora: quod autẽ aſſignatur in definitione, ſecũdum futurũ ſolum. quare redarguẽdus eſt, qui ſic definit. diſſonat enim ſecundũ tempus, quod in definitione aſſignauit. vnde dicit. [Ad hæc ſecundũ tempora omnia conſiderandũ, ſicubi] .i. ſi in aliqua differentia temporis [diſſonet] à definito, quod aſſignatũ eſt in definitione. nã ſi ſic, interimẽda eſt de-

A finitio. Deinde affert exemplũ, & dicit, [Vt si immortale animal definierit,] dicẽdo esse, id [quod nũc incorruptibile est,] Hic enim qui hoc pacto definit, peccat. [nam nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit.] Dissonat autem in futuro, & præterito, non enim manifestum est, si post hæc corrumperetur, aut si prius corruptum sit, an non. Nõ ergo bene definitur animal simpliciter immortale, per nunc incorruptibile: cũ simpliciter immortale semper sit immortale, & non pro tempore præsenti tantum: at nunc incorruptibile, pro præsenti duntaxat tempore est incorruptibile. Deinde Aristoteles gratia exercitii & doctrinæ defendit exemplum, & dicit, [An in hoc quidem] id est, in hac quidem definitione [non accidit?] subaudi vt quod assignatur in defininitione, dissonet in tempore ab ipso definito: quoniam incorruptibile nunc, secundum quendam sensum potest intelligi pro eo, quod est secundum omnia tempora incorruptibile. Vel, vt exponit Alexander, [An in hoc quidem] scilicet significato, videlicet in nunc [nõ accidit] peccare in tali definitione, quia (vt diximus) incorruptibile est amphibolum, & potest secundum quendam sensum intelligi pro eo, quod est secundum omnia tempora incorruptibile. Quod autem ita sit, distinguit de nunc incorruptibili, &
B primo proponit intentum, & dicit, [Anceps enim secundum amphiboliam] hoc est, secundum sensuum multiplicitatem [est nunc incorruptibile esse.] Amphibolia enim idem est quod ambigua sensuum multiplicitas. proposita intentione, ostendit multiplicitatem. & dicit, [Aut enim significat] incorruptibile nunc, [quoniam non corrumpitur nunc] id est, quoniam non est corruptum vsque ad nunc, corrumpetur tamen. hoc pacto aurum dicitur incorruptibile, quia à tempore suæ generationis vsque ad præsens non est corruptum, corrumpetur tamen in futuro. & sic in prima significatione corruptibile dicit actum, & non potentiam, vt sit corruptibile synonymum ipsi corrupto. Deinde ponit secundam significationem, & dicit, [aut] subaudi significat, [quoniam non possibile corrumpi nunc.] hoc est, aut quoniam non potest nunc corrumpi. sunt enim quędam adeo præparata ad esse, vt pro nunc corrumpi nequeant, sed in futurum corrumpi poterunt, præparatione videlicet, qua cõseruabantur, sublata. Deinde assignat tertiam significationem, & dicit, [aut quoniam huiusmodi] ac tale [est nunc, vt nunquam possit corrumpi.] hoc pacto cœlum est nunc incorruptibile, quoniam tali præparatione affectum, vt sit simpliciter incorruptibile, & pro pręsenti, & præterito, & futuro. Deinde ostendit quod sumendo nunc incorruptibile tertio modo, potest esse definitio animalis simpliciter immortalis, & dicit, [Quando igitur dicimus quoniam incorruptibile nunc
C est animal, non hoc dicimus quoniam nunc tale est animal,] vt secundo & primo modo dictum est, [sed vt nunquam possit corrumpi: hoc autem immortali] subaudi simpliciter [idem est,] hoc est, hoc tertio modo sumendo nunc incorruptibile, est idem quod simpliciter immortale, quoniam simpliciter immortale tale est nunc, vt nunquam possit corrumpi. propterea concludit, [Quare non accidit] secundum hoc significatum [nunc] incorruptibile, nunc immortale esse, & vt [nunc] scilicet incorruptibile sit [idem] quod [immortale esse,] subaudi simpliciter, sed distinguendum est nunc incorruptibile secundum tres sensus. Sic igitur nunc incorruptibile, nec secundum primum significatum, quod est vsque nunc non esse corruptum: nec secundum secundum significatum, quod est in futurum non esse corruptibile, assignatur in definitione ipsius animalis simpliciter immortalis, sed bene secundum tertium, quod est esse tale, vt nunquam corrumpatur. Tunc assignat modum, quo modo non sunt idem. & dicit, [Veruntamen sicubi] hoc est, si in aliquo definibili [accidit quod secundum definitionem assignatum est inesse nunc, vel prius,] non autem simpliciter, & semper secundum omnia tempora, [quod autem secundum nomen] id est, definitum autem, quod secundum nomen est [non inest] scilicet pro nunc tantum, vel pro pręterito tantum, sed simpliciter secundum omnia tempora, [non est idem] scilicet definitum & quod assignatur in definitione, sed
D dissonant: quia definitum est simpliciter tale secundum omnia tempora, definitio autem tale secundum quoddam tempus. Quare in tali casu interimenda est definitio, quoniam definitio dissonat definito secundum tempus. Alexander autem exponit hunc textum alio modo, sed quia eius expositio non placet, eam sub silentio preteriuimus. Vltimo epilogat, & dicit, [Vtendum ergo hoc loco, quemadmodum dictum est.] hoc est, secundum tertium significatum.

LOCVS VIGESIMVSSEXTVS.

78 Incipiendum autem & si secundum aliud quippiam magis dicitur quod definitur, quàm secundum asignatam orationem. Vt iustitia potestas æqui distributiua est. Iustus enim magis est, qui eligit æquum distribuere, eo qui potest. Quare non erit iustitia potestas æqui distributiua. Nam & iustus esset maxime, qui posset æquum distribuere.

Assignat locum vigesimumsextum, qui accipitur per cõparationem assignatæ definitionis, ad alteram quæ non est assignata. qui talis est, data aliqua definitione de aliquo definito, considerandum

si secundũ aliam quandam rationem potest propositũ definitũ dici magis manifestũ.si enim esset magis abaliqua alia ratione manifestũ, non erit assignata ratio,eius definitio. quippe cũ ratio, quæ magis manifestat propositũ definitum,ipsa est proprie ipsius definitio. vnde dicit.[Inspiciẽdum autem] assignata aliqua definitione de aliqua re,[si secũdum aliud quippiam]id est,si secundum aliam quandã rationem,[magis]scilicet manifestum[dicitur quod definitur,quàm secundũ assignatam]prius[orationem]id est,definitionem.nam si sic,assignata definitio interimenda est.Deinde assignat exemplũ, & dicit,[Vt iustitia,potestas æqui distributiua est,]hoc est,vt hæc definitio [potestas æqui distributiua,]videtur,&[est]talis,quòd videlicet minus competit iustitiæ,quàm aliqua alia oratio: & minus iustitiam manifestat,quàm alia quædam oratio.ergo hæc est interimenda.Quod autem sit alia quædã oratio,quæ magis manifestat iustitiam quàm quę assignata est,declarat argumento sumpto à suo denominatiuo,& dicit,[Iustus enim magis est qui eligit æquum distribuere,eo qui potest,]& magis manifestatur per hoc quod eligit æquum distribuere, quàm per hoc quod potest æquum distribuere.ergo & iustitia similiter magis manifestabitur per hoc quòd sit electio distributiua ęqui,quàm per hoc, quòd si potestas distributiua æqui. propterea concludit, [quare non erit iustitia potestas æqui distributiua. nam & iustus esset maxime, qui posset æquum distribuere,] quod est absurdum,quum iustus màgis sit in eligendo,quàm in posse.Quod ex aliis virtutibus declarauit Alexander.nõ enim qui potest,sed qui eligit ex habitu,est studiosus. Idem quoq; & in vitio deduci potest. Attẽtione dignum iustitiam bifariam dici, alteram quæ bona publica dispensat, ac distribuit:alteram, quæ commutat pro ratione iuris,vt quinto Ethicorum patet.Aristoteles hic de distributiua locutus est,& non de commutatiua. est autem vnaquæque virtus, qua & iusta volumus, & operamur, & qua cuique quod suum est, tribuimus. B F

LOCVS VIGESIMVSSEPTIMVS.

79 Insuper,si res quidem suscipit magis,quod autem secundum orationem asignatur, non suscipit, aut contra, quod secundum orationem ei asignatur,suscipit,res autem non. Oportet enim aut vtraque suscipere, aut neutrũ,siquidem idem est rei,quod secũdum orationem asignatur.

Assignat locum vigesimumseptimum,qui accipitur per comparationem definiti ad definitionem secũdum magis & minus. qui talis est, si definitio suscipit magis & minus, definitum autem non, aut G econuerso,interimenda est definitio.quia cum definitum & definitio sint idem,oportet vtrunque intendi & remitti,aut neutrum.vnde dicit, [Insuper si res quidem]scilicet, definitum [suscipit magis,] vel minus, [quod autem secundum orationem assignatur] hoc est,definitio [non suscipit, aut contra, quod secundum orationem ei assignatur, suscipit, res autem non] suscipit, subaudi interimenda est definitiõ. [Oportet enim aut vtraque suscipere,aut neutrum,si quidem idem est rei]scilicet definitæ[quod secũdum orationem assignatur.]Ideo definitio voluptatis,quæ est,vt sit dispositio optima animæ,interimenda est, Quoniam definitũ quidem recipit magis(est enim magis,& minus voluptas)at definitio,quæ est dispositio animæ optima,(quoniam habitus est)non recipit magis.Insuper interimenda est hominis definitio (quæ est,animal album grammaticum,) quoniam definitum quidem scilicet homo , non recipit magis (non enim est magis homo,) at album & grammaticum (quæ ponuntur in definitione)recipiunt magis. H

LOCVS VIGESIMVSOCTAVVS.

80 Ad hæc, si suscipiunt vtraque quidem magis, nõ simul autem vtraque augmentum sumunt.vt si amor concupiscentia coitus est. Nam magis amans non magis concupiscit coitum.Quare non simul vtraque suscipiunt magis.at oporteret,si simul essent.

Assignat locum vigesimumoctauum,qui accipitur per comparationem definiti secundum magis ad definitionem.qui talis est,si definitum & definitio suscipiunt magis & minus,nõ simul tamen,sed vicissim, interimenda est definitio.vnde dicit,[Ad hæc, si suscipiunt vtraque quidem magis] scilicet, definitio,& definitum [non simul autem vtraque augmentum sumunt,] sed vicissim,subaudi interimenda est definitio. [Vt si amor concupiscentia coitus est,] interimenda est amoris definitio. Cuius rationem assignat,& dicit,[Nam magis amans,non magis concupiscit coitum,] quia si magis amãs magis coitum concupisceret, magis amans magis non amare concupisceret, eo quia ex coitu tollitur amor.habitibus enim pręsentibus in materia,cessat motus.Quare qui magis amat,nõ oportet vt magis coitum concupiscat.Ideo quando amor magis habetur, cõcupiscentia coitus minus habetur,quia qui magis amat,nõ magis desiderat coitum exercere.Est enim coitus amoris corruptiuus. quãdo autem concupiscentia coitus magis habetur,rursum amor minus habebitur,eo quia qui magis coire de-

A ſiderat,minus amat. Ideo concludit,[quare non ſimul vtraque ſuſcipiunt magis.at oporteret ſi ſimul eſſent.] & eadem hac ratione Plato in Sympoſio dixit amorem eſſe deſiderium fruendę pulchritudinis.verum de his ſatis diximus in libris de amore & pulchro.

LOCVS VIGESIMVSNONVS.

81 Præterea ſi duobus quibuſdam propoſitis,de quo res magis dicitur, id,quod eſt ſecundum orationem, minus dicitur. Vt ſi ignis eſt corpus ſubtiliſsimum. Ignis enim magis flamma quàm lux: corpus autem ſubtiliſsimum minus flamma quàm lux. Oportet autem vtraque magis in eſſe eidem,ſi quidem eadem ſint.

Aſsignat locum vigeſimumnonum, qui accipitur per comparationem definitionis & definiti ad B duo, de quibus prædicantur ſecundum magis & minus, qui talis eſt, propoſitis duobus, que ſunt diuerſa à definitione,& à definito,ſi definitum dicitur de vno eorum ſecundũ magis,& definitio de eodem ſecundum minus,vel econtrario, de quo definitio dicitur ſecundum minus, definitum ſecũdum magis,interimenda eſt definitio,vnde dicit, [Præterea ſi duobus] id eſt,duabus [quibuſdam] ſpeciebus[propoſitis,]videlicet flamma & luce,[de quo res,]hoc eſt,definitũ[magis dicitur,]res enim pro definito intelligitur,[id,quod eſt ſecundum orationem]id eſt,definitio[minus dicitur.] id enim quod eſt ſecũdum orationem,pro definitione intelligitur.Eſt enim definitio oratio quędam quid eſt res indicans.verbi cauſa.res ſit ignis,quod autem dicitur ſecundum orationem,ſit corpus ſubtiliſsimum,illæ duæ ſpecies,de quibus dicũtur,ſint flamma & lux. Tunc dicit exemplificando [vt ſi ignis eſt corpus ſubtiliſſimum]ſubaudi interimenda eſt definitio,quæ eſt corpus ſubtiliſſimum. Et aſſignat rationem,& dicit, [Ignis enim magis flamma quàm lux]id eſt, dico eſſe interimendã illam definitionem, quia ignis, qui eſt res quæ definitur, dicitur magis de flamma, quàm de luce, [corpus autem ſubtiliſſimum,]quod eſt definitio,[minus flamma quàm lux]id eſt,minus dicitur de flamma,quàm de luce, ergo interimenda eſt talis definitio. [Oporteret autem vtraque magis ineſſe eidem,ſi quidem eadem C ſint.]& non huic quidem magis,huic autem minus.

LOCVS TRIGESIMVS.

82 Rurſum ſi hoc quidem ſimiliter vtriſque ineſt propoſitis,aliud autem non ſimiliter vtriſque,ſed alteri magis.

Aſſignat locum trigeſimum,qui accipitur per comparationem definiti ad definitionem ſecũdum ordinem ad ſpecies, de quibus definitum æqualiter dicitur; definitio autem non æqualiter. & dicit, [Rurſum ſi hoc quidem]ſcilicet res,quæ definitur,[ſimiliter vtriſque ineſt propoſitis]ſcilicet ſpeciebus,[aliud autem] ſcilicet quod dicitur ſecundum orationem,[non ſimiliter vtriſque]ineſt,[ſed alteri magis.]interimenda eſt definitio. quoniam cum definitio & definitum ſint eadem, oportet ſimiliter atque æqualiter dici de eodem.verbi cauſa,ſi aſſignaretur ignis definitio,corpus vſtiuum, & acciperentur duæ ſpecies ignis,flamma & carbo,de quibus ſimiliter atque æqualiter ignis diceretur: cum corpus vſtiuum,quod eſt definitio ignis,dicatur de carbone magis quàm de flamma: ignis autem æqualiter,de vtriſque aſſignata definitio nõ erit definitio.¶Quod autem ad exempla attinet,cum Ariſtoteles dicit ignem magis prædicari de flamma quàm de luce,fortaſſe eſſe falſum,quoniam lux nõ eſt corpus,ignis autem corpus eſt. vel poſito exempli gratia, quod ſit verum,ignis non ſecundum eſD ſentiam prædicatur magis de flamma quàm de luce, ſed ſecundum naturam, ſecundum quam ordinatur in opus.Flamma enim magis calefacit quàm lux.Cum vero dicitur ignem prędicari æqualiter de flamma,& de carbone,ſubtiliſſimum vero corpus non æqualiter,non vt verum Alexander accepit,ſed pro exemplo,quo ſentiat qui diſcit.Nam ignis ſecundum naturam qua ordinatur in opus,magis de carbone quàm de flamma prædicatur.

LOCVS TRIGESIMVSPRIMVS.

83 Ad hæc,ſi ad duo definitionem aſsignauit ſecundum vtrunque, vt bonum,quod per viſum,vel auditum delectabile.Et ens,quod poſsibile eſt pati, aut facere. Simul enim idem & bonum, & non bonum eſt. Similiter autem & ens, & non ens. Quod enim per auditum delectabile eſt,idem bono erit. Quare quod non delectabile per auditum,idem nõ bono. Nam eiſdem & oppoſita eadem erunt. Opponitur autem bono quidem,nõ bonum:per auditum autem delectabili, non delectabile per

auditum Manifeſtum igitur, quoniam idem non delectabile per audi- E
tum, non bono. Si igitur aliquid eſt per viſum quidem delectabile, per
auditum autem non, & bonum, & non bonum erit. Similiter autem o-
ſtendemus, & quoniam idem & ens, & non ens eſt.

Aſsignat trigeſimumprimum locum, qui accipitur per comparationem definiti ad plures defini-
tiones, quæ competunt definito indifferenter, & dicit, [Ad hęc, ſi ad duo] id eſt, ſi complectendo duo
indifferenter [definitionem aſsignauit,] dico ad duo, [ſecundum vtrũque,] hoc eſt, ita vt alterutra in-
differenter ſit eius quod definitur, definitio, talis definitio intermenda eſt. Poteſt enim aliqua defini-
tio complecti duo (vt Alexander innuit) aut ita vt ſit per diſiunctionem duorum vna definitio, &
hoc pacto non interimitur definitio, ſed bene aſsignatur. & hoc modo ſolet definiri enuntiatio, quòd
ſit oratio verum vel falſum ſignificans, vt Ariſtoteles in libro de interpretatione inquit. Nec enim o-
ratio verum ſignificans ſolum eſt enuntiatio, nec oratio falſum ſignificans, ſed vniuerſa hæc compo-
ſitio, vt vna definitio enuntiationis aſsignatur. Aut ita, vt per diſiunctionem duæ definitiones ſint, &
hoc modo definitio boni, quæ vt ſit per viſum delectabile, vt per auditum delectabile, de ipſo bono F
aſsignatur. Hæc enim duo complectitur, quorum vnumquodque ſeorſum eſt definitio boni. Et talis
definitio (vt inquit) eſt interimenda, & propterea addit [ſecundum vtrunque,] quia ſi quis definitio-
nem aſsignauit ad duo, quæ ſcilicet duo diuerſa cõplectitur, [ſecundum vtrũque] hoc eſt, ita vt quod-
libet eorum ſit definitio, tunc interimenda eſt definitio. Poteſt enim definitio bene aſsignari quando
vna exiſtens complectitur vnum diſiunctum, vel vnum copulatũ, non per ſe, ſed quatenus per ipſum
circumloquimur differentiam innominatam, quę non poteſt vno nomine explicari. Affert exempla,
& dicit, [Vt bonum, quod per viſum eſt delectabile, vel] bonum, [quod per auditum] eſt delectabile
[& ens quod poſsibile eſt pati, aut facere.] Supponendo enim vt ſupponit exempli cauſa, in definitio-
ne boni quodlibet horũ eſſe definitionem boni, interimenda eſt hæc definitio. Nec mirari aliquis de-
bet quodlibet horum eſſe boni definitionem, & tamen accipi diſiunctione. Nam ſignum diſiunctio-
nis nonnũquam accipitur diuiſim, vt ſignificet pro altero vel altero: aliquando coniunctim pro al-
tero, & altero, de quibus in ludicris ſatis diximus. vnde (vt recte Hedenalphus inquit) hæc cõiunctio
aut, non diſiunctiue, vel diſiunctim, ſed copulatiue magis intelligenda eſt. Quod autem hæc defini-
tio boni, quòd ſit delectabile ſecundum viſum, vel quòd ſit delectabile ſecundum auditum, ſit interi- G
menda, intelligendo, vt expoſuit, quodlibet eorum eſſe definitionem boni perfectam, enititur proba-
re longis verbis, quam rem potuiſſet probare breuibus, quia vnius rei non poſſunt eſſe plures defini-
tiones. & dicit, [Simul enim idem, & bonum, & non bonum eſt. ſimiliter autem & ens, & non ens,]
ſubaudi ſi definitiones illæ eſſent definitiones intelligendo, vt diximus, quòd videlicet, quodlibet eo-
rum ſit perfecta definitio. pro deductione illius conſequentiæ, argumentarur ſic, ſi per auditum dele-
ctabile eſt idem bono (vt oportet concedere, quia quælibet definitio eſt idem ſuo definito) et per au-
ditum delectabile eſt definitio boni, per hypotheſim, & per opinionem aduerſarii. ergo per auditũ de-
lectabile erit idem bono. Argumentemur igitur, per auditum delectabile eſt idem bono, ergo per con-
ſequentiam in ipſo in terminis conuertibilibus, non delectabile per auditum erit idem nõ bono. Hoc
inquit, [Quod enim per auditũ delectabile eſt, idem bono erit] quia definitio ſuo definito idem eſt.
[Quare quod] eſt [non delectabile per auditum, idem non bono] erit. probat conſequentiam cũ di- H
cit, [Nam eiſdem & oppoſita eadem erunt] per conſequentiam in ipſo in conuertibilibus, ſi enim ho-
mo eſt diſciplinabilis, non homo erit non diſciplinabilis. Ergo ſi delectabile per auditum eſt bonum,
non delectabile per auditum erit non bonum, [opponitur autem bono quidem non bonum: per au-
ditum autem delectabili, non delectabile per auditum.] ideo concludit ſuppoſitionem, & dicit, [Ma-
nifeſtum igitur, quoniam non delectabile per auditum] erit [idem non bono.] ſit igitur hæc ſuppo-
ſitio pro maiore, hoc pacto, omne non delectabile per auditum eſt non bonum, & addatur hæc mi-
nor, ſed per viſum delectabile eſt non delectabile per auditum, ergo per viſum delectabile eſt non bo
num. ſed per viſum delectabile erat idem bono, quia erat ſua definitio per opinionem, ergo per viſum
delectabile erit idem bõno, & per priorem ſyllogiſmum idem non bono, & ſic idem bono & non bo
no. Simul igitur Ariſtoteles accipit minorem, & concluſionem, & dicit, [Si igitur aliquid eſt per
viſum quidem delectabile, per auditum autem non] delectabile, hæc eſt minor, dat concluſionem,
& dicit, [& bonum, & non bonum erit] ſubaudi per viſum delectabile, & ſic idem bonum, & non
bonum. Deinde verificat per argumentum ſimile ſecundum exemplum, & dicit, [Similiter autem
oſtendemus, & quoniam idem & ens, & non ens eſt.] ſi enim ens eſt quod poſsibile facere, vel ens
eſt quod poſsibile pati, ita vt quodlibet eorum ſit idem enti, modo quo definitio eſt idem definito,
& econtrario. Tunc poſsibile facere erit idem enti. Quare per locum ab oppoſitis non poſſibile fa-
cere non eſt ens, ſed poſsibile pati eſt non poſsibile facere. Igitur poſsibile pati non eſt ens, ſed poſsi-
bile pati eſt idem enti, modo quo definitio eſt idem definito, ergo poſsibile pati non erit idem enti,

A & idem enti etiam per opinionem.

LOCVS TRIGESIMVS SECVNDVS.

84 Deinde & generibus, & differentiis, & aliis omnibus, quæ in definitione sunt aßignata, eis, qui orationes pro nominibus faciunt, considerandum, si quicquam dissonet.

Aßignat trigesimum secundũ locum, qui accipitur per inspectionem definitionum nominum, quæ in definitionibus sumũtur, & dicit. Oportet pro nominibus quæ in definitionibus dicũtur, siue genera siue differentiæ sint hæc nomina, accipere definitiones, & aspicere si dissonent, nam si dissonant rei, quæ definitur, vel econuerso aliquid rei, quæ definitur, dissonat eis, interimenda est definitio. lege hoc pacto verba [Deinde eis, qui orationes pro nominibus faciunt, considerandum est, si quicquam] subaudi definiti [dissonet, & generibus, & differentiis, & aliis omnibus, quæ in definitione sunt assignata] quasi dicat, oportet resoluere genera vel differentias, vel alia omnia, quæ sunt in definitione, ad suas B definitiones, & videre si aliquid est in re, quæ definitur, quod dissonat talibus generibus, vel differẽtiis, nam si sic, interimenda est definitio. verbi causa, vt si dicatur planta est animal radicatum in terra, interimenda est definitio, quoniã si pro nomine animalis, quod accipitur vt genus in definitione plantæ, accipitur definitio, videlicet substantia animata sensitiua, aliquid est in planta, quod tali orationi dissonat, vt carentia tactus. non enim planta sentit, si pungatur. Quare interimenda est talis plantæ definitio, quatenus planta dissonat alicui, quod accipitur in definitione animalis, dixit [& aliis omnibus,] propter definitiones relatiuorum, in quibus accipiuntur termini, ad quos referuntur, qui tamen nec genera sunt, nec differentię. similiter in definitionibus accidentium accipiuntur subiecta, quę nec genera sunt eorum, nec differentię. quasi dicat, non solum ponere debemus pro nominibus generum, & differentiarum definitiones, sed etiam eorum omnium, quæ in definitionibus ponuntur, quæ nec sunt genera nec differentiæ.

LOCVS TRIGESIMVS TERTIVS.

85 Si autem sit ad aliquid quod definitur, aut per se, aut secundum genus, considerandum si non dictum est in definitione ad quid dicitur, aut C secundum ipsum, aut secundum genus. Vt si scientiam definiuit opinionem indissuasibilem: aut etiam voluntatem, appetitum sine tristitia. Omnis enim eius, quod est ad aliquid, substãtia ad alterum est, eo quòd idem sit vnicuique eorũ, quæ sunt ad aliquid esse, quod quidẽ est ipsum ad aliquid quodam modo se habere. Oportebat igitur scientiam dicere opinionem scibilis, & voluntatem appetitum boni. Similiter autem & si grammaticẽ definiuit scientiam literarũ: oportebat enim aut ad quod ipsum dicitur, aut ad quod forte genus dicitur, in definitione aßignari.

Aßignat locũ in certo genere definibiliũ, videlicet in relatiuis per inspectionẽ videlicet ad correlatiuum, ad quod relatiua referũtur. vbi considerantur relatiuorũ quędam esse per se, vt sunt scientia, sensus, duplũ, & cętera id genus. per se enim assignantur scientia quidẽ ad scibile, sensus autẽ ad sensibile, D & duplũ ad dimidiũ. quędã verò non per se, sed secundũ genus, vt geometria, grãmatica, arithmetica, & id genus. hæ enim secundũ se sunt qualitates, & in prædicamẽto qualitatis, vt in prędicamẽtis mõstratum est: secundũ genus vero, in quo sunt, sciẽtia videlicet, sunt ad aliquid. vnde dicit, [Si autẽ sit ad aliquid quod definitur, aut per se, aut secundũ genus, considerandũ si non dictũ est in definitione] id [ad quod dicitur aut secundũ ipsum] id est, aut secundũ se, [aut secundũ genus,] nã si non sit dictũ id ad quod dicitur, interimẽda est definitio. Nõ enim talis definitio significabit substãtiã definiti. Deinde affert exẽpla, & dicit, [Vt si] aliquis [scientiã definiuit opinionẽ indissuasibilẽ,] vel apprehensionẽ nõ aliter credibilẽ, interimenda est definitio. Nec enim vt per se ad aliquid definiuit scientiã, nec secũdum genus, id est, apprehensionẽ, vel opinionẽ, quam accipit in definitione. Si enim aßignaretur apprehensio ad apprehensum, vel opinio ad opinabile, esset vtique definitio bona. Deinde affert secundum exemplũ, & dicit, [Aut etiã voluntatẽ appetitum sine tristitia,] vt quidã dixerunt, qui crediderũt voluntatẽ, quatenus est volũtas, esse appetitum, verũ vt sic abstrahat à tristitia, & voluptate, propterea dixerunt voluntatẽ esse appetitum sine tristitia. Vel fortasse ideo dixerũt voluntatem esse appetitũ sine dolore, ad differentiã appetitus sensitiui, qui semper est cũ tristitia. Qui enim cibũ vel potũ vel coitum appetit, tristitia afficitur, donec cõsequatur ea: sola autẽ volũtas, quæ est appetitus sequẽs cognitionẽ intellectualẽ, est absq; tristitia atq; dolore. Sed quouis modo dicatur, interimenda est definitio,

eo quia nõ aſſignauit id, ad quod dicitur res, id eſt, volũtas ſecundũ ſe, nec ad quod dicitur genus volũ E tatis. Si enim quis diceret volũtas eſt appetitus rei quã volumus, aut appetit⁹ appetibilis, bona erit definitio. Deinde probat ꝙ ſit interimẽda definitio, quãdo in ea nõ ponitur id, ad quod dicitur, & dicit. [Omnis enim ſubſtantia] ſiue eſſentia [eius, quod eſt ad aliquid, eſt ad alterũ] ſubaudi habitudo. [eo ꝙ idẽ eſſe ſit vnicuiq; eorum, quæ ſunt ad aliquid, quod quidẽ] eſſe videlicet [eſt ipſum ad aliquid quodam modo ſe habere.] & dixit [ipſum ad aliquid quodã modo ſe habere,] vt per verbũ [ipſum] denotaret formale eſſe relatiuorum, quod formale nihil aliud eſt, q̃ ad aliquid quodã modo ſe habere. Hoc enim eſt ipſum eſſe formale, atq; quiditatiuũ relatiuorũ. Et propterea cõcludit quo modo definitiões exẽplificatę eſſẽt aſſignãdæ, ſi bene eſſe debeãt. & dicit, [Oportebat igitur dicere ſciẽtiã opinionẽ ſcibilis,] nã ſcientia ad ſcibile refertur per ſe: ad opinabile autẽ, ſecũdum genus, quod eſt opinio. Deinde adaptat ſecundũ exemplũ, & dicit, [& voluntatẽ appetitum boni.] debuit autẽ dicere appetitũ appetibilis, cũ dixit appetitum boni. quoniã vniuerſalius eſt appetibile q̃ bonum, ſiquidẽ omne bonum appetibile, nõ tamen omne appetibile bonũ. Latronibus enim appetibile eſt latrocinari, nõ tamen eſt bonum, niſi bonũ ſumeretur pro eo, quod eſt, vel apparet bonũ. Deinde aſsignat tertiũ exemplum, & dicit. [Similiter autẽ, & ſi grammaticẽ definiuit ſcientiã literarum,] etiã interimẽda eſt definitio. Cuius rationem affert, & dicit, [Oportebat enim aſsignari in definitione, [aut] id [ad quod ipſum] id eſt, ipſa F grãmatica per ſe [dicitur, aut] id [ad quod fortè genus,] ſcilicet ſciẽtia [dicitur] videlicet ſcibile. Modo nõ eſt idẽ ſcibile, & literæ, ideo oportebat in tali definitione ponere ſcibilis, & nõ literarum. hoc modo grãmatica eſt ſciẽtia eius, quod eſt ſcibile in literis. Nec dicitur grammatica ſecundũ ſe ad aliquid, nec eſt ipſius eſſe hoc quod eſt literarũ eſſe, iccirco nõ oportebat in definitione dicere hoc, videlicet literarum. Quia vero ſecundum genus eſt ad aliquid, ad quod genus grãmatice dicitur, hoc oportebat aſsignare. Genus igitur grãmaticę aſsignãtem, ſcilicet ſciẽtiam, oportebat in illius definitione addere ſcibilis. oportebat enim aut dicere ad quod ipſa dicitur, aut ad quod genus dicitur. At grãmatica nec ad aliquid eſt per ſe, nec literarum eſt ſcientia, ſed ars legendi atque ſcribendi. quare omnifariam interimenda eſt grammaticæ definitio, vel quia grammatica non eſt ſcientia, vel quia ſi eſt ſcientia, non eſt ſcientia literarum, ſed ſcibilium circa literas.

LOCVS TRIGESIMVSQVARTVS.

86 Aut ſi cum quippiam ad aliquid dicitur, non aſsignauit ad finem. Eſt autem finis in vnoquoque, quod optimum eſt, aut cuius gratia alia G ſunt. Dicendum igitur aut optimum, aut vltimũ, vt concupiſcentiam nõ delectabilis, ſed delectationis. Nã propter hanc, & delectabile eligimus.

Hic conſiderat in ſpecialibus relatiuis quibuſdam, ſcilicet in his, quæ referuntur ad aliquid, vt in finem. & primo aſsignat locum trigeſimumquartum, qui accipitur ab aliquo, quod eſt finis. vbi conſiderandum aliquod definibile eſſe, quod ad duo dicitur, quorum alterum eſt finis, alterum, medium in finem. tunc dicit, [aut ſi quippiam ad aliquid dicitur] vt in finem ſubaudi, & vt in medium in finem, [non aſsignauit] definitionem illius [ad finem] ſed vt in medium in finem, interimenda eſt definitio. Deinde exponit quid per finem intelligat, & dicit, [Eſt autem finis in vnoquoque, quod optimũ eſt,] & tu intelligas eſt autem finis quod optimum eſt in vnoquoque, nõ quidem quod optimum eſt ſimpliciter, ſed quod optimum eſt in vnoquoque. Sanitas enim quæ finis eſt, non eſt ſimpliciter optimũ, H ſed optimum omnium eorũ, quæ à medico ſunt operabilia. Similiter perſuaſio eſt optimum nõ ſimpliciter, ſed inter omnia, quæ ſunt operabilia à rhetore. Et quia non ſemper finis eſt optimum ſimpliciter, ideo dicit, [Aut cuius gratia alia ſunt,] ſi enim finis nõ ſit ſimpliciter optimum, ſatis eſt, vt ſit id, gratia cuius alia ſunt. In definitione [igitur] eius quod eſt ad aliquid, vt in finem, [dicendum aut optimum, aut vltimum] ſcilicet cuius gratia alia ſunt. Nam ſi nõ finis cuius gratia in definitione ponitur, ſed medium in finem, interimenda eſt definitio. Affert exemplum, [vt concupiſcentiam] dicimus appetitum [non delectabilis, ſed delectationis. nam propter hanc & delectabile] quod eſt medium in finem, [eligimus.] Quare definitio concupiſcentiæ, quæ eſt appetitus delectabilis, interimenda eſt, quia non datur per finem, ſed per medium in finem.

LOCVS TRIGESIMVSQVINTVS.

87 Conſiderãdum & ſi generatio vel actus eſt ad quod aſsignauit, nihil enim talium finis. Nã magis quod eſt egiſſe, & generaſſe finis, quàm fieri & agere. An non in omnibus verum huiuſmodi? Fere enim plurimi delectari magis volunt quàm deſtitiſſe delectari. Quare agere magis finem quis ſtatuet, quàm egiſſe.

A Hic assignat locum trigesimumquintum, qui accipitur etiam ab aliquo quod non est finis, & accipitur vt finis. qui talis est, si in definitione alicuius, quod est ad aliquid vt in finem, assignatur aliquid pro fine, quod est operatio vel actus, interimenda est definitio. vnde dicit, [Considerandum & si]in definitione alicuius, quod est ad aliquid, vt in finem, illud[ad quod assignauit]definitum, [est generatio vel actus,] aut motus, vel operatio nam si sic, interimenda est definitio. Cuius causam assignat, & dicit, [Nihil enim talium finis est,] nec enim generatio, nec actus, nec motus finis est. quoniam vnum horum in fieri, aliud in agi, aliud vero in moueri consistit. modo nullum horum finis est. [Nam magis quod est egisse & generasse finis, quàm fieri & agere,] finis enim semper in quiete magis quàm in moueri est, habito enim fine cessat motus. Vt si quis dixerit album esse, corpus ad albedinem motum. Quoniam enim corpus mouetur, & adhuc non peruenit ad finem, ideo interimendest definitio. non enim accepit finem. Deinde corrigit locum, & exemplum, & dicit, [An non in omnibus verum est huiusmodi?]scilicet, quòd finis sit quieuisse, non actus. & assignat causam, & dicit, [Fere enim plurimi delectari magis volunt, quàm destitisse delectari.] & quia accepit [plurimi] pro B omnes, propterea dixit[fere plurimi,]hoc est, fere omnes. [quare]subaudi in talibus [agere magis finē quis statuet, quàm egisse.] Quare locus assignatus est particularis, non vniuersalis in omnibus. Sunt enim hæ subcontrariæ simul veræ, actus est finis, actus non est finis, sed opus vel egisse. In iis enim quorum finis est opus (vt Aristoteles inquit primo Ethicorum) actus non est finis, sed opus, vel egisse. In iis autem, quorum finis est operatio, verum est quòd finis sit actus.

LOCVS TRIGESIMVSSEXTVS.

88 Rursum in quibusdam si non determinauit quanti, aut qualis, aut vbi, aut secundum alias differentias. vt ambitiosus, & quanti, & qualis honoris appetens est. Omnes enim appetunt honorem, quare non sufficit ambitiosum dicere, qui appetit honorem, sed addere oportet dictas differentias. Similiter autem & auarus, quātas appetit pecunias: aut C intemperans, circa quales voluptates. Non enim qui à qualibet voluptate tenetur, intemperans dicitur, sed qui ab aliqua: aut rursum qui definit noctem, vmbram terræ: aut succussionem, motū terræ: aut nubem, densitudinem aeris: aut ventum, motum aeris. Addendum enim quanti, & qualis, & vbi, & à quo. Similiter autem & in cæteris huiusmodi. Omittens enim differentiam quamlibet, non dicit quid est esse. Oportet autem semper ad id quo indiget, argumentari. Non enim quolibet modo terra mota, neque quantacunque, succussio erit, Similiter autem neque aere quolibet moto, neque quantocunque moto, ventus erit.

Assignat locum trigesimumsextum, qui accipitur à defectu differentiarum, quibus res quæ definitur, est ens. Sunt enim nonnulla entia talia, non quia sunt simpliciter in aliquibus, sed quia sunt in aliquibus sub certa quantitate, aut qualitate, aut vbi, aut sub aliqua huiusmodi differentia. Qui igitur a-D liquid huiusmodi entium, quæ insunt sub aliqua certa differentia, definit sine differentia sub qua inest ei cui assignatur, non definit, & peccat. vnde dicit, [Rursum in quibusdam,] quæ vt sint vel vt insint, aliquibus indigent differentiis, [si non determinauit] subaudi differentiam, [quanti, aut] differentiam qualis, aut]differentiam[vbi, aut secūdum alias differentias] de quibus in libris Ethicorum satis. Qui subaudi definit sine talibus differentiis, peccat. non enim definit. Assignat exempla primo moralia, & dicit, [Vt] si definiatur [ambitiosus,] qui appetit honorem [&] non addatur differentia[quanti, aut qualis honoris appetens est,]peccatum committitur. Cuius rationem assignat, & dicit, [Omnes enim appetunt honorem,]& tamen non omnes sunt ambitiosi.[Quare non sufficit ambitiosum dicere, qui appetit honorem] quia sic omnes essemus ambitiosi, [sed addere oportet dictas differētias.] Est enim ambitiosus, qui maiorem honorem appetit, quàm sibi competit & talem, qualis non sibi competit: & vbi non sibi competit: & quando non sibi competit. Deinde assignat secundum exemplum de auaro, & dicit, [Similiter autem & auarus,] oportet addere [quantas appetit pecunias,] si debet definiri, [aut] si debet definiri [intemperans,] oportet addere, [circa quales voluptates] excedit. non enim qui excedit in voluptatibus animi, est intemperans, sed qui excedit in voluptatibus corporis. & propterea dicit, [Non enim qui à qualibet voluptate tenetur] atque afficitur, [intemperans dicitur,] quia non ab animi voluptate, [sed qui ab aliqua] determinata, vt qui tenetur

à corporea voluptate, dicitur intemperans. Deinde tangit exẽpla naturalia, & dicit, [Aut rursum qui E definit noctem, vmbram terræ, & sucussionẽ] quę grecæ σεισμὸς dicitur, [motum terrę: aut nubem, densitudinem aëris: aut ventum, motum aeris,] etiam peccat. [addendũ enim] differentiam [quanti, & qualis, & vbi, & à quo. Similiter autem & in cæteris huiusmodi.] Deinde assignat rationem, & dicit, [Omittens enim differentiam quamlibet] sine qua nullum horum est ens, [non dicit quid est esse.] in definitione enim noctis, cum dicitur quòd sit vmbræ terræ, aliquid deficit. non enim quęlibet vmbra nox est, quoniam non vmbra, quæ fit à monte, sed illa quæ fit à terra causa solis. Similiter in definitione succussionis, oportet addere hoc, scilicet ex exhalatione ventosa, vt fracta in concauitatibus terræ. Insuper in definitione nubis, oportet addere hoc, scilicet talis, hoc est vehemens. Et in definitione venti, addendum hoc, scilicet ex vaporatione terræ: similiter autem & in reliquis. Addit quid fit, cum deficit differentia in definitione, & dicit, [Oportet autem semper ad id, quo] definitum in sua definitione [indiget, argumentari. non enim quolibet modo terra mota, neque quantacunque, successio erit,] & ita argumentari licebit contra id, quod deficit. [Similiter autem, neque aere quolibet modo, neque quantocunque moto, ventus erit.] & sic semper relinquetur argumentum contra definitionem: nisi id omne explicetur, quod est necessarium pro explicatione essentiæ eius, quod definitur. Quare si definitiones debent esse irreprehensibiles, nulla differentiarum requisitarum deesse debet, & sic locus præsens perspicuus est. F

LOCVS TRIGESIMVSSEPTIMVS.

89 Insuper in appetitibus, si non apponitur quod apparet, & in quot aliis congruit. Vt quoniam voluntas appetitus boni, concupiscentia autem appetitus delectationis, sed non apparentis boni, aut delectationis. G
Plerunque enim latet appetentes quoniam bonum, aut delectabile est. quare non necessarium bonum vel delectabile esse, sed apparens solum. Oportebat ergo sic & assignationem facere. Si autem & assignauit quod dictum est, in ipsas species ducendum eum qui ponit ideas esse. Non enim est idea vllius apparentis, nam ipsa species ad ipsam speciem videtur dici. Vt ipsa concupiscentia ipsius delectationis, & ipsa voluntas ipsius boni. Apparentis igitur boni non erit ipsa voluntas, neque apparentis delectationis ipsa concupiscentia. Absurdũ enim est esse ipsum apparens bonum, vel delectabile.

Locus iste trigesimusseptimus, (vt Alexander inquit) non est omnibus communis, sed omnibus H illis, in quibus appetitus ponitur in definitionibus vt genus. Ponitur autem appetitus vt genus in definitionibus voluntatis, concupiscentiæ, iræ, & cæterorum id genus. accipit autem hunc locum à defectu eius particulæ, quæ est [apparens,] & dicit, [Insuper si non apponitur, quod apparet in appetitibus] id est, in illis definitionibus, in quibus appetitus accipitur vt genus [&] subaudi si non apponitur illa particula [quod apparet, & in quot aliis congruit] apponi, subaudi interimenda est definitio. & dixit [In quot aliis congruit.] quoniam illa particula apparens, etiam aliis quibusdam congruit. Dicimus enim sophisticum syllogismum esse illũ, qui est ex apparẽtibus probabilibus. Quare si in definitione sophistici syllogismi non apponitur illa particula, apparens, modo quo congruit, interimenda est definitio. affert exempla, & dicit, [Vt] si aliquis definiendo dixerit, [quoniam voluntas est appetitus boni, concupiscentia autem appetitus delectationis, sed non apparentis boni, aut delectationis,] ideo quælibet talis definitio interimenda est. Oporteret enim dici voluntatem esse appetitum apparentis boni: & concupiscentiã appetitum apparentis delectationis, alioquin interimẽda esset definitio. deinde declarat illud esse addendum, & dicit, [Plerunque enim latet appetentes quoniam] re vera [bonũ, aut] re vera [delectabile est] illud, quod appetunt. & propterea concludit, [quare non necessariũ bonum, vel delectabile esse] scilicet, in re veritate, quod appetitur [sed] satis esse [apparẽs] bonum vel delectabile [solum.] tunc concludit, [Oportebat ergo sic & assignationẽ facere.] sic dico, vt dictum est, per additionem illius particulæ apparentis, nam sic nihil deerit definitioni. Deinde redarguit Platonem, qui ideas rerum fatetur. & dicit, [Si autem] in definitione voluntatis, & concupiscentiæ [assignauit, quod dictum est] scilicet particulam illam apparens, [ducendum est eum qui ponit ideas esse] scilicet Platonem [in ipsas species] scilicet boni apparentis, & delectationis apparentis. & sic erit necessariũ ponere ideas apparentium, ita vt sit ipsum apparens bonum, & ipsum apparens delectabile, abstractum à bonis apparentibus, & ab apparentibus delectabilibus particu-

A laribus. Deinde destruit consequens, & dicit, [Non enim est idea vllius apparentis] quia non est dare ipsum bonum apparens separatum, nec ipsum delectabile apparens separatum. Deinde probat consequentiam, & dicit, [Nam ipsa species] quæ est idea separata, [ad ipsam speciem,] & per ipsam speciem, quæ est idea separata, [videtur dici] ac definiri. ergo si datur idea boni, & idea delectabilis, oportet dare ideam apparentis, quoniam idea definitur per ideam. [Vt ipsa concupiscentia] id est, vt ipsa idea concupiscentia videtur esse [ipsius delectationis] id est, ipsius ideæ delectationis [& ipsa voluntas.] id est, ipsa idea voluntatis, [ipsius boni] id est, ipsius ideæ boni, non enim idea definitur nisi per ideam. Tunc destruit tale consequens, & dicit, [Apparentis igitur boni non erit ipsa voluntas,] quoniam idea boni apparentis est res separata à materia sensibili. & ita apparens bonum separatum non erit apparens bonum, quia apparens non est nisi respectu sensuum, ergo si ita est, voluntas [ipsa] quæ separata est, non erit appetitus apparentis boni. [neque ipsa concupiscentia] id est, idea concupiscentia, erit appetitus [apparentis delectationis.] cuius rationem affert, & dicit, [Absurdum enim est esse ipsum apparens bonum] id est, ipsam ideam apparētis boni, [vel] ipsum [delectabile.] scilicet in idea. Et sic absurdum erit esse ideam volūtatis, quę dicitur ipsa voluntas: & ipsam ideam concupiscentiæ, quæ est ipsa concupiscentia. Alioquin ipsa voluntas non erit appetitus apparentis boni, nec ipsa concupiscentia appetitus apparentis delectabilis. ¶ Quod autem ad verba attinet, verbum ipsum vel ipsa, quod græce est ἀὐ, pro idea intelligit Plato, & Aristoteles, quoniam idea est tantum ipsa. at particularia non sunt tantum ipsa, quoniam sunt participatione ideæ, quæ est tantum ipsa. Et cum dicitur ipsum animal, idea animalis, & cum dicitur ipse homo idea hominis intelligitur. quare ipsum apparens, idea apparentis intelligitur: & ipsa voluntas, etiam idea voluntatis: & ipsa concupiscentia idea concupiscentiæ. Quod enim Peripatetici ideam hominis, vel alicuius alterius dicunt, Platonici ipsum hominem, vel ipsum aliquid vocant.

(B at "parētis boni")

LOCVS TRIGESIMVS OCTAVVS.

C 90 Præterea si sit quidem habitus definitio, considerandum in habente. siquidem habentis, in habitu. Similiter autem & cæteris talibus. Vt si delectatio est iuuatio, & delectabile iuuabile. vniuersaliter autem dicendo in huiusmodi definitionibus, quodammodo vno, plura accidit eum qui definit, definire. Nam qui scientiam definit, quodammodo & ignorantiam definiuit. Similiter autem & scium, & inscium: & scire, & ignorare. Primo enim dilucido facto, & reliqua quodammodo dilucida fiunt. Inspiciendum igitur in omnibus talibus ne quicquam dissonet ei, qui elementis vtitur, ex contrariis, & coniugatis.

Hic locus potest resolui in duos, quorum alter est ex coniugatis, alter vero ex contrariis. primus talis est, si aliqua definitio assignetur alicui coniugatorum, transferatur ad alterum, quod est ei coniugatum secundum congruam dictionem, quæ cuique congruit: & si in aliquo dissonat, interimenda est assignata definitio. causa est, quoniam coniugata similiter se habent. Non enim differunt, nisi solo casu. secundus talis est, si aliqua definitio assignetur alicui contrariorum, transferatur ad alterum quod est ei contrarium, secundum congruas dictiones quæ cuique congruunt. Et si in aliquo dissonat, interimenda est assignata diffinitio. causa autem, quoniam contraria contrariè se habent. miscet autem hæc loca, & incipit ab exemplo primi loci, & dicit, [Præterea si sit quidem habitus definitio, considerandum] talem definitionem [in habente,] quod est denominatiuum habitus. [Siquidem] illa definitio est [habentis, in habitu] subaudi oportet eam assignare secundum proprias dictiones, quæ habitui congruunt. at si non fuerit habentis, interimere eam oportet in habitu. [Similiter autem] intelligas tu [in cæteris talibus] coniugatis, & non solum in habitu, & habente. & assignat exemplum in terminis, & dicit, [vt si delectatio est iuuatio, & delectabile iuuabile.] deinde amplificando hunc locum, tangit secundum, qui accipitur ex contrariis: & declarat quo modo assignata aliqua definitione de vno, possunt inferri plures definitiones de pluribus, & dicit, [vniuersaliter autem dicendo in huiusmodi] scilicet coniugatorum, & contrariorum definitionibus, [quodammodo vno] definito, [plura accidit eum qui definit, definire.] quia definito vno coniugatorum, accidit definire omnia ea, quæ sunt illi coniugata, & definire contrarium illius, & omnium coniugatorum quæ ei coniugantur. Quod exemplo demonstrat, & dicit,

[nam qui ſcientiā definit, quodammodo & ignorantiā] quæ eſt ſcientię contraria, [definiuit. ſimiliter E autem] definiuit quodammodo [& ſcium,] quod eſt ſcientię coniugatum, [& inſcium,] quod eſt coniugato contrarium, [& ſcire,] quod eſt aliud ſcientiæ coniugatum, [& ignorare,] quod eſt contrarium ipſi ſcire. Quod probat, & dicit, [Primo enim dilucido facto,] hoc eſt, ipſa ſcientia primo per definitionem patefacta, [& reliqua] ſcilicet coniugata, & contraria [quodammodo dilucida fiunt.] Tunc quaſi epilogans inquit, [ei igitur, qui elementis ex contrariis & coniugatis vtitur elementis] id eſt, locis, [inſpiciendum in omnibus talibus, ne quicquam diſſonet.] nam ſi diſſonat quicquam in definitione vnius talium, interimenda eſt definitio in omnibus. Qui enim coniugata definit, & contraria coniugatorum, & cōiugata contrariorum, & coniugata coniugatorum definit: quoniam ſi contrariū in contrario eſt, & in contrario contrarium erit. inſuper ſi in vno coniugatorum erit, ſic & in reliquis oportet eſſe, vt ſuperius ſæpe dictum eſt. F

LOCVS TRIGESIMVSNONVS.

91 Deinceps in iis quæ ad aliquid ſunt, conſiderandum ſi ad quod genus aſsignatur, & ſpecies ad illud quoddam aſsignatur. Vt ſi opinio ad opinabile, & quædam opinio ad quoddam opinabile. Et ſi multiplex ad ſubmultiplex, & quoddam multiplex, ad quoddam ſubmultiplex. Si enim non ſic aſsignatur, manifeſtum quoniam peccatur.

Aſſignat locum trigeſimumnonum, qui accipitur per inſpectionem ad genus in definitionibus relatiuorū. & dicit, [Deinceps in iis quæ ad aliquid ſunt, cōſiderandum ſi ad quod genus aſſignatur] genus definitionis, [& ſpecies,] quę definitur, [aſſignetur ad illud quoddam] id eſt, ad ſpeciem illius generis: quoniam ſi non, interimenda eſt definitio. Affert exempla, & dicit, [vt ſi opinio,] G quæ eſt genus, quod ponitur in definitione fidei, refertur [ad opinabile, & quædam opinio] ſcilicet fides, quæ definitur, quę eſt ſpecies opinionis, [ad quoddam opinabile] id eſt, ad credibile, quod eſt ſpecies opinabilis, refertur. Si enim non, tunc interimenda eſt definitio. [& ſi multiplex, ad ſubmultiplex: & quoddam multiplex, ad quoddam ſubmultiplex. Si enim non ſic aſſignatur, manifeſtum, quoniam peccatur.] Si enim diceretur, fides eſt opinio ſcibilium, interimenda eſt definitio: quoniā fides refertur ad credibilia, ſicuti opinio ad opinabilia. quare ſi dicitur, fides eſt opinio eorum opinabilium, quæ creduntur, non peccabitur in definitione. veluti non peccatur, cum dicitur opinio eſt habitus opinabilium. Eſt enim opinio genus fidei, & opinabile credibilis. vtrum vero fides ſit opinio, nunc non aſſerimus, ſed pro exemplo ſufficiat ſic eſſe dictum.

LOCVS QVADRAGESIMVS.

92 Videndum autem, & ſi oppoſiti, oppoſita eſt definitio. vt ſi dimidii ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis. nam ſi duplex eſt, quod in æquali ſuperat dimidium: & dimidium, quod in æquali ſuperatur. H

Quoniam ſi non congrue cum iis, quæ ſunt ad genus, & ad ſpeciem aliquis definierit, peccat, iccirco aſſignat locum quadrageſimum, qui accipitur per inſpectionem ad oppoſitam aſſignatę rationis, ſi oppoſiti definiti fuerit definitio. nam ſi non, interimenda eſt aſſignata definitio. & per oppoſita, nunc relatiua vocat, vt Alexander exponit. vnde dicit, [Videndum autem & ſi oppoſiti oppoſita eſt definitio.] quia ſi non, interimenda eſt definitio: ſi vero ſic, conſtruenda. [vt ſi dimidii ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis,] quoniam ſi eſt, conſtruenda eſt definitio. [nam ſi duplex eſt, quod in æquali ſuperat dimidium, & dimidium] erit, [quod in æquali ſuperatur] à duplici. Si autem non eſt ita, interimenda eſt definitio aſſignata.

LOCVS QVADRAGESIMVSPRIMVS.

93 Et in contrariis ſimiliter. nam contraria contrarii oratio erit ſecundum vnam quandam complexionem contrariorum. Vt ſi adiuuatiuū quidem effectiuū boni eſt, nociuum effectiuum mali, aut corruptiuū boni. alterum enim horum neceſſarium eſt contrarium eſſe ei, quod ex principio dictum eſt. Si igitur neutrum contrarium eſt ei, quod à principio dictum eſt, manifeſtum quoniam neutra erit earum, quæ poſterius aſsignatæ ſunt, contraria oratio. Quare neque que à principio aſsignata eſt definitio, recte aſsignata eſt.

A Cum assignasset locum vniuersalem in omnibus oppositis, & speciatim in oppositis relatiue, nũc secundo assignat locum speciatim in contrarie oppositis. & dicit, [Et in contrariis similiter] subaudi est dicendum, vt dictum est in oppositis relatiue. Cuius causam assignat, & dicit, [nam oratio contrarii erit contraria] orationi alterius contrarii [secundum vnam quandam contrariorum complexionem.] & per vnam quandam, Alexander exponit: quamlibet, quoniam (vt inquit) oportet cotrariam rationem datæ definitioni contrarii aptare cum contrario definiti secundum quamlibet complexionem. Quot vero sint complexiones contrariorum, quæve vtiles, atque inutiles, secundo libro huius dictum est. deinde assignat exemplum, & dicit, sint contrarie opposita adiuuatiuum, & nociuum & assignetur definitio adiuuatiui, quòd sit effectiuũ boni: dico quòd si definitio nocui, quæ est effectiuũ mali, sit contraria definitioni adiuuatiui, definitio adiuuatiui erit bene assignata. vnde dicit [vt si adiuuatiuum quidem effectiuum boni est, nociuum] erit [effectiuum mali, aut corruptiuum boni. Alterum enim horum] id est, altera harum definitionum, quæ assignantur de ipso nocuo, [necessarium est contrarium esse ei] scilicet definitioni, [quod] vel quæ [ex principio] de ipso adiuuatiuo

B [dicta est.] & fortasse non solum altera, sed vtraque contraria est definitioni, quæ assignatur de ipso iuuatiuo. Veluti ei, quod est amicis benefacere, contraria sunt, & amicis malefacere, & inimicis bene: sic ei, quod effectiuum boni, contraria sunt, effectiuum mali, & corruptiuum boni. causa autem, quoniam non vna est contrarii definitio. [Si autem neutrum] scilicet si autem neutra earum duarum definitionum, quæ assignantur de nocuo, [contraria est ei] scilicet definitioni, [quod] vel [à principio dictum est,] vel dicta est & de ipso adiuuatiuo, [manifestũ, quoniam neutra erit earum (quæ posterius assignatæ sunt) contraria oratio] scilicet de ipso nocuo. [Quare neque quæ à principio] de ipso adiuuatiuo [assignata est definitio, recte assignata est.] ex vno enim alterum sequitur, & econuerso, quasi dicat, si earum definitionum, que assignantur de ipso nocuo, neutra fuerit contraria ei definitioni, quę assignatur de ipso adiuuatiuo, neutra erit definitio nocui. Oportet enim contrariorum contrarias esse definitiones, & si neutra nocui definitio fuerit recte assignata, neque adiuuatiui definitio erit recte assignata. ¶ Quod vero ad exempla attinet, nõ intelligas definitiones specierum contrariarũ esse con-

C trarias secundum se, & secundum sui quamlibet particulam. nam prima nocui definitio non est contraria secundum sui quamlibet particulam definitioni, quæ assignatur de ipso adiuuatiuo, nam vtriusque definitionis genus est ipsum effectiuum. nec secunda, quoniam vtriusque definitionis differentia est ipsum bonum. Sed intelligendum est contrariarum specierum contrarias esse definitiones, saltem vel secundum genus, vel secundum differentiam, vt ex exemplis perspicuum est.

LOCVS QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

94 Quoniam autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur, vt inæqualitas priuatio æqualitatis videtur esse (Inæqualia enim quæ non æqualia sunt, dicuntur,) perspicuum quoniam quod secũdum priuationem quidem dicitur contrarium, necessarium est definire per alterum. Reliquum vero non iam oportet per id, quod secundum priuationem dicitur. Non enim accidit alterum per alterum cognosci. Considerandum igitur in contrariis huiusmodi peccatum, vt siquis definierit æqualitatem contrarium inæqualitati. nam per hoc, quod secundum

D priuationem dicitur, definiuit.

Iterum assignat locum in oppositis secundum priuationem & habitum, vt sit locus quadragesimus secundus, si duorum oppositorum secundum priuationem, & habitum, quod secũdum priuationem oppositum est, definitur per habitum, recte definitur: contra vero non recte. dicit, [Quoniam autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur] quia videlicet alterum est habitus, alterum est priuatio. [vt inæqualitas priuatio æqualitatis videtur esse, (inæqualia enim quæ non æqualia sunt, dicuntur.)] Ergo inæqualitas priuatio est, æqualitas vero habitus. Tunc assignat locum, & dicit, [perspicuum quoniam contrarium, quod secundum priuationem quidem dicitur, necessarium est definire per alterum] scilicet per habitum, [reliquum vero] scilicet habitum [non iam oportet definire per id, quod secundum priuationem dicitur.] est ergo locus, oppositorum, quæ vt habitus, & priuatio opponuntur, priuatio per habitum, habitus autem non per priuationem definitur. Et assignat causam, & dicit, [non enim accidit alterum,] scilicet habitum [per alterum] per priuationem [cognosci,] sed potius contra priuationẽ per habitum. Non enim dicimus æqualitatẽ esse priuationẽ inæqualitatis, sicuti dicere solemus inæqualitatẽ esse priuationem ęqualitatis. Tunc colligit peccata, quę cõmittuntur, circa definitiones oppositorũ huiusmodi. & dicit, [considerandũ igitur peccatum,]

ſubaudi quod cõmittitur[in huiuſmodi contrariis,] & eſt,[vt ſiquis definierit ęqualitatem]dicens æqualitatem ſubaudi eſſe [contrarium inæqualitati,]hic committit peccatum.[nam per hoc,quod ſecundum priuationem dicitur,definiuit.]ergo committit peccatũ, quod eſt contra conditiones bonarum definitionum, quæ ſuperius dictæ ſunt. Dictũ eſt enim definitionem omnem eſſe aſsignandam per notiora. Et cumſem per priuatio ſit ignotior habitu,ergo qui definit æqualitatem per inæqualitatem,committit peccatum contra conditiones bonarum definitionum,& hoc eſt primum peccatum. E

95 Inſuper ſic definientem neceſſe eſt eo,quod definitur,vti.Patet autem hoc, ſi accipiatur pro nomine oratio. nam cum nihil referat dicere inæqualitatem priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis.Quare eodem erit vſus. F

Secunda conditio bonæ definitionis eſt, vt definitum non ponatur in definitione ſui. Tunc aſsignat ſecundum peccatum,quod committitur,cum habitus definitur per priuationem,& dicit,[Inſuper ſic definientem] ſcilicet habitum per priuationem,[neceſſe eſt vti eo,quod definitur] ſcilicet pro altera parte ſui definitionis. Hoc eſt,& ſupponit pro communi omnium conſenſu priuationem ſemper per habitum definiri, cum priuatio nullam habeat cognitionem nec eſſentiam niſi ab habitu. & dicit, [patet autem hoc] ſcilicet tale peccatum ſequi, [ſi accipiatur pro nomine] inæqualitatis,atque priuationis eius [oratio,] hoc eſt eius definitio. [nam cum nihil referat dicere inæqualitatem,] quæ eſt priuatio, quæ definitur,& ſubaudi dicere [priuationem æqualitatis] quæ eſt definitio illius priuationis, [erit æqualitas] ſcilicet definitiue [contrarium priuationi æqualitatis, quare eodem] ſcilicet nomine definiti [erit vſus,] quippe cum in æqualitatis definitione ponatur æqualitas. & hoc eſt ſecundum peccatum, ſcilicet ipſum definitum aſsignare in ſuiipſius definitione. Quod vero hoc peccatum ſit, perſpicuum eſt. Erit enim ipſum per ipſum definire, & ſic, quòd ignotum tentat definire, eo iam, vt noto vtitur, quod eſſe contra conditionem bonarum definitionum vt ſuperius dictum eſt. G ¶Sed dubitabit fortaſſe quiſpiam, quia non videtur priuationem definiri poſſe per habitum, cum habitus non ſit eſſentiale quippiam priuationi. ¶ Dicendum ipſum eſſentiale multifariam dici. aut enim eſſentiale dicitur ſicuti pars eſſentiæ, & hoc pacto genus, & differentia partes eſſentiales ſunt ſpeciei. aut vt dicens totam eſſentiam, & ſic definitio eſt eſſentiale quippiam ſpeciei. aut vt id, in quo natum eſt aliquid fieri, veluti oculum dicimus viſui eſſe eſſentialem· non enim poteſt viſus fieri, niſi in oculo.aut vt id, ad quod dicitur aliud,& hoc pacto habitus eſt eſſentialis priuationi. Eſt enim priuatio habitus priuatio,vt ignorãtia ſcientiæ priuatio.Patet igitur habitum hoc vltimo modo eſſe eſſentiale quippiam ipſi priuationi. Adde quòd priuatio nequaquam habeat eſſentiam.non enim priuatio natura,aut res aliqua eſt,ſed rei atque naturæ defectus eius ſubiecti,in quo habitus aptus eſt fieri.Hac ratione fit,vt priuatio per habitum non in recto, ſed in obliquo definiatur, & ob id habitus de priuatione in obliquo prædicatur.hæc de loco quadrageſimoſecundo. H

LOCVS QVADRAGESIMVSTERTIVS.

96 Si autem neutrum contrariorum ſecundum priuationem dicatur, aſsignetur autem oratio ſimiliter. Vt bonum contrarium malo:manifeſtum,quoniam malum contrarium bono erit. nam ſic contrariorum ſimiliter oratio aſsignanda eſt. Quare rurſum eo, quod definitur, accidit vti.Ineſt enim in mali oratione bonum. Quocirca cum bonum ſit malo contrarium ; malum autem nihil differat vel quod eſt bono contrarium, erit bonum contrarium contrario boni. Perſpicuum igitur, quoniam eodem vſus eſt.

Locus 43.eſt in contrariis,quorum neutrum eſt priuatio,ſed vtrũque habitus,ſi vnum definiatur per alterũ,interimenda eſt definitio.Si enim (cõtrariis ſic dictis)alterũ per alterum aliquis definierit, certe ſimiliter & alterũ per alterum aſſignabit.nõ enim eſt differentia ea,quę eſt in oppoſitis ſecundũ habitum & priuationem,ſed eſt ſimile bonũ dicere contrarium mali, & malum contrariũ boni.nam cõtrariis ſic dictis,quorũ alterum non eſt priuatio,ratio ſimiliter aſsignatur. Quare hoc ita ſe habente, accidet id, quod dictum eſt in priuatiue oppoſitis, ſcilicet vti ipſo definito in ipſa ſui definitione.Si enim aliquis definiendo diceret bõnum contrarium mali,tranſumpto malo ad propriam rationẽ,erit bonum contrariũ contrario boni, & ſic ipſo definito vſus eſt.vnde dicit,[ſi autem netrũ contrariorũ ſecundum priuationem dicatur,]ſed vtrumque ſecundum habitum.[aſsignetur autem] in his[oratio

A similiter, vt aßignata est in priuatiue oppositis [vt] videlicet dicatur[bonum cõtrarium malo, manifestum quoniam malum contrariam bono erit.] Si itaque sic definiatur, interimenda est definitio.[nam sic contrariorum similiter oratio aßignanda est.] & ita definietur bonũ per malum, & malum per bonum, modo videlicet quo oppositum secundum priuationẽ definitur per habitum. Tunc demonstrat hoc esse absurdum, & dicit, [quare rursum eo quod definitur, accidit vti] scilicet in sui ipsius definitione. [Inest enim in mali oratione bonum,] sicuti in boni oratione malum.[Quocirca cum bonum sit malo contrariũ, malum autem nihil differat] subaudi ab eo,[quod est vel bono contrarium,] non enim differt definitum à sua definitione, & sic pro nomine definiti potest poni definitio,[erit] propter hoc definitiue[bonũ contrarium contrario boni. perspicuum igitur quoniam eodem] scilicet definito [vsus est] in sui definitione. nam bonum accipietur in definitione boni. ¶ Sed quęres fortasse cur alterũ contrariorum per alterum nõ definitur, sicuti priuatio per suum habitum. videtur enim alterum per alterum esse definiendum, quippe cum contraria habeant idem subiectũ, in quo vicißim fiunt, veluti ea quæ priuatione opponuntur. quare alterum per alterum definiendum esse videtur. ¶ Dicendum non esse eandem rationem de contrarijs, & de priuatiue oppositis. nam oppositum secundũ pri-
B uationem, essentiale esse habet ad habitum, vt superius probatum est. contrariorum autẽ nullum ad alterum habet essentiale esse. cum vnũ quodque propriam essentiam seorsum habeat.

LOCVS QVADRAGESIMVSQVARTVS.

97 Insuper si quod secundum priuationem dicitur, aßignans non aßignauit id, cuius est priuatio: vt habitum, aut contrarium, aut cuiuscunque est priuatio. Et si non in quo aptũ est fieri addidit, vel simpliciter, vel in quo primo aptum est fieri. Vt si ignorãtiam dicens priuationem, non scientiæ priuationẽ dixerit: aut si non addiderit in quo apta est fieri: aut si addiderit non in quo primo aßignauerit, vt quoniam non in rationali, sed in homine, vel in anima. Nam si quodlibet horũ omiserit, peccauit. Similiter autem & si cæcitatem non visus priuationem in ocu-
C lo dixerit. Oportet enim bene aßignãtem quid est, & cuius est priuatio aßignare, & quidnam est quod priuatum est.

Cum dixisset loca, quæ accipiuntur ab oppositis secundum relationes, & ab oppositis tam contrarijs, quàm ab his quæ dicuntur secundum priuationem, dixissetque in oppositis, quę dicuntur secundum priuationem, id quod secundum priuationẽ dicitur, oportere definiri per illud, quod dicitur secundum habitum, nunc dicit,[Insuper si quod secũdum priuationẽ dicitur, aßignans non aßignauit id, cuius est priuatio [vt] nõ aßignauit [habitũ, aut cõtrariũ, aut] nõ aßignauit id, [cuiuscunque est priuatio,] definitio subaudi interimenda est. Vocat autem id quod est oppositum priuationi, habitũ, vel contrarium, vel id, cuius est priuatio, non quòd hęc sint diuersa, accipiuntur enim hæc omnia pro habitu, sed vt habitum pluribus appellationibus demonstret posse accipi.[& si] hoc quidem ponat,[nõ id addidit, in quo aptum est fieri] id est, non id addidit, scilicet subiectum in quo priuatio apta est fieri, [vel simpliciter, vel in quo primo aptum est fieri,] etiam definitio interimẽda est. Dixit[vel simpliciter, vel in quo primo]pri-
D uatio [apta est fieri] quoniã priuatio habet duplex subiectum, scilicet commune & proprium. ignorantíæ enim subiectum commune est anima vel homo, proprium vero subiectum est anima intellectualis. ¶ [Si ergo definitur priuatio, & non ponitur subiectum commune, interimẽda est definitio. & si ponitur commune subiectum, & non ponitur proprium subiectum, etiam interimenda est definitio. Ideo aßignat exemplum, & dicit, [vt si ignorantiam dicens priuationem, non scientiæ priuationem dixerit,] interimenda est ignorantiæ definitio. [aut si] addiderit scientiæ priuationem, & [non addiderit] subiectum commune,[in quo] priuatio [apta est fierit,] etiam definitio interimenda est. [aut si addiderit] scilicet subiectum commune, & [non] subiectum [aßignauerit, in quo primo] ignorantia apta est fieri, etiam interimenda est definitio ignorantiæ,[vt quoniam non in rationali] scilicet anima, quæ est subiectum propriũ ignorantiæ,[sed] aßignauerit [in homine, vel in anima,] quæ est subiectum commune, interimenda est definitio.[nam si quodlibet horum omiserit, peccauit] in definienda ipsa ignorantia. Deinde aßignat secundum exemplum, & dicit,[similiter autem & si cæcitatem, non visus priuationem in oculo dixerit,]etiam peccauit in definienda cæcitate, & causam aßignat, & dicit,[opor

tet enim bene aſsignantem quid eſt ignorantia,] vel cæcitas, vel quæuis priuatio, [& aſsignare] E
habitum,[cuius eſt priuatio,&] aſsignare ſubiectum,[quidnam eſt, quod primo priuatum eſt.]

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVINTVS.

98 Videndum autem, & ſi non ſecundum priuationem dictum, priuatione definiuit. vt in ignorantia videbitur eſſe huiuſmodi peccatum iis, qui ſecundum negationem ignorantiam dicunt. Nam quod non habet ſcientiam, non videtur ignorare, ſed magis quod deceptum eſt. Propter quod neque inanimata, neque pueros dicimus ignorare. Quare nó ſecundum negationem ſcientiæ, ignorantia dicitur.

Aſsignat locum quadrageſimumquintum, & dicit. [Videndum autem & ſi non ſecundum priuationem dictum, priuatione definiuit,] nam (vt Alexander inquit) qui definit non priuatiuum vt priuatiuum, peccat. veluti qui definit puerum, vel parietem, qui nõ dicitur priuatione ſcientiæ, id eſt, qui non dicitur ignorans, pro ignorante, peccauit. & hac ratione ſubdit, [vt F in ignorantia videbitur eſſe huiuſmodi peccatum ijs, qui ſecundum negationem ignorantiam dicunt,] id eſt, ijs qui definiunt ignorantiam per negationem. Hi enim videntur definire non priuatiuum pro priuatiuo. Definiunt enim per negationem puerum pro ignorante, qui non eſt ignorãs. ¶Quod vero ad verba attinet, annotatione dignũ in græcis codicibus reperiri verbũ μὴ, hoc eſt non, hoc pacto, [qui non ſecundũ negationẽ ignorantiã dicunt,] quod tamen verbũ in ſcriptura, quã Alexand. exponit, non legitur, nec etiam in tranſlationibus veteribus legimus. Et ſi legitur μὴ, non debet intelligi pro non, ſed pro ne, vel an. nam μὴ apud græcos eſt ſignum interrogationis cum iungitur indicatiuo. ſed vtcunque ſit, cum non priuatiuum pro priuatiuo definitur, peccatum committitur, velut cum puer, vel paries pro ignorante per negationem definitur, qui re vera non eſt ignorans. Quòd autem ita ſit, probat, [nam quod non habet ſcientiam, non videtur ignorare, ſed magis] videtur ignorare, [quod deceptum eſt,] hoc eſt, quod non ſcit, & putat ſe ſcire. Affert ſignum, & dicit, [propter quod neque inanimata, neque pueros dicimus ignorare] quoniam neque inanimata, neque pueri ſciunt, & putant ſe ſcire. propterea concludit, [quare non ſecundum negationẽ ſcientiæ ignorantia dicitur] ac definitur. Sed per negationẽ ſcientiæ definitur ignorantia in ſubiecto contrario modo ad ſcientiã G diſpoſito. Nam (vt Alexander dicit) eos ignorare dicimus, qui diſpoſitionẽ falſam, & deprauatam habent, quippe cum ignorantia habitus quidam falſus, & deprauatus dicatur. ¶Quod vero ad verba attinet ςέρησιν græce priuationem latine ſonat, hic tamen pro negatione accipitur. Hoc pacto peccat qui immortalitatẽ definit priuationem mortis, non enim priuatio mortis eſt immortalitas, ſed diſpoſitio, & habitus quidã contrarius diſpoſitioni, per quam aliquid dicitur mortale. Vtrum vero detur ignorantia negationis, libro primo poſteriorum eſt definitum.

LOCVS QVADRAGESIMVSSEXTVS.

99 Inſuper, ſi ſimilibus nominis caſibus ſimiles orationis caſus aptantur. Vt ſi adiutiuum eſt effectiuum ſanitatis, adiutiue eſt ſanitatis effectiue, & adiuuans, efficiens ſanitatem.

Hic locus idem eſt loco ſuperius aſsignato. nam hortatur nunc definitionis caſus cum definiti caſibus congruere, quoniam ſi non congruerit, definitio non erit bene aſsignata. & dicit, [Inſuper] conſiderandum [ſi ſimilibus nominis caſibus, ſimiles caſus orationis aptentur] & intelligit per nomen ipſum definitum, & per orationem, definitionem, quaſi dicat, quoniã ſi caſus H definitionis non conueniunt caſui definiti, definitio erit interimenda. & intelligit per caſus, caſus & coniugata. vt ſit ſenſus, ſi definitio aſsignata alicuius coniugatorũ non aptetur cõiungatis, quæ definiuntur per inflectionem caſuum, interimitur definitio. [vt ſi adiuuatiuum eſt effectiuum ſanitatis] conſiderãdum eſt vtrum [adiuuatiue] efficere, [eſt ſanitatis effectiue] ſcilicet efficere, [& adiuuans efficiens ſanitatem.] quoniam ſi non, definitio erit interimenda. oportet enim caſum eſſe definitionem caſus, ſi debet coniugatum eſſe definitio coniugati.

LOCVS QVADRAGESIMVSSEPTIMVS.

110 Conſiderandum & in idea, ſi aptabitur dictus terminus. Nam in quibuſdam non accidit, vt quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus, Idea enim non erit mortalis, vt ipſe

A homo. Quare non aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut paſsiuum, neceſſe eſt diſſonare in idea terminum. Siquidem impaſsibiles, & immobiles videntur eſſe ideæ iis, qui dicunt ideas eſſe. Aduerſus hos autem & tales orationes vtiles ſunt.

Locus quadrageſimusſeptimus eſt inſpicere ad ideam.nã ſi definitio conuenit ideatis,& non ideis,interimenda eſt definitio. Vt ſi diceret quiſpiam hominem animal rationale mortale, non bene definit: quoniam hæc definitio non competit ideæ, non enim idea eſt mortalis,vel paſsibilis.dicit,[Conſiderandum & in idea,ſi dictus terminus,] qui aſsignatur ideatis, [aptabitur,] ſcilicet ipſi ideæ.nam ſi non poteſt aptari,definitio erit male aſsignata. Dico cõſiderandum eſſe ad ideam, [nam in quibuſdam,] ſcilicet definitionibus [non accidit] vt ſint eædem ideatorum,& idearum.& aſsignat exemplum in opinione Platonis, & dicit, [vt quemadmodum Plato definiuit addens in definitionibus animalium] ideatorum,ipſum [mortale] pro differentia, B dixit enim hominem eſſe animal rationale mortale: equum vero animal irrationale mortale, hæc ergo definitio eſt interimenda,[idea enim non erit mortalis, vt ipſe homo,] ſcilicet per ſe ſumptus,ac ſeparatus, ſed hic homo ideatus, [quare non aptabitur ad ideam,] ſcilicet hominis definitio] illa,& ſic interimitur.& quaſi aſsignãs vniuerſalem regulam,dicit, [Simpliciter autem]hoc eſt,vniuerſaliter,[in quibus] ſcilicet definitionibus [apponitur effectiuum aut paſsiuum,] vel aliquid quod ſignificat paſsionem vel actionem, [neceſſe eſt terminum] ſic aſsignatum [diſſonare in idea, ſiquidem impaſsibiles, & immobiles videntur eſſe ideæ ijs, qui dicunt ideas eſſe,] ſcilicet Platonicis. Tunc aſsignat vtilitatem huius loci, & dicit, [aduerſus hos autem & tales orationes,] id eſt,definitiones,[vtiles ſunt.] nam poſſumus argumentari ideas non bene definiri,quia definitiones tales competunt ideatis,non autem ideis.

LOCVS QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

101 Inſuper ſi eorum,quæ ſecundum æquiuocationem dicũtur, vnam C definitionem omnium communem aſsignauit. Vniuoca enim quorum vna eſt ſecundum nomen ratio. Quare nullius eorum quæ ſub nomine ſunt, aſsignatus eſt terminus, quoniam ſimiliter ad omne æquiuocum adaptatur.

Locus quadrageſimusoctauus accipitur per inſpectionẽ ad ea,quæ nomen ęquiuocũ ſignificat.& dicit, [Inſuper ſi eorũ] ſcilicet ſignificatorũ,[quæ ſecundũ æquiuocationem dicuntur] hoc eſt,ſignificantur ab vno nomine,[vnam definitionem omnium communẽ aſsignauit,] ſubaudi interimenda eſt ratio. Quoniam (vt Alexander inquit) facit ea vniuoca. quod Ariſtot. ſyllogizat ſic,[vniuoca ſunt,quorum vna eſt ſecundum nomen ratio.] Adde minorem,ſed horum æquiuocorum,per aduerſarium, eſt ſecundum nomen vna communis ratio.ergo hęc ęquiuoca erunt vniuoca.de ratione tangit ſolam maiorem, & dicit, [vniuoca enim] ſubaudi ſunt, [quorum vna eſt ſecundum nomen ratio.] hæc fuit maior,cætera ſupplenda ſunt. Cum adduxiſſet ad hoc abſurdum quod videlicet ea æquiuoca eſſent vniuoca, declarat quo nam modo D hoc eſt abſurdum,& dicit,[quare nullius eorũ,quæ ſub nomine] ſcilicet ipſo æquiuoco [ſunt, aſsignatus eſt terminus.quoniam ſimiliter] definitio illa [ad omne æquiuocum adaptatur.] Ergo illa definitio non magis erit vnius ſignificati quàm alterius.Hoc autem eſt abſurdum, & contra naturam nominis æquiuoci.nam cũ de nomine æquiuoco aſsignatur vna definitio, illa ſemper videtur magis eſſe vnius ſignificati quàm alterius, alioquin æquiuocum (vt diximus) eſſet vniuocum.

102 Paſſus autem hoc eſt & Dionyſii vitæ terminus.ſiquidem ea motus eſt generi nutriendi naturaliter inſeruiens. Nihil enim hoc magis animalibus quàm plantis ineſt.Vita autem non ſecundum vnam ſpeciẽ videtur dici,ſed altera quidem animalibus,altera plantis ineſt.

Tunc exponit id quod dixit,exemplo definitionis,quam Dionyſius Philoſophus academicus aſsignauit de ipſa vita,& dicit, [Paſſus autem hoc] ſcilicet peccatum [eſt & terminus,] id eſt, definitio [vitæ Dionyſij. ſiquidem ea] (vt inquit) [eſt motus naturaliter inſeruiẽs] id eſt,

naturaliter accommodatus [generi nutriendi] id est,generi eorum, quę nutriuntur.Cum enim E
Dionysius Philosophus definisset vitam,dixit vitam esse motum,qui naturaliter accommodatur generi eorum,quę nutriuntur.Quod autẽ hæc vitę definitio hunc defectum patiatur,ostendit,& dicit,[nihil enim hoc magis animalibus quàm plantis inest.] Animalibus enim & plantis æqualiter inesse videtur motus,qui naturaliter accommodatur generi eorum, quę nutriuntur. Quod non ita esse ostendit,& dicit,[vita autem non secũdum vnam speciem videtur dici,sed altera quidem animalibus,altera plantis inest.] Ergo Dionysius peccauit,cum asignasset vitæ definitionem communem,ac si vita esset vniuocum,cum tamen reuera non sit vniuocum quippiam,sed æquiuocum.

103 Contingit igitur & secundum electionem sic asignare terminum, ac si vniuoca,& secundum vnam speciẽ omnis vita diceretur. Nihil autem prohibet & eum qui conspicit æquiuocationẽ, & qui alterius vult definitionem asignare,latere non propriam, sed communem vtrisque orationẽ asignãdo.Sed nihil minus,si vtrouis modo fecerit, peccauit. F

Dubitat Aristoteles contra dicta,& dicit.[Contingit igitur, & secundum electionẽ sic asignare terminum,ac si vniuoca,& secundum vnam speciẽ omnis vita diceretur].q.d.ad electionem libitumque definiẽtis est definire vitam ac si esset æquiuoca, & ac si esset vniuoca: ergo si definietur vita,ac si esset ea vniuoca , non peccauit , cum pro arbitrio erat illud eligibile. Sic enim Alexander exposuit hunc locum. Respondet Aristote. pro arbitrio vitam definiri posse & vt quid vniuocum,& vt quid ęquiuocum.Sed bene definiri vt quid vniuocum, non est pro arbitrio eligibile,quia quouis modo ęquiuocum definiatur vt vniuocum, peccatum committitur.In nobis enim est bene,& male definire,sed non est in nobis bene definire vno modo,quod non est eo modo definibile.dicit , [nihil autem prohibet & eum , qui conspicit,] & considerat [ęquiuocationem,& qui vult alterius,] scilicet significati]definitionem asignare , latere non propriam,sed communem vtrisque] scilicet significatis [orationem asignando.] nam , vt lateat,pro arbitrio illud facere potest,cum posit pro arbitrio bene , & non bene definire . [Sed nihil minus si vtrouis modo fecerit,peccauit,]quia vita bene definiri non potest,nisi,vt ęquiuoca . Hoc autem pacto si definiatur , oportebit tot asignare definitiones , quot sunt species vitę, & accepit verbum [vtrouis] pro vtroque, quasi dicat, sed si vtroque modo fecerit,peccauit , quoniam illud bene fieri non potest , nisi vno modo , scilicet vt vita est quid æquiuocum. Ex ijs sequitur ęquiuocum definiri posse vt vniuocum , vt definiens lateat , non autem simpliciter,scilicet vt bene definiat. ¶ Alexander vero aliter exponit,vbi annotatione dignũ, bifariam posse ęquiuocum definiri vt vniuocum,aut cum definiens asignat vnam communem definitionem omnibus significatis,quæ non magis vni quàm alteri competit,aut cum definiens asignat vnam definitionem vni significatorum, & ea vtitur,vt communi omnibus significatis. Dicit ergo secundum hanc expositionem Aristote.quòd licet pro arbitrio definiens posit primo,& secundo modo æquiuocum definire,[tamen si vtrouis modo fecerit, peccauit,] quia nec hoc nec illo modo æquiuocum potest vt vniuocum definiri.Sed prima expositio,quam nos asignauimus,magis placet verbis Aristotelis. G

104 Quoniam vero æquiuocorum nonnulla latent , interroganti quidem, vt vniuocis vtendum . Non enim aptabitur alterius terminus ad alterum. Quare videbitur non distinguendum hoc pacto.Oporteret enim in omne vniuocum aptari . Eidem autem respondenti distinguendum est . H

Iuniores Aristotel.asignare cautelas nonnullas asserunt circa locum quadragesimumoctauum,cautelas has vocant etiam idoneitates, vt Albertus.Sed de nominibus nulla sit nobis cura.explicat itaque cautelam primam ex parte opponentis , & eandem postea ex parte respondentis, & dicit , [Quoniam vero æquiuocorum nonnulla latent] vtrum scilicet vniuoca, an æquiuoca sint,ideo [interroganti quidem] scilicet qui opponit,eis[vt vniuocis vtendum] aduersus respondentem, [non enim,] cum eis vtetur vt vniuocis, [aptabitur alterius] significati [terminus ad alterum] significatum,sed communiter terminus habebitur à respondente vt conueniens omnibus significatis,propterea cõcludit , [Quare videbitur] pro astutia atque cautela

A opponentis habenda [non distinguendum hoc pacto,] scilicet ęquiuocum, quod latet vtrum sit vniuocum.[Oporteret enim]subaudi si distingueretur,[aptari] scilicet terminum asignatũ [in omne vniuocum.]hoc est,in omne significatum æquiuoci,quod nequaquam fieri potest.appellat autem omne significatum ęquiuoci vniuocum, quia re vera est vniuocum, cum sub vno æquiuoco plura vniuoca contineantur.Deinde ostendit eandem cautelam ex parte respõdentis,& dicit,[Eidem autem respõdenti distinguendum est.]subaudi,si talis esset asignata ratio, vt ostendat communicationem significatorum esse solum secundum nomen. Nam sic distinguendo patebit asignatam rationem non omnibus significatis cõmunem esse. Vt si aliquis assignasset motus definitionem,quòd videlicet sit transmutatio secundum locum, cum motus sit etiam alteratio,demonstrare oportet quoniam ipsi alterationi non conuenit data definitio. Præterea cum motus non sit vniuocus,sed æquiuocus,(nam quod vniuoce dicitur, oportet in omnibus de quibus dicitur, competere secundum eandem rationem) ideo respõdens ipse monstrare debet quòd motus sit æquiuocus,& tamen ipse opponens definiuit motum secundum locum,qui est primum motus pro omnibus motibus.Hæc expositio est Alexandri.

B 105 Quoniam autem quidam respondentium vniuocum quidem dicunt æquiuocum,quãdo nõ accommodatur ad omne asignata oratio: æquiuocum autem vniuocum, etiamsi ad vtrunque accõmodetur,præconfessione vtendum pro talibus,aut præsyllogizandum quoniã ęquiuocum,aut vniuocum,aut vtrunque fuerit.magis enim concedunt,non præuidentes quod futurum est accidere.

Secundam cautelam asignat, in qua docet interrogantem vti pręconfessione ab ipso respõdente habita.& dicit. [Quoniam autem quidam respondentium] propter inscitiam ſępenumero [vniuocum quidem dicunt æquiuocum,quando] videlicet [ratio asignata]ab eis [non accommodatur ad omne] significatum vniuoci.Vt si animalis definitio ab eis asignata esset substantia animata irrationalis.Cum enim hæc asignata ratio non cõuenit omnibus animalibus, cogitur respondens dicere eam non esse communem.& sic compellitur dicere animal, quod est vniuocum,esse æquiuocum, quoniam in æquiuocis non potest vna ratio asignari,[æquiuocũ C autem] propter inscitiam [vniuocum,etiam si ad vtrunque] scilicet significatum, ratio ab eis asignata [accommodetur,]vt si motus definitio ab eis asignata,esset actus mobilis quo est mobile.nam cum hæc definitio omni motui competat,cogitur respondens dicere motum, qui est æquiuocus,esse vniuocum,nam in vniuocis vna communis definitio est.Tunc docet opponentem,qui interrogat,vti cautela atq; pręconfessione,quasi dicens,qm̃ (vt diximus) aliqui respõdẽtium ob inscitiam dicunt ęquiuoca esse vniuoca:& vniuoca,esse æquoca,propterea ab interrogante arguuntur,quòd non bene rationẽ asignauerint.& vt interrogantes possint facile arguere respondentes,[pręconfessione vtendum pro talibus,aut pręsyllogizandum quoniam] animal vel motus, quippiam [ęquiuocum,aut vniuocum aut vtrunq; fuerit] id est, oportet interrogantem cogere respondentem concedere,vtrum definitum ęquiuocum sit, an vniuocum, an vtrunque.& asignat causam,& dicit,[magis enim] respondentes videlicet [concedunt] veritates,vt exponit Alexander, vel intentũ interrogantis, cum respondentes interrogãtur in principio disputationis,[non pręuidentes quod futurum est accidere] ex concessione. id est, futurã arguitionem,quæ sequitur ex concessione.hanc enim magis in fine quàm in principio disputationis,pręuident respondentes.Et ideo liberius concedet quod interrogans quęrit, cum responD dens cogitur in principio.non enim pręuidet argutionem, quam intendit interrogans. Exemplum vero huius rei est,vt Alexan.inquit,si aliquis definiret bonum, & diceret bonũ esse quod est aptum facere bonos.nam conuenit confessionem accipere ab ipso respondente,vtrum scilicet bonum æquiuocum, an vniuocum est. & si respondens vniuocum concedit esse, cum ostendet interrogans non omnibus bonis asignatam definitionem competere, relinquetur respondens argutus.Sinautem respondens asserat bonum esse æquiuocum,enitendum est vnam definitionem asignare ipsi bono.& sic respondens etiam relinquetur argutus.

106 Si autem non facta confessione dixerit aliquis vniuocum æquiuocum esse, propterea quia non accommodatur & in hoc asignata oratio,considerandum si huius oratio accommodetur & ad reliqua. Nam manifestum quoniam vniuocum erit reliquis.Si autẽ non,plures erunt

definitiones reliquis,quoniam duæ ſecundum nomen orationes accommodabuntur ad eadem:& quæ prior aſsignata eſt,& quæ poſterior. E

Hæc eſt tertia cautela,per quam docet arguere reſpondentem eum,qui aſſerit vniuocum eſſe æquiuocum.& primo proponit illud,quod reſpondens aſſerit, & dicit, [Si autem non facta confeſsione] reſpondentis,reſpondens [aliquis dixerit vniuocum æquiuocum eſſe, propterea quia non accommodatur & in hoc aſsignata oratio,] id eſt, propterea quia oratio aſsignata à reſpondente non accommodatur huic ſpeciei,quæ ſub vniuoco continetur. vt ſi dixerit reſpondens animal æquiuocum eſſe,quia ſubſtantia animata ſenſitiua irrationalis non competit homini,docet tunc Ariſtote.arguere reſpondentem, & dicit, [conſiderandum ſi huius,] ſcilicet animalis [oratio accommodetur & ad reliqua] ſcilicet ad equum, ad bouem, & ad canem, [nam] ſi conuenit reliquis,[manifeſtum quoniam vniuocum erit reliquis.] & ſic arguetur,inquantum cogitur concedere eſſe vniuocum quod dixit æquiuocum eſſe. nam quorum eſt vna ratio, hæc ſub vno vniuoco vniuoca ſunt. [Si autem] animalis definitio quæ aſsignata eſt à reſpondente,[non] accommodetur reliquis,oportet ſubaudi,vt reliqua habeant definitionem communem,quæ eis tantum competit,quæ ſit alia ab aſsignata, vtputa ſubſtantia animata ſenſitiua irrationalis.hæc enim omnibus competit animalibus,quæ ſunt alia ab homine.Et oportet etiam vt ſit alia definitio communis,quæ & homini,& omnibus competit,vt ſubſtantia animata ſenſitiua.Et propterea dicit, [ſi autem non] accommodetur reliquis,[plures erunt definitiones reliquis] ſcilicet accommodatæ. videlicet propterea reliquis, & communis omnibus, [quoniam duæ ſecundum nomen orationes accommodantur ad eadem,] id eſt,ad reliqua, quæ ſunt alia ab homine. [& quæ prior aſsignata eſt,] vt ſubſtantia animata ſenſitiua irrationalis,quæ ſolis brutis competit, [& quæ poſterior,] ſcilicet, ſubſtantia animata ſenſitiua. hæ enim definitiones ambæ erunt earundem ſpecierum.& ſic arguetur reſpondens dupliciter,primo quia cogitur dicere earundem ſpecierum eſſe duas definitiones. Secundo quia cogitur dicere eſſe vniuocum,quod dixit eſſe æquiuocum, nam cum cogitur aſsignare duas definitiones,quarum poſterior eſt omnibus ſpeciebus communis, cogitur dicere animal propter vnitatem illius definitionis eſſe vniuocum,quod tamen ipſe poſuit æquiuocum. F

107 Rurſum ſiquis definiens aliquid eorum, quæ multipliciter dicuntur,& oratio non accommodetur ad omnia. quia æquiuocum eſſe non concedit. nomen etiam dicit non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio. Dicendum ad eiuſmodi, quoniam nominatione quidem oportet vti, quæ tradita eſt, & quæ ſeruata eſt,& non dimouere talia. Nonnulla tamen non dicendum ſimiliter,vt plures. G

παρεπομένη quę accidit, quę iuxta ſecuta eſt.

Hæc eſt quarta cautela, pro cuius declaratione ſciendum eſſe,quoſdam, qui cum definiunt aliquod æquiuocum,& definitionem quam aſsignant, inueniunt non omnibus ſignificatis accommodari,dicunt duo,primum quòd illud æquiuocum ſit vniuocum. ſecundum quòd nomen illud non omnibus ſignificatis accommodetur,quia oratio non omnibus competit,& quia non omnibus ſignificatis accommodatur,volunt nomen illud eſſe remouendum, eſſeq; nouum imponendum,quod videlicet competit omnibus,& cui ratio pro omnibus accommodetur.Docet ergo Ariſtote. opponere contra hos ſic aſſerentes. Et primo proponit opinionem horum, ſecundo ibi [dicendum ad huiuſmodi] opponere docet.dicit, [rurſum ſi quis definiens aliquid eorum,quæ multipliciter dicuntur] id eſt, aliquod æquiuocum, [& oratio non accommodetur ad omnia] id eſt, & orationem quam aſsignat, non inuenit omnibus competere[quia] id quod definit, [æquiuocum eſſe non concedit,] ſed vniuocũ, [nomen etiam dicit nõ ad omnia accommodari,quoniam nec oratio] competit omnibus. Tunc docet opponere, & dicit,[dicendum ad huiuſmodi,].i.ad ſic dicentes,eos non bene dicere,quantum ad hoc,quòd ſcilicet nomẽ ſit mutandum, & nouum imponendum, [quoniã nominatione oportet vti,quæ tradita eſt, & quæ ſeruata eſt] à vulgo.[& non dimouere talia] nomina,& noua imponere. loquendum enim eſt, vt plures, [nonnulla tamen non dicendum ſimiliter,vt plures] nõ enim oportet dicere, vt plures dicunt, fortunatum felicem, & œconomum illiberalem, & audacem fortem. hæc enim vulgares dicunt, & idiotæ.at ſapientes aliter dicunt. quare licet plerunque loquendum,vt plures, tamen in quibuſdam loquendum & ſentiendum, vt ſapientes. H

LOCVS QVADRAGESIMVSNONVS.

108 Si autem alicuius complexorum aſsignetur terminus conſideran-

A dum eſt ei,qui aufert alterius eorũ,quæ complectuntur orationem,ſi eſt ἐπιπέδου
& reliqua reliqui:nam ſi non, perſpicuum quoniam neque tota totius, ſuperfi- ciei
vt ſi quiſpiam definierit lineam finalem rectam,finem plani habentis fi πεπερασ=
nes,cuius medium ſuperadditur finibus. Si finalis lineæ oratio eſt, finis σμένην finitam.
plani habentis fines,rectæ oportet eſſe reliquum, cuius mediũ ſuperad- ἐπιπροσ=
ditur finibus.Sed infinita neque medium, neque fines habet, recta autẽ θεῖ
eſt.Quare non eſt reliqua reliqui oratio. interiacet

Nunc tranſit ad loca earũ definitionum,quæ aſsignantur de terminis cõplexis , & aſsignat primũ locum,qui in ordine cæterorũ locorum,eſt.49.& talis eſt, ſi aſsignetur definitio alicuius complexi,verbi gratia,hominis albi,& dicatur,animal irrationale diſgregatiuũ viſus, conſiderandũ ſi ablata definitione alterius partis,illius ſcilicet,diſgregatiuũ viſus, quæ eſt definitio albi,reliquum,videlicet animal irrationale ſit definitio reliquæ partis , ſcilicet hominis,quia ſi
B non,definitio interimenda eſt,quoniã tota definitio nõ erit totius,dicit.[Si autẽ alicuius complexorũ aſsignetur terminus] .i.definitio,quæ videlicet (vt Alexander inquit) ſit ex tot partialibus definitionibus,ex quot partibus conſtat definitũ,[ei,qui aufert alterius eorũ,quæ cõplectuntur orationem] id eſt,qui aufert alterã partem orationis,quæ eſt partis alterius,ex qua conſtat definitum,[conſiderandum eſt,ſi eſt & reliqua] pars definitionis[reliqui] ſcilicet reliquę partis definiti.vt ſi animal irrationale ſit definitio hominis,q eſt reliqua pars definiti, [nã ſi non] fuerit definitio reliquę partis,ſcilicet hominis,[perſpicuum quoniã neque tota] definitio,ſcilicet animal irrationale diſgregatiuũ viſus,erit [totius].ſ. complexi,videlicet hominis albi.deinde aſsignat exemplũ,& dicit.[vt ſi quiſpiam definierit lineam,finalem, rectam,]& per finalem,intelligit finitam.q.d.vt ſi quiſpiam definierit hoc cõplexum, quod eſt linea finita recta.Eſt enim hoc cõplexum ex tribus partibus cõpoſitum,quarum prima eſt linea, cuius definitio eſt,finis plani,id eſt,ſuperficiei.Secunda vero pars eſt finita,cuius definitio eſt habens fines, Tertia denique pars eſt hoc.videlicet recta, cuius definitio eſt,cuius medium interiacet extremis.Ergo illius complexi tota definitio erit,finis ſuperficiei, habentis fines, cuius medium interiacet extremis. Eſt enim hæc definitio compoſita ex tribus partibus , ceu definitum ex tri-
C bus partibus.Affert ergo exemplum,& dicit[vt ſi quiſpiam definierit , lineam finitam, rectam] & dixerit eam eſſe [finem plani] id eſt, ſuperficiei,quæ pars definitio eſt lineæ , quæ eſt prima definiti pars,[habentis fines,] & hoc eſt definitio finitæ, quæ erat ſecunda pars definiti , [cuius medium ſuperadditur finibus] hoc eſt,non diſcrepat ab extremis. & hoc eſt definitio rectę, quæ erat tertia pars definiti. Ariſtot.autẽ definitum hoc complexum diuiſit in duas partes,& dicit, [ſi finalis] ſcilicet ſi finitæ lineæ [oratio eſt finis plani] id eſt , ſuperficiei [habentis fines,] hæc eſt definitio primæ partis definiti.aſsignat ſecundam,& dicit,[rectæ,] quæ eſt ſecunda pars definiti, [oportet eſſe reliquum] videlicet [cuius medium ſuperadditur finibus.] deinde oſtendit hanc ſecundam partem definitionis,non eſſe definitionem ſecundæ partis definiti, & dicit, [ſed infinita neque medium , neque fines habet,] & [tamen eſt recta.] ergo hæc pars ſecunda definitionis nõ eſt definitio ſecundę partis definiti,[quare nõ eſt reliqua].i .tota [reliqui] id eſt,totius [oratio,] per reliquum enim totum intelligit (vt Alexan.exponit) ex quibus patet recti definitionem non eſſe,cuius medium interiacet extremis.nam rectum infinitum rectum eſt,cuius neque medium,neque extrema ſunt.

LOCVS QVINQVAGESIMVS.

D 109 Inſuper ſi cum ſit compoſitum quod definitur,æquimembris oratio aſsignetur definito.æquimembris autem dicitur oratio eſſe,quando quot fuerint compoſita,tot & in oratione nomina,& verba fuerint.Neceſſe enim in talibus ipſorum nominum commutationem fieri,aut omnium,aut aliquorum . quoniam non plura nunc quàm prius nomina dicta ſunt.oportet etiam eum qui definit,orationem pro nominibus aſſignare maxime quidem pro omnibus.Si autem non, ſaltem pro pluribus.Sic enim & in ſimplicibus,qui nomen commutat, non definiturus eſt,vt pro tunica veſtem.

Locus.50.eſt, definito exiſtente complexo,conſiderandũ ſi definitio,quæ de eo aſsignatur, E
ſit æquimembris definito, quoniam ſi ſic,interimenda eſt definitio.dicit, [Inſuper ſi cũ ſit com
poſitum quod definitur,æquimẽbris oratio, aſsignetur definito,] ſubaudi interimenda eſt defi
nitio.Deinde exponit,quid velit ipſe intelligere per æquimembrem,quod græce dicitur ἰσόκω
λος,& dicit.[Equimembris autem dicitur oratio eſſe,quando quot fuerint cõpoſita,] nomi-
na,& verba in ipſo definito [tot & in oratione nomina , & verba fuerint] ita, vt cuique verbo
vnumquodque reſpondeat . Deinde aſsignat duas rationes huius conſiderationis , ibi ſecunda,
[Oportet etiam,] de prima parte dicit,[Neceſſe enim in talibus] id eſt,in ſic aſsignatis defini-
tionibus [ipſorum nominum] quæ in definito ſunt [cõmutationem fieri aut omnium, aut ali
quorum] ad nomina,& non ad orationes,[quoniam] cum non ponantur orationes pro nomi-
nibus ſecundum aduerſarios [non plura nomina nunc q̃ prius dicta ſunt,] Hoc autem abſurdũ
eſt,quoniã nominis ad nomen cõmutatio non eſt definitio,ſed potius interpretatio:ergo ſi defi
nitio debet eſſe, cõmutatio fieri debet ad orationes,& nõ ad nomina. Cur vero dixit[aut oĩm,
aut aliquorũ] poſtea dicemus. ¶ Quod vero ad verba attinet,verbum [neceſſe enim] in græ-
cis codicibus legitur,neceſſe autem.Alexander autem loco verbi autẽ,habet γὰρ, hoc eſt nã,vel
enim,& ſic legi debet.Deinde aſsignat ſecundã rationẽ,& dicit,[Oportet etiã eũ q definit,ora F
tionẽ pro noĩbus aſsignare,] & nõ nomen pro noĩe permutare.Et qm̃ non ſemper ꝓ vnoquo-
que noĩe oratio ponẽda eſt,ideo addit,[maxime quidem pro omnibus] ſcilicet noĩbus oportet
orationem aſsignare,[ſi autem non] pro omnibus oportet oratiouẽ aſsignare,[ſaltem pro plu-
ribus] nominibus quæ ponuntur in definito,oportet orationẽ aſsignare,& hoc declarat Alexã.
nam dicimus ſyllogiſmum demonſtratiuũ ſyllogiſmũ eſſe, qui conſtat ex veris primis immedia-
tis cauſis concluſionis.Vbi pro ſyllogiſmo non commutatio facta eſt ad orationem Cauſa au-
tem,quia ſyllogiſmus eſt genus ad ſyllogiſmum demonſtratiuum. Pro demonſtratiuo autem ad
orationem facta commutatio eſt,cum videlicet additur,qui cõſtat ex veris,& reliquis. Simili-
ter cum dicimus,album corpus eſt corpus quod diſgregat viſum. Vbi pro corpore non facta eſt
commutatio ad orationem,quoniam corpus pro genere accipitur, ſed pro albo trãſmutatio ad
orationem factam eſſe conſtat. Non ergo oportet pro omnibus nominibus definiti orationem
accipere,ſed aliquãdo ſufficit pro multis eas habere.Quod vero pro omnibus vel pluribus no-
minibus oratio ponenda ſit,probat,& dicit.ſicut in ſimplicibus,ita in compoſitis,[in ſimplici-
bus enim] id eſt,ſed in ſimplicibus [qui nomẽ commutat,] ſubaudi in nomen, [nõ definiturus
eſt,vt] qui [pro tunica veſtem] accipit,non definit:ergo in compoſitis,qui pro nominibus no G
mina accipit,non definit.

LOCVS QVINQVAGESIMVSPRIMVS.

110 Adhuc autem maius peccatum erit,ſi & per ignotiora nomina cõ
mutationem fecerit.Vt pro homine albo,terrigenã candidum . Neque
enim definiuit,cum minus ſit clarum quod ſic dicitur.

Locum hunc Iuniores intelligunt in commutatione nominũ ad orationes. Nam cũ nomina
quæ ponũtur in ipſo definito,cõmutẽtur ad orationes ignotiores illis nominibus, interimendã
eſſe definitionem aſſerunt.Ego vero iuxta verba intelligo in cõmutatione nominũ definiti ad
nomina,& non ad orationes.dicit enim hoc pacto,[Adhuc autem maius peccatũ erit,ſi &] defi
niens [per ignotiora nomina] nominum definiti [commutationem fecerit,] nam duplex pec-
catum cõmittitur.primũ,quia nomen non cõmutatur in orationem : ſecundũ,quia cõmutatur
ad nomen ignotius.& ꝙ ita intelligat,exemplum demonſtrat .dicit enim [vt pro homine albo,
terrigenam candidum,] in hac enim commutatione pro homine terrigenam, & pro albo candi
dum accepit.ꝙ vero ſic dicens,non definiat,probat, & dicit, [Neque enim] qui ſic commuta- H
uit,definiuit[cum minus ſit clarum,quod ſic dicitur.]

LOCVS QVINQVAGESIMVSSECVNDVS.

111 Conſiderandum etiam in commutatione nominum , ſi non idẽ ad-
huc ſignificent. Vt qui contemplatiuam ſcientiam,opinionem contem
platiuam dixit.Nam opinio ſcientiæ non idẽ eſt.Oportet autem , ſi de-
bet, & totum idem eſſe. Nam contemplatiuum quidem commune in
vtriſque orationibus eſt,reliquum vero differens.

Hunc quoque locum Iuniores intelligunt in commutatione nominum ad orationes . Nos
vero intelligimus vt verba ſonant.dicit enim Ariſtoteles, [Conſiderandum etiam in commu-
tatione nominum,] quæ fit ad nomina, [ſi] videlicet nomina ad quæ commutatio fit , [non

A idem adhuc ſignificent,]cum nominibus definiti,quæ commutantur. Nam ſic erit triplex peccatum vt conſideranti patet.Deinde aſſignat exemplum,& dicit,[Vt qui cōtemplatiuam ſciētiam,opinionem contemplatiuam dixit,] in hac enim commutatione,mutatur ſcientia in opinionem.Remanet autem incommutata altera pars. Quód autem non bene commutetur ſcientia in opinionem,declarat,& dicit.[Nam opinio ſcientiæ non idem eſt,]id eſt non æquipollet. ſcientia enim de his eſt, quæ non poſſunt aliter ſe habere . At opinio & de his eſt, queæ poſſunt aliter ſe habere,& quæ ſemper eodem modo ſe habent.[Oportet autem]ſubaudi ea idem ſignificare,[ſi debet & totum]hoc eſt definitio[idem eſſe]ſaubaudi cum definito. [Nam contemplatiuum quidem commune in vtriſque orationibus eſt,] cum non permutetur ad aliud nomen. [Reliquum vero] ſcilicet ſcientia[differens]ab opinione,quæ ponitur in ſecunda oratione.ergo ſi hæc duo non æquipollent , non erit tota definitio definito toti eadem. id eſt nō erit tota hæc oratio cōtemplatiua opinio quæ pro definitione habetur ab aduerſario , toti definito,ſcilicet ſcientiæ contemplatiuæ eadem.ergo ſi debent in omnibus æquipollere , loco ſcientiæ accipiēdum eſt aliquod nomē quod idem ſignificet. nam in alio termino eadem ſunt omnino.

B LOCVS QVINQVAGESIMVSTERTIVS.

112 Inſuper ſi alterius nominis commutationem faciens,nō differentiæ, ſed generis commutationem fecit,vt in eo,quod nuper dictum eſt:ignotius enim contemplatiua quàm ſcientia.Nam hoc quidem genus , illud autem differētia . Omnibus autem notius eſt genus , communius enim eſt.Quare non generis,ſed differentiæ oportebat commutationem fieri.quoniam ignotior eſt. nota.

Locus 53 eſt,vt eſt in nominum commutationibus, quæ fiunt ad nomina, conſideremus.nā [ſi alterius nominis commutationem faciens,]& non omniū, [non differētiæ,]quę immanifeſtior eſt,[ſed generis,]quod manifeſtius eſt, [commutationem fecit]commutatio interimenda eſt.nam oportet immanifeſtioris commutationem facere.[Vt in eo]exemplo,[quod nuper dictum eſt , vt videlicet ſi quis dixerit ſcientiam contemplatiuam, opinionem contemplatiuam. In hoc exemplo ſcientia genus eſt , nam diuiditur in contemplatiuam , & actiuam : contemplatiuum autem differentia.Cum igitur ſcientia commutetur,quæ genus eſt, & non ipſum contemplatiuum,quod eſt differentia,hæc commutatio interimenda eſt,atque nullo pacto pro definitione habenda.Aſſignat autem cauſam,& dicit.[Ignotius enim contemplatiua quàm ſcientia.nam hoc quidem]ſcilicet ſcientia[genus,illud autem] ſcilicet contemplatiua [differentia] eſt.[omnibus autem]ſcilicet differentijs, & ſpeciebus[notius eſt genus, communius enim eſt] omnibus.ideo concludit [Quare nō generis,ſed differentiæ oportebat commutationem fieri, quoniam]differentia ipſa[ignotior eſt]ſcilicet ipſo genere.

113 An hæc quidem ridicula reprehenſio eſt,nihil enim prohibet differentiam quidem notiſſimo nomine dici.genus autem nō.Sic autem rebus ſe habentibus perſpicuum ,quoniam generis, & non differentiæ ſecundum nomen commutatio facienda eſt.

Obijcit ijs,quæ dixit,nam contigit aliquando differentiam notiſſimo nomine dici,genus autem non.ideo dicit,[An hæc quidem ridicula reprehenſio eſt,] cuius cauſam aſſignat, & dicit. [Nihil enim prohibet differentiam quidem notiſſimo nomine dici,genus autē non.] vt in hoc exemplo,homo eſt intellectualis bipes. Bipes enim adſenſum notum eſt , intellectualis autem vix nobis patet.Tunc quaſi corrigens ſe dicit.[Sic autem rebus ſe habentibus] differentia notiore,[perſpicuum,quoniam generis,& non differentiæ ſecundum nomen commutatio facienda eſt.]At vbi differentia fuerit ignotior,faciendum eſt vt diximus. ¶Quod vero ad rem attinet,annotatione dignum,genus eſſe ſemper natura notius:Differentiam vero aliquando notiorem quo ad nos.

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVARTVS.

114 Si autem non nomē pro nomine,ſed orationē pro nomine cōmutauerit, manifeſtum,quoniam differētiæ magis quàm generis definitio aſſignanda eſt. quoniam cognoſcendi gratia definitio aſſignatur. Minus

enim differentia quàm genus nota est. E

Quinquagesimus quartus locus est, cum dicit, [Si autem non nomẽ pro nomine, sed orationem pro nomine] definiens [commuta uerit, manifestum quoniam differentiæ magis quàm generis definitio assignanda est.] assignat causam, & dicit, [quoniam cognoscendi gratia definitio assignatur.] quare cum differẽtia sit ignotior, differentiæ commutatio faciẽda est. Quod vero differentia sit ignotior, assignat, & dicit, [Minus enim differentia quàm genus nota est.] nec sibi aduersatur Aristotel. cum hic dicat differentiam minus quàm genus notam esse, supra autem quòd aliquando differentia genere notior sit. Nam supra de nomine locutus est, hic autem de re. Nomen enim differentiæ aliquando notius est nomine generis, res autem quæ nomine differentiæ significatur, semper minus nota est (vt Alex. inquit) re, quæ significatur nomine generis. Est autem res quæ per genus significatur, notior re quæ significatur per differentiam. quoniam (vt Alexan. inquit) per genus nõ magis hoc, q̃ aliud ex eis quæ sub genere cõtinẽtur, significatur. At per differentiam, vnum determinatum quod sub genere est, designatur. ergo circa genus minus, quàm circa differentiam errare possumus.

LOCVS QVINQVAGESIMVSQVINTVS.

115 Si autem differentiæ terminum assignauerit, considerandum si & alicuius alterius communis est assignatus terminus. Vt cum imparem numerum, numerum medium habentem dixerit, determinandum quonam pacto medium habentem. Nam numerus quidem communis in vtrisque orationibus est. Imparis autem trãssumpta oratio. Habet autẽ & linea, & corpus, medium, cum non sint imparia. Quare nõ erit vtique definitio hæc imparis. F

Assignat locum. 55. & dicit, [Si autẽ] subaudi in cõmutationibus terminorum ad orationes, [differentiæ terminum assignauerit, considerandum si alicuius alterius communis est assignatus terminus,] nam si sic, definitio illius differentiæ est interimenda, & consequenter tota definitio. quoniam oportet definitionem propriam esse eius, cuius est, & ad nihil aliud accommodatam esse. Deinde assignat exemplum, & dicit, [Vt cum imparem numerum,] quod est complexum quippiam, definiens [dixerit, numerum medium habentem.] Modo circa hãc definitionẽ ostendit non generis, sed differentiæ factam esse commutationem ad orationem, & dicit, [determinandum quonam pacto medium habentem] se habeat, vtrum est commutatio generis, scilicet numeri, an differentiæ, scilicet imparis. & ostendit illud esse commutationem imparis, & non ipsius numeri, & dicit, [Nam numerus quidem communis in vtrisque orationibus est] scilicet tam in oratione quæ definitur, quàm oratione quæ est definitio. ergo numerus est genus, & non commutatur ad orationem. [Imparis autem,] quæ in prima oratione differẽtia est, [transsumpta oratio] est. Nam cum oratio trãssumpta non sit numeri, erit ipsius imparis, & sic erit differentiæ, non generis. Deinde ostendit hanc definitionem imparis alijs etiam competere, & dicit, [Habet autem & linea & corpus medium, cum non sint imparia,] ideo concludit: [Quare non erit vtique definitio hæc imparis.] scilicet propria, & sic est interimenda. G

116 Si autem multipliciter dicitur medium habẽs, determinandũ quomodo medium habens. Quare aut reprehensio erit, aut syllogismus, quoniam non definiuit.

In præsenti parte remouet cauillum, & dicit, [Si autem multipliciter dicitur medium habens,] tũc subaudi dici posset respõdendo, quoniã licet linea & corpus medium habeant, tamẽ men non eo modo, quo numerus. Nam impar habet medium vnitatem supra extremitates: at linea & corpus habent punctum pro medio. Contra obijcit, & dicit, Licet medium habẽs multipliciter dicatur, tamen [determinãdum] est prius quàm differentia commutetur ad orationẽ, [quo modo] impar sit [medium habens. quare] cũ non sit facta distinctio, [aut resprehẽsio erit, aut syllogismus] probãs dicit, [quoniã non definiuit.] quoniã non prædistinxit distinguendũ. H

LOCVS QVINQVAGESIMVSSEXTVS.

117 Insuper, si id, cuius quidem orationẽ assignauit, est entium: quod autem sub oratione, non entium. vt si album quispiam definierit colorem igni permistũ. Impossibile enim incorporeum corpori permisceri.

A Quare non erit color igni permistus,tamen album est.

Assignat locũ quinquagesimum sextum,& dicit, [Insuper si]vel in assignanda definitione alicuius,vel in commutatione differentiæ ad orationem[id,cuius quidem orationem assignauit]id est,si ipsum definitũ [est entiũ] hoc est , de numero entium,[quod autem sub oratione] fuerit de numero[non entiũ,]subaudi interimenda est definitio.& affert exemplũ,& dicit,[Vt si album quispiam definierit]asserendo album esse[colorem igni permistum,]subaudi hic peccauit,quoniam ens definiuit per non ens.nã albũ,quod definitur,est ens.color igni permistus, per quod definit,est non ens.qđ probat,& dicit[impossibile enim incorporeũ]quale color est, qui accidens incorporeũ est,quatenus color non est corpus,[corpori]scilicet igni [permisceri. quare] cũ color igni permistus sit non ens, albũ[non erit color igni permistus , tamen album est] . ¶Quod vero ad exemplum attinet , nonnulli per colorem rem corpoream intelligunt, per ignem rem spiritalem & incorpoream,& mentiuntur , quoniam color est accidens , quod non est corpus.ignis autem substantia est corporea, & elementum,& corpus. ergo ex colore & igne mistio fieri non potest.

B LOCVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

118 Insuper quicũque nõ diuidũt in iis,quæ sunt ad aliquid,ad quod dicitur,sed in pluribus cõprehendẽtes dicũt,aut omnino,aut in aliquo falsum dicũt.Vt si aliquis medicinam disciplinam entis dixerit.Nam si nullius entium medicina est disciplina, manifestum quoniam tota oratio mendax est.Si autem alicuius quidem,alicuius autem nõ,in aliquo falsa erit.Oportet enim de omni.siquidem per se,& non secundum accidẽs entis esse dicitur:quemadmodũ in aliis se habẽt ea,quæ ad aliquid sunt. Nam omne disciplinatũ ad disciplinam dicitur . Similiter autem & in aliis,quoniam conuertuntur quęcunque sunt ad aliquid.omne enim di

C sciplinatum ad aliquid.

Assignat locũ quinquagesimuũ septimũ & dicit, [Insup quicũq; in iis,quę sunt ad aliquid] definiẽtes, [nõ diuidunt]correlatiuũ[ad quod dicitur,sed]sumunt id in cõmmuni,& illud[in pluribus comprehendentes dicunt,] hi[aut omnino,id est vniuersaliter in omnibus,[aut in aliquo falsum dicunt.]& assignat exemplum,& dicit, [Vt si aliquis medicinam]definiens [dixerit disciplinam entis,] nõ determinans cuius entis,hic peccat.& quod peccet exponit,& dicit, [Nam si nullius entium medicina est disciplina,manifestum quoniam tota oratio mendax est,] quoniam medicina nullius entis est disciplina. Quare si hæc contraria est vera, videlicet, nullius entis medicina est disciplina,illa cuiuslibet entis medicina est disciplina, erit tota falsa per legem contrariarum.& si tota oratio mendax est,illa erit mendax, entis medicina est disciplina,per legem subalternarum.[Si autem]cum dicitur entis medicina est disciplina, intelligatur medicinam esse disciplinam[alicuius quidem]entis,[alicuius autem non]esse,tunc illa propositio entis medicina disciplina est,[erit in aliquo falsa.] ¶Sed dices,hoc concedet logicus. nam cum dicitur homo currit,in aliquo falsa est, scilicet in sedentibus : sic illa , entis medicina est disciplina, in aliquo falsa est,quoniam est definita,quæ differt ab vniuersali. Contra obijcit,&

D dicit,[Oportet enim de omni]intelligere ente,cũ dicitur medicina est entis disciplina, [siquidem per se,& non secundum accidens]medicina[dicitur entis esse]disciplina. & dico per se secundum primum modum dicendi per se. Nam & tota definitio,& quelibet pars difinitionis dicitur per se & de omni . quare entis cuiuslibet medicina est disciplina.hoc iterum probat argumento sumpto à cæteris relatiuis,& dicit , [quemadmodum in alijs]correlatiuis [se habent ea,quæ ad aliquid sunt,]non enim pro parte sic, & pro parte non se habent.[Nam omne disciplinatum ad disciplinam dicitur,]& econuerso,omnis disciplina ad disciplinatum . [Similiter autem & in alijs.]cuius causam assignat , & dicit , [quoniam conuertuntur quæcunque sunt ad aliquid. omne enim disciplinatum ad aliquid est]scilicet ad disciplinã.& ecõuerso,omnis disciplina ad disciplinatũ,ergo eodẽ modo medicina erit disciplina omnis entis,& omne ens pertinebit ad medicinam,quod est falsum.Patet igitur falsum esse quod medicina sit disciplina cuiusdam entis. ¶Quod vero ad verba attinet,omnia relatiua conuersim dicuntur , quando per se assignantur, sicuti scientia ad scibile, & scibile ad scientiam . Quando vero non per se assignantur,sed communius atque per accidens,non oportet conuerti.non enim oportet omne

ens scibile medicinæ esse.nam ens scibile,quod est medicinæ,est sanum vel ægrum.propterea dixit, [Oportet enim de omni.]scilicet ente scibili[siquidē per se,& non secūdum accidens entis esse dicitur,]quoniam relatiua,quæ per se dicuntur,mutuo conuertuntur, E

119 Cæterum si is qui non per se,sed secundum accidens assignationē fecit, recte assignauit,non ad vnum, sed ad plura vnumquodque eorū quæ ad aliquid dicuntur,assignauit.Nihil enim prohibet idem,& ens, & album,& bonum esse.Quare qui ad quodlibet horum assignauit, recte assignauit, siquidē is qui secūdū accidens assignauit,recte assignauit.

Fortasse aliquis dicere posset relatiuum esse definiendum per id ad quod non per se,sed secundum accidens refertur,& ita non oportet ea mutuo conuerti.Obijcit contra,& dicit,[Cæterum si is(qui non per se,sed secundum accidens assignationem fecit)recte assignauit,non ad vnum,sed ad plura vnumquodque eorum,quæ ad aliquid dicuntur assignauit.] & sic vnius relatiui plures erunt definitiones,quoniam tot, quot ea sunt ad quæ non per se,sed per accidens refertur. Quod autem id,ad quod relatiuum per accidens refertur,non vnum, sed plura sint, exponit,& dicit,[Nihil enim prohibet]vnum & [idem,] per accidens [esse & ens, & album, & bonum ,] & ægrum vel sanum,& infinita alia . [quare qui ad quodlibet horum assignauit,]& per quodlibet horum definiuit,[recte assignauit] ac definiuit. [siquidem is,qui secundum accidens assignauit,recte assignauit.]erunt igitur vnius relatiui plures definitiones(vt dictum est)quia tot,quot ea sunt,ad quæ per accidens assignatur,si assignatio fieri potest per ea, ad quæ per accidens refertur.Hoc autem falsum est,quoniam oportet vnum definitum vnam, & propriam definitionem habere,quæ significet ipsius definiti quod quid erat esse, vt sæpius in hoc libro dictum est. F

120 Præterea autem impossibile est huiusmodi orationem,propriā assignati esse.Nam non solum medicina,sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicūtur.Quare vnaquæque entis disciplina erit.Manifestum igitur,quoniam talis nullius est disciplinę definitio. Propriam enim & nō communem oportet definitionem esse. G

Cum refutasset tacitam responsionem,quæ dari potest ad id quod dixit,nunc redit ad principale,& probat quod qui definit relatiuum per id,ad quod refertur cōmuniter,non recte definit,& dicit,[Præterea autem impossibile est huiusmodi orationem]scilicet quæ datur per aliquid commune,quod plura significat,[propriam assignati esse,]quoniam non solum definitio assignato,sed alijs quoque competit,quæ continentur sub eo,ad quod communiter refertur relatiuum quod definitur.& hoc probat,& dicit.[Nam non solum medicina, sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicuntur.quare vnaquæque disciplina erit entis]quoniam nulla est non entis.Tunc concludit,[manifestum igitur quoniam talis]definitio,quæ medicinæ assignatur, [nullius est disciplinę,] scilicet determinatæ[definitio.]quod est contra naturam definitionis, [propriam enim & non communem]pluribus[oportet definitionem esse] & dixit.[Nam non solum medicina,sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicuntur.] dixit enim [plures,] quia non omnes.nam sophistica disciplina videtur esse de non ente,vt Plato in Sophista ostendit.

LOCVS QVINQVAGESIMVSOCTAVVS.

121 Quandoque autem definiunt non rem,sed rem bene se habentem, aut perfectam.Talis autem & rhetoris, & furis terminus est . si sit rhetor quidem , qui potest quod in vnoquoque est verisimile considerare,& nihil prætermittere.Fur autem,qui clam sumit.Perspicuum enim qnoniam cum talis vterque bonus sit,ille quidem bonus rhetor: hic autem bonus fur erit.Non enim qui clam sumit , sed qui vult clam sumere, fur est. H

Locus hic.58.accipitur per inspectionem non ad rem ipsam,sed ad rei habitum , vel perfectionem(vt Alexan.inquit)vel dispositionē quem assignat,& dicit,[Quando autem definiūt non rem]ipsam scilicet quo ad essentiam,atque substātiam,[sed rem bene se habentem, & perfectam,]hoc est,sed rei habitum,vel dispositionem,vel perfectionē quæ accipitur ab exercita-

tione, vel cura vel studio, vel ab alio tali, quod inest rei, quæ definitur. Si igitur isti sic definiẽtes, definiunt habitum vel perfectionem vel dispositionem loco rei, interimenda est definitio. & assignat exemplum, & dicit. [Talis autem & rhetoris, & furis terminus est, si sit rhetor quidem qui potest quod in vnoquoque est verisimile, considerare, & nihil prætermittere] de verisimilibus necessarijs ad persuadẽdum. [Fur autem, qui clam sumit] inuito domino rem alienã. prima enim definitio non est rhetoris simpliciter, sed perfecti rhetoris. definitio enim rhetoris est, qui potest quod in vnoquoque est verisimile, considerare, sed cum additur, & nihil prætermittere, erit definitio perfecti rhetoris. Similiter definitio furis, est qui vult inuito domino clam sumere. Sed definitio furis perfecti est, qui clam rem alienam sumit inuito domino. Prima enim furis definitio est furis, quo ad rem: secũda autẽ quo, ad actũ. propterea dicit, [Perspicuũ enim quoniam cum talis vterque bonus] sit, qui definitur, [ille quidẽ erit bonus rhetor,] qui primo loco definitur, & non rhetor. [Hic autem erit bonus fur,] qui secundo loco definitur, non fur simpliciter, [non enim qui clam sumit] rem alienam inuito domino [est] simpliciter [fur] nam quo ad actum est fur, non simpliciter [sed qui vult clam sumere] est fur simpliciter quo ad substantiam, & essentiam, & non quo ad actum. ergo qui habitum, dispositionem,
B vel perfectionem definit loco rei simpliciter, peccat. ☙ Quod vero ad verba attinet, in omni actu virtutis, vel vitij, nisi sit electio, non est actus virtutis vel vitij, vt Aristoteles in ethicis exposuit, & Alexand. hic resumit. Quare non dicitur fur simpliciter, quo ad habitum, & ad essentiam, qui rem alienam sumit inuito domino, sed quo ad actum. At qui vult rem alienam sumere inuito domino ex habitu electiuo, hic est fur simpliciter.

LOCVS QVINQVAGESIMVSNONVS.

122 Rursum si quod propter se eligendum est, vt actiuum, vel effectiuũ, vel quolibet modo propter aliud eligendum assignauit. Vt qui iustitiã legum conseruatricem dixit, aut sapientiam effectiuam felicitatis. Nam conseruatiuum, & effectiuum eorum sunt, quæ propter aliud eligũtur.

Assignat locũ. 59. & dicit. [Rursum si qđ ꝑpter se eligẽdũ est,] aliquis definiẽs [assignauit] ꝑ
C aliquid quod est [propter aliud eligendum, vt per actiuum, vel effectiuũ, vel quomodolibet] per aliquid, quod est [proper aliud eligendum] interimẽda est definitio. Deinde assignat exemplum & dicit. [Vt qui iustitiam] definiens dixerit iustitiam esse [legum conseruatiuam. aut] qui [sapientiã] definierit, dixerit sapientiã esse [effectiuam felicitatis,] hic sic definiens peccauit. [Nam conseruatiuum, & effectiuum] boni [eorum sunt, quæ propter aliud eliguntur,] iustitia autem & sapientia sunt eorũ, quæ propter se eliguntur, ergo ille sic definiens peccauit. definiuit enim quod est propter se eligendum, per id, quod est propter aliud eligendum.

123 An nihil quidem prohibet & quod propter se eligendum est, & propter aliud, esse eligendum. Attamẽ nihil minus peccauit, qui sic definiuit quod propter se est eligendum. Nam vnicuique optimũ in substantia maxime. Melius autem quod propter se eligendum quàm quod propter aliud. quare id, & definitionem oportebit magis significare.

D Hic remouet cauillũ. nã aliquis dicere posset aliquid esse & propter se, & propter aliud eligibile. vt virtus, quæ eligibilis est propter se, quia virtus, & propter aliud quia propter actiones quæ à virtute proficiscũtur. ergo potest bifariã definiri, scilicet & per aliquid, quod est propter se, & per aliquid quod est propter aliud. Non ergo est absurdũ aliquod, quod est propter se eligibile, definiri per aliquod eligendum propter aliud. dicit. [An nihil quidem prohibet & quod propter se eligendum est, & propter aliud esse eligendum,] quare ea ratione qua est eligẽdum propter aliud, potest definiri per aliquid quod est eligendum propter aliud. Possumus enim dicere vitutem esse aliquid effectiuum bonarum actionum. Contra obijcit, & dicit, [Attamen peccauit, qui sic definit quod est propter se eligendum, nam] licet vtroque modo sit eligendum, tamen [vnicuique optimum in substantia] id est, definitione [maxime] inest. Semper enim quod definitur, definitur sub ea ratione qua optimum, & perfectissimum est. [Melius autem quod propter se eligendum, quàm quod propter aliud.] ergo definiri debet sub ratione qua propter se est eligendum. & hoc dicit, [Quare id] scilicet quod est propter se eligẽdum, [& definitionem oportebit magis significare.] hoc est, quare oportet vt defniatur sub ratione quæ

est propter se eligendum : nam hoc est optimum. peccauit ergo qui eligendum propter se, & propter aliud, definit per id, quod est eligendum propter aliud. alioquin non definiretur sub ratione qua melius est, & perfectius, sed â peiore, quod absurdum est. E

LOCVS SEXAGESIMVS.

124 Considerandum autem est, & si is, qui alicuius definitionem assignauit, aut hæc, aut quod est ex his, aut hoc cum illo definiuit. Nam hæc quidem, accidet vtrisque, & neutri inesse. Vt si iustitiam, temperantiam & fortitudinem definierit. Nam si duo sint, vterque autem alterum habeat, vtrique iusti erunt, & neuter. quoniam vtrique quidem habent iustitiam, vterque autem non habet.

Trifariam definiri potest aliquod totum, aut asserendo ipsum esse hæc, id est hoc & hoc, veluti cum dicimus domum esse lapides, & ligna : aut cum dicimus iustitiam esse fortitudinem, & temperantiam: aut asserendo ipsum totum esse ex his, veluti cum dicimus domum esse ex lapidibus, & lignis : & iustitiam esse ex fortitudine, & temperantia: aut asserẽdo ipsum totum esse hoc cum hoc, vt cum dicimus domum esse cooperimentum cum lapidibus & lignis. aut iustitiam esse fortitudinem cum temperantia. Tunc primo ponit locum primum eorum, qui assignantur in definiendo toto vniuersali per suas partes specificas, qui est locus sexagesimus in ordine locorum totius libri, & dicit, [Nam] si definiendo totum huiusmodi dixerit ipsum esse [hæc quidem] scilicet hoc & hoc, vt iustitiam esse fortitudinem, & temperantiam, [accidet] iustitiam [inesse vtrisque, & neutri.] assignat exemplum, & dicit, [Vt si iustitiam definierit] dicendo esse [temperantiam & fortitudinem,] hic peccauit. & probat ponendo casum, & dicit, [Nam si duo sunt,] scilicet homines, [vterque autem alterum habeat,] hoc est vnus sit habens fortitudinem, & dicatur fortis: alter habeat temperantiam, & dicatur temperatus. In casu isto [vtrique iusti erunt, & neuter] iustus erit. erunt quidem vtrique iusti, [quoniam vtrique habent iustitiam,] hic quidem quia habet fortitudinem, iustus est, nam iustitia est fortitudo & est temperantia : ille autem quia habet temperantiam, iustus est. nam iustitia est temperantia, & est fortitudo. Ergo cum iustitia sit hoc, & hoc, vterque eorum erit iustus, si habuerit hoc, vel hoc. [Vterque autem non habet,] quoniam nullus eorum habet fortitudinem & temperantiã, sed alteram tantum. Qui enim temperatus est, non vocabitur iustus, quia duo est iustitia, temperantia & fortitudo. at nullus eorum habet hæc vtraque. F G

125 Si autem nondum quod dictum est, admodum absurdum videtur, quoniam & in aliis accidit huiusmodi (nihil enim prohibet vtrosque habere minam, cum neuter habeat) attamen contraria inesse eidem omnino absurdum videbitur esse. Accidet autem hoc, si hic quidem ipsorum temperantiam, & timiditatem habet : ille autem fortitudinem, & prodigalitatem. nam vtrique & iustitiam, & iniustitiam habent. Nam si iustitia, temperantia & fortitudo est, & iniustitia, timiditas & prodigalitas erit.

Hic remouet cauillum contra ea quæ dicta sunt. Nam posset dici iustitiam esse temperantiã & fortitudinem coniunctim, sicuti domus est lapides & ligna coniunctim, diuisiue autem nequaquam. Non enim iustitia est temperantia, neque est fortitudo, sed est simul temperantia & fortitudo. dicit, [Si autem nondum quod dictum est, absurdum videtur, [quoniam & in alijs accidit huiusmodi,] accidit vt duo aliquid habeant, & tamen neutrum eorum idem habeat [Nihil enim prohibet vtrosque habere minam,] quæ mensura est, vel pondus [cum] eam [neuter habeat,] est enim cõmunis vtrique. Sic accidit iustitiam esse temperãtiam & fortitudinem, non tamen esse fortitudinem diuisim, & temperantiam. Ad propositum ergo, dico eum qui habet temperantiam tantum, non esse iustum: nec esse iustum, qui habet solam fortitudinem. Et sic non sequitur vtrosque habere iustitiam, & neutrum habere iustitiam. & si sequitur, oportet dicere vtrosque habere iustitiam cõiunctim, & neutrum habere diuisim. Obijcit Aristotel. contra, & supponit pro constanti, omne de quo prædicantur plura in recto, eis inesse subiectum eorum quæ prædicantur. vt si animal est homo, & leo, & lupus, & cætera id genus, homo est animal, & leo est animal, & sic de alijs, ergo si iustitia est tẽperantia, & fortitudo, tẽperatia est iustitia, H

A & fortitudo est iustitia.hoc concesso, dicit,[Attamen contraria inesse eidem omnino absurdũ videbitur esse]& ꝙ accidat cõtraria eidẽ inesse,si videlicet,iustitia sit fortitudo,& tẽperantia. probat,& dicit. [Accidet autem hoc si hic quidem ipsorũ temperantiã & timiditatem habet: ille autem fortitudinem, & prodigalitatem.nam vtrique] scilicet tam qui habet temperantiã & timiditatem,quàm qui habet fortitudinem & prodigalitatem, [[& iniustitiam & iustitiã habent]quæ contraria sunt. Quòd vterquehabeat iustitiam , patet.nam qui habet temperantiã, habet iustitiam.iustitia enim est temperantia,& fortitudo.Ergo cui inest temperantia,inest iustitia . Similiter qui habet fortitudinem, habet iustitiam propter eandem rationem.ergo vtrique habent iustitiam. quod autẽ vtriq; habeant iniustitiam,probat.[Nam si iustitia fortitudo & temperantia est]per locũ ab oppositis[iniustitia,timidias & prodigalitas erit:] quare tã qui habet timiditatẽ,quàm qui habet prodigalitatem habebit iniustitiam.ergo qui habet tẽperãtiã & timiditatẽ,habebit iustitiã & iniustitiã,quare cõtraria eidẽ inerũt,:si subaudi iustitia sit tẽperãtia,& fortitudo.Totius ergo definitio non potest esse per hoc,& hoc.immo cũ aliquid definitur per hoc & hoc,est interimenda definitio.❡Sed dubitatur, quia nõ videtur verum quod supponit Aristotel.videlicet , quòd cum plura prædicantur de vno subiecto, illud subiectum

B inest vnicuique eorum,quæ prædicantur,& cuilibet cui inest vnumquodque eorum, quæ prædicantur,quia hoc negant Sorticolæ.nam domus est lapides,& ligna,& tamen lapides nõ sunt domus,nec ligna sunt domus.Similiter homo est anima rationalis,& corpus,& tamen nec anima rationalis est homo,nec corpus est homo.❡Dicendum regulam Aristotel.esse veram,quoniam subiectum de quo plura prædicantur,est totum vniuersale,& ea plura , quæ prædicantur,sunt species illius,& partes subiectiuæ. Per hæc ergo patere vult Aristot. totum vniuersale,& genus non definiri per suas species,& per suas partes subiectiuas copulatiue sumptas. Ad illud,quod de mina dicebatur,non est ad propositum,quoniam mina non est totum vniuersale respectu eorũ,quorum mina est communis possessio.Similiter illud quod dicitur de domo,minime est ad propositum,nam domus est totum quoddam integrale. at Aristot.loquitur in hoc primo loco in toto vniuersali.❡Ex ijs patet contra Sorticolas,quando subiectum est totũ vniuersale,& ea plura quæ prædicãtur cum nota copulationis,sunt species vel partes subiectiuæ, semper ea quæ prædicantur accipi copulatiue diuisiue,& nunquam copulatiue coniunctim,vt si dixero iustitia est temperantia & fortitudo,semper hoc capulatum temperantia, & fortitudo secundum Aristo.intelligitur diuisiue. Secus autem est quando subiectum est totum inte-

C grale,& quæ prædicantur sunt partes integrales.Nam semper in his copulatum quod prædicatur,intelligitur coniunctim.☛Patet insuper contra Stoicos,qui genus definiebant per suas species.Hoc enim fieri non potest,nisi quando id,quod creditur esse genus,fuerit æquouocum,vt primo Priorum dictum est.Ad propositum dicamus totum vniuersale nõ posse definiri per species,tanquam per hoc & hoc. nam sequuntur duo absurda,primum quòd vtrique sint iusti, & neuter est iustus.secundum saltem,quòd contraria sint in eodem.Hoc enim secundum sequitur omnino,dato quòd primum non sequatur.Fieri enim potest fortasse quòd primum non sequatur,sed secundum absurdum sequi necessarium est.

126 Et omnino quæcunque sunt ad argumentandum idonea , quoniã non idem sunt & partes,& totum : omnia vtilia sunt ad id, quod nunc dictum est. Videtur enim qui sic definit,partes toti easdem dicere esse. Maxime autem accõmodatæ fiunt orationes , in quibuscunque manifesta partium est compositio . quemadmodum in domo , & in cæteris

D talibus. Verum manifestum quoniam cum partes fuerint nihil, prohibet totum non esse.quare non idem erunt partes toti.

Cum declarasset locum,nunc vult enumerare ea omnia,quæ vtilia sunt ad eum locum,& dicit.[Et omnino quæcunque]loca & considerationes[sunt ad argumentãdum idonea, quoniã] videlicet, [non idem sunt & partes,& totum,omnia vtilia sunt ad id, quod nunc dictum est,] id est ad probandum quòd non bene definitur totum per hæc.hoc est,per hoc & hoc,vt quòd non bene definitur iustitia per temperantiam & fortitudinem modo antedicto.Nã si probabitur partem,& partem nõ esse toti eandẽ,relinquetur totum non posse per partem, & partẽ definiri,quando tota definitio,& quælibet definitionis pars est definitio eadem. Et assignat causam,& dicit,[Videtur enim qui sic definit,partes toti easdem dicere esse.] Quare omnes considerationes,quæ valent ad destruendum partes esse easdem toti,valent ad probandum totum per partes non esse definiendum . Deinde exponit in quibus totis maxime apparet totum de-

finiri per partes,& hoc secundum vnam scripturam, & dicit,[Maxime autẽ accommodatæ fi- E
unt orationes]id est, definitiones per hoc,& hoc,[in quibuscunque]totis [manifesta partium est compositio, quemadmodum in domo,& in cæteris talibus,]scilicet & in omnibus alijs totis,quæ ex partibus dissimilaribus constãt.In his enim apparet totum esse definiẽdum per suas partes.Deinde ostendit nec in talibus totum per partes esse definiẽdum,& dicit,[Verum manifestum,]quoniam nec in talibus definitio totius per partes fieri potest[quoniam]in talibus[cũ partes fuerint,nihil prohibet totum non esse.]stat enim lapides & ligna esse,& non esse domũ. [quare]in talibus[non idem erũt partes toti.] quia vero in scriptura, quam Alexander exposuit,legitur loco illius dictionis verum,γάρ,hoc est enim,aliter Alexander hunc locum exponit & dicit,[Maxime autem accõmodatæ fiũt orationes]id est,rationes ostendentes nõ easdẽ esse partes cum toto,[in quibuscunque]scilicet totis[compositio partium manifesta est,] id est,in omnibus totis dissimilaribus, [quemadmodum in domo,& in cæteris talibus] totis, quæ constant ex partibus dissimilaribus. cuius causam assignat, & dicit, [Nam manifestum] in talibus totis dissimilaribus,[quoniam cum partes fuerint]scilicet lapides & ligna, [nihil prohibet totum]scilicet domum[non esse.quare]in talibus[non idem erunt partes toti.]ergo in talibus totum non potest definiri per esse hoc,& hoc.Patet igitur per hunc locum nec totum vniuersale siue similare,nec totum integrale definiri posse per partes,hoc est,per esse hoc, & hoc in recto.primum enim probauit ducendo ad absurda:secundum vero,per rationes ostensiuas,quibus probatur partes non esse toti easdem. F

LOCVS SEXAGESIMVSPRIMVS.

127 Si autem non hæc,sed quod ex his est,dixit id esse quod definitur. Primum considerandum, si non aptum est quippiam vnum fieri ex iis quæ dicta sunt.Quædam enim sic se habent adinuicem, vt nihil ex eis vnũ quippiam fiat, vt linea, & numerus.

Cum docuisset interimere definitionem totius,quæ datur per esse hoc,& hoc in recto,nunc docet interimere definitionem totius,quæ datur per esse ex ijs in obliquo, & dicit, [Si autem non hæc,sed quod ex his est,dixit id esse quod definitur] Tunc ponit locum sexagesimumprimum in ordine ad loca huius libri,& est, si aliquod totũ definitur per partes,ex quibus non potest fieri vnum,talis definitio est interimenda,dicit,[Si autem non hæc] definiens totum dixit, G scilicet partes in recto,[sed quod ex his] partibus in obliquo [est, dixit id esse quod definitur, primum considerandum,si]definitum[non aptum est vnũ quippiã fieri ex ijs,quæ dicta sunt.] nam si sic est,interimenda est definitio.& exponit quæ sunt illa, ex quibus nihil vnum est aptũ fieri,& dicit,[Quædam enim sic se habent adinuicem,vt nihil ex his vnum quippiam fiat, vt linea & numerus.] ex his enim neque corpus,neque numerus aptus est fieri . propterea quod corpus definiens dixit ex numero & linea esse,peccauit.Similiter peccauit,qui dixit album esse ex igne, & colore.

LOCVS SEXAGESIMVSSECVNDVS.

128 Insuper si definitum quidem in vno aliquo aptum est primo fieri, ea autem ex quibus dixit ipsum esse, non in vno primo apta sunt fieri, sed vtrumque in vtroque.Manifestum enim quoniam non erit ex iis illud.in quibus enim partes,& totum necesse est inesse.Quare nõ in vno totum primo esset sed in pluribus. H

Sexagesimus secundus locus talis est,si aliquod totum definiatur per esse ex his in obliquo, considerandum si quod definitur, aptum est fieri primo in aliquo vno subiecto, partes autem ex quibus definitur,non in eodem,sed in diuersis primo aptæ sunt fieri. Nam si sic, interimenda est definitio.dicit[Insuper] considerandum subaudi est,[si definitum quidem] quod definitur per esse ex his ,[in vno aliquo] .s.subiecto aptum est primo fieri,[ea autem ex quibus dixit ipsum esse,non in vno] scilicet subiecto [primo apta sunt fieri , sed vtrunque in vtroque] id est,(vt Alexander exponit) sed in alio,& alio , subaudi interimenda est definitio . Et reddit causam ex eo,quia oportet totum & partes esse in eodem subiecto primo . ergo si partes sunt in pluribus subiectis , totum vero in vno solo primo , totum & partes non erunt in eodem subiecto primo , & sic non poterit totum per illas definiri.dicit, [Manifestum enim quoniam non erit ex ijs]scilicet partibus,quæ sunt in diuersis subiectis,[illud]definitum,quod est primo

A in vno subiecto. Cuius causam iterum assignat, & dicit, [In quibus enim] subiectis partes primo sunt, & totum necesse est inesse, alioquin partes non erunt eædem toti. Et si dices totũ esse in tot subiectis in quot partes primo sunt, quasi obiiciens dixit, [Quare] subaudi, si totũ est in tot subiectis primo, in quot primo sunt partes, [totũ non esset in vno primo] subiecto, [sed in pluribus,] cuius contrariũ supposuimus. Aristot. huius loci nõ posuit exemplum, Alexander ponit. vt si aliquis definiens prudẽtiam dixit esse ex fortitudine, & tẽperantia. Hic enim peccat. nam prudẽtia vt in primo subiecto, est in ipsa rationali: fortitudo vero in parte irascibili, vt in subiecto: tẽperantia autẽ in concupiscibili. quare prudentia non erit ex his. Simili modo si dicatur iustitia ex fortitudine, & temperãtia esse, vt dixit Socrates, peccauit. Nam iustitia est in parte rationali, fortitudo autem in irascibili, & tẽperantia in concupiscibili. ergo interimenda est definitio iustitiæ, quæ assignatur ex fortitudine & temperantia.

LOCVS SEXAGESIMVSTERTIVS.

129 Si autem & partes & totum in vno aliquo primo fuerint, considerandum si non in eodem, sed in altero totum, & in altero partes sint. nam in quo totum, in eo & partes esse videntur.

B

Assignat locum 63. & dicit, [Si autem, & partes, & totum in vno] subiecto [primo fuerint, considerandum, si non in eodem] id est, si non in eadem parte illius subiecti (vt Alexãder exponit). [sed in altero] id est, in altera parte illius subiecti [totum, & in altero] id est, & in altera parte eiusdem [partes sint,] nam sic interimenda est definitio. [nam] non solum in eodem subiecto totum & partes esse videntur, sed [in quo] id est, in qua parte [totum, in eo] id est, in eadem [& partes esse videntur.] Nec assignauit exemplum, sed Alexãder assignat: vt si aliquis definierit virtutem, dicens virtutem esse ex fortitudine, & temperantia, & prudentia, hic peccauit. Nam virtus quæ est quoddam totum, est in anima primo: & in anima primo sunt prudentia, fortitudo, & temperãtia, quę sunt virtutis partes. Non tamen in eadem parte animæ sunt omnes partes. nam prudentia est in parte animæ rationalis: fortitudo in parte animæ, quæ est irascibilis: temperantia vero in concupiscibili. ergo non bene definitur virtus per esse ex his.

C

LOCVS SEXAGESIMVSQVARTVS.

130 Rursum si cum toto corrumpuntur partes, econuerso enim oportet accidere, partibus corruptis, totum corrumpi. Toto vero corrupto, non necesse est & partes corrumpi.

Quoniam partibus corruptis, totum corrumpatur necesse est, at toto corrupto, non necesse est & partes corrumpi. hinc emergit locus 64. qui talis est, [Rursum si cum toto] scilicet corrupto [corrũpuntur partes] id est, si aliquis definierit aliquod totum ex partibus, quæ corrupto toto, necesse est vt corrumpantur, ex quibus totum definiuit, manifestum quoniam non bene definiuit. Reddit causam ex eo, quia non seruantur veræ rationes totius & partium, cuius causam assignat, & dicit, [Econuerso enim oportet accidere] scilicet partibus corruptis totum corrumpi, toto vero corrupto nõ necesse est & partes corrumpi.] Si enim non sic fuerint, nec totum, nec partes habebunt rationem qua totũ est totum: & partes, qua sunt partes. ergo si totum definitur ex partibus tanquam ex his, oportet totum corrumpi partibus corruptis, & non ecõuerso. Huius loci Alexander exempla assignat. Nam si quis

D

definierit corpus, asserens ipsum esse ex superficiebus, peccat. nam corrumpuntur quidem vna cum corpore superficies. Similiter peccauit, qui definiens superficiem, dixit superficiem esse ex lineis, aut lineam ex punctis: quoniam vna cum linea corrumpuntur puncta, & vna cum superficie corrumpuntur lineæ. Peccauit etiam qui genus definiens, dixit genus esse ex speciebus. Nam vna cum genere corrumpuntur species. Ad hæc, peccauit qui definiuit numerum ex paribus & imparibus, propter eandem causam.

LOCVS SEXAGESIMVSQVINTVS.

131 Aut si totum quidem bonum, vel malum, partes autem neutræ. aut ecõuerso, partes quidem bonæ vel malæ, totum autem neutrũ. Non enim ex neutris possibile est bonum quippiam, vel malum fieri: neque ex bonis, vel malis neutrum.

Locum 65. assignat, & dicit, [Aut si totum quidem,] quod definitur, [bonum, aut malum] est, [partes autẽ neutræ] hoc est, neq; bonę, neque malę, interimẽda subaudi est definitio. Oportet enim partes aut bonas, aut malas esse: siquidem totũ non potest habere rationẽ boni vel mali, nisi ratione suarum partium. Impossibile enim est partibus non existentibus aut bonis aut malis, aliquod ex his

compositum bonum,aut malum esse. Assignat contrarium locum, & dicit,[aut ecõuerso,partes quidem bonæ vel malæ,totum autem neutrum.]nam etiam hoc pacto interimenda est definitio, cuius rationem assignat,& dicit,[Non enim ex[partibus [neutris] scilicet quæ nec bonæ sunt, nec malæ, [possibile est bonũ quippiam,vel malum fieri,neque ex]partibus [bonis vel malis,] fieri aliquod totum[neutrum,]quod non est neque bonum,neque malum.Oportet enim totum tale quippiam esse, quales fuerint partes. E

LOCVS SEXAGESIMVSSEXTVS.

132 Aut si magis quidẽ alterũ bonũ, quàm alterum malum: quod autẽ ex his, nõ magis bonũ quàm malũ est. Vt si imprudẽtia ex fortitudine,& falsa opinione. Magis enim bonũ fortitudo est quàm malũ falsa opinio. Oportet ergo & quod ex his est, sequi illud quod magis est: & esse vel simpliciter bonum,vel magis bonum quàm malum.

Assignat locum 66.& dicit,[Aut si] aliquis subaudi definiens assignauerit aliquod compositũ ex bono,& malo,quorum[alterum] videlicet bonũ est [magis bonũ,quàm alterum]scilicet[malum]est malum:definitum[vero quod ex his]est,[non magis bonum quàm malũ est,]hic peccauit. Assignat exemplum,[vt si imprudentia]definiatur esse[ex fortitudine,& falsa opinione.magis enim bonũ fortitudo est quàm malũ falsa opinio.] Nam fortitudo est bonum simpliciter: opinio autem falsa, malum est,quod nulli obest, & tamen imprudentia non est magis bonum quàm malum,immo est maximum malorum,ergo definitio hæc est interimenda. Deinde cõcludit propositum,& dicit,[Oportet ergo & quod ex his est,sequi illud,quod magis est] in eo,vt prudẽtiam sequi fortitudinem [& esse vel simpliciter bonum,]qualis est fortitudo,[vel]saltem[magis bonum quàm malum.]& cum nõ sit ita,interimenda est definitio imprudentiæ assignata. F

133 Et hoc quidem non necessarium,nisi vtrunque sit per se bonũ vel malum. Multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona: mixta autem quibusdam,fiunt bona. aut econuerso vtrunque quidem bonum mixta autẽ malũ vel neutrũ. Maxime autẽ manifestum, quod nunc dictum est in salubribus & morbificis. Nam quædam medicamentorum sic se habent, vt vtrunque quidem sit bonum. Si autem vtraque dentur mixta,malum. G

Cum hæc dixisset,affert instantiã,asserẽs non esse ex necessitate, quod ex bonis cõponitur,omnino bonum esse:nec quod ex malis,esse omnino malum. Ergo neque quod ex magis bono magis bonum esse necesse est:aut quod ex magis malo esse,magis malũ.nã in iis quæ per se formaliter,ac simpliciter sunt bona, aut mala, sequitur locus qui dictus est. quoniã sequitur si partes sunt per se formaliter ac simpliciter bonæ vel malę, vt totũ quod ex eis est,sit tale. Similiter si aliqua pars sit per se formaliter ac simpliciter magis bona quàm altera mala, sequetur totũ esse magis bonum quàm malum. virtus enim per se ac simpliciter bona est, ideo talis permanet & in mixtione cum aliis. similiter & in malo dicendum est. Verum sunt quædã bona, vel mala, nõ per se formaliter ac simpliciter sed bona vel mala,quatenus sunt effectiua boni vel mali,quæ dicũtur bona,vel mala, virtute & potentia:& in talibus non oportet. nõ enim si effectiua sunt bona aut mala, quod ex his est oportet bonum vel malum esse. Hoc in pharmacis patet, quæ sanitatis & morbi effectiua sunt. nam quædã eorum non sunt per se sanatiua,sed contra,damnosa,mixta ad inuicem,faciunt quod ex ipsis componitur sanitatis effectiuum, vt sublimatũ & chrystallus,vtrũque est morbificũ,& dãnosum,tamẽ mixta simul efficiunt pharmacum contra humorem venenosum satis à medicis laudatum. Et rursum quędam nõ sunt damnosa,sed salubria,atque vtilia:mixta mutuo faciunt,quod ex ipsis est,dãnosum.vt vinum & lac quæ salutaria sunt,cũ seorsum accipiuntur. mixta vero faciunt pharmacũ, quod generat leprã vnde dicit, [Et hoc quidẽ,]scilicet quod dictũ est in huiusmodi loco, [nõ est necessariũ,nisi vtrũq; cõponentiũ [sit per se]scilicet formaliter ac simpliciter[bonum vel malum.]non autem locus intelligendus est in his quæ sunt bona vel mala effectiue.[multa enim]de numero[effectiuorũ]boni vel mali[per se quidem]formaliter ac simpliciter[non sunt bona, mixta autem quibusdam fiunt bona.aut econuerso vtrũque quidem bonum,mixta autem malum,vel neutrum.]scilicet neque bonũ,neque malũ. Ostendit in quibus hoc quod nunc dixit,maxime locum habet, & dicit,[maxime autem manifestum,quod nunc dictum est,in salubribus,& morbificis]hoc est,in pharmacis,quę sanitatis vel morbi sunt effectiua. [nam quædam medicamentorum sic se habent, vt vtrunque] seorsum [quidem sit bonum,] H

A quatenus est boni effectiuum.[si autem vtraque detur mixta] ad vnũ pharmacum cõposita, [malũ.] vt dictũ est de mixto ex vino & lacte, & ex aqua ordei & vino. Et sic de aliis pluribus eodem modo. ¶Sed quęres quid Aristot.intelligit per partẽ quæ est per se bona.iuniores asserũt Aristot.per partem per se bonam,vel per se malam intelligere partem,quę sui natura interna est bona,vel mala. Vt virtus est per se bonũ,& vitium per se malum.Per effectiue autẽ bonum vel malũ,intelligit partem quæ bona vel mala est ab effectu quem efficit, & non à sui natura interna. Fortasse enim pharmacum simplex sui natura interna, neq; bonũ est, neq; malum. Quo autem cum alio pharmaco simplici effectiuum est boni,vel mali, dicetur bonũ vel malũ. Quare pars bona per se est ab interna natura talis. Pars autem bona effectiue est quasi ab externa natura talis. & hoc volũt nonnulli intelligere, cũ asserunt partem per se bonã esse,quæ nec per accidens,nec per aliud est talis.Partem vero bonã effectiue quæ aut per accidẽs,aut per aliud est talis. nam quæ nec per accidens, nec per aliud bona est, videtur bona suapte natura interna. quæ autem est bona per accidens, vel per aliud,est bona natura externa, videlicet, vt cũ altera composita redditur boni vel mali effectiua. ¶Sed hæc iuniorum expositio est

B ambigua,quoniam fieri potest,vt aliqua pars sit per se bona,quę tamen,cum remitti,& augeri possit, mixta cum sua contraria,poterit adeo à sua parte cõtraria remitti, vt totum ex eis compositũ sit malum. ¶Verũ hæc iuniorũ expositio potest defendi,quoniam Aristot.addidit cõpositum denominari magis bonũ vel magis malum,cum altera eius pars fuerit magis bona, q̃ altera mala: vel magis mala quàm altera bona.& ita licet pars per se bona remittatur,tamen cõpositum poterit dici bonum,si illa remanet adhuc magis bona,quàm altera mala magis mala. Verũ tutius est dicendũ,Aristo.per partẽ quæ per se bona, intellexisse eam,quæ etiã per compositionem sui cũ parte mala nihil perdit de bonitate sua,sed vertit partem malã in sui naturam,illiq; dominatur. Simili modo per partẽ per se malam intelligendũ est.Sic autẽ partibus intellectis,totũ compositũ ex talibus necessario erit vel simpliciter bonũ,vel magis bonũ quàm malũ. si videlicet pars bona sit magis bona quàm pars mala,mala: per partem vero effectiue bonã vel malã,intellexisse partẽ, quæ per cõpositionem cũ altera,alteratur adeo,vt sit boni vel mali effectiua,vt de pharmacis ipsis simplicibus perspicuũ est.Hoc pacto,vt mi-

C hi videtur,Alexander exposuit,& dubio procul Aristotelis est sensus.

LOCVS SEXAGESIMVSSEPTIMVS.

134 Rursum si quod ex meliore & peiore est, non est totũ peiore quidem melius,meliore autem peius.

Locus 67.talis est,si definitio alicuius totius datur per partes aliquas,quarũ vna melior,altera peior est,tunc si totũ definitũ peiore parte melius non fuerit,peius autẽ meliore,definitio est interimenda.dicit,[*Si* quod ex meliore,& peiore est]cõpositum, [nõ est totũ peiore quidẽ melius,meliore autẽ peius,] subaudi tale totum non conuenienter ex his definitur. nam quod ex his cõponitur, mediũ fit eorum,ob mixtionem contrariorum.Medium autem est extremo peiore melius,extremo autem meliore peius. Veluti rubeum est albo nigrius, nigro autem albius. Hac ratione continentia quæ ex recto discursu,& prauo desiderio cõponitur,prauo quidẽ desiderio est melior,peior autẽ recto discursu.

135 An neque hoc necessarium est, nisi per se bona sint, ex quibus cõponitur? Nam in iis quæ nõ per se sunt bona,nihil prohibet totum non fieri bonum:vt in iis quæ modo dicta sunt.

D Affert ad hoc eandem instantiam,quam fecit contra proximum locum,quoniam si aliquid est ex per se,simplicitérque bono: & ex per se,simplicitérque malo,medium compositũ,si vtrunque eorũ in compositione seruatur,erit peiore quidẽ melius,meliore autem peius.At in iis quæ sunt effectiue bona,vel mala, non erit hoc necessarium. Causa autẽ, quia hæc in compositione mutantur atque alterãtur,vt in pharmacis dixit.In his enim nihil prohibet quod ex ambobus est,& melius & peius vtrisque fieri.dicit, [An neque hoc necessarium est,nisi per se bona sint] ea, [ex quibus componitur]subaudi quod definitur.[nam in iis quæ nõ per se sunt bona,]sed sunt effectiue bona,[nihil prohibet totum non fieri bonũ,vt in iis]scilicet pharmacis,[quæ modo dicta sunt.]Possunt enim in talibus partes esse effectiue bonæ seorsum, vt lac & vinum quæ mixta ad vnum compositum non erunt bona, sed effectiue mala.

LOCVS SEXAGESIMVSOCTAVVS.

136 Insuper si vniuocum est totum alteri. Non oportet enim,quemadmodum neque in syllabis.Nulli enim elementorum ex quibus componitur,syllaba vniuoca est.

Locum 68.assignat Aristot.& dicit, [Insuper si vniuocũ est totum alteri] scilicet parti,per quam definitur,interimenda est definitio.verbum vniuocum græce est,συνώνυμον, hic tamen pro eodẽ no-

mine accepit q.d.si totũ est eiusdem nominis cum partibus,interimẽda est definitio. Alexãder autem E
per synonymũ intelligit vniuocũ, & assignat exemplũ de definitione virtutis, quam Socrates dedit.
dixit enim virtutem esse fortitudinẽ,iustitiam,& prudentiam,& peccauit:quoniam virtus est vniuoca
vnicuique partium,per quas definitur. Causam assignat, & dicit,[non oportet enim]scilicet totũ,esse
vniuocum partibus per quas definitur, [quemadmodum neque in syllabis]cum definiuntur, syllaba
est vniuoca literis.[nulli enim elementorum ex quibus]syllaba[cõponitur, syllaba vniuoca est.] nam
licet in hac dictione amo a,litera pro syllaba habeatur,hoc est per accidens,& raro.

LOCVS SEXAGESIMVSNONVS.

137 Præterea si nõ dixit modum compositionis. Non enim sufficiens est ad cognoscendum dicere ex his. Nam non quod ex his,sed quod & sic ex his,cuiusque compositorũ substantia est,vt in domo. Non enim si quolibet modo componantur hæc,domus est.

Assignat locũ 69.& dicit,[Præterea si]aliquis assignauerit definitionẽ totius ex partibus,&[non dixit modũ compositionis.]totius,ex illis partibus,definitio est interimenda. Reddit causam,& dicit, F [non enim sufficiens est ad cognoscẽdum]definitiue aliquod totum, [dicere]ipsum esse[ex his. nam non quod ex his,sed quod & sic ex his, cuiusq; cõpositorum substãtia est.] assignat exemplũ,& dicit, [vt in domo.non enim si quolibet modo componantur hęc,domus est.]nam domus non est simpliciter ex lapidibus,lateribus & lignis,sed ex his cum tali ordine. Nec syllaba est ex elementis,sed ex his cum tali ordine. ¶[Sed obiicies,nam hæc est bona definitio,binarius est ex duabus vnitatibus,& tamen nullus modus cõpositionis additur. Sed dicamus multifariam esse totũ, aliud quod indiget pluribus partibus tantũ,vt numerus: aliud quod indiget pluribus partibus, & præter partes indiget ordinatione earũ,vt domus:aliud quod indiget his omnibus,& præter hęc transmutatione earũ inuicẽ,vt mixtũ. Fortasse Aristot. intellexit locum de his totis,quæ vltra partiũ multitudinẽ indigẽt aliquo alio.

LOCVS SEPTVAGESIMVS.

138 Si autẽ hoc cũ illo assignauit, primũ quidem dicendũ,quoniã hoc G cum illo dicitur,aut hoc & illud,aut quod ex illis.nã qui dicit mel cum aqua, vel mel & aquã dicit,vel quod ex melle & aqua. Quare si cuilibet eorum quæ dicta sunt,idem cõfitebitur hoc cum illo, eadem conueniet dicere quæ quidem dicta sunt prius ad vtrunque eorum.

Cum Aristoteles docuisset interimere definitionem totius quæ datur per partes in recto, vt dicẽdo totum aliquod esse hoc, & hoc: & quæ datur per partes in obliquo, vt dicendo totum esse ex his, nũc docet interimere definitionẽ totius,quãdo per partes partim in recto,partim in obliquo, vt cum dicitur totum esse hoc cũ illo. & dicit,[si autem]definiendo totũ [hoc cum illo assignauit,] vt cum dicimus domũ esse cooperimẽtum cum lignis & lapidibus. [primũ quidem dicẽdum quoniã hoc cum illo dicitur] bifariã,[aut hoc & illud,] hoc est, vno modo, cũ per hoc cũ illo intelligimus hoc & illud. [aut qđ ex illis] hoc est, alio modo,cũ per hoc cũ illo intelligimus esse ex illis. Quod autẽ hoc cũ illo bifariã intelligamus, exemplo ostendit, & dicit, [nam qui dicit]melicratũ esse[mel cum aqua, vel dicit mel & aquã, vel [dicit] quod ex melle & aqua. quare si cuilibet eorum quæ dicta sunt]scilicet tam H ei,quod est hoc & illud,quãm ei,quod est esse ex illis,[idem cõfitebitur] aliquis esse hoc cũ illo, ita vt sit idem dicere hoc cũ illo,& illa duo, vel alterũ duorũ[eadẽ]scilicet loca [cõueniet dicere, ad vtrunque eorũ]scilicet destruẽdo ea,[quæ quidem dicta sunt prius.] Quare ad interimendũ definitionem hoc modo assignatam,adducendæ sunt eædem considerationes quæ prius habitæ sunt.

LOCVS SEPTVAGESIMVSPRIMVS.

139 Insuper diuidenti quoties dicitur alterum cum altero, cõsiderandum si nullo modo hoc cum illo. vt si dicitur alterũ cum altero, aut vt in aliquo eodẽ susceptiuo, vt iustitia & fortitudo in anima: aut vt in loco eodem: aut vt in tempore eodem. Quòd si nullo modo verũ sit quod dictum est in his , manifestum est quoniam nullius erit assignata definitio. quoniam nullo modo hoc cum illo est.

Tradit etiã hic propria quędã loca ad huiusmodi definitionũ assignationẽ, quorũ primus est, licet in ordine, ad numerũ locorum totius libri præsentis sit 71. si secundũ nullũ significatorum eius quod est hoc cum hoc, definitio totius assignatur, interimenda est sub illo modo, & dicit, [Insuper diuidẽti

A quoties dicitur alterum cum altero, considerandũ si]totũ quod definitur eo quod est hoc cũ illo[nullo modo]significatorũ eius quod est[hoc cũ illo] definitur. nã si sic, definitio est interimẽda. Deinde exponit quot modis dicitur alterũ cum altero, & dicit, [vt si dicitur alterũ cum altero] & hoc cũ illo, multifariam dici potest,[aut vt in aliquo eodẽ susceptiuo, vt iustitia & fortitudo in anima. aut vt in loco eodem, aut vt in tẽpore eodem. Quod si nullo modo verũ sit quod dictũ est in his]scilicet significatis, cũ dicitur domus est operimentũ cum lapidibus, hoc est, si in nullo horũ significatorũ definitio illa domus intelligi potest,[manifestũ est quoniã nullius]scilicet totius, quod eo modo definitur,[erit asignata definitio, quoniam nullo modo] eorũ qui dicti sunt, domus est operimentũ cũ lapidibus & [hoc est cũ illo]intelligitur. ¶[Quod vero ad exempla attinet, exemplum in eodem susceptiuo subiecto Aristoteles asignat, vt cum quispiam dixerit virtutem iustitiam cum fortitudine. nam in eodẽ susceptiuo anima videlicet, iustitia & fortitudo sunt. cęterorũ exempla Alexander affert, & primo eorũ quæ sunt in eodẽ loco. vt cũ quis definierit corpus, & dixerit esse tripliciter dimensionatũ cum superficie. In quo enim loco est corpus, in hoc & superficies. deinde eorũ quæ sunt in eodẽ tẽpore. vt cum B aliquis definierit fortitudinẽ, & dixerit fortitudinẽ esse audaciam cũ recta ratione. In quo enim tempore est audacia, in eodem recta ratio est.

LOCVS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS.

140 Si autẽ diuiso quoties dicitur alterum cum altero, verũ erit in eodem tempore vtrunque esse, considerandũ si contingit non ad eundem finem vtrũque dici. Vt si fortitudinẽ definiuit audaciam cũ recta intelligentia. Contingit enim audaciam quidem habere spoliandi: rectã autem intelligentiam circa salubria. sed non fortis, qui in eodem tempore cum illo hoc habet.

Asignat locũ 72. & dicit,[Si autem diuiso quoties dicitur alterum cum altero, verũ erit in eodem tempore vtrũque esse, considerandũ si contingit non ad eundem finem vtrunque dici,] quoniam si non ad eundẽ finem vtrunque dicitur, definitio asignata est interimenda. & affert exemplũ, & dicit, C [vt si fortitudinem definiuit,] dixitque fortitudinem esse[audaciam cũ recta intelligẽtia,]hæc definitio est interimenda. & declarat quo modo, & dicit,[contingit enim]aliquem[audaciam quidẽ habere spoliandi]scilicet regnũ à rege per prælium,[rectã autẽ intelligentiam circa salubria.] & sic in eodem tẽpore habebit vtrunque,[Sed nõ fortis]dicetur,[qui in eodem tẽpore cum illo]scilicet cũ recta intelligentia circa salubria[hoc] scilicet audaciam spoliandi[habet.] oportet enim hæc ambo habere ad eundem finem, scilicet ad præliorum pericula, quod est finis fortitudinis.

LOCVS SEPTVAGESIMVS TERTIVS.

141 Insuper, si & ad idẽ ambo dicuntur, vt ad medicinalia. Nihil enim prohibet & audaciam quandam & rectam intelligentiã habere ad medicinalia: non tamen sic fortis erit, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad alterum, eorum vtrunque oportet dici, neque ad idem quodcunque D sit. sed ad fortitudinis finem, vt ad præliorum pericula, aut si quid magis est illius finis.

Locũ 73. asignat, & dicit,[Insuper si ad idem].i. eundẽ finẽ[ambo].s. audacia & recta intelligẽtia [dicuntur, vt ad medicinalia,]definitio asignata de fortitudine, quod sit audacia cũ recta intelligẽtia, est interimenda. nisi ambo referantur ad eundẽ finem, qui fortitudinis est, vt ad periculum in pręliis, non autem ad medicinalia. exponit autem hoc, & dicit,[nihil enim prohibet & audaciam quandam, & rectam intelligentiã]aliquem[habere ad medicinalia,]vt ad secanda vulnera. Potest enim aliquis medicus habere audaciam ad secanda vulnera cum recta intelligentia illã secandi, ad vnũ finem respiciens, scilicet ad sanandum patientem.[non tamen]huiusmodi medicus[sic] respiciens finẽ illum, [fortis erit, qui] videlicet[hoc]scilicet audaciam secandi[cum illo]scilicet cũ recta intelligentia secãdi[habet.]asignat causam, & dicit,[neq; enim vtrũq; eorũ oportet dici ad alterũ]atq; alterũ, si subaudi aliquod totũ recte definiri debet. veluti cũ definitur cõtinentia ꝙ sit recta intelligẽtia cũ prauo desiderio. Hæc enim definitio nõ est recta, quoniã recta intelligẽtia, & prauũ desideriũ ad alterũ atq; alterũ sunt. nã prauũ desideriũ erit ad vtendũ venere: recta intelligẽtia erit ad nõ vtendũ, sed ad abstinentiã.[neq; ad idem quodcũq; sit]oportet ambo dici. i. neq; ad eundẽ finẽ indifferẽter, quicunq; sit ille finis, si ambo referãtur audacia & recta intelligentia vt ad sanandũ, definitio fortitudinis recta est, [sed]oportet vt ambo referãtur[ad fortitudinis finẽ] si debet fortitudo recte definiri, [vt ad pliorum

pericula,aut]ad aliquẽ aliũ finẽ,]ſiquid magis eſt illius].ſ.fortitudinis[finis,]vt victoria.Ergo interi-(E) menda eſt ſemper definitio,quoties illa duo nõ referuntur ad eundẽ finẽ,qui eſt rei quæ definitur.

LOCVS SEPTVAGESIMVSQVARTVS.

141 Quędam autem ſic aſsignatorum nullo modo ſub dictam cadunt diuiſionem. vt ſi ira triſtitia eſt cum opinione paruipendẽdi. Nam cum propter huiuſmodi opinionem triſtitia fiat,hoc vult indicare,hoc cum hoc fieri aliquid. Hoc autem ſecũdum nullum dictorum modorũ idem eſt ei,quod eſt hoc cum illo eſſe.

Alexander arbitratur Ariſtot.velle aſsignare aliud peccatum in huiuſmodi definitionibus, & peccatum eſt,quoniam nonnulli definiunt rem aliquam aſſerendo eam eſſe hoc cum hoc, vbi præpoſitionẽ cũ accipiunt ſecundũ nullum modorũ, eorũ videlicet qui dicti ſunt. Dictum eſt enim trifariam dici,hoc cum hoc,aut vt in eodem ſubiecto,aut in eodem loco,aut vt in eodem tẽpore. At hi rem aliquam definiunt, vt irã,dicẽtes iram eſſe hoc cum hoc,id eſt,triſtitiam cum opinione paruipendendi. Vbi prępoſitionẽ cum,ſecundũ nullum dictorũ modorũ intelligũt,ſed intelligunt cũ pro propter,quę (F) eſt prępoſitio cauſalis.Ergo iſti ſic definientes errãt,quia definiunt iram dicẽtes eam eſſe hoc cũ hoc ſecũdũ nullũ dictorũ modorũ.dicit,[Quędã autẽ ſic aſsignatorũ] à quibuſdã de eo quod eſt eſſe hoc cũ hoc [nullo modo cadũt ſub dictã diuiſionẽ,] & ſic erit 2.peccatũ.nam vtũtur in talibus definitionibus præpoſitione quæ eſt hoc cũ hoc,& ad nullũ ſenſum dictorũ. Et quod dixit,exẽplo exponit,& dicit,[vt ſi ira](vt definiunt)[triſtitia eſt cũ opinione paruipendendi]vtuntur cũ prępoſitione,& ad nullũ eorum ſenſum,qui dicti ſunt.non enim vtuntur præpoſitione cũ, ad denotandũ triſtitiã & opinionẽ eſſe in eodẽ loco, nec in eodẽ tempore,nec in eodẽ ſubiecto. [nam cũ propter huiuſmodi opinionem]quæ ſcilicet eſt paruipendẽdi[triſtitia fiat.]fit enim triſtitia in irato propter opinionẽ paruipendendi,[hoc vult indicare hoc cũ hoc fieri aliquid].i.nihil aliud vult indicare cũ in definitione dicitur cũ opinione paruipendẽdi,niſi propter opinionẽ paruipendẽdi.Opinio enim paruipendendi ab altero,triſtitiã efficit in irato.accepit autẽ paruipendẽdi paſsiue. nã opinio qua aliquis opinatur ſe eſſe (G) paruipẽſum ab aliquo,efficit triſtitiã in irato.Tũc recolligit peccatũ,& dicit,[hoc autẽ,]ſcilicet exponere cũ,pro propter,[ſecundũ nullũ dictorũ modorũ idem eſt ei,quod eſt hoc cũ illo eſſe.] Ergo hoc pacto definitio interimenda,quoniam eſt præter conſuetos ſenſus eius,quod eſt hoc cum hoc eſſe.

LOCVS SEPTVAGESIMVSQVINTVS.

142 Rurſum ſi horũ compoſitionẽ dixit totum,vt animę & corporis cõpoſitionẽ,animal,primũ quidẽ cõſiderandum,ſi non dixit qualis cõpoſitio: vt ſi carnẽ definiens, aut os,ignis & aeris & terræ dixit cõpoſitionem. Non enim ſufficit cõpoſitionem dicere. ſed & qualis quædam determinãdum. Non enim quolibet modo cõpoſitis his,caro fit,ſed ſic quidem compoſitis,caro:ſic autem,os.

Aſsignat locũ 75.& dicit,[Rurſum ſi totum]aliquis definiens [dixit]eſſe[cõpoſitionem horũ]id eſt,harum partium,interimẽda eſt definitio.& aſsignat exemplũ,& dicit,[vt]ſi aliquis definiens[animal,]dixit eſſe [compoſitionẽ animæ & corporis] interimenda eſt hæc definitio. & quòd ſit interimenda,oſtendit primo per cõſiderationem.ſecundo ibi[videtur autem]per rationes.De prima parte (H) dicit,[primũ quidẽ conſiderandũ,ſi] ſic definiens ,[non dixit qualis cõpoſitio,]vtrum,videlicet animal ſit compoſitio ex anima & corpore, anima & corpore refractis,an intenſis, an nulla ratione variatis[vt ſi carnem definiens,aut os,dixit cõpoſitionem ignis, & aeris,& terrę]& ſubaudi aquę.[non enim]ei,qui hæc definit,[ſufficit compoſitionem dicere,ſed & qualis quædã determinandũ.nõ enim quolibet modo compoſitis his]ſcilicet elemẽtis[caro fit,ſed ſic] .ſ.refractis ad medium [cõpoſitis, fit caro,ſic autẽ]refractis,ſed non ad medium,ſed dominantibus frigidis,& ſiccis elementis fit[os.]Ergo cum definitio ſermo ſit explicans eſſe rei,oportet vt explicet rei eſſe ſecundum omnem rationem.

143 Videtur autẽ neutrũ eorũ quæ dicta ſunt,omnino eſſe cõpoſitioni idem.Nam compoſitioni omni diſſolutio contraria eſt.Dictorũ autem neutri vllo modo.Inſuper ſi ſimiliter veriſimile eſt omne cõpoſitũ compoſitionẽ eſſe,vel nullũ, animaliũ autẽ vnumquodq; (cũ ſit cõpoſitum) non eſt cõpoſitio,nullum profecto aliorũ cõpoſitorum compoſitio erit.

A Cum dixisset nec animal, nec carnem, nec os esse cōpositionem ex partibus, nunc probat primò quidem syllogismo categorico, & componitur hoc pacto, omni cōpositioni contraria est dissolutio, nec carni, nec ossi, nec animali contraria est dissolutio, ergo nullum horum est compositio. proponit primo cōclusionem, & dicit, [Videtur autem neutrum eorum quę dicta sunt] scilicet neque carnem, neque os, neque animal [omnino idem compositioni esse,] hæc est conclusio. deinde asignat maiorem, & dicit, [nam compositioni omnino dissolutio cōtraria est,] hæc est maior. deinde affert minorem, & dicit, [dictorum autem neutri] id est nulli, [vllo modo] dissolutio contraria est, quoniam & animal, & caro, & os substantia est, cui nihil est contrarium. ergo nullum eorū erit cōpositio partium. Secundo idem probat syllogismo ex suppositione. supponit enim omne compositū esse compositionem, aut nullum cōpositum esse compositionem. & si diceres vtranque harum esse falsam, supponit hanc disiunctiuam tāquam verisimilē, & dicit, [Insuper si similiter verisimile est omne compositum compositionem esse, aut nullū] cōpositum compositionem esse. Stāte hac hypothesi aut pro vera, aut pro verisimili, destruit primam partē disiunctiuæ, & dicit, [animalium autē vnumquodque (cum sit B compositum) non est cōpositio,] ergo non omne compositum est compositio. tunc destructa prima parte infert constructionem alterius partis, & dicit, [nullū profecto aliorum compositorum,] vt nec caro, nec os, nec aliud vllum [compositio erit.] Est ergo syllogismus ex hypothesi disiūctiua à destructione vnius partis ad constructionem alterius, vt rectè Alexander expositorum omnius doctissimus annotauit, hoc pacto, omne cōpositum est compositio, aut nullum compositum est compositio, sed non esse compositum est compositio, vt de animali patet, ergo nullum compositum erit compositio.

LOCVS SEPTVAGESIMVSSEXTVS.

144 Rursum si similiter in aliquo apta sunt esse cōtraria, definiuit autem per alterum, manifestum quoniam non definiuit. Si autem non est ita, plures accidet eiusdem definitiones esse. Quid enim magis qui per hoc, quàm qui per alterum definiens dixit? Quoniam similiter vtraque apta sunt fieri in eodē. talis autem animæ est definitio. siquidem est sub-C stantia disciplinæ susceptiua. nam similiter & ignorantiæ est susceptiua.

Locum septuagesimum sextum asignat, & dicit, [Rursum si similiter] & omnino eadem ratione, [in aliquo] scilicet toto subiecto, [apta sunt esse cōtraria, definiuit autem] illud totū subiectum [per alterum] illorum cōtrariorum, & non per ea omnia, quæ sunt apta in ipso fieri, [manifestum quoniam non definiuit.] non enim accepit ea omnia quæ sunt apta in eo fieri, & per quæ est aptum demōstrari. Posset aliquis dicere totum illud definiri per vtrunque cōtrariorum, non simul, sed per vnum seorsum, & per alterum. obiicit Aristoteles [si autem non est ita] vt videlicet totum, quod est susceptiuum plurium contrariorum, definiatur per omnia illa, [plures accidet eiusdem] totius [definitiones esse. Quid enim] (vt inquit) [magis qui per hoc] vnum contrariorum [quàm qui per alterum definiens dixit?] quasi dicat nulla ratione magis per vnum quàm per alterum definire debet, [quoniam similiter] & æquali ratione [vtraque] scilicet contraria [apta sunt fieri in eodem] scilicet subiecto toto. nam similiter & non magis vnius quàm alterius susceptiuum est. exponit per exemplum, quod dixit, [talis autem] inquit [animæ est definitio, siquidem est substantia disciplinæ susceptiua,] nisi enim adda-D tur disciplinæ & ignorantiæ, interimenda est, [nam] anima [similiter & ignorantiæ est susceptiua.] Ergo definitio asignata solum per disciplinam, interimenda est. ¶ Quod vero ad verba attinet, Aristoteles dixit animam similiter scientiæ & ignorantiæ esse susceptiuam. & non dixit animam similiter esse aptam ad suscipiendum scientiam & ignorantiam. nam anima quo ad aptitudinem, magis apta est scientiam quàm ignorantiam suscipere, cum scientia sit animę perfectio ad quam anima est aptissima: quo vero ad susceptionem, anima similiter est scientiæ & ignorātiæ susceptiua, cum nō magis posit suscipere scientiam quàm ignorantiam.

145 Oportet autem si non ad totam definitionē habeat aliquis argumentum, eo quòd non nota sit tota, ad aliquam partium argumentari, si sit nota, & non bene asignata appareat. Nam parte interēpta, & tota definitio interimitur.

Cum asignasset loca, quibus interimitur vel construitur definitio, nunc asignat nonnullas idoneitates (vt vtar verbis iuniorū) quæ sunt seruandę circa interemptionē definitionis. Dicuntur autem idoneitates, quoniā (vt puto) per has redditur interrogās idoneus ad interimēdas definitiones, vel respondens idoneus ad defendendā definitionē quam asignauit. vsus est autē hoc verbo idoneus, atque idoneitas, Aristo. primo Priorū eo capite, [quomodo autē idonei erimus] & primo ponit vnā idonei-

tatem ex parte opponentis, interrogãtiſque, per quã opponẽs redditur idoneus ad interimendã defi- E
nitionem obſcuram ſibiq́ue ignotam, ſicuti eſt illa, anima eſt harmonia corporis inſtrumentarii. Hæc enim definitio obſcura eſt, opponentíque ignota, quatenus anima quæ ſubſtantia eſt, per harmoniam definitur. dicit ergo [oportet autem ſi non ad totam definitionem habeat aliquis argumentum,] quo poſsit opponens eam interimere, [eo quòd nõ nota ſit] ſibi [tota, ad aliquam partium argumẽtari, ſi] illa pars [ſit] ſibi [nota, & non bene aſsignata appareat,] vt contra illã partem quæ dicitur harmonia. hæc enim pars nota omnibus eſt, cum omnibus pateat ſignificare relationẽ miſcibilium. [nam parte interempta] vt ſuperius dictum eſt, [& tota definitio interimitur.] Si enim anima non eſt harmonia, non erit harmonia corporis inſtrumentarii. & ſic interimitur definitio.

συνδιορ-θώσαντα corrigenti recte diſponenti. συσχημα-τίσαντα. cõformãti cõfigurãti

146 Quęcunque autẽ definitiones obſcurę ſunt emendanti, & reformanti, ad manifeſtandũ aliquid, & habendum argumentum, ſic conſiderandũ. neceſſe eſt enim reſpondenti aut ſuſcipere quod ſumptũ eſt ab interrogante, aut eidem declarare, quid temere eſt in definitione.

Hæc ſecunda idoneitas etiam ex parte interrogãtis eſt, vt Alexander putat, & nõ ex parte reſpon- F
dentis, vt iuniores opinantur, dicit enim, [Quęcunque autẽ] id eſt, quandocunque autem [definitiones] aſsignatæ à reſpondente [obſcuræ ſunt] interrogantíſque ignotæ, [emendanti, & reformanti] id eſt, opponẽti, qui enititur eas emendare, atque reformare [ad manifeſtandũ aliquid,] quod eſt in eis obſcurum, [& ad habendum argumẽtum,] quo poſsit eas interimere, [ſic cõſiderandum eſt] ſic, ſcilicet vt dictum eſt, ſubaudi in trãſſumptionibus. dictum eſt enim trãſſumptionẽ fieri tam totius orationis ad manifeſtiorem orationem, quàm alicuius partis definitionis ad interpretationem illius. Ergo opponens obſcuras definitiones trãſſumere debet ad manifeſtiores, maxime ad eas contra quas habet argumenta. Et per illud verbũ [ſic] dedit intelligere vt eſt dictum in trãſſumptionibus, vt Alexander ſuppleuit. & quòd talem debeat interrogans facere trãſſumptionem, probat, & dicit, [neceſſe eſt enim] ipſi [reſpondenti] poſtquam facta eſt transſumptio ab opponente ad id, cõtra quod habet argumenta, [aut ſuſcipere] & concedere, [quod ſumptum eſt ab interrogante,] in ipſa trãſſumptione, G
[aut eidem] reſpõdenti, neceſſe eſt [declarare, quid temere] hoc eſt, obſcure & ſine ratione, [ab eo oſtenſum] & aſsignatum [eſt in definitione.] accepit enim oſtenſum pro aſsignato. Et vtroque modo eſt vtile. nam ſi concedit transſumptionem factam ab interrogante, interrogans habebit argumenta contra illam. ſi non concedet reſpondens, manifeſtiorem aſsignabit definitionem. verbi gratia, ſi definiatur anima, quòd ſit numerus ipſe ſeipſum mouens, cum hæc animæ definitio ſit obſcura, oportet interrogantem trãſſumere hanc ad manifeſtiorem, & ad talem, vt poſsit habere argumenta ad interimendum ipſam. nam aut reſpondens concedet trãſſumptionem ab eo factam: & ſic per argumenta quæ habet contra eam, poteris interimere ipſam. aut ſi transſumptionem non admittet, erit neceſſe, reſpondenti manifeſtare aſsignatam definitionem. & ita quouis modo vtile erit. Hoc pacto hanc idoneitatẽ Alexander expoſuit, quam nullo pacto iuniores, quorũ ſacerdos Albertus eſt, intellexerũt.

147 Inſuper quemadmodum in concionibus ſolent legem inducere, & ſi melior ſit quæ inducitur, interimũt anteriorem: ſic & in definitionibus faciendũ, & definitio alia ferenda. Nam ſi apparet melior, & magis, quod definitur, perſpicuum, manifeſtum quoniam interempta erit H
quæ poſita eſt. quoniam non ſunt eiuſdem plures definitiones.

Dat tertiam idoneitatem ex parte interrogantis etiam, & dicit, [Inſuper quemadmodum in concionibus,] in quibus ſolent ferri leges, vt primo rhetoricorum patet. Concionatores [ſolent legem inducere] de nouo, [& ſi melior ſit] hæc noua [quæ inducitur,] quàm ſit illa, quæ poſita eſt antiquo tempore, cõcionatores [interimunt anteriorem] ab antiquo latam, [ſic & in definitionibus faciẽdum, & definitio alia ferenda] ab ipſo opponente, alia dico quæ eiuſdem rei ab aliis aſsignata eſt. [nam ſi apparet melior, & magis quod definitur perſpicuum, manifeſtum quoniam interempta erit quæ poſita eſt] ab ipſo reſpondente. nec dicere potes antiquam & nouam definitionem eſſe eiuſdem. [quoniam nõ ſunt eiuſdem plures definitiones.] ſed vna vnius. hanc idoneitatem obſeruauit omnium ſapientum magiſter. nam poſita definitione Platonis, quòd anima ſit motus ſeipſum mouens, aſsignauit alteram, quòd ſit actus corporis naturalis, inſtrumentarii, in potentia vitã habentis. Hęc autẽ cum melior omnibus viſa ſit, antiqua ad obliuionem venit, cum eiuſdẽ plures definitiones eſſe nequeant.

148 Ad omnes autem definitiones non minimum elementum apud ſe eſt, ſolerter definire propoſitum, aut apte dictũ terminum aſſumere.

A Necesse est enim veluti ad exemplar considerantem, habere definitionem, & quod minus est iis quæ oportet, & quod appositum est superflue, inspicere, vt magis argumentis sit abundans. Quæ igitur circa definitiones sunt, intantum dictum sit.

Vltimam idoneitatẽ ex parte interrogantis, qui (vt Alexander inquit) vult bene definire, aut bene datas definitiones suscipere, nunc assignat, & dicit, [Ad omnes autem definitiões] aut assignãdas, aut ab aliis assignatas suscipiendas, [non minimum elemẽtum,]hoc est, nõ minima occasio [apud se est] vt Alexander exponit, per elementum occasionem intelligit. vel fortasse per elementum locum intelligit, vt sit sensus, non paruum locum apud nterrogantem esse ad asignandas definitiones, vel ad assignatas suscipiendas, [solerter,] scilicet per omnia loca, & considerationes superius inductas discurrendo[definire propositum, aut apte terminum] propositi ab aliis [dictum] atque explicatum [assumere]atque suscipere. & assignat causam, quare debemus considerare definitionem rei propositæ assignatam ab aliis, & dicit, [necesse est enim cõsiderantem]atque volentem definire[habere definitionem,]scilicet quæ prius est assignata ab aliis, [veluti ad exemplar] aspiciendo, [& quod minus B est eis, quæ oportet,]id est, & quod reperitur in ea diminutum, & quod]in ea [appositũ est superflue, inspicere, vt magis argumentis]contra illam[sit abundans.]nam poterit ostendere illam vel esse diminutam, vel esse superfluam. Vt si definitio hominis sit animal mortale, irrationale. nam hæc est superflua, quatenus inutiliter positũ est irrationale. Et est diminuta, quia desunt partes, quę sunt meliores. Quare erit necessarium supplere rationale, atque scientiæ susceptiuum. & tunc definitio erit, animal mortale rationale, scientiæ susceptiuum. & de libro Topicorum sexto hactenus.

Finis libri sexti.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEPTIMVS CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS COMMENTARIIS.

C VTrum autem idem an diuersum secundum propriissimum eorum modorum, qui de eodem dicti sunt, dicendum.

C Vm primo Topicorum problemata definitiua esse tradiderit, explicaueritq; ea, quæ quæsitum habent de eodem & diuerso, cum ibi docuerit, quæ secundum quid eadem vel diuersa sunt, conuenienter post definitiua problemata, de quibus dixit in sexto, connectit in hoc libro septimo, problemata de eodẽ, & loca apta, quibus possunt construi vel destrui. Sunt autem loca de eodem, vtilia ad definitiua problemata. nam (vt Alexander inquit) quibus locis mõstramus quoniam hoc idem est cum hoc, per eadem possumus monstrare, quoniam hæc definitio eadem est cum definito. Insuper etiam, quibus locis monstramus quoniam hoc alterum est ab hoc, per eadem monstrare poterimus quoniam hæc definitio est altera a definito. sed vtrum loca affirmatiua de eodem sunt vtilia ad problemata definitiua, postea Aristot. disputabit: nunc satis nobis sit referre, quæ Alexander dixit. itaque proponit suam intentionẽ, & dicit, [Vtrũ autem idem]hoc scilicet huic sit, [an diuersum,]loquor de eodem nõ secundum modos, quibus hoc huic idem est secundum quid, sed vt dicit, [secundum propriissimum eorum modorum, qui de eodẽ D dicti sunt,]de hoc modo eodem, nunc[dicendum.]ergo problemata pertractanda sunt de eodem & diuerso, secundum propriisimum modum accipiendi idem, & diuersum. Quis autẽ sit hic propriissimus modus, statim in proximo textu exponetur, nunc autem satis sit proposuisse intentionem.

2 Dicebatur autem propriissime idem, quod numero vnum est.

Exponit nũc quis est propriissimus modus, quo hoc huic idem est, & dicit, [Dicebatur autẽ proprissime idem]hoc est, hoc huic idẽ, [quod vnũ numero est.]dicitur aũt hic modus proprissimus, qm̃ (vt Alex. inquit) cæteri cũ additione dicuntur, vt eadem genere, aut eadem specie. at qui simpliciter sine additione est, numeri est. nam quę eadẽ numero sunt, specie ac genere eadem sunt, contra autem nequaquam. ¶ Sed dices, idem genere, annexum est problematibus de genere: idem proprio, proble-

matibus de proprio. Ergo idem definitione annexum erit problematibus de definitione. Ergo non E idem numero, sed idem definitione, annexum est problematibus de definitione. Intelligamus igitur (vt Alexan. exponit) vnum numero dici, non indiuiduum ac singulare. Sunt enim singularia a disciplinis reiecta. quare per eadem numero, intelligit quæ æque vnum re essentiaque sunt, nomine tamẽ diuersa, ceu tunica & vestis. Quare loca quæ de eodem numero assignat, sunt de eodem definitione. nam idem definitione, est idem numero, & econuerso, numero idem, definitione est idem.

PRIMVS LOCVS.

3 Et considerandum ex casibus, & coniugatis, & oppositis. Nam si iustitia idem est fortitudini, & iustus forti, & iuste fortiter.

Primum ergo locum, qui accipitur a coniugatis, assignat, & dicit, [Et cõsiderandum ex casibus & coniugatis, & oppositis.] & primo prosequitur locum ex coniugatis, qui talis est, vnũ principale est idẽ cũ altero principali, coniugatũ vnius cũ coniugato alterius, & casus vnius cũ casu alterius idẽ est. & assignat exemplũ, & dicit, [nam si iustitia] quę principale est, [idẽ est fortitudini,] quæ est alterũ principale, [& iustus forti, & iuste fortiter] idem erit. quæ sunt casus, atque coniugata. & negatiue etiam, si principale non est idem principali, nec coniugatum cum cõiugato, nec casus cum casu idem erit. F

LOCVS SECVNDVS.

4 Similiter autem & in oppositis. Nã si hæc eadem, & opposita his eadem secundum quamlibet dictarum oppositionum. Nihil enim differt, hoc vel hoc modo oppositum sumere, quoniam idem est.

Secũdũ locũ, qui accipitur ab oppositis assignat, & dicit, si duo fuerint quæ habent opposita, si illa opposita eadem fuerint, hæc erunt eadẽ: & si opposita non sunt eadẽ, nec hæc erunt eadem. dicit, [Similiter autem & in oppositis. nam si hæc eadem, & opposita his eadem,] & vt inquit, hæc consideratio veritatem habet in omnibus modis oppositis, [& secundum quamlibet dictarum oppositionum. nihil enim differt hoc vel illo modo oppositum sumere] ad propositum, [quoniam] ad propositum nostrum [idem est.] & sic consideratio est vniuersalis secundum omnes oppositiones. Huius exemplum assignari potest. nam si album & candidum sunt idem, nigrum & atrum erunt idem: & G si illa non fuerint eadẽ, nec hæc erunt eadẽ. Insuper si fortitudo & audacia sunt idẽ, timiditas & metus erunt idem: & si illa non sunt idem, nec hæc erunt idem. Sunt autem fortitudo & timiditas, & audacia & metus contraria.

LOCVS TERTIVS.

5 Rursum ex affectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex iis, quæ similiter se habẽt alterum ad alterũ.

Locum hunc tertium, qui accipitur ex effectiuis, & corruptiuis, assignat Aristot. & dicit, [Rursum ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex iis, quæ similiter,] scilicet secundum proportionem [se habẽt alterum ad alterum.] nam si effectiua sunt eadem, & quæ generantur etiam sunt eadem. & si generationes sunt eædem, etiam genita sunt eadem. similiter de corruptiuis & corruptiõibus. cõtra etiã, vt si terrigena & hõ sunt eadẽ, & eorũ generatiões & corruptiones eædem sunt. Est enim generatio ipsorum ex semine & menstruis, corruptio autem animæ separatio a corpore. Rursum si sanitas & morbus sunt eadem, essent eorum generationes eædem, sed quoniam sanitas & morbus non sunt idem, ideo nec generationes eorum eædẽ, modo sanitatis sani cibi effectiui. Morbi vero contrarii sunt, & sic locus conuertitur, nam si generationes eædem, & res quarum sunt, eædem erunt. Quo loco Aristot. quarto methaphysicæ vsus est, cum probauit ens & vnum esse eadem, quia generatio & corruptio, eadem. Et de similibus eadem ratione. nam si vnum simile est alicui simile, alterum quod est primo simile, erit simile alteri, quod est simile secundo. verbi gratia, si album est simile luci, & quia est simile luci, est idem luci, nigrum erit simile tenebræ, & quia est simile tenebræ, erit idem tenebræ. sunt autem album & nigrum similia proportione, & lux & tenebra eodem modo proportione similia. Similiter si album est idem candido, lucidum erit idẽ perspicuo, nam albũ & lucidũ sunt similia, & candidum & perspicuum similiter. potest igitur textus resolui in plura loca, quorum primus est, si effectiua scilicet proxima & adæquata, sunt eadẽ, & genita etiam sunt eadem. Secundus, si corruptiua, scilicet proxima & adæquata, sunt eadem, corrupta sunt eadem. Tertius, si generationes eædem, genita eadem. Quartus, si corruptiones eædem, corrupta eadem. possunt etiam quatuor loca fieri e conuerso, & sic erunt octo. de similibus autem addi potest locus nonus, vt visum est.

A LOCVS QVARTVS.

6 Considerandum autem & quorum alterum maxime dicitur quoduis esse, si & alterum eorum ipsorum secundum idem maxime dicitur. Quemadmodum Xenocrates beatam vitam & studiosam assignauit eã dem, quoniam omnium vitarum maxime eligenda studiosa & beata. Vnum enim maxime eligendum & maxime. Similiter & in aliis huiusmodi.

Locus vero quartus est talis, si fuerint duo, [Quorum alterũ maxime dicitur quod vis esse,] vt studiosum vel beatum, vel aliquid tale. [si & alterum ipsorum eorum] duorum [secundum] illud [idem maxime dicitur] scilicet studiosum vel beatum, hæc erunt eadem. quoniam quod per excessum dicitur, vni conuenit, & eidem. & ita si esse maxime beatũ conuenit aliquibus, oportet illa vnũ esse & idẽ. & dicit [secundum idem] nam si alterũ eorũ fuerit maxime studiosum, ꝓpter esse maxime forte, alterum autem maxime studiosum propter maxime liberale esse, licet hoc vtraque sint maxime aliquid, B cum non sint secundum idem maxime illud, hæc non sunt eadem. Assignat exemplum, & dicit, [quẽadmodum Xenocrates beatam vitam & studiosam assignauit eandem esse,] vtens hoc loco, & dicebat, [quoniam omnium vitarum maxime eligenda studiosa, &] omnium vitarum maxime eligenda [beata,] ergo studiosa vita, & beata vita idem sunt. & assignauit causam, & dixit, [vnum enim maxime eligendum, & maxime.] quod enim per superabundantiam dicitur, vni & idem conuenit. non enim possunt esse duo, cum videlicet fuerint secundum idem maxime aliquid. & quoniam beata vita, & studiosa vita secundum idem sunt maxime eligenda, ergo sunt idem. & sicut hic locus est verus in exemplo Xenocratis, [similiter & in aliis huiusmodi] exemplis verus est.

7 Oportet autem vtrunque vnum numero esse, quod dicitur maximum, maximeque eligendum. Si autem non, non erit ostensum, quoniam idem. non necessarium enim si fortissimi græcorum sunt Peloponesii & Lacedæmonii, eosdem esse Peneloponesios Lacedæmoniis. Quoniam non vnus numero Peneloponesius, & Lacedæmonius.

C Contra Xenocratem dubitatur, nam Xenocrates volebat probare beatã vitam, & studiosam vitã esse eandem simpliciter, hoc est eandem definitione. Cõtra, quoniã Peloponesii, & Lacedęmonii sũt fortissimi, & secundum eandem speciem fortitudinis fortissimi, & tamen Peloponesii & Lacedæmonii non sunt iidem definitiõe, ac simpliciter, imo differunt sicuti genus & species, quoniam omnis Lacedæmonius est Penelopõsius, & nõ omnis Peneloponesius est Lacedæmonius. propterea dicit Aristo. si locus debet concludere ea esse eadem simpliciter, ac definitione, esse addendum ꝙ illa, quibus excessus superlatiuus secundũ idem cõpetit, sint eadem numero. Erit ergo argumentum sic, beata vita est maxime eligenda propter virtutem, & studiosa vita etiam propter virtutem est maxime eligenda, & beata vita & studiosa vita sunt vnũ, idemq; numero, ergo beata vita, & studiosa vita sunt simpliciter, ac definitione idem. modo minor est falsa. nam vita beata, & vita studiosa non sunt eædem numero, sed differunt sicuti genus & species, quia omnis vita beata est studiosa, & non omnis vita studiosa est beata. dicit [Oportet autem vtrunque] scilicet eorũ de quibus est quæsitum, si sint eadẽ simpliciter ac definitione, [vnum numero esse, quod dicitur maximum, maximeque eligẽdum.] ergo supponendum est ea esse eadem numero. nam hoc stante, sequetur, beata vita & studiosa vita sunt maxime eligẽdæ, ergo sunt eædem simpliciter ac definitiõe. Et quod ita debeat intelligi, probat, & dicit, [si autem non] subaudiendum est ea esse eadem numero quæ maxime eligenda sunt, [non erit ostensum quoniam] beata vita & studiosa vita sint [idem] simpliciter, ac definitione. ꝙ autem non D sequatur ea esse simpliciter ac definitione eadem, declarat assignando instantiam, & dicit, [non enim si fortissimi Græcorum sunt Peloponesii & Lacedæmonii, necessariũ erit eosdem esse Peloponesios Lacedæmoniis] scilicet simpliciter ac definitione. [quoniam non vnus numero Peloponesius & Lacedæmonius.] nã Lacedæmonius est ex ciuitate Lacedæmone, Peloponesius est ex prouincia, quę cõtinet plures ciuitates, & Lacedemona quã & Sparten vocãt. ¶ Sed occurres, quoniã superius diximus idẽ numero, & definitione idem non differre. Hic autem facit differentiam inter idem numero, & idem definitione. ¶ Dicendum, superius per numero eadem intellexisse, quę vnam, eandemque æquam rẽ dicunt. Quæ enim hoc pacto sunt eadem numero, sunt simpliciter, ac definitione eadem. Sed quæ sunt eadem numero non secundũ æquam rem, nõ oportet eadẽ simpliciter ac definitione eadẽ esse, hoc pacto ꝑspicuũ Peloponesium & Lacedæmonium non esse eosdem numero, secundum æquam

rem, cum omnis Lacedæmonius ſit Peloponeſius, & non conuertitur. E

12 Sed contineri quidem alterum ab altero neceſſarium, vt Lacedæmonii a Peloponeſiis. Si autem non, accidet ſeipſis inuicem eſſe meliores, ſi non continentur alteri ab alteris. Neceſſe enim eſt Peloponeſios meliores eſſe quàm Lacedæmonios, ſi non continentur alteri ab alteris. Nam omnibus reliquis ſunt meliores. Similiter autem & Lacedæmonios neceſſe eſt meliores eſſe Peloponeſiis. nam & iſti cæteris omnibus ſunt meliores. Quare ſe inuicem meliores fiunt. Manifeſtum ergo quoniam vnum numero eſſe oportet, quod optimum & maximũ dicitur, ſi debeat quoniam idem ſunt, oſtendi. propter quod Xenocrates non idem aſſignauit. Non enim vna numero ſtudioſa & beata vita. quapropter non neceſſarium eandem eſſe, quoniam ambæ maxime eligẽdæ, ſed altera ſub altera. F

Cum declaraſſet ꝙ oportet addere eſſe eadem numero, ſi debet locus vtilis eſſe ad probandum ea eſſe eadem ſimpliciter, atque definitione, nunc declarat, quid concludit locus ille, cum nõ additur ea eſſe eadem numero. q. d. licet vita ſtudioſa & vita beata, nõ ſint eædẽ nũero, ſi ſunt maxime eligẽdæ, ſequetur tamẽ eas eſſe eaſdem, vel alteram ſub altera contineri. Vt ſit dicere, licet vita beata & ſtudioſa ſint maxime eligendæ, ſi non fuerint eædem numero, [Sed] pro tamen [neceſſarium] erit [alterum quidem ab altero contineri] vt continetur homo ab animali. Nam ſtudioſa vita continebit beatam. cum omnis vita beata ſit ſtudioſa, & non conuertitur. [Vt Lacedæmonii a Peloponeſiis.] nam Lacedæmonius eſt Peloponeſius, & non conuertitur. [Si autem non] ſubaudi ſequitur eos eſſe eoſdẽ ſimpliciter, nec eoſdem, vt ſuperius & inferius: ſed ſtat Peloponeſios eſſe fortiſſimos, & Lacedæmonios eſſe fortiſſimos, & nullo modo eſſe eoſdẽ, [accidet ſeipſis inuicẽ eſſe meliores,] vt ꝙ Peloponeſii ſint Lacedæmoniis meliores, & Lacedæmonii Peloponeſiis. & hoc, vt dictum eſt, [ſi non continentur alteri ſub alteris.] & per meliores, fortiores intelligit. Pro deductione vero abſurdi, ſupponit quod dicitur ſecundum ſuperlatiuum, eſſe cæteris omnibus eiuſdem denominationis maius, vt albiſſimum omnibus albis albius, fortiſſimum omnibus fortibus fortius. Hæc ſuppoſitio maxime vera eſt in iis ſuperlatiuis, quæ poſitiue ſunt talia. vt Peloponeſii dicebantur fortiſſimi Græcorum, quia cęteris græcis fortiores erant, & Lacedæmonii ſimiliter. hoc ſtante, dicit, [Neceſſe eſt enim Peloponeſios meliores eſſe] hoc eſt fortiores eſſe [quàm Lacedæmonios, ſi non continentur alteri.] ſcilicet Lacedęmonii [ab alteris,] ſcilicet a Peloponeſiis. [nam] per communem omnium Græcorum cónſenſum Peloponeſii [omnibus reliquis] Græcis [ſunt meliores.] & ſic relinquitur quòd Peloponeſii ſint fortiores Lacedæmoniis, qui ſunt græci. [Similiter autem & Lacedæmonios neceſſe eſt meliores eſſe Peloponeſiis,] propter eandem canſam. [Nam & iſti,] Lacedæmonii per communẽ omnium conſenſum [cæteris omnibus ſunt meliores,] & ita fortiores Peloponeneſiis, qui ipſi etiam Gręci ſunt. G [Quare ſe inuicem meliores fiunt.] ſi igitur non additur illa particula, ſcilicet quòd ſint eadem numero iis quę ſunt maxime eligenda, patet ſequi ea eſſe eadem, ſicuti ſunt ſubalterna. At ſi illa conditio additur, repetit quid eſt illud, quod ſequitur, & dicit, [Manifeſtum ergo quoniam vnum numero eſſe oportet, quod optimum & maximum dicitur, ſi debeat oſtendi quoniam idem ſunt] ſimpliciter ac definitione. tunc redit ad Xenocratem, & dicit, [propter quod Xenocrates,] cum dixit beatã vitã, & H ſtudioſam vitam eſſe eandem, propterea quia ſunt maxime eligendę, [non idem]. ſ. ſimpliciter & definitione [aſſignauit. non enim vna numero, ſtudioſa & beata vita,] cum differant ſicuti genus, & ſpecies. [quapropter non neceſſarium eandem]. ſ. ſimpliciter [eſſe, quoniam ambę maxime eligendæ ſed] neceſſarium eſt vt [altera] ſit [ſub alterna.] ¶ Quod vero ad verba attinet, Achaia regio eſt, quę continet Peloponeſum a Pelope olim rege, qui primus eam partem habitauit. In Peloponeſo verò eſt ciuitas, quę dicitur Sparte, e qua Spartani: & Lacedęmõ, e qua Lacedęmonii dicebãtur. & quoniã Spartani erant fortiſſimi Gręcorum, ideo ratione huius ciuitatis, Peloponeſii etiam fortiſſimi gręcorũ ab omnibus putabantur.

LOCVS QVINTVS

9 Rurſum conſiderandum, ſi cui alterum idem, & alterum. Nam ſi non ſunt ambo eidem eadem, manifeſtum, quoniam nec ſibiinuicem.

A Assignat quintum locum,& dicit,[Rursum considerandum,si cui]vni & eidem numero [alterum]duorum fuerit[idem,& alterum,]hæc sunt inuicem eadem. verbi gratia, si homo & terrigena sunt duo,& homo est idem Socrati,cui etiam terrigena est idem, homo & terrigena erunt inter se idem.Est enim Socrates vnus,& idem numero,cui terrigena, & homo id emsunt. Est enim Socrates homo,& est terrigena.& conuertitur locus.[nam si nō sunt ambo eidem eadem,manifestum quoniam nec sibiinuicem]scilicet sunt idem.

LOCVS SEXTVS.

10 Insuper autem ex iis quæ accidunt, & ex iis quibus hæc accidunt, considerandum.Nam quæcunque alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum accidit,& alterum eorum oportet accidere. Si autem aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam non sunt eadem.

Assignat locum sextum,& primo proponit locum terminum,& dicit,[Insuper autem ex iis quæ B accidunt,]id est, ex prędicatis accidētibus,[& ex iis] subiectis,[quibus hęc accidunt, considerādū.] & primo exponit,quæ subiecta sunt eadem,& dicit ea subiecta esse eadem,quæ ita se habēt,vt[quæcunque alteri eorum accidūt,& alteri oporteat accidere,]hoc pacto,homo & terrigena sunt eadem. Nam quæcunque accidunt terrigenæ, accidunt homini . accidunt autem terrigenæ grāmaticum,album & id genus,eadem & homini accidere oportet.ergo terrigena & homo eadē sunt.Deinde econuerso exponit quæ prædicata sunt eadem,& dicit ea prædicata esse eadem,quæ ita se habent, vt[quibus & alterum eorum accidit, & alterum eorum oportet accidere.] hoc pacto , candidum & album sunt eadem & vnum prædicatum:quoniam quibus accidit candidum,eis omnibus accidit album.Similiter homo & terrigena sunt eadem,& vnum prædicatum,quoniam Socrati, & Platoni,cæterisq; particularibus hominibus accidit homo,& eisdem omnibus accidit terrigena . ergo sunt eadem , & vnum prædicatum.conuertit locum ad negatiuum,& dicit,[Si autem aliquid horum dissonet, dilucidum quoniam non sunt eadem,] Nam si aliquod accidens vni inest & nō alteri, illa non sunt eadem.vt quoniam mortale inest cœlo , & nō inest homini,ergo homo & cœlum non sunt eadem . ex parte prædicati.quoniam si alterum inest alicui,cui nō inest reliquum, illa non sunt eadem . vt quoniam album inest niui,cui non inest nigrum,ergo album & nigrum non sunt eadem.

LOCVS SEPTIMVS.

C 11 Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti vtraque, sed hoc quidem quale,illud autem quantum,vel ad aliquid significet.

Assignat locum septimum,& dicit, [Videndum autem & si non in vno genere prædicamenti vtraque]fuerint,[sed hoc quidem quale,illud autem quantum,vel ad aliquid significet.]nam si non fuerint in vno genere prædicamenti,non erunt eadem.Et intellexit per genus prædicamenti Alexāder,remotum genus.vt quoniam scientia est ad aliquid , & virtus est in quali,ideo non sunt eædem. Insuper quoniam numerus est in quanto,scientia autem significat ad aliquid, ideo non sunt eædem. non tamen locus conuertitur ad affirmatiuum,non enim si aliqua fuerint in eodem genere prædicamenti,oportet esse eadem.

LOCVS OCTAVVS.

12 Rursum si genus vtriusque non idem , sed hoc quidem bonum, illud autem malum : aut hoc quidem virtus, illud autem scientia.

Octauum locum assignat,& dicit,[Rursus si genus vtriusque non idem,sed hoc quidem bonū, illud autem malum:aut hoc quidem virtus,illud autem scientia.]Nam si genus vtriusque non fuerit idem,nec ipsa erunt eadem.¶Sed dices hunc locum coincidere cum proximo loco.Alexander asse-D rit locum præcedentem esse de genere prædicamenti,quod est generalissimum: hunc autem esse de loco proximo.Nam bonum & malum sunt in eodem genere prædicamenti, non autem sunt in eodem genere proximo,imo ipsa sunt sub qualitate duo proxima genera,in quorum vno est liberalitas & in alio est auaritia. & per scientiam,hic intellexit habitum,& non relationem,vt in loco præcedenti accepit.Aut dici potest in loco præcedenti loquutum esse de genere prędicamenti , hic autem de genere moris.

LOCVS NONVS.

13 Aut si genus quidem idem,differentiæ autem non eædem de vtroque prædicātur:sed de hoc quidem,quoniam cōtemplatiua scientia: de illo autem,quoniam actiua.Similiter autem & in aliis.

Assignat locum nonum, & dicit, [Aut si genus quidē] scilicet proximum [idem : differentiæ autē non eædem de vtroque prædicantur. sed hoc quidem] scilicet de geometria, [quoniam contemplatiua scientia: de illo autem] scilicet de morali, [quoniam actiua. similiter autem & in aliis.] Nam si differentiæ non fuerint eædem, neque ea de quibus prædicantur, erunt eadem.

LOCVS DECIMVS.

14 Insuper autem ex magis, si hoc quidem suscipit magis, illud autem non. Aut si ambo suscipiunt quidem, non simul autem. Vt qui magis amat, non magis concupiscit Venerem. quare non idem amor, & cócupiscentia Veneris.

Decimum locum assignat, & dicit, [Insuper autem ex magis.] hic est locus terminus. Deinde assignat locum propositionem, & dicit, [si] duo fuerint, quorum [hoc quidem suscipit magis, illud autem non suscipit magis,] hæc non sunt eadem. huius exemplum assignat Alexander, nam per hunc locum, modestia & abstinentia non sunt eædem. siquidem abstinere est magis & minus. F modestum vero esse, haud quaquam. Addit Aristoteles quasi alium locum propositionem, & dicit, [Aut si ambo suscipiunt quidem, non simul autem.] Huius secundi loci assignat exemplum, & dicit, [Vt qui magis amat, non magis concupiscit Venerem.] Amor enim & Veneris concupiscentia, suscipiunt magis & minus. Possumus enim magis & minus amare : similiter & Venerem concupiscere magis, & minus. Sed quia qui magis amat, minus Venerem concupiscit, hac ratione [non idem amor est & concupiscentia Veneris.] Quidam, vt Albertus, & qui eum sequuntur, per amorem, amorem amicitiæ intellexerunt: & per concupiscentiam Veneris, amorem venereum. modo stat aliquē magis amare Socratem amore amicitiæ, cum quo nullo pacto Venerem concupiscit. Sed hæc expositio græca verba non sapit, nam Aristoteles in verbis suis græcis per amorem, flagitiosum amorem intelligit, dicit enim καθάπερ ὁ μᾶλλον ἐρῶν, modo eron per ω id est, qui amore flagitioso amat, per ο qui amat amore honesto. nam ἔρος amorem in bonam partem, ἔρως flagitiosum amorem significat. Et quod ita intelligendum sit, poeta non ignorauit, qui cum sua puella esset nupta, dixit, cogit amare magis, sed bene velle minus. Nam ante amatæ puellæ nuptias eam amore beneuolentiæ amabat, nihil ei volendo, nisi quæ essent animi bona, inter quę maxime bona erant pudicitia, mode- G stia, continentia, & cætera bona, quæ puellis sunt vere bona. Item volebat ei bona corporis, sanitatē, robur, & formam. Insuper & bona fortunæ, vt diuitias, honores, magistratus, & id genus. hæc amatę puellæ volebat ante nuptias, & sic beneuolebat magis, & minus amabat : quoniam minus desiderabat frui suæ amatæ pulchritudine. Post q̄ vero nupta esset, cum eum reliquerat, amabat eam magis amore flagitioso, desiderando frui sua pulchritudine magis cum flagitiis. sed minus bene volebat, quia non amplius eam esse pudicam, modestam, continentem desiderabat, fortasse, quia desiderabat cum flagitiis frui amatæ pulchritudine, quę fruitio erat suę puellę maximum malorū, cū per amorē eiusmodi videtur deturpari atq; deformari pudicitia amatæ. Quare beneuolētia & amor differūt apud poetam. Ergo Aristo. per eum qui magis amat, non intelligit eum, qui magis amat amore amicitiæ, cum amor amicitię semper sit in bonā partem. ipse vero intelligit eū, qui magis amat amore flagitioso, qm̄ scripsit verbū ἐρῶν, per ω. Propterea est quæstio non parua, quoniam modo aliquis possit amare amatam magis amore flagitioso, & minus cum ea concupiscere Venerem. Sed dicendum hoc exemplum Platonis esse, qui voluit amorem, etiam cupidineum, nihil aliud esse, quam desiderium fruendæ pulchritudinis. Quod quomodo sit intelligendum, satis in eo libro quem de pulchro scripsimus, declarauimus. modo quis potest magis desiderare fruitionem pulchri, & minus Venerem concupiscere. H differt enim frui & vti. qui enim concupiscit Venerem, desiderat vti amata ad Venereos actus: qui amat, desiderat frui amata, non ad Venereos actus, sed ad eos actus, in quibus fruitio consistit, sunt autem actus in quibus fruitio consistit, apud Platonem, aspectus, quo amata fruimur per visum, & colloquium, quo ea fruimur per auditum. vtrum vero per cęteros sensus, ex eo libro diligenter cognoscitur. Potest igitur aliquis amare desiderio fruitionis, qui minus concupiscit Venerem. ¶ Nos hoc ita esse testamur, nam ardenter Quintiam amamus, cum qua Venerem nec cōcupiscimus, nec desideramus. imo si ad Venerem deueniremus, fortasse eam odio haberemus. Verum de iis in libro de pulchro.

LOCVS VNDECIMVS.

15 Insuper ex appositione, si eidem vtrunque appositum, non facit idem.

Locum vndecimum assignat, & primo locum terminum. & dicit, [Insuper ex appositione] subaudi est alius locus. deinde ponit locum propositionem, & dicit, [Si eidem vtrunque appositum] id est

A si alicui vni & eidem, apponantur duo, quæ & vtrunque illorum, [non faciunt] illud, cui apponuntur, [idem .] ea quæ apponuntur, non sunt eadem. Hac ratione fortitudo, & liberalitas, non sunt eædem. Nam si virtuti primo addatur fortitudo, & postea liberalitas non idem sed duo diuersa fiunt, quorum primum est virtus & fortitudo. secundum autem virtus & liberalitas. modo aggregatum ex virtute & liberalitate, & aggregatum ex virtitute & fortitudine sunt diuersa tota. ergo liberalitas & fortitudo non sunt eædem. Eodem modo si Socrati apponantur grammatica, & musica, quia non est idem simpliciter Socrates grammaticus, & Socrates musicus, ideo grammatica & musica non sunt eædem.

LOCVS DVODECIMVS.

16 Aut si eodem ab vtroque sublato, quod relinquitur est alterum. Vt si duplum dimidii, & multiplum dimidii idem dixerit esse. sublato enim ab vtroque dimidio, reliqua idem oporteret indicare. non indicant autem. nam duplum & multiplum non eadem significant.

B Assignat locum duodecimum, & dicit, [Aut si eodem ab vtroque] id est ab ambobus [sublato, quod relinquitur, est alterum] id est ea quæ relinquuntur, non sunt eadem. Nam si ita fuerit, illa quæ reliquuntur, non erunt eadem. assignat exemplum, & dicit, [Vt si duplum dimidii, & multiplum dimidii] aliquis [dixerit idem esse. sublato enim dimidio] ipso [ab vtroque, reliqua idem oporteret indicare, sed non indicant] idem. [nam duplum & multiplum non eadem significant.] nam multiplum genus, duplum species est. ergo non sunt eadem, & hæc sunt, quæ relinquuntur. Præterea dempto Socrate a grammatica & musica, grammatica & musica non remanēt eædem, ergo grammatica & musica non sunt eædem.

LOCVS DECIMVSTERTIVS

17 Considerandum autem non solum si iam aliquid accidit impossibile per positionem, sed & si possibile sit ex suppositione existere. quēadmodum iis, qui vacuum & plenum aere, idem dicunt esse. Nam manifestum, quoniam si exeat aer, vacuum quidem non minus, sed magis erit. Plenum autem aere non erit amplius. Quare supposito aliquo, siue
C vero siue falso (nihil enim refert) si alterum interimitur, alterum autem non, profecto non idem sunt.

Pro intellectu huius loci secundū Alex. considerādū est, ex aliqua positione cōcessa, aliquando sequi falsum impossibile, aliquando falsum possibile. exemplū primi, cōcesso ꝙ liberalitas & prodigalitas idem sint, ex hac positione concessa, sequetur vitium & virtutem eadem esse: quod est falsum impossibile. Exemplum secundi. posito ꝙ Niphus sit Romę, sequitur Niphum non esse Suessæ: hoc autem falsum est, nam Niphus, dum hæc scribit, est Suessæ, est tamen possibile, quoniā ad mensem erit Romæ. ergo ex positione aliquando falsum impossibile, aliquando falsum possibile sequitur. Tunc erit locus, si fuerint duo, quorum alterum interimitur aliqua concessa suppositione, alterum eorum remanet eadem suppositione etiam concessa, hæc duo non sunt eadē. dicit, [Considerandum autem non solum si iam aliquid] scilicet falsum [accidit impossible per positionem,] quæ conceditur, [sed & si] accidit [ex suppositione] falsum quod [sit possibille existere,] ex suppositione enim aliqua data, sequi potest falsum quod impossibile est esse, & falsum quod possibile est esse. Deinde per exemplum exponit locum. postea ibi [quare] assignat locum. De prima parte dicit. [quemadmodum iis] Philosophis accidit, [qui vacuum & plenum aere, idem esse dicunt,] ꝙ autem vacuum & plenum nō sint
D idem, probat accipiendo hypothesim, & dicit, [Nam manifestum. quoniam si exeat aer,] & omnino destruatur, hæc enim est positio [vacuum quidem non minus, sed magis erit,] quare sublato aere, vacuum manet, [plenum autem aere non erit amplius.] ergo vacuum, & plenum aere nō sunt eadē: eo quia concessa eadem suppositione, alterum manet, alterum destruitur. Tunc assignat locum, & dicit, [Quare supposito aliquo siue vero, siue falso,] & subaudi siue possibili, siue impossibili, [(nihil enī refert)] quantum ad propositum nostrum si [alterum interimitur alterum autem non, profecto non idem sunt.] hic est locus propositio. ¶ Quod vero ad exemplum attinet, veteres qui solum ex sensibus exterioribus philosophati sunt, dixerunt vacuum, & plenum aere idem. quoniam nec vacuum, nec plenum aere, sensibus nostris subiicitur. hos autem quarto physicæ auscultationis, ex motibus refutauit, hic vero per hunc locum.

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

18 Vniuersaliter autem loquẽdo, ex iis quæ quouis modo de vtroque prędicãtur, & de quibus hæc ipsa prædicantur, considerandum, si alicubi dissonẽt. Nam quæcũque de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet: & de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet.

Circa locum hũc Arist. sic procedit, quia primo assignat locum terminũ. secundo ibi, [Considerandum] assignat locum propositionem. de prima parte dicit, [Vniuersaliter autem loquendo, ex iis] scilicet prædicatis [quæ quouis modo de vtroque] id est, de vtrisque, de quibus quæritur vtrũ sint eadem, an non sint eadem [prædicantur,] vt si quæreretur vtrum album & lucidum sint eadem. [& de quibus hæc ipsa pdicantur] id est, de quibus subiectis albũ & lucidũ pdicantur, [cõsiderãdũ] quasi dicat, sit quæsitum vtrũ album & lucidum sint eadem. præcipit considerare ea, quæ prædicantur de albo & lucido, & ea de quibus prædicantur album, & lucidum, & dicit, [considerandum] dico hæc esse, [si alicubi dissonent] scilicet vel in prædicatis, quæ de ipsis prædicantur: vel in subiectis, de quibus ipsa prædicantur. Nam si dissonãt alicubi, hoc est, in prædicatis vel subiectis, hæc non sunt eadem. vnde quia album & lucidum differunt in subiectis, nam lucidum prædicatur de stellis, de quib⁹ non prædicatur album, ideo album & lucidum non sunt eadem. Et quia homo & cœlum differunt in prædicatis, nam de cœlo prædicatur immortale, de homine autem mortale, ideo cœlum, & homo non sunt eadẽ. [nã] (vt inquit) [quæcũq;] scilicet prædicata [de altero prædicãtur, & de altero pdicari oportet,] si fuerint vtraque eadem. [& de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet.] propter hanc causam, homo & terrigena eadem sunt. nam quęcunque de homine prædicantur, etiam de terrigena prædicantur: & de quibus homo prędicatur, de his omnibus prędicatur terrigena. ¶Sed dubitat Alexander. nam videtur hic locus coincidere cum loco sexto, qui ab accidentibus assignatus est. ¶Sed non penitus hic locus idem est cum illo. nam hic est magis vniuersalis, siquidem ille ex solis accidentibus, hic autem ex iis, positis quę quomodolibet insunt, accipitur. Non enim omne quod alicui inest, accidens est· cum & animal & substantia Socrati insint, quę non sunt accidentia. Hoc ita esse Aristo. significauit, cum dixit, [Vniuersaliter autem loquendo] nam in loco sexto, particulariter in accidentibus loquutus est. Hic autem locum accipit ex iis, quę quouis modo de vtroque prędicantur, siue accidentia, siue substantię sint.

LOCVS DECIMVSQVINTVS.

19 Insuper cum multifariam idem dicatur, considerandum si secundum aliquem alium modum eadem sunt. Nam specie vel genere eadẽ, non necesse est numero eadem esse. Consideremus itaque vtrum sic eadem, an non sic.

Assignat locum decimumquintum, & dicit, [Cum multifariam idem dicatur,] quoniam eadem genere, & eadem specie, & eadem numero: propriissime eadem sunt, quę numero sunt eadem. cum inquam multifariam idem dicatur, [considerandum, si secundum aliquem alium modum eadem sunt,] vt vtrum numerus & superficies sint solum eadem numero, an etiam genere vel specie eadem. [Nã specie vel genere eadem, non necesse est numero esse eadẽ.] Numerus enim & superficies eadẽ sunt genere quanti non tamen numero eadem sunt, cum non sint definitione eadem. ideo cõcludit, [Consideremus itaque vtrum sic] scilicet numero [eadem] sint, [an non sic] scilicet numero sint eadem. Dictũ est enim supra, quęcunque sunt eadem numero, esse eadem specie, & genere: non autem conuerti.

LOCVS DECIMVSSEXTVS.

20 Insuper si potest alterum sine altero esse, non enim erit idem. Qui igitur ad idem loci, tot dicuntur.

Assignat locũ decimũsextũ, & dicit, [Insuper si potest alterum sine altero esse,] hęc nõ erunt eadẽ [non enim erit idem.] tunc epilogat, & dicit, [Qui igitur ad idem loci] sunt, [tot dicuntur.]

21 Palam autem ex iis, quæ dicta sunt, quoniam omnes qui ad idem sunt destructiui loci, & ad terminum vtiles sunt, vt prius dictum est. Nam si non idem indicent & nomen & oratio, manifestum quoniã non erit definitio, assignata oratio. Constructiuorum aũt locorũ nullus

A vtilis ad terminũ. Non enim sufficit considerare idem, quod sub oratione & nomine est, ad construendũ, quoniam definitio. Sed & alia oportet omnia habere, quæ præcepta sunt, definitionem. interimere igitur definitionem sic, & per hæc, semper tentandum.

Cum asignasset destructiua loca de eodẽ, nunc asignat vtilitatem eorum. & dicit, [Palã autem ex ijs quæ dicta sunt, quoniã omnes, qui ad idẽ] destruẽdũ [destructiui loci sunt, & ad terminum] subaudi destruendũ [vtiles sunt, vt prius dictum est,] assignat causam, & dicit. [Nam si nõ idem indicent & nomẽ] scilicet rei, quę definitur, [& oratio] scilicet definitio, hoc est si definitũ & definitio nõ fuerint idem numero, vel non significauerint idem numero, [manifestũ, quoniã asignata oratio, nõ erit definitio.] ergo locis, quibus destruũtur eadẽ, destruitur definitio. Deinde exponit quo modo loci constructiui nõ sint vtiles, & dicit, [Constructiuorũ autẽ locorũ,] quibus cõstruitur aliqua esse idẽ, [nullus vtilis est ad terminũ] scilicet construendũ. Cuius causam asignat, & dicit, [Non enim sufficit considerare idẽ quod sub nomine & oratione est ad cõstruendũ, quoniã] videlicet asignatus terminus est [definitio.] non enim valet hoc est idem alicui, ergo hoc est definitio illius. Nã aliquis est sibi ipsi maxime idem, & tamẽ nõ est sibi ipsi definitio. [Sed oportet definitionẽ omnia alia habere, quæ præcepta sunt] scilicet libro sexto, vt ꝙ definitio genus rei significet, & differentias, quibus differat ab alijs eiusdẽ generis, & nihil superflui cõtineat, nihilque diminuti, & ꝙ ex prioribꝰ & notioribꝰ, & ex quot alijs de definitione sexto lib. determinata sunt. ergo cõstructiui loci eiusdem, non sunt constructiui loci definitionis. Tũc quasi epilogãdo dicit, [Interimere igitur definitionem sic] scilicet per loca assignata in sexto. [& per hęc] scilicet quæ sunt ad destruẽdũ idem in hoc lib. 7. [semper tentandum.]

B

22 Si autem cõstruere volumus, primum quidem scire oportet, quoniã nullus aut pauci disputantiũ, terminum syllogismo colligũt, sed omnes principiũ quod tale est, accipiũt: vt qui circa geometriã, & numeros, & alias huiusmodi disciplinas. Deinde, quoniã exacte quidẽ alterius est negotii assignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet, nũc C autem quãtũ sufficit ad pręsentẽ vtilitatẽ, tantũ solũ dicẽdũ, quoniã possibile est fieri definitiõis, & eius quod est quod quid erat esse, syllogismũ.

Antequã assignet loca cõstructiua definitionis, asignat modum, quo possumus syllogizare definitionem: & antequã hoc exequatur, reducit ad memoriã quædam, quæ alijs locis sunt diligenter determinata. & asignat primum, & dicit, [Si autem construere volumus] scilicet definitionem, [primum quidem scire oportet, quoniam nullus, aut pauci disputantiũ, terminum syllogismo colligunt] nec demonstratione syllogizant, [sed omnes principium quod tale est, accipiunt.] nam definitionem fere omnes tanquã principium indemonstrabile accipiunt, aut quia definitio non potest per syllogismum, vel demonstrationem cõstrui, vel quia nõ facile, vel quia non est necesse. [vt qui circa geometriam, & numeros] id est, & qui circa arithmeticã, [& alias huiusmodi disciplinas.] geometra enim tanquã principiũ accipit definitionem lineæ, & puncti, & superficiei: arithmeticus definitionem numeri. his enim vtũtur, vt in demonstrabilibus. Deinde reducit ad memoriã aliud, scilicet, quod licet definitio non posit exacte atque demonstratiue syllogizari, potest tamẽ probabiliter & persuasiue per syllogismum probari. & dicit, [Deinde, quoniã exacte quidẽ alterius est negotij asignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet] id est, quomodo definitio per syllogismum colligi potest, dixit [alterius negotij] (vt Alexan. exponit) quoniam non est dialecticę, sed primæ philosophiæ. [nunc autem quantũ sufficit ad præsentem vtilitatẽ, tantũ solum dicendum, quoniam posibile est fieri definitionis, & eius, quod est quod quid erat esse, syllogismũ] id est, quoniã posibile est per syllogismũ syllogizari, quoniã definitio est, nõ autem per demonstrationem. quoniam (vt secũdo Posteriorũ demõstrauit) definitionis nõ est demonstratio, dialectice vero, & persuasiue, syllogismo definitionem syllogizari posibile est, vt hic dicit.

D

23 Nã si terminus est oratio, quę quod quid erat esse significat, & oportet ea quæ in termino prædicantur, in eo quod quid est de re sola prędicari, prædicantur aut sola in eo quod quid est genera & differentiæ, manifestum quoniam si quis sumat ea, quæ solũ de re in eo quod quid

C

est prædicari oportet, quòd oratio hoc habens, terminus ex necessitate erit. Non enim contingit aliud esse terminum. quoniam nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur. Quòd igitur possibile sit ex termino syllogismum fieri, manifestum. E

Nunc Aristoteles docet syllogizare dialectico omnem definitionem de definito. Et primo supponit, omnem orationem, quæ genus continet & differentiam rei, esse illius definitionem. hoc enim supponi debet in omni syllogismo, per quem probatur aliqua oratio quòd sit alicui definitio. Vt sit voluero, probare animal rationale mortale esse hominis definitionẽ, sic syllogizabo, omnis oratio, quæ continet genus & differentiã rei, est illius definitio. Hæc oratio animal rationale mortale cõtinet genus, & differẽtias hominis, ergo hæc oratio animal rationale mortale est hominis definitio. Illud autem quod supponitur ad syllogizandũ vnamquãq; definitionẽ de suo definito, Aristo. probat per definitionem definitionis, hoc pacto, omnis oratio significãs quod quid erat esse rei, est illius definitio. Omnis oratio, quæ genus & differentiã cõtinet, significat quod quid erat esse rei. ergo omnis oratio, quæ genus & differẽtiã continet, est rei definitio. In omni ergo syllogismo supponendum est orationem, quę genus rei & differentiã cõtinet, esse definitionẽ, quod licet tanquã principiũ indemõstrabile habendum sit, tamẽ probabiliter ex definitione definitionis Aristo. hoc probat, nõ tamẽ absq; obscuritate sunt verba Aristo. dicit enim [nã si terminus est oratio, quæ quod erat esse significat, subaudiendum, sed oratio continens genus & differentias est oratio, quæ significat quod quid erat esse. ergo oratio, quæ continet genus & differẽtias, est terminus & definitio. Hæc est suppositio. addit Arist. ad maiorem clarificationem huius alia quędam, quæ ad syllogismũ hunc inutilia sunt, sed vult declarare primo genus & differẽtiã esse in oratione definitiua, & dicit, [&] subaudi si [oportet ea, quæ in termino prædicantur]. s. definitio, [in eo quod quid est de re sola prędicari: prędicantur autem sola in eo quod quid est, genera & differẽtiæ] genus quidem in quid, differentia autem in quale quid. ergo subaudi genus & differentia in ipso termino prædicantur de re, quæ definitur. vnde syllogismus est, Qui prædicantur in quid de definito, prędicantur in termino tanquam illius partes, genus & differentia sola prædicantur in quid, ergo genus & differentia prædicãtur in termino, vt illius partes. Istud, quod nunc probauit, non est ad suppositionem nostram, sed ad maiorẽ declarationẽ. Ex ijs cõcludit, [manifestũ, quoniã si quis sumat ea, quæ solũ de re in eo quod quid est, prædicari oportet, ꝙ oratio hoc habens, est definitio: nã definitio est oratio qđ quid erat esse significãs. probat hoc, & dicit. [Nõ enim cõtingit aliud esse terminũ. quoniã nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur,] quàm subaudi oratio cõtinens genus & differentiã, quæ sola de definito prædicantur in quid. Tũc epilogat, & dicit, [Quòd igitur possibile sit ex termino] definitionis [syllogismũ fieri] de finitione [manifestũ.] Ad omnes ergo definitiones syllogizãdas, supponẽdũ est orationem, quę cõtinet genus, & differentiã, esse definitionẽ illi⁹, cuius genus & differentia sunt. Per hãc enim de vnoquoq; syllogizari potest sua definitio, vt de homine quod sit animal rationale, & de cæteris eodẽ modo. Verũ (vt Alex. dicit) hic syllogismus probabilis est, & non exactus, quia per huiusmodi syllogismum non magis possumus probare animal rationale esse definitionem hominis, quàm rationale animal. Insuper per hunc syllogismũ nõ possumus syllogizare definitionem de definito, quæ continet duas, vel tres differentias magis quàm quæ continet genus, & vnam differentiam, tamen syllogismus hic post inuestigationem omnium partium definitionis iuuat ad probabiliter syllogizandum totum aggregatum ex illis esse definitionem, & hoc dialecticæ esse solum. F G

PRIMVS LOCVS CONSTVRCTIVVS DEFINITIONIS. H

24 Ex quibus autem oportet construere, determinatum quidem est in aliis diligentius. Ad propositam autem doctrinam iidem loci vtiles. Inspiciendum enim in contrariis & in aliis oppositis: & totas orationes, & secundum partem considerati. Nam si opposita oppositæ: & eã (quæ dicta est) propositi necesse est esse.

Cum docuisset syllogizare definitionem de definito, non quasi se excusans dicit, [Ex quibus autem oportet construere] vtrũ scilicet ex syllogismis demõstratiuis, (vt exponit Alexã.) an ex syllogismis dialecticis, atque persuasiuis, [determinatum quidem est in alijs diligentius.] scilicet secundo libro Posteriorum. vbi dictum est per demonstrationem syllogizari non posse definitionem de definito sine petitione principij, dialectice autem fieri posset. [Ad pro-

A positam autem doctrinam] scilicet in qua intendimus construere definitionem de definito, [ijdem loci,] scilicet qui dicti sunt proximo libro [vtiles sunt. ¶ In proximo enim libro tradidit Aristotel.destructiua loca definitionum ex coniugatis,& ex alijs:hæc autem loca communia sunt ad omninm problematum constructionem,& destructionem. Cõstructionem quidem, quoniam & accidens ex contrarijs construi potest, & genus,& proprium . Si enim contrarium contrario accidit, & proposito eodem modo.& si contrarij contrarium genus,aut proprium, & propositi similiter . Et in coniugatis , & alijs , quæ narrat , simili ratione . Ad destructionem vero,ex proposito libro patet.Communia enim loca omnibus generibus problematũ sunt & ad destructionem,& constructionem,& quæ ex oppositis,& quæ ex casibus , & coniugatis, & alia,quæ ipse dicet.propterea dicit,[Inspiciendum enim in contrarijs, & in alijs oppositis , consideranti]construere[& totas orationes,&]orationes quæ sunt [secundum partem.] Hæc cum proposuisset,assignat primum locum constructiuum totius definitionis ab oppositis , qui talis est,data aliqua definitione tota alicuius speciei,cõsiderandum si opposita definitio sit oppositæ speciei:quia si sic,& proposita definitio erit propositæ speciei.vt si assignata luminis definitio sit præsentia lucis,tenebræ definitio erit absentia lucis.

B 25 Quoniam autem contrariorum plures complexiones sunt , sumenda est ex contrariis qualiscunque maxime apparebit cõtraria definitio, totas igitur definitiones(vt dictum est)considerandum.

Cum docuisset accipere contrarij definitionem,vt concludamus definitionẽ propositæ speciei,quoniam contrarium aliquando habet plures definitiones,docet eam quæ est sumenda . & dicit,[Quoniam autem cõtrariorum plures complexiones sunt]id est,plures definitiones complexæ,[definitio,]quæ [ex cõtrarijs est,sumenda est qualiscũque apparebit maxime] id est,qualiscunque videbitur notior.verbi gratia.effectiuum boni habet duas complexiones contrarias, videlicet corruptiuum boni,& effectiuum mali.similiter,amicis bene facere habet multas complexiones cõtrarias.vult igitur eam complexionem cõtrariã esse sumẽdam,quæ notior est.propterea dicit,[totas igitur definitiones(vt dictum est) scilicet a notiore[considerandum.] nam semper doctrina incipit a notiore.De complexionibus contrariorum libro secundo dictum est.

LOCVS SECVNDVS.

C 26 Secundum partem autem,hoc pacto.primũ quidẽ,quoniã assignatum genus recte assignatum est.nam si contrarium in contrario, & propositũ nõ est in eodẽ, manifestum quoniã in cõtrario erit. quoniã necesse contraria in eodem genere,vel in contrariis generibus esse.

Nunc ostendit quo modo definitio cõstrui potest quo ad partes.& cum partes definitionis sint genus,& differentia,ostendit quo modo genus primum cõstruemus.& dicit,[Secũdũ partem autem,hoc pacto]subaudi construemus definitionem,[primũ quidem,quoniã assignatũ genus recte assignatũ est,]deinde quoniã differẽtia.Quod genus quidem recte assignatum sit demõstrabimus à cõtrario.[Nã(vt inquit)si cõtrarium],ꝓpositę speciei,est[in contrario]genere, [& ꝓpositũ].s.& ꝓposita species[non est in eodẽ,]in quo videlicet erat eius cõtrarium[manifestũ quoniã in cõtrario erit. quoniã necesse est cõtraria in eodẽ genere,] vt si cõtraria fuerint naturalia,[vel in cõtrarijs generib⁹ esse]si fuerint cõtraria moralia.Vnde hic locus potest resolui ad duo loca,quorũ primus erit naturaliũ,hoc pacto,si cõtrariũ propositę speciei est in cõtrario,proposita species est in eodẽ,vt si albũ est in colore,nigrũ erit in colore.Secũdus loc⁹ est
D moraliũ,hoc pacto,si cõtrariũ ꝓpositæ speciei est in cõtrario,ꝓposita species erit in cõtrario, vt si iustitia accipiatur esse in virtute,vt in genere, iniustitia erit in vitio.Nã cõtrariæ species in moralib⁹,sunt in cõtrarijs generib⁹,vt iustitia in virtute:in vitio autẽ iniustitia est.¶ Sed dices, in ꝑdicamẽtis dixit necesse esse cõtraria aut in eodẽ genere esse , vel in cõtrarijs generib⁹, vel ipsa esse genera contrariorũ.at hic nõ addit,vel ipsa esse genera cõtrariorũ.Ad hoc recte Alex.dicit Arist.hoc nõ addidisse,quoniã ad propositũ nullo pacto est vtile.non enim quærimus nũc cuius vel quorũ gen⁹ est ꝓposita species,sed in quo genere ipsa sit.Quare Arist.illud prętermisit.

LOCVS TERTIVS.

27 Et differentias quidem contrarias de contrariis arbitramur prædicari,vt de albo & nigro.Nam illud quidem disgregatiuum,hoc autem cõgregatiuum visus est.Quare si de contrario cõtrariæ prædicãtur,de proposito , quæ assignatæ sunt,prædicabuntur.Quapropter cum & genus

& differentię recte assignatæ sunt, manifestum, quoniam definitio erit E
quæ assignata est.

Nunc assignat locum, quo construemus differentiam, qui talis est, si de altero contrario prædicatur contraria differentia, proposita differentia, quæ est illi differentiæ contraria, prædicabitur de proposita specie, quæ est illi contrario opposita. Circa hunc locũ tria facit, primo assignat rationẽ loci, secũda ibi [Quare si de cõtrario] colligit locũ. Tertia ibi. [Quapropter cũ & genus,] docet assignare totã definitionem, ex recta partium assignatione. Quantum ad primam partem, dicit, [Et differentias quidem contrarias de contrarijs] scilicet speciebus [arbitramur prædicari. vt de albo & nigro,] quæ contrariæ species sunt. [Nam illud quidem] scilicet album [disgregatiuum: hoc autem] scilicet nigrũ [congregatiuum visus est.] Tũc colligit locũ, & dicit, [Quare si de cõtrario] speciei propositæ differẽtiæ [contrariæ prædicãtur, de proposito] propositaq; specie, differentiæ [quæ assignatæ sunt] illis contrariæ, [prædicabuntur,] vt si iustitiæ pro differẽtia assignatũ sit hoc, videlicet æqualitatis distributiuũ, cõsiderandũ est si iniustitiæ, quæ est iustitiæ cõtraria, conueniet contraria differentia, videlicet distributiuum inæqualitatis. Nã si cõuenit, differẽtia assignata est bene assignata, de proposita specie. Ex his cõcludit totã definitionẽ esse bene assignatã, cũ partes definitionis bene fuerint assignatæ. & dicit, [Quapropter cum & genus, & differentiæ recte assignatæ sunt, manifestum, quoniam definitio, quæ assignata est, erit] recte scilicet assignata. F

28 An non necessarium est de contrariis cõtrarias differẽtias prædicari, nisi in eodẽ genere sint contraria? Quorum autem genera sunt cõtraria, nihil prohibet eandem differentiã de vtrisque dici, vt de iustitia, & iniustitia. Nã illa quidem virtus, hæc autem vitium animæ est. quare id animæ differentia de vtrisque dicitur. quoniã & corporis est virtus, & vitium. Id tamẽ verum est, quòd contrariorũ aut contrariæ, aut & eædẽ differentiæ sint. Quare si de contrario contraria prædicatur, de hoc autem non, manifestum, quoniam quæ dicta est, de hoc prædicabitur. G

Cõtra ea quæ dixit Aristo. facit instãtiã. & per illud verbũ an, quod Græce est ἤ, notã obiectiõis intelligit, & dicit, [An nõ necessariũ est de cõtrarijs]. s. speciebus [cõtrarias differẽtias prędicari, nisi in eodẽ genere sint cõtraria?] Nã (vt Alexã. exponit) necesse est specificas differẽtias cõtrarias esse aut omnes, aut quasdã. Omnes quidẽ vt in graui & leui, siquidẽ genus quidẽ corpus est: differẽtię vero, grauis quidẽ, crassum, & deorsum ferri. Leuis autẽ, tenue, ac sursum ferri. Quasdã autẽ quoniã ipsius grauis differẽtia est secũdũ naturã deorsum ferri: leuis autẽ secundũ naturã sursum ferri. vbi patet ipsum secũdũ naturã cõmunẽ differẽtiã esse. nõ ergo eorũ omnes differẽtiæ sunt cõtrariæ. Deinde exponit quales differẽtiæ sint cõtrariorum generum, & dicit, [Quorũ autẽ genera sunt cõtraria, nihil prohibet eandẽ differẽtiã de vtrisque dici,] & sic cõmunẽ habere possunt differẽtiã. & ꝙ hoc ita se habeat, ostẽdit exẽplo, & dicit, [vt de iustitia, & iniustitia,] quę sunt sub cõtrarijs generibus. [Nã illa quidẽ] scilicet iustitia [virtus] & in genere virtutis est, [hęc autẽ] scilicet iniustitia, [vitiũ animæ est,] & in genere vitij, [quare id animę differẽtia de vtrisque dicitur] atq; vtrisq; cõmunis. Anima enim vtrisque cõmunis differentia est, quippe cũ iustitia virtus animæ est, & iniustitia vitiũ animæ. Est autẽ differẽtia, quoniã separat habitus animæ ab habitibus corporis, qui etiã sunt virtus & vitiũ. nã sanitas & robur, virtutes corporis sunt, morbus, & imbecillitas vitia: & sic iustitia & iniustitia in cõtrarijs generibus sunt, habẽt tamẽ quãdã cõmunẽ differẽtiã, ꝙ videlicet sint animæ, & nõ corporis. ergo cũ dictũ est cõtrarias differẽtias de cõtrariis prędicari, solũ intelligẽdũ, cũ in eodẽ genere sint contraria. nõ aũt, cũ fuerint in cõtrarijs generibus. Cõcludit tamẽ locũ quomodocũq; fuerit, instãtia, & dicit, [Quare si de cõtrario prędicatur cõtraria] differẽtia, [de hoc autẽ] cõtrario [nõ] prędicatur assignata differẽtia de proposita specie, [manifestũ quoniã quæ dicta] & assignata differentia [est, de hac] proposita specie [prędicabitur,] erit ergo locus, si de cõtrario prædicatur cõtraria differẽtia, de quo nõ prędicatur assignata, erit assignata differentia propositæ speciei. H

29 Vniuersaliter autẽ dicẽdo, si definitio est ex genere & differẽtiis, si sit cõtrarii definitio manifesta, & quę propositi definitio, manifesta erit. Quoniã vero cõtrariũ vel in eodẽ genere, vel in cõtrario, similiter autẽ

A & differentiæ,aut cõtrariæ de contrariis,aut eædẽ prædicãtur. manifeſtum quoniã de propoſito,aut idẽ genus prędicabitur, quod & de contrario. Differẽtiæ autẽ cõtrariæ vel omnes,vel aliquæ,reliquæ autẽ eędẽ: aut contra,differẽtiæ quidẽ eædem,genera autẽ cõtraria:aut ambo contraria genera,& differẽtię. Eadem enim eſſe ambo non contingit. Si autem ſecus, definitio eadem contrariorum erit.

Hic ex dictis cõcludit,primũ quomodo ſe habeat definitio propoſiti cũ definitione cõtrarij, vt definitio nigri,quod eſt propoſitũ,cuius definitionẽ quærimus,cũ definitione albi, quod eſt contrariũ propoſito.dico quo modo ſe habeat quãtũ ad eſſe notum,vel ignotum.& dicit,[Vniuerſaliter autẽ dicendo,ſi definitio(vt oſtẽdimus)eſt ex genere & differẽtijs,]dico ꝙ [ſi ſit contrarij definitio manifeſta,& quę propoſiti definitio]eſt[manifeſta erit.] & ſemper per propoſitum intelligit ſpeciem,cuius definitionẽ propoſuimus inueſtigare:per cõtrariũ vero,ſpeciẽ contrariã,cuius definitio ſupponitur,vt propoſitio ex qua inueſtigamus definitionẽ propoſiti. Vt B ſi definitio albi nota fuerit:definitio nigri,quod erat propoſitũ,nota erit. Nã ſi color diſgregatiuus viſus,manifeſta eſt albi definitio , color congregatiuus viſus,manifeſta erit definitio nigri propoſiti.ſecũdũ quod cõcludit,& quo modo propoſitũ, & ſuũ cõtrariũ ſe habeãt ad genus & differẽtias,& primo accipit duo ſuperius declarata,& dicit,[Quoniã vero cõtrariũ,vel in eodẽ genere]eſt cũ propoſito,[vel in cõtrario]genere,ita vt ambo in cõtrarijs generibus ſint,hoc eſt primũ[Similiter autẽ & differẽtię,aut cõtrariæ de cõtrarijs,aut eędẽ prędicãtur.]hoc eſt,aut de propoſito & ſuo cõtrario,differẽtiæ quæ prædicãtur,ſunt cõtrariæ,[aut eędẽ]hoc eſt, ſecundũ hæc duo quæ fuerũt iã declarata.ex his infert ſecũdũ,quo videlicet modo ꝓpoſitũ & ſuũ cõtrariũ ſe habeãt ad genus,&differẽtias.vbi ex parte differẽtiarũ fieri poſſunt quatuor cõiugatiões. nã vel differẽtiæ propoſiti & ſui cõtrarij ſunt cõtrariæ,& genus idẽ:vel differẽtiæ ſunt eædẽ, & genera cõtraria:vel differẽtiæ,& genera ſunt cõtraria:vel differẽtię & genera ſunt eadẽ. vel (vt facit Alexã.)ex pte generis ſic,vel ꝓpoſiti & ſui cõtrarij idẽ eſt genus,differẽtiæ aũt cõtrariæ:aut cõtraria ſunt genera,differẽtiæ eædẽ:aut genera & differẽtiæ cõtrarię:aut genera,& differẽtiæ eadẽ.& hæc cõcludit.& dicit,[Manifeſtũ quoniã de propoſito,aut idem genus prædi- C cabitur,quod & de cõtrario,]ita vt propoſiti,& ſui cõtrarij genus ſit vnũ.[differẽtiæ aũt contrariæ.]addit[vel omnes vel aliquę,reliquæ autem eædẽ,]propter graue & leue,quæ ſunt ſub eodẽ genere,& ſolũ aliquæ differẽtiæ ſunt cõtrariæ(vt ſuperius diximus.) hoc eſt primũ huius exẽplum , albũ & nigrũ:quorũ genus idẽ,differẽtiæ autẽ cõtrariæ.Deinde aſsignat ſecũdũ mẽbrũ,& dicit,[aut]propoſiti & ſui cõtrarij[cõtra differẽtiæ quidẽ eædẽ,genera autẽ contraria] q.d. aut ſecundo modo dici poteſt propoſiti & cõtrariũ eſſe ſub cõtrarijs generibus, & eiſdem differẽtijs.huius exẽplũ eſt iuſtitia & iniuſtitia,quarũ genera,ſcilicet virtus & vitium ſunt,contraria,differentiæ eædem,quia ambæ animæ ſunt.Hoc eſt ſecũdũ mẽbrũ.aſſignat tertiũ, & dicit.[Aut]propoſiti & cõtrarij[ambo cõtraria genera,& differẽtię]huius exẽplũ eſt virtus,& vitium, quorũ genera & differentiæ ſunt contraria.Eſt enim virtus bonum,quod reddit habentẽ perfectum: vitiũ autẽ malum,quod reddit habẽtem imperfectum.hoc eſt tertium mẽbrũ. Quia vero quartum membrũ eſt impoſſibile,dicit,[Eadẽ enim eſſe ambo] ſcilicet genera,& differentias[non contingit:ſi autem ſecus]hoc eſt,ſi autem genera & differentiæ eædem eſſent propoſiti,& ſui cõtrarij,[diffinitio eadem cõtrariorũ erit.]Erit enim eadẽ definitio propoſiti, & ſui D cõtrarij.quoniã eadem oratio ex genere eodem,& differentia eadem:hoc autem abſurdum eſt, ideo quartum membrum eſt impoſſibile.Patet igitur definitiones, tribus tantũ modis eſſe. Hoc erat ſecundum,quod concludere intendebat.

LOCVS QVARTVS.

30 Inſuper ex caſibus,& cõiugatis.neceſſe eſt enim ad genera,genera,& ad terminos,terminos cõſequi. Vt ſi obliuio eſt ſcientiæ amiſſio,& obliuiſci amittere ſciẽtiã erit, & oblitũ eſſe amiſiſſe ſciẽtiã . Vno igitur eorũ quę dicta ſunt,cõceſſo,&reliqua cõcedere neceſſe eſt.Similiter autẽ & ſi corruptio,diſſolutio ſubſtãtię eſt:& corrũpere diſſoluere,ſubſtãtiã erit: & corruptiue,diſſolutiue:& ſi corruptiuũ,diſſolutiuũ ſubſtãtiæ:& corruptio, diſſolutio ſubſtãtię erit. Similiter autẽ & in aliis. quare vno quouis ſumpto,& reliqua omnia concedantur oportet.

locus ad eos,]hoc est contra eos, [qui ponunt ideas esse, vt prius dictum est.] nam datis ideis, E non erit eadem ratio specie, & singularium, quoniam nec ratio singularium competit ideæ, nec ratio ideæ conuenit singularibus. at oportet speciebus, & ijs quorum ipsæ species sunt, rationē vniuocam esse.

LOCVS SEPTIMVS.

35 Insuper si per metaphoram dixit nomen. aut idem de eodem prædicauit vt diuersum. Et siquis alius communis & efficax locorum est, illo vtendum.

Cum dixisset quæ loca sunt vtilia ad definitionum constructionem, meminissetque aliquorum, quibus non solum construere, sed destruere definitionem possumus, nunc assignat loca cōmunia, quæ vtilia sunt ad destruendam definitionem. & duo facit, quia primo hæc loca enumerat, secundo ibi[Et siquis] præcipit etiam hæc loca esse memoriæ mandanda, prompteque habenda, de prima dicit, [Insuper si per metaphoram dixit nomen]aliquod in definitione, quæ assignatur de aliquo, interimenda est illa definitio. vt quod definiens modestiam, dixit modestiam esse consonantiam animæ. nam consonantia proprie in vocibus est, & cordis. Assignat secundum locum, & dicit, [aut] si in definitione [prædicauit idem] cum definito, [vt diuersum,]etiam interimenda est definitio. vt qui definiens hominem dixit, animal rationale mortale terrigenam. nam terrigena, definitio, & homo, qui definitur, idem est: tamen terrigena, vt diuersum ab homine sumptum est. Deinde pręcipit his locis, [& siquis alius communis & efficax locorum est, illo vtendum est.] F

36 Quoniam autem difficilius est construere quàm destruere terminum, ex iis quæ postea dicentur, manifestum. Nam nosse ipsum, & sumere à respondentibus huiusmodi propositiones, non facile est. vt quoniam eorum quæ sunt in assignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia. Et quoniā in eo quod quid est, genus, & differentiæ prædicantur. Sine his vero impossibile est definitionis syllogismū fieri. Nā si quędam etiam alia in eo quod quid est de re prædicantur, incertum est, vtrū neque dicta est, an alia eius definitio est. Quoniam definitio est quod quid erat esse significans. G

Nunc comparat constructionem ad destructionem in indefinitione primo, nam postea (vt videbitur) comparabit eam in cæteris prædicatis. dixit, [Quoniam autem difficilius est construere terminum] scilicet definitionem, [quàm destruere, ex ijs quæ postea dicentur, manifestum.]deinde assignat rationes, & primo primam, & dicit, [nam nosse ipsum] scilicet terminum, [& sumere à respōdentibus huiusmodi propositiones,] quibus terminus construitur, [nō facile est.] verbum[a respondentibus]corrupte legitur in Græcis nostris codicibus, ab interrogantibus. Primo quia Alexander legit à respondentibus, secundo, quia qui venatur definitionem, interrogat. Reddit causam, cur id non sit facile, & dicit, [vt quoniam eorum quæ sunt in assignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia,] non facile est sumere. modo sine his non fit syllogismus definitionis. assignat quasi secundam causam, & dicit, [&]non facile est sumere propositiones]quoniam in eo quod quid est genus, & differentiæ prædicantur] H quæ cognoscere non est facile, [sine his vero](vt inquit.)[impossibile est syllogismum definitionis fieri,]quod videlicet est non demonstratiuus, sed dialecticus. Non enim definitionis syllogismus fieri potest, nisi cognoscantur genus & differentia, & nisi cognoscatur genus & differantiam simul coniuncta prædicari in eo quod quid est. Nam differentia abiuncta à genere prædicatur in quale quid. Immo postquam cognita erunt hæc duo, adhuc construere definitionem est difficile, cuius assignat, & dicit, [nam si quædā etiā alia in eo qđ quid est de re prædicātur, incertū est, vtrū ne quæ dicta est, an alia eius definitio est, quoniam definitio est oratio quod quid erat esse significans]& etiam illa prædicantur in quid. Ergo adhuc incerta est definitio. si est quæ assignata est, an sit oratio ex alijs, quæ prædicantur in quid. prædicantur autem in quid, genus remotū, & differētia remota. est enim homo substātia corporea, & prædicantur in quid genus proximum, & differentia proxima, quia homo est animal rationale mortale. & cum vtræque hæ de homine prædicentur in quid, incertum erit, quæ earum est hominis definitio.

A 37 Manifestũ autem & ex his.nam facilius vnum quàm multa cóclu-dere.vnum enim quodcunque sit,destruentes, interempturi sumus terminum.At construenti,omnia necesse est construere, quoniam insunt, quæ in termino insunt.

¶Asignat secundam rationem, & dicit, [Manifestũ autem & ex his.nam facilius est vnum quàm multa concludere,] qui autẽ destruit,vnum concludit:& qui construit, concludit plura. ergo facilius est destruere quàm construere.Quod autem qui destruit,vnũ concludat,ostendit, & dicit,[vnum enim quodcunque sit,destruentes,interempturi sumus terminũ,] ergo,qui destruit,concludit vnum, scilicet destructionem termini. [at construenti, omnia necesse est construere,quoniam insunt,quæ in termino insunt.]Ergo qui construit, plura cõcludit. Quod ad rem ipsam attinet,annotatione dignũ,eum,qui definitionem construit,(vt Alexander exponit) oportere omnia syllogizare,& ostendere,quoniam insunt posito, quæ fuerunt posita in definitione.quoniam nisi omnia ea inessent,non esset definitio.ad destruendum vero asignatã definitionem,sufficit demonstrare vnum eorum, quæ in definitione sunt, non inesse definito.nam B vno eiecto,tota definitio corrumpitur.Quare facilius est vnum,quàm plura concludere,& destruere quàm construere.

38 Insuper construenti quidem,vniuersaliter statuendum syllogismũ. nam oportet de omni de quo nomen, prędicari & terminum.& etiam adhuc cõuerti , de quo oratio,& nomen,si debeat proprius esse asignatus terminus.Destruenti vero non necesse ostendere vniuersaliter . Sufficit enim ostendere,quoniã de quodam eorum, quæ sub nomine sunt, oratio non verificatur. Et tametsi vniuersale oporteat destruere, non tamen conuerti necessarium & in destruendo. nam sufficit destruẽti vniuersale ostendere, quoniam de aliquo eorum de quibus nomen prædicatur,oratio non prædicetur. At econuerso non necessarium,vt ostẽdatur C quoniam de quibus oratio non prædicatur,neque nomen prædicetur.Præterea etiam si omni ei inest,quod sub nomine est, modo non soli,interempta est definitio.

Asignat tertiam rationem, quòd ideo difficilius est construere quàm destruere , quoniã ad hoc vt definitio construatur de definito, oportet ostendere definitionem inesse omnibus contentis sub definito. & nõ sufficit, quoniã substantia animata sensitiua bipes,omnibus inest quibus homo inest,& tamen non est hominis definitio. Ideo ostendere oportet etiam quòd cõuertatur,ꝙ videlicet definitũ insit omnibus quibus inest definitio. Et quia aliquibus inest substantia animata sensitiua bipes,quibus homo non inest, ergo substantia animata sensitiua bipes, non est hominis definitio.Ad destruendũ vero definitionẽ,satis est ostendere quòd non cuilibet insit,quibus definitũ inest:vel quòd definitum non omni insit,cui omni inest definitio.Ergo facilius est destruere q̃ construere. Non enim oportet ad destruẽdum ostendere quòd non omni, cui definitũ inest,definitio insit:& contra,cui omni definitio inest, non omni definitum insit. D Quoniam siue ostendatur hęc conuersio,siue non,ad destruendam definitionẽ sufficit ostendere,eam non omni inesse,cui omni definitum inest.dicit, [Insuper cõstruenti quidem, vniuersaliter est statuendũ syllogismum] scilicet conuersiuũ. [nam oportet de omni de quo nomen] scilicet definitum prædicatur,[prædicari & terminum, & etiam ad hæc conuerti de quo oratio] prædicatur,[& nomen] scilicet definitum prædicari oportet. ergo ad construendã definitionẽ duo requiruntur,& quòd definitio prędicetur vniuersaliter de definito,& quòd definitũ vniuersaliter de definitione.[si] (vt inquit) [debeat proprius esse asignatus terminus.] deinde ostendit vnum tamen esse necessarium ad destruendũ,& dicit,[destruenti vero, nõ necesse ostendere vniuersaliter] scilicet ꝙ definitio nulli eorum insit, quibus inest definitum, [sufficit enim ostendere,quoniam de quodam eorum,quæ sub nomine] scilicet definiti [sunt, oratio] scilicet definitiua [non verificatur] propter hoc,substantia animata sensitiua bipes,nõ est animalis definitio:quoniam animal de boue prædicatur,de quo non verificatur substantia animata sensitiua bipes.& hæc est prima facilitas,quoniam est facilius ostendere definitionem nõ omni,q̃ nul-

li definito inesse. Secundo ostendit secundam facilitatem, & dicit, [& tam etsi vniuersale oporteat destruere, non tamen conuerti necessarium & in destruendo.] quod exponit, & dicit, [nam sufficit destruenti vniuersale, ostendere quoniam de aliquo eorum, de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicetur,] vnde quia animal prædicatur de boue, de quo nõ prędicatur substantia animata sensitiua bipes, ideo destruitur hæc vniuersalis, omne animal est substantia animata sensitiua bipes, & ita destruitur definitio. Deinde ostendit hoc sufficere in destruendo, & dicit, [at econuerso non necessariũ,] non enim necessarium est [vt ostendatur quoniã de quibus oratio non prædicatur, neq; nomen prædicetur] non enim est necessarium si substantia animata sensitiua bipes, non prædicetur de omni animali, vt ostendamus animal prædicari de non omni substantia animata sensitiua bipede. quoniam (vt Alexander inquit) hoc ostendere non est vtile ad definitionis destructionẽ: quia sufficit ostendere quibus nomen inest, non omnibus inesse definitionem. sic enim destruetur definitio. Deinde idem ostendit alijs verbis, sed idẽ est, & dicit, [Præterea etiãsi] definitio [omni ei inest, quod sub nomine est, modo nõ soli] insit, definito, [interempta est definitio.] hoc pacto substantia animata sensitiua bipes, non est definitio hominis, quoniam omni homini competit, sed non soli: auibus enim competit, quæ non sunt homo. Ergo ad interimendum definitionem sufficit ostendere definitionem nõ soli definito inesse. F At ad construendam oportet ostendere & quod omni definito insit, & soli. Ergo destruere facilius est. Alexander hic asignat aliam rationem, quare non oportet in destructione definitionis vti conuersione. Vnam rationem asignauit, quia ad destruendam vniuersalem affirmatiuã sufficit asignare instantiam particularem negatiuam. Quia sequitur, nõ omnis substantia animata sensitiua bipes est homo, ergo interimenda est hæc propositio, omnis substantia animata sensitiua bipes est homo. & quia sufficit. nõ oportet vti cõuersione. Aliã rationẽ asignat ex eo, quia particularis negatiua non conuertitur. Et ideo non sequitur, quædam substantia animata sensitiua bipes non est homo, ergo quidam homo non est substantia animata sensitiua bipes. Patet ergo facilius esse destruere definitionem, quàm construere.

39 Similiter autem & circa proprium & genus se habet. In vtrisque enim destruere quàm construere facilius est. De proprio quidem, manifestum ex iis quæ dicta sunt. Nam vt plurimum in complexione proprium asignatur. quare destruere quidem est vnum interimenti. Construenti verò omnia syllogismo colligere necesse est. Insuper & reliqua fere omnia, quæ ad definitionem, & ad proprium conueniet dici. Nam & omni oportet quod sub nomine est cõstruenti, monstrare quoniã inest. Destruenti autem sufficit ostendere vni non inesse. Pręterea si omni inest, non autem soli, etiam sic destructum fit, perinde ac in definitione dicebatur. G

Cum declarasset definitionẽ facilius destrui quàm construi, nunc hoc idem de genere, & ipso proprio probat, & primo proponit, quod intendit, & dicit, [Similiter autem & circa proprium & genus se habet] quo ad facilem difficilemque constructionem, sicuti in definitione dictum est. [In vtrisque enim] scilicet genere & proprio (vt in definitione dictũ est) [destruere quàm construere facilius est.] Postea prosequitur, & primo de proprio, & asignat tres rationes, ponitur secunda ibi, [Insuper & reliqua fere omnia] tertia autem ibi [præterea si omni inest,] & primo proponit de proprio, quod intendit, & dicit, [de proprio quidem manifestum ex ijs, quæ dicta sunt] scilicet quod facilius destrui quàm cõstrui posit. Deinde asignat primam rationem, quæ potest intelligi bifariam. vno modo secundum Alexandrum, vt quoniam proprium cũ genere ordinatur, ergo sicuti ad destruendum genus, satis est probare non omni inesse cui asignatur genus. eodem modo destruitur proprium, si ostensum erit non omni inesse, cui proprium est asignatum, & hoc dicit, [nam vt plurimum in complexione] subaudi cum genere [proprium asignatur,] quoniam vt genus debet competere omni, sic propriũ. [quare destruere quidem] proprium [est vnum interimenti] quia etiã destruere genus est interimere vnum. [Construenti autem] scilicet genus [omnia syllogismo colligere necesse est.] Ergo proprium cum construemus, oportet ostendere ipsum inesse omnibus contentis sub subiecto, cuius propriũ est asignatum. Hæc est expositio Alexandri. Aliter potest exponi, dicit enim [nam vt plurimum in complexione] hoc est, in oratione composita ex aliquo vice generis, & ex aliquo vice differentiæ [propriũ asignatur] scilicet de specie. [Quare destruere quidem] propriũ [est vnum] scilicet H

A eorum,ex quibus oratio componitur,[interimenti,] si enim ostenditur vnũ eorum, ex quibus componitur oratio,quæ est proprium alicuius speciei,non esse speciei,interemptum erit proprium.[Construenti vero] proprium [necesse est syllogismo colligere omnia,]ex quibus oratio,quæ proprium est,conficitur: modo facilius vnum quàm plura fiunt, ergo facilius est destruere quàm construere.Deinde asignat secundam rationem,quæ talis est,quæ de definitione dicuntur, omnia fere de proprio asignantur.Dico fere,quoniam definitio prædicatur in quid, proprium in quale:sed difficilius est construere quàm destruere definitionem, ergo simili ratione & proprium difficilius est construere quàm destruere.dicit,[Insuper & reliqua fere omnia, quæ ad definitionem,& ad proprium cõueniet dici.nam & omni oportet,quod sub nomine est construenti monstrare quoniam inest] in ipso proprio, quemadmodum in definitione, subaudi tur & semper & soli.[Destruenti autem sufficit ostendere vni nõ inesse,]nam sic & definitio,& proprium destruetur.Deinde asignat tertiam rationem,& dicit, [Pręterea si omni inest, nõ autem soli,etiam sic destructum fit perinde ac in definitione dicebatur.] Immo si omni soli,& nõ semper etiam sic destruitur propriũ. Patet igitur de proprio, quod de definitione dictum est.

40 De genere autem, quoniam cõstruere quidem necesse est vno modo,qui omni ostendit inesse:destruenti autem dupliciter. nam siue nulli,siue B alicui ostensum sit non inesse, interemptum est quod in principio. Præterea construenti quidem non sufficit, quoniam inest, ostendere, sed & quoniam vt genus inest,ostendendum.Destruenti autem sufficit ostendere non inesse,vel alicui,vel nulli. Videtur insuper quemadmodum in aliis corrumpere quàm facere facilius, sic & in his destruere quàm construere.

De genere etiam probat,quod facilius sit destruere,q̃ construere,per duas rationes,& vnum signum.secunda ratio ibi,[Præterea construenti] signum vero ibi,[videtur insuper.] Ratio ergo prima hæc est,quod pluribus modis fieri potest,facilius fieri potest eo, quod fieri non potest nisi vno modo. Sed dupliciter contingit interimere genus, quia ostendendo ipsum nulli inesse, C vel non omni:construere vero vno modo,quia ostendendo solum,quoniam inesset omni. Ergo facilius est genus destruere quàm construere.Primo ponit conclusionem,& dicit,[De genere autem] subaudi eodem est modo vt de definitione.deinde asignat minorẽ,& dicit,[quoniã construere quidem necesse est vno modo,qui omni ostendit inesse,destruenti autem dupliciter. nã siue nulli inesse,siue alicui non inesse ostensum sit, interemptum est, quod à principio] scilicet ipsum genus.Maiorem tacuit,quia eam asignauit primo Priorũ. vbi voluit, facilius fieri quod pluribus modis fit,scilicet sub disiunctione,quàm illud quod fit vno tantum modo.Aut intellige, quod fit pluribus modis facilius fit quàm id quod fit paucioribus, cæteris scilicet paribus. Deinde asignat secundam rationem,quę talis est,ad construendum genus oportet ostendere,& quoniam omnibus inest,& quod de illis prædicetur in quid. Ad destruendũ vero sufficit ostendere,quoniam vel nulli inest, vel non inest,ergo facilius est destruere.dicit,[Pręterea construenti quidem non sufficit quoniam inest] omnibus [ostendere.sed & quoniam]inest omnibus,[& vt genus inest,]est [ostendẽdum.] vt genus vero inesse,est inesse,vt prædicatum in quid essentiale [Destruenti autem sufficit ostendere nõ inesse vel alicui,vel nulli] inesse.Vltimo affert signum,& dicit,[videtur insuper quemadmodum in alijs]scilicet in naturalibus [corrumpere q̃ D facere facilius,sic in ijs]quæ ad artem spectant,[destruere quàm construere.]Dixit autem [videtur,] quia ars non semper imitatur naturam.natura enim digitum superfluum efficit,& nunquam demit:ars autem demit,& nunquam digitum facit.

41 In accidente vero vniuersale quidem facilius destruere quàm construere.Nam construenti quidem ostendendũ quoniam omni:destruẽti autem sufficit ostendere vni non inesse. Particulare vero econuerso. nam facilius construere quàm destruere. Cõstruenti enim satis est ostendere alicui inesse: destruenti autem ostendendum, quoniam nulli inest.

De accidente vero duo ostendit.primum,quod facilius sit vniuersale problema destruere q̃ construere.Secundum,quod particulare sit econuerso.De primo dicit,[In accidente vero vniuersale quidem] scilicet problema [facilius destruere q̃ construere est. nam] (vt inquit) [construenti quidem ostendendum,quoniam] inest [omni.] qui enim construit album,omni homi-

ni inesse,non facile hoc facit.nam impossibile (vt Alexander inquit) est illud verum esse.[Destruenti autem sufficit ostendere vni non inesse,] vt Socrati,& sic vniuersale problema interimitur.deinde ostendit secundum,& dicit,[particulare vero] problema de accidente [econuerso.nam facilius est construere, q̃ destruere. Construenti enim satis est ostendere alicui inesse.] vt quoniam album inest Socrati.[destruenti autem ostendedum quoniam nulli inest,] vt quoniam album nulli homini inest:hoc autem est impossibile . nam impossibile est nullum hominẽ esse album.nec illa,quæ est aliquis homo non est albus,destruit illã,aliquis homo est albus:quoniam in aliquibus possunt subcontrariæ esse simul veræ. Ergo particulare problema de accidente,facilius construitur quàm destruitur. E

42 Manifestum autem qua de causa omnium facillimum est terminũ destruere.Plurima enim sunt in ipso data multorum dictorum. Ex pluribus autẽ citius fit syllogismus. Nam verisimile in multis magis quàm in paucis peccatum fieri.

Nunc comparat problemata omnia inter se,& primo ostendit omnium problematum facillimum esse ad destruendum definitionem.& dicit,[Manifestum autem qua de causa omniũ facillimum est terminum destruere.]dicit [omnium] (vt Alexand. exponit) scilicet vniuersaliũ, & particularium,tam accidentalium quàm cæterorum . Hoc probat duabus rationibus, prima talis est.ad plura citius & facilius fit syllogismus destructiuus , conditiones requisitæ ad definitionem sunt plures . ergo ad conditiones requisitas ad definitionem citius & facilius fit syllogismus destructiuus.Primo tãgit minorem,& dicit, [plurima enim sunt in ipso data multorum dictorũ].i.ex multis quę dicuntur,plurimæ sunt conditiones datæ ac cõcessæ in ipso termino. requiritur enim ad definitionẽ perfectam,vt cum definito conuertatur (vt Alexander exponit) vt differentiæ sint essentiales, vt voces quæ in ipso termino sunt,non æquiuocæ,nec multiplices sint,& alia plura.Hactenus de minore.assignat maiorem , & dicit, [ex pluribus autem] hoc est,contra plura autem requisita [citius fit syllogismus] scilicet destructiuus. cuius maioris rationem assignat,& dicit,[nam verisimile in multis q̃ in paucis peccatum fieri.] Qui enim celeriter longiorem viam pertransit,in plures casus incidit,q̃ qui tarde breuiorem peragrat. F

43 Insuper ad terminum quidem contingit per alia argumentari. Siue enim non propria sit definitio: siue non genus quod assignatur: siue non inest aliquod eorum quę sunt in definitione , interempta fit definitio.Ad alia autem neque per ea quæ ex terminis , neque per alia,contingit omnia argumentari.Sola enim ea quæ ad accidens , communia sunt omnibus prædictis. Inesse enim oportet vnumquodque eorum quæ dicta sunt.Si autem non vt proprium,inest genus, nondum interemptum est genus.Similiter autem & proprium,non necessarium vt genus inesse.Neque accidens vt genus,aut proprium,sed inesse tantum. Quare nõ possibile ex aliis ad alia argumentari, nisi ad definitionem solum.manifestum igitur quoniam facillimum omnium est terminum interimere. G

Hic assignat secundam rationem, quæ talis est.destructis alijs prædicatis , destruitur definitio:destructa definitione non destruuntur alia prædicata,ergo definitionem destruere est facilius q̃ cætera.Tenet consequentia,quia prædicatum quod potest destrui per proprias regulas, & per destructionem aliorum,facilius destruitur q̃ prædidatũ,quod solum destruitur per proprias regulas.Primo ergo in enthymemate accipit primam propositionem , quæ est prima pars antecedentis.& dicit,[Insuper ad terminum quidem contingit per alia argumentari.]id est,per destructionem aliorum,destruere terminum. & hanc exponit,& dicit, [siue enim non propria sit definitio] id est,siue definitio non insit definito vt proprium, [siue nõ genus] sit [quod assignatur] in ipsa definitione,[siue nõ inest] (quod attinet ad accidens,cuius esse est inesse) [aliquod eorum quæ sunt in definitione,interempta est definitio.] qui enim destruit definitionẽ, contingit & per alia loca , per quæ destruimus problemata cæterorum prædicatorum,eam destruere.nam per ea loca,quibus proprium ostenditur non conuerti cum eo, de quo assignatum est,definitio interimitur,quasi ipsa non conuertatur cum definito. Insuper per ea loca, quibus H

A oſtenditur aſsignatum genus eſſe extraneum,vel non eſſe proximum, aut non ſubſtantiale, deſtruetur genus,quod aſsignatum eſt in definitione,vel quia non ineſt definito, vel quia non ineſt vt genus.& ſic deſtruitur definitio adhuc per ea loca,quibus oſtenditur album nō ineſſe Socrati,deſtruitur definitio hominis hæc,videlicet ſubſtantia animata irrationalis,& definitio maris illa videlicet humidus potus.quoniam deſtructa aliqua parte earum quę ſunt in tota definitione,& definitio tota deſtruetur.Deinde accipit ſecundam propoſitionem antecedentis, & dicit,[ad alia autem] prædicata,[neque per ea] loca,[quæ]ſunt [ex terminis,]& definitionibus, [neq; per alia] loca aliorū prædicatorum [contingit omnia argumentari] ad deſtructionem alicuius eorum.non enim ſi demonſtratur riſibile nō ſubſtantialiter ineſſe homini, erit deſtructum proprium.Nec ſi genus aſsignatum in definitione non erit bene aſsignatum,erit deſtructum genus.Deinde exponit loca,quæ communia ſunt omnibus prędicatis,& dicit, [ſolum enim ea] loca,[quæ ſunt ad] deſtruendum [accidens,communia ſunt omnibus præ di ctis] ſcilicet deſtruēdis. [ineſſe enim oportet vnūquodq; eorum] prædicatorum.[quæ dicta ſunt.] modo ineſſe attinet ad accidens,ergo per ea loca,quibus deſtruitur ineſſe,deſtruuntur omnia prædicata. Deinde oſtendit per alia loca aliorum non deſtrui alia prædicata,& dicit,[ſi autem non,vt proprium
B ineſt genus,nondum interemptum eſt genus.] ergo per loca deſtructiua proprij,non deſtruitur genus.[Similiter autem & proprium, non neceſſarium vt genus ineſſe.] Ergo per loca deſtructiua generis,non deſtruitur proprium.[nec accidēs,vt genus aut proprium.]ergo per loca deſtructiua generis & proprij,non deſtruitur accidens,[ſed] per ea loca, quibus deſtruitur [ineſſe,] deſtruitur [ſolum] accidens. [Quare non poſsibile ex alijs] locis aliorum [ad alia] deſtructiue [argumentari,niſi ad definitionem ſolum.] Excipiantur tamen loca accidētis,quæ omnibus communia ſunt.Tunc infert concluſionem,& dicit,[manifeſtum igitur quoniam facilimū eſt terminum interimere,] quia tam per propria,quàm per cæterorum loca interimi poteſt.Cætera vero per propria loca duntaxat deſtruuntur.

44 Conſtruere difficillimum. Nam & illa omnia oportet ſyllogizare.Et enim quoniam inſunt,quæ dicta ſunt,& quoniam genus eſt,quod aſsignatum eſt,& quoniam propria eſt definitio. & adhuc præter hæc, quoniā ſignificat quod quid erat eſſe oratio.Et hoc probe oportet feciſſe.

Cum declaraſſet quo modo definitio ſe habet ad deſtructionem,nunc exponit quonam mo
C do ſe habet ad conſtructionem.& dicit,[conſtruere autem definitionem de definito [difficillimum,] cuius rationem aſsignat,& dicit,[nam illa omnia oportet ſyllogizare,] quę ſubaudi ſyllogizantur ad conſtructionem cęterorum prædicatorum,& vltra ea adhuc aliquid aliud.& exponit quæ oportet ſyllogizare, & dicit , [etenim] oportet ſyllogizare [quoniam inſunt , quæ dicta ſunt] ſcilicet quoniam inſunt definito partes definitionis, quæ dictæ ſunt in definitione, & hoc quantum ad conditionē accidentis,cuius eſſe eſt ineſſe.[&] oportet ſyllogizare, [quoniam genus eſt,quod aſsignatum eſt,] ſcilicet in definitione , quantum ad cōditionem generis, [&] oportet ſyllogizare,[quoniam propria eſt definitio] hoc eſt,cum ſuo definito conuertibilis,quantum ad conditionem proprij . Deinde addit quid vltra hæc oportet ſyllogizare, non enim hæc ſufficiunt ad rationem definitionis,& dicit, [& adhuc præter hæc,] oportet ſyllogizare, quoniam oratio]definitiua[ſignificat quod quid erat eſſe] definiti,& hoc quo ad conditionem definitionis. Addit [& hoc] ſcilicet quòd vltra cætera oportet conſiderare, [oportet probe] atque bene,concocteque [feciſſe.] Niſi enim probe ſyllogizetur definitionem ſignificare quod quid erat eſſe , definitio erit immanifeſta , & fortaſſe ſuperfluum aliquid habebit . Et
D propterea ad oſtendēdum definitionem ſignificare quod quid erat eſſe definiti, Ariſtoteles plura loca aſsignauit.

45 Aliorum autem proprium maxime huiuſmodi . nam interimere quidem facilius , quoniam ex pluribus plerunque eſt. Cōſtruere autem difficillimum. quoniam multa oportet aſtruere: & adhuc quoniam ſoli ineſt,& quoniam conuerſim prædicatur de re.

Nunc & de proprio eadem,quæ de definitiōe dicta ſunt aſsignat,& dicit,[Aliorum autem] prædicatorum [proprium maxime huiuſmodi,] id eſt, tale eſt qualis definitio. & exponit quo modo maxime talis eſt qualis definitio, & dicit , [nam interimere] ſcilicet proprium [quidem facilius] eſt,[quoniam] proprium plerunque eſt oratio [ex pluribus] compoſita, quæ a recentioribus (vt in prioribus libris diximus] deſcriptio dicitur, conſtans videlicet ex aliquo,loco generis:ex aliquo,loco differentiæ.Ergo ſicut definitionem interimere eſt facile, propter com-

positionem,qua constat:ita proprium interimere facilius erit quàm interimere cætera propter E compositionem.Dixit autem [plerunque,] quia reperitur etiam proprium incomplexum,vt risibile,hominis.& reperitur complexum,vt habere tres angulos ęquales duobus rectis,est oratio, quæ propria est triangulo. Et cum declarasset proprium maxime simile esse definitioni quo ad destructionem,declarat hoc idem,quo ad constructionem,& dicit, [construere autem difficillimum,] vt de definitione dictum est.& assignat causam,& dicit, [quoniam] cum sit oratio complexa ex aliquo,loco generis: & aliquo,loco differentiæ composita, [multa oportet astruere,] primum quidem,quòd partes insint subiecto,quo ad conditionem accidentis:deinde quòd genus assignatum in ea sit proximum & non remotum,vel extraneum.[& adhuc]vltra hæc oportet syllogizare,quòd insit.vt definitio,scilicet [quòd insit soli,] & nō alteri à subiecto,[& quoniam conuersim prædicatur de re.] non enim sufficit inesse soli.nam simum naso soli inest,non autem conuersim.ergo oportet vt insit soli,atque conuersim,quantū ad cōditionē definitionis.

46 Facillimum autem omnium cōstruere accidens. Nam in aliis quidem non solum inesse,sed & quoniam sic inest, ostendendum. In accidente verò,quoniam inest, duntaxat sufficit ostēdere. Destruere autem F difficillimum est accidens, quia quàmpaucissima in eo data sunt. Non enim consignificatur in accidente quo modo inest. Quare in aliis quidem dupliciter interimere contingit, aut ostendendo quoniam non inest:aut quoniam non sic inest.In accidente vero non cōtingit interimere,nisi ostendendo quoniam nō inest. Loci igitur, per quos copiosi erimus argumētari ad singula problemata, fere sufficiēter enumerati sunt.

De accidente vero hæc eadem disputat,& dicit,[Facillimum autem omnium]est[construere accidens.nam in aliis,non solum inesse,sed & quoniam sic inest,] definitio quidem,vt significans quod quid erat esse: proprium, vt conuersim prædicatum: genus vt proximum dicens quid,[In accidente vero,quoniam inest,duntaxat sufficit ostendere.] sufficit enim ad constructionem ostendere solum quod album insit Socrati.¶Sed dubitaueris fortasse non ab ratione. G nam, vt in problematibus de accidēte dictum est, trifariam in accidente quærimus,vt vtrū hoc huic inest,& vtrum hoc est, & vtrum hoc inest huic vt accidens. Ergo ad construendum accidens non sufficit ostendere quoniam inest, sed quoniam est, & inest, & sic inest. ¶ Dicendum accidens considerari posse, quo ad id, quod est materiale omnium prædicatorum,vt quo ad ipsum inesse. & quantum ad hanc intentionem loquitur Aristoteles, cum asserit construi accidens cum solum ostenditur ipsum inesse.Alio modo quo ad id,quod est formale, quo videlicet differt ab alijs prædicatis,& sic loquitur in problematibus de accidente. Deinde ostendit quo modo accidens se habet ad destructionem.& dicit, [destruere autem difficillimum est accidens, quia quàmpaucissima in eo data sunt.] Immo ex vno solo loco ostendimus accidēs,quoniam quo ostendimus ipsum non inesse subiecto. Id autem quod vno vel paucissimis modis fit, difficillime facimus.[non enim consignificatur in accidente,quo modo inest,] vtrum vt genus, aut proprium,aut definitio.Ex ijs concludit differentiam accidentis ad cætera, & dicit, [quare in alijs quidem] prædicatis [dupliciter interimere contingit,] scilicet generatim,[aut ostendendo quoniam non inest, aut quoniam non sic inest.] Propter hoc facile est illa destruere.[In accidente verò, non contingit interimere, nisi] vno modo videlicet H [ostendendo,quoniam non inest.] & propterea ipsum destruere est difficillimum.Demum epilogat,& dicit, [loci igitur per quos copiosi erimus argumentari ad singula problemata, fere sufficienter enumerati sunt.] Dixit autem [fere,] quoniam non ita sufficienter,quin inueniri possint& alij.

Hæc de septimo libro.

Finis libri septimi.

A ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER OCTAVVS CVM EIVSDEM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS COMMENTARIIS.

POst hæc autem de ordine & quonam modo oportet interrogare, dicendum.

A Lexander aphrodisius vir doctissim⁹ & inter peripateticos interpretes summus, dissecuit præsentem librum diuersis modis. Primo quidem, quo hunc librum dissecuit in tria capita, in quorum primo asserit Aristo. agere de interrogatione & responsione, quę videlicet harum recta, queue non recta sit, insuper & de annexis. Agit enim in primo capite de annexis interrogationi, vt de iis, quæ ad celandum attinet: deque ijs, quibus interrogans cõpellere potest respondentem vt vniuersalem propositionem concedat, quippe cũ sine ea syllogismus fieri non posit. Agit insuper de annexis responsioni, vt de propositionum diuisione, de significatis ambiguis, & de instantijs. hæc de primo capite. In secundo verò ostendit quot modis laudari vituperarique posit disputatio, quoniam trifariam, aut in se, aut ratione habita ad problema, aut ad alterum disputantium. In tertio vero capite asignat præcepta exercitationis, quibus vnus quis se exercere potest, antequam ad disputationem peruenerit. Hic est primus diuisionis modus, qui traditur ab Alexandro. Alius Alexandri modus est, quoniã cũ primo libro problematum dialecticorum diuisionem fecisset, ostendissetque quatuor esse, atq; in alijs libris loca asignasset, quibus facile possumus construere atque destruere omne problema, in hoc libro, qui vltimus est, de eorum vsu disserit. non enim locorum inuẽtio sufficit dialectico, vt posit propositum syllogizare, sed ordine, vsuq; indiget. Causa autem, quia dialectici oratio, siue facultas, ad aliũ est, colligitq; propositiones ex interrogatione, quibus propositum syllogizat. Huic nobis signo est, quòd dialectica definitio contradictionis sit interrogatio. Præterea opus est dialecticum habere ordinem quendam in his, quæ interrogat. non enim respondentes easdem responsiones afferent, quouis modo de propositionibus interrogati. Sed plerunque C qui interrogati sunt, nonnullas propositiones absolute nequaquam concederent, quas vi interrogationis compelluntur concedere. Quare dialecticum, artem, modum, atque ordinem habere oportet ad interrogandum, vt accipiat per interrogationem propositiones, quæ ad suum syllogismum vtiles sunt. Hoc idem declarat similitudo ad rhetorem. nam vt rhetori qui dicit ad aliũ, vel ad iudicem vel ad theatrum, vel ad pretorem, est opus inuẽtione locorum, quæ dicenda sunt ad persuadendum: & dispositione eorum, quæ est ordo orationis dicendæ: ita dialecticus post locorum inuentionem, indiget ordine atque dispositione, ad interrogandum. Est enim dispositio interrogandi similis dispositioni, quæ est in rhetorica locutione. Sed quoniam dialectici nõ solum est interrogare, sed etiam respondere, vt in principio dixit, ideo non solum interrogandi rationem. sed etiam respondẽdi opus est tradere. Est enim interrogãtis bene interrogare, hoc est, vtiliter accipere ea, quæ vult: sic & respondẽtis bene respondere, hoc est, nihil concedere interroganti, quod sit contra data ab eo in principio. Hac de causa nonnulli hunc librum de interrogatione & responsione inscribunt, al ij vero de ordine respõdendi. Ex hac Alexandri præfatione, potest hic liber diuidi in tria capita, in quorum primo instituit interrogantem, in secundo instituit respondentem, in tertio tradit rationem exercitationis, quæ vtriq; communis est. Vel D tertio aliter, Alexander præfatur. nam (vt inquit) cum Aristot. docuisset genera problematum quatuor esse, & quintum de eodem, asignassetque eorum loca & constructiua, & destructiua, nunc vult docere ordinem in ipsis proferendis, ne videlicet ea inordinate proferamus. optima enim dispositio est scire, quid primum, quid ve vltimum sit proferendum: ne more rhetorum disputetur, qui loca, locorumque ordinem, non, vt natura exposcit, statuunt, sed vt tempus postulat, disponunt. propterea dicit, [Post hæc autem de ordine, & quonam modo] id est, & quanam dispositione [oportet interrogare, dicendum.] & quæ de interrogatione proposuit, eadem de responsione dicet. Ex verbis Alexand. patet primo Aristo. per ordinem hic non intellexisse, figuram syllogisticam, quæ est debita dispositio terminorum ad terminum medium. sed intellexisse dispositionem, quę sic, vel aliter disponit interrogationem, vt posit probabiles propositiones colligere à respondente ad probabiliter syllogizandum propositam conclusionem. Et cum dixisset, [quonam modo oportet interrogare,] non intellexit quo ad formam quęrendi, quæ fit per notam interrogationis, sed intellexit modum dispositionemque proponendi propositiones

respondenti,modo videlicet quo facilius à respondente possit propositiones habere vtiles ad propositam conclusionem.differt autem ordo,à dispositione. nam ordo non potest esse nisi inter prius & posterius,dispositio vero inter æqualia,modo sint in aliquo disparia. E

2 Oportet autem primum quidem eum qui interrogare debet, locum inuenire,vnde sit argumentandum . Secundum autem interrogare, & ordinare singula apud seipsum . Reliquum vero & tertium dicere iam eadem ad alterum.

Cum proposuisset intentionem,nunc (vt placet quibusdam Iunioribus) præmittit conditiones dialectici:vt vero alijs videtur,assignat ordinem dicendorum ad dicta: vt autem Alberto visum est,præmittit quæ facere debet interrogans,siue opponens. sed quouis modo introducatur textus,Albertus cum suis sequacibus,asserit ꝙ primũ,quod facere debet opponẽs ante locorum inuentionem,est interrogare problema,quod construere vel destruere intẽdit, quoniam (vt inquit) in omnibus præstituendus est finis,vt ab eo dirigamur.Interrogata vero conclusione secundum esse asserit,formare apud se interrogationes proponendas in forma,qua magis cõcessibiles efficiantur à respondente.tertium inuentas interrogationes,atque formatas, & conclusionẽ habitam proponere respondenti,vt perficiatur disputatio.¶Adinulphus autem,asserit tres conditiones dialectico necessarias Aristo.proponere,primam,vt interrogationes inueniat,ex quibus possit argumentari;secundam,vt interrogationes inuentas ordinet atque disponat,modo quo facilius respondens concedat eas:tertiam,vt interrogationes inuentas, & apud se ordinatas atque dispositas respondenti proponat. quoniam (vt inquit) in his tribus scilicet interrogationum inuentione, & inuentarum ordinatione , & inuentarum atque ordinatarum prolatione ad alterum , cõsistit officium dialectici.¶Ex externis vero nouissimi,primũ horum asserunt esse locorum inuentionem,vnde dialecticus argumentari possit: secundum interrogationum ordinationem apud se in figura syllogistica:tertium syllogismos ordinatos,dispositosq; in disputationis forma,ad alterum dirigere . Quæ omnia ex falsis translationibus proficiscuntur,cuius signum est,quoniam Aristo.cum hæc,quæ proponit,prosequitur,nullum horum, nisi tertium exequitur. Quare Alexan.non recedens à verbis Aristo. asserit eũ qui dialectice est interrogatus,primum debere animaduertere, vnde loca accipiat pro disputatione perficienda. & hoc dicit Aristo.[Oportet autem primum quidem eum qui interrogare debet , locum] scilicet vnum,vel plures [inuenire,vnde sit argumẽtandum] hoc est, quibus possit disputationem perficere,ex illo vel illis argumentando.Et hanc primam dialectici partem perfecit in præcedentibus libris,vbi assignauit omnia loca ad omnia problemata siue destruenda,siue construẽda.[Secundum autem,] est ex locis inuentis,& acceptis,[interrogare,&] pro,id est, [ordinare singula] hoc est singulas interrogationes [apud seipsum,] antequam eas proferat ad alterum [ordinare] (vt Alexander inquit) id est,modo dialectico formare,scilicet contradictorie.verbi gratia,vtrum anima immortalis est an non . Et per interogationes Alexan. (vt mihi videtur) intelligit,tam cõclusiones,quæ in principio sunt problemata,q̃ propositiones, ex quibus sumpto consensu respõdentis,remanent propositiones in syllogismo dialectico : quas propositiones interrogans ex locis accipit,non tamen absque respondentis consensu. Deinde assignat tertium, & dicit,[Reliquum vero & tertium est dicere iam eadem] modo quo apud se disposita, atque ordinata sunt,[ad alterum] hoc est,respondenti , vt dialecticus disputationem perficiat,& victoriam ex ea reportet. F G

3 Quo quidem ad locum ipsum inueniendum, similiter Philosophi, & dialectici cõsideratio est.Verum illa ordinare iam atque interrogare, proprium dialectici est.Ad alterum enim omne tale est. Philosopho autem & quærenti per seipsum nihil curæ est,si vera quidem sint,& nota, per quæ est syllogismus,& non ponat ea,qui respondet . quoniam propinqua sunt illis,quę sunt ex principio.Et pręuidet,quod subsecuturum est.Sed fortasse & studiose aget,quoniam maxime notæ,& propinquæ sunt dignitates.Ex illis enim scientifici syllogismi. H

Cum assignasset partes officii dialectici,nunc comparat dialecticum,& demonstratorem adinuicem.& primo assignat inter eos conuenientiam , & dicit, [Quo quidem ad locum ipsum] vel ad loca ipsa [inueniendum,similiter Philosophi] scilicet demonstratoris [& dialectici con-

A ſideratio eſt.]Nam dialecticus quouſque loca inuenerit conſtruendi, vel deſtruendi propoſitum, & non ea protulerit reſpondenti, ſimilis eſt demonſtratori.vt enim Alexan.inquit ab ipſiſmet locis,qui bus dialecticus inueſtigat conſtruere,vel deſtruere,a ſimilibus inueſtigat demonſtrator, & quouſque habent facultatem huiuſmodi inueſtigationum,eadem eis eſt conſideratio.Deinde aſſignat differentiam,& dicit,[Verum illa]loca inuēta[ordinare iā,]ſcilicet ſe,]& interrogare] id eſt & ordinata pro ferre reſpondenti,[proprium dialectici eſt,]& non demonſtratori. [Ad alterum enim omne tale eſt ſcilicet & ordinare loca,& ea interrogare.hæc ex parte dialectici,quæ vero ex parte demonſtratoris, exponit,& dicit, [Philoſopho autem]ſcilicet demonſtratori,[&]ſubaudi dialectico[per ſeipſum quę renti,]qui nondum protulit reſpondenti,[nihil curę eſt,ſi vera quidem ſint,& nota,p quę eſt ſyllogi ſmus,& non poſſunt ea,qui reſpondet].q.d.demonſtrator non curat habere conſenſum reſpondentis,modo vera ſint,& nota.per quæ eſt ſyllogiſmus.Dialecticus autem non curat habere conſenſum reſpondentis,dum apud ſe loca & interrogatiōes diſponit,nec curat,vtrū vera & nota ſint, per quæ ſyllogiſmus eſt futurus,quoniam ei ſatis eſt,vt concedantur a reſpondente. ¶Quod autem ad verba attinet per ponere,cōcedere vel amittere aut dare intelligit,ergo demonſtratori & dialectico quæ B rēti,de duobus nulla eſt cura,vt de veritate eorū,ex quib⁹ ſyllogiſmus fit,& de cōſenſu dato a reſpōdē te.¶Et ſi dices], quomodo de veritate talium demonſtratori nulla eſt cura,cum ipſe non ſyllogizet, niſi ex veris.Dicendum quod non eſt cura in ordine ad alterum.Vnde nec demonſtrator, nec dialecticus in illo priore,in quo apud ſe ordinat,habet curam de veritate eorum, ea quibus fit ſyllogiſmus in ordine ad alterum,tamen demonſtrator habet curam de veris ſimpliciter,dialecticus nullo pacto ſed ſolum de probabilibus·Et demonſtrator dico non curat de conſenſu reſpondentis, [quoniā] propoſitiones,ex quibus facit ſyllogiſmum,[propinqua ſunt illis,quæ ſunt a principio].i.problematibus vel quæſitis,quæ ſunt a principio.Demonſtrat enī ex proximis,& nō ex remotis futuram concluſionem.[& præuidet]ſcilicet demonſtrator[quod ſubſecuturum eſt] ſcilicet concluſionem . [quoniam non poteſt niſi ex propinquis , & proximis ſyllogizari . Quare non curat habere conſenſum reſpondentis,quoniam ea,per quæ ſyllogizat,ſunt ſimpliciter vera, & non remota , ſed proxima quæſitis quæ demonſtrat. Hoc pacto hunc locum intellexit Alexander . Accipit enim demonſtrator, C quoniam aīa ſeipſam mouet,tanquam veram. & notam propoſitionē,ex qua proxima ſequitur,quoniam anima eſt immortalis.At reſpondens dialecticus non concedit hanc, quoniam præcognoſcet concluſionem,quæ ex ea concludetur,opponens cogitare debet,quoniam modo poſſit latere reſpōdentem,vt concedat, quod ipſe intendit habere a reſpondente . Et ita interrogabit, vtrum aliud eſt, quod mouet animam,vel mouet ſeipſam.& ſi reſpondens cōcedet,quod anima ſeipſam moueat,ſyllogizabit,omne quod ſeipſum mouet eſt immortale,anima aūt ſeipſam mouet,ergo aīa eſt immortalis.Demōſtrator ergo accepit propoſitionē ꝓpinquā concluſioni.ſ. ꝙ aīa ſeipſam moueat,quia non curauit de conſenſu reſpondentis.Interrogans accepit propoſitionem remotam, videlicet vtrum aliud eſt,quod mouet animam,vel mouet ſeipſam,vt decipiat reſpondentem , & ex ea concedat propinquam vt inferat ex propinqua concluſionem.¶Sed dices, ſi demonſtrator procedit ex propinquis,ergo non ex primis & dignitatibus, quaſi reſpondens dicit,[Sed fortaſſe & ſtudioſe,]ac ſcientifice[aget]demonſtrator, dum ſyllogizat ex proximis,[quoniam maxime notæ,& propinquæ]quæſitis, [ſunt dignitates,] quare cum dignitates eædem ſint propoſitiones primæ & proximæ . ergo ſi demonſtrator ex propinquis procedit , procedet etiam ex primis , quoniam vnam et propoſitio eſt prima,& proxima videlicet dignitas .Attentione dignum, vt diximus in poſterioribus , multifariam eſſe dignitatem,aut ſimpliciter reſpectu omnium ſcientiarum, vt non eſt eiuſdem affirmatio,negatio D vera,aut reſpectu vnius ſcientiæ.vt punctus eſt, cuius pars non eſt , aut reſpectu vnius concluſionis, vt anima ſeipſam mouet.Ariſt.cū aſſerit dignitatem eandē eſſe primā,& proximam de ea loquitur, quæ eſt reſpectu vnius particularis ſcientiæ,atq; cōcluſionis.¶Quod vero ad differentiā demōſtratoris,& dialectici attinet,ideo demonſtrator non interogat,quia oportet eum credere,qui diſcit . Cū igitur demonſtrator loco interrogantis vtatur doctore,& loco reſpondentis diſcipulo , demonſtrator,qui eſt doctor onn interrogat diſcipulum de propoſitionum conſenſu,quia diſcipulus debet credere.Interrogat autem de terminis, vtrum eos intelligat: nam ea, ex quibus procedit , notis terminis perſpicua ſunt diſcipulo.At in diſputatione dialectica , cum interrogans procedat ex probabilibus, quæ poſſunt vni videri , alteri vero non , ideo vult conſenſum a reſpondente , & propterea interrogat.

4 Loca igitur,vnde oportet ſumere,dictum eſt prius. De ordine autem, & interrogatione dicendum, diuidendo propoſitiones præter neceſſarias,quæcunque ſumendæ ſunt,ſiquidem neceſſariæ dicuntur, per quas ſyllogiſmus fit.

Hic proſequitur intētū,& primo enumerat propoſitiōes,quæ ſunt interrogandæ, atq; ordinādæ,

& enumerando has, continuat dicta dicẽdis & dicit, [Loca igitur, vnde oportet sumere,] quod erat E primum propositorum, [dictum est prius.] scilicet in libris septem pręcedentibus, [de ordine autem] propositionum, quæ accipiuntur ex locis, [&] de [interrogatione] earum. [dicendum] nunc in hoc libro octauo. Deinde iunuit hanc diuisionem, ꝙ videlicet propositionum, quædam sunt necessariæ, quædam præternecessariæ. & necessarias definit, asserens eas esse, per quas fit syllogismus scilicet principalis. vnde dicit, [diuidendo propositiones præternecessarias,] in omnes species, [quæcunq; sumendæ sunt] ad propositum nostrum. [siquidem necessarię dicuntur, per quas syllogismus] scilicet principalis [fit.] dicitur autem syllogismus principalis, qui concludit alteram partem quæsiti problematis, vt animam esse immortalem. Erat enim problema, vtrum anima est immortalis an non. & (vt Alexander inquit) necessarias dicit has, nõ quoniam sunt de materia necessariæ, sed quoniam cũ ad minus fuerint duæ, necessario infertur conclusio.

5 Quæ autem præter has sumuntur, quatuor sunt. aut enim gratia inductionis, vt detur vniuersale: aut ad magnitudinem oratiõis: aut ad occultationem conclusionis: aut vt dilucidior sit oratio. Præter has autem nnlla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tentandum. F

Quoniam demonstrator tantum necessariis vtitur propositionibus, & dialectici vtuntur pluribus aliis, ideo eas enumerans, dicit. [Quæ autem præter has] scilicet præter necessarias [sumuntur, quatuor sunt.] prout quatuor modis accipi possunt, [aut enim inductionis gratia, vt detur vniuersale]. Dialecticus enim vtitur inductione, vt ex singularibus sumat vniuersale, & hæ inductiuæ vocantur. [Aut ad magnitudinem orationis] & hæ ampliatiuæ dicuntur. Dialecticus enim vt ab auditoribus sapiens existimetur, adducit in orationẽ superfluas propositiones. vt vtrum voluptas est secundum naturam, & quid est illud, quod natura est, & natura idem est, & non alterum, & quod natura eligibile est, & eligibile est honestum. ergo voluptas est honestum. Hæ enim acceptæ propositiones superfluæ sunt, & non vtiles ad conclusionem. Accepit enim has dialecticus, vt prolixam efficiat G orationem. [aut ad occultationem conclusionis] & propositiones tales celatiuę appellantur, vtputa cum acceperit prosyllogismos propositionum, earum videlicet quæ cõclusionem afferunt principalem. vt si conclusio fuerit, sanum & ægrum sunt opposita, necessariæ propositiões sunt: sanum & ægrum sunt contraria, contraria sunt opposita, ergo sanum & ægrum sunt opposita. Sed dialecticus volens decipere respondentem fortasse, quia non concedet minorem, eam sic prosyllogizabit, sanum & ægrum sunt inuicem corruptiua, corruptiua aũt inuicem sunt incompossibilia, incompossibilia vero sunt contraria, ergo sanũ & ægrum sunt contraria. dixit, [ad occultationem conclusionis,] non quæ propositũ principale est, sed per cõclusionem, intelligit oẽm propositionẽ, quã vult celare, siue ꝓposita conclusio, siue propositio necessaria ad syllogizandũ ꝓpositũ [aut, vt dilucidior sit oratio.] & propositiões huiusmodi explanatiuæ vocantur, ponitur enim persæpe per exemplum, vel similitudinem, aliqua propositio, quę nihil præter alterã significat, solũ vt eã dilucidet: atque perspicuã reddat. addit [ꝑter has autem] quatuor, vt exponit Alex. [nulla est assumẽda,] & altera superflua, [sed per has] id est, sed per vnum istorũ modorũ quatuor, [augere] amplificareque orationẽ, [& interrogare tentandũ,] Aut intellige [præter has aũt] id est, propositiões necessarias, & ꝑter necessaria nulla sumẽda est alia ꝓpositio. qm̃ oĩs ꝓpositio, qua vtitur dialectic⁹, est aut necessaria, aut ꝑternecessaria. H

6 Sunt autem quæ ad occultationem, certaminis gratia. sed quia omne negotium, quod huiusmodi est, ad alterum est, necesse & illis vti.

Hic Aristotel. diluit tacitam dubitationem posset enim dici, celare propositum esse opponentis sophistæ, non aũt dialectici. nã dialectica ipsa disputatio ad veritatis inquisitionem ordinata est, at ꝑ celatiuas propositiones veritas occultatur. ergo nõ pertinent ad dialecticum. respondent, [sunt aũt] propositiones [q̃] sunt [ad occultationem, certaminis gratia.] ergo vt sic non attinent ad dialecticũ, [sed quia omne negotium, quod est huiusmodi]. s. dialecticum [est ad alterum,] vt sic [necesse] est dialectico [illis vti.] quasi responsio sit, ꝙ dialectica bifariam potest considerari, an vt veritati inquisitiua, & sic ad eam non attinent celatiuę propositiones: aut vt est ad alterum scilice oppositiua atque interrogatiua, & sic celatiuę propositiones attinent ad dialecticã. Potest enim dialecticus vti celatiuis propositionibus ad proteruum, vt reducat eum ad viam rectam, non autẽ per se, vt dialecticus, quoniam (vt Alex. inquit) non nisi ad tempus.

DE CELATIVIS PROPOSITIONIBVS.

7 Necessarias igitur per quas fit syllogismus, nõ statim præordinãdũ

A ſed abeundum ad ſuprema, vt non poſtulet quis contrariorum eandem diſciplinam, ſed oppoſitorum. Poſito enim hoc, & quoniam contrariorum eadem diſciplina eſt, ſyllogizabit quoniam ex oppoſitis contraria ſunt.

Cũ aſſignaſſet propoſitiones quæ ſunt ordinãdæ, atq; interrogãdæ, nũc docet eas ordinare atq; interrogare, vel nũc docet vſum earum. Attentione tamen dignũ, celatiuas propoſitiones multifariã eſſe. aut ad celandũ intentionẽ opponentis, vt cum opponens voluerit reſpondentẽ confundere, & ꝓponat proproſitionem ex terminis ignotis reſpondenti. nã tũc reſpondẽs nõ intelligens propoſitionẽ ſibi ꝓpoſitã cõfundetur. vt ſi loco illius propoſitionis, oĩs hõ eſt aĩal, proponat hãc, omne b eſt a, vel aliquam aliam talẽ. Videtur enim confuſus reſpondens, quia dubitat cõcedere vel negare. Aut ad tollendam memoriam reſpondentis atque iudicium. vt cum opponens de altera propoſitionũ ſyllogiſmi a reſpondente habet conſenſum, & de altera quærit. Interponit enim tunc plures propoſitiões B extra propoſitum, vt primæ quam conceſſerat, obliuiſcatur, & alteram cuius opponens quærit conſenſum, reſpondens non animaduertat. vt ſi concluſio ab opponente ſyllogizanda, ſit, voluptas eſt honeſtũ. & reſpondens conceſſerit opponenti, oẽ eligibile honeſtũ, antcq̃ a reſpondẽte habeat hanc, omnis voluptas eligibilis, interponat, & quærat, vtrũ voluptas eſt ſecundum naturam, an nõ, & quid eſt ens ſecundum naturam, & vtrũ natura ſit idem an alterum. Et vtrum, quod natura eſt, ſit eligibile, an non. Et vtrum omne eligibile ſit honeſtum, an non. Rerſpondens enim per tot interpoſitas propoſitiones, neſciet diſcernere eam, quæ facit ad propoſitum opponentis, & ſic concedendo hanc vltimam, omne eligibile eſt honeſtum, ſyllogizabit opponens, omnis voluptas eligibilis, per primam conceſſam omne eligibile honeſtum, per vltimam conceſſam, ergo omnis voluptas eſt honeſtum. an ad celandum propoſitionem neceſſariam in ſyllogiſmo, vt ſi opponens voluerit ſyllogizare hanc concluſionem, paris, & imparis eadem eſt diſciplina, non interroget hanc, vtrum contrariorum eadem ſit diſciplina, an non: ſed illam remotam, vtrum oppoſitorum ſit eadem diſciplina, an C non. quoniam ſi reſpondens cõcedet eſſe oppoſitorum eandem diſciplinam, contraria ſunt oppoſita, ergo contrariorum eadem diſciplina. Sed cum par & impar contraria, ergo paris atque imparis eadem erit diſciplina. Proſyllogiſtica igitur propoſitio, oppoſitorũ eadem eſt diſciplina, celatiua illius ſyllogiſticę erit, contrariorum eadem eſt diſciplina. Ariſtote. igitur de celatiuis huius tertii generis loquitur, & dicit, [Neceſſarias igitur] propoſitiones, quæ celãtur, [per quas fit ſyllogiſmus] principalis, [non ſtatim] ſcilicet in ſyllogiſmo principali [præordinãdum,] quoniam ſic nõ celaretur, [ſed abeũdum ad ſuprema.] id eſt, ad propoſitiones proſyllogiſticas remotas, imo quanto fieri poteſt ad remotiores. [vt] ſi voluerit probare opponens paris & imparis eandem eſſe diſciplinam, [non poſtulet quis] opponens atque interroget [cõtrariorum eandem diſciplinam] eſſe. [ſed oppoſitorum] eſſe eandem diſciplinam, quæ eſt proſyllogiſtica propoſitio. [poſito enim hoc] ſcilicet in proſyllogiſmo, [& quoniam contrariorum eadem diſciplina eſt, ſyllogizabit, quoniam ex oppoſitis,] & de numero oppoſitorum [contraria ſunt.] Et ſic habebitur propoſitio neceſſaria ad concluſionem, quæ eſt, paris & imparis eadẽ eſt diſciplina. hoc pacto, par & impar cõtraria, cõtrariorũ eadẽ diſciplina, ergo paris & imparis eadem diſciplina. Celatiua ergo propoſitio erit illa proſyllogiſtica remota, oppoſitorum eadẽ diſciplina, celata vero eſt, contrariorũ eadẽ diſciplina, quæ neceſſaria eſt ad principalẽ ſyllogiſmũ.

D DE INDVCTIVIS PROPOSITIONIBVS.

8 Si vero illam non ponat, per inductionem ſumendum proponenti in particularibus contrariis. Nam aut per ſyllogiſmum, aut per inductionem neceſſarias ſumendum, aut has quidem inductione, illas autẽ ſyllogiſmo.

Cum docuiſſet vſum correlatiuorum interrogationũ, nũc docet vſum inductiuarũ propoſitionũ. & dicit, [Si vero illã non ponat] reſpondẽs, & per [illã] Alexan. neceſſariã ad ſyllogiſmũ principalem intelligit, nõ autem ꝓſyllogiſticam, quæ eſt neceſſaria ad ſyllogiſmum. Nã ſyllogiſtica eſt efficacior q̃ proſyllogiſtica. & per illud verbum [ponat,] cõcedat intelligit, vel admitat. ſi itaque ꝓpoſitionẽ neceſſariã reſpondẽs nõ conceſſerit, [per inductionẽ ſumẽdũ ꝓponẽti in ꝑticularibus cõtrariis.] vt ſi neceſſaria ꝓpoſitio, quã nõ cõcedit reſpõdẽs, eſſet, cõtrariorũ eadẽ eſt ſcĩa, accipiemus, paris & imparis cõtrariorũ eadẽ eſt ſcĩa. ſ. arithemica: virtutis, & vitii vna eſt ſcĩa. ſ. moralis: ſani & ægri vna eſt ſcĩa. ſ. medicinalis, & ſic de ſingulis eſt. ergo oĩm cõtrariorũ eadẽ eſt ſcientia. Huius reddit rationẽ, & dicit, [Nam] cum propoſitiones neceſſariæ duæ ſint, quibus concluſio principalis ſyllogizatur (vt libro Priorum dictum eſt) cum hæ non fuerint notæ, [aut per ſyllogiſmum, aut per indu-

ctionem]huiusmodi ambas[necessarias sumẽdum,aut hanc quidem inductione,illam autem syllogismo]hæc de vsu inductiuarum. E

DE AMPLIATIVIS PROPOSITIONIBVS.

9 Quæcunque autem valde manifestę sunt,illas quoque oportet protendere. Nam quod secuturum est, in abscessu,& inductione, immanifestius est.

Nunc de vsu propositionum ampliatiuarum rationem assignat,& asserit si ex necessariis propositionibus fuerit aliqua manifesta respondenti,quia videlicet notum fuerit ei non esse concedendã, illa protendenda atque amplificanda est,quia sic propositio necessaria obscura reddetur respondenti. Nam digresſio a proposito erit causa latentiæ illius. dicit,[Quæcunque autem valde manifestæ sunt,]de necessariis loquor, quibus respondentes non verecundantur contradicere, [illas quoque oportet protendere.]protenduntur autem,cum antequam proponantur respondenti, opponens interponit superfluas,plures. Vt si propositio necessaria nota fuerit,omnis numerus est par vel impar, propositiones ad quas protendetur, erunt proponendæ, vtrum numerus sit multitudo ex vnitatibus aggregata,an non: vtrum numerus sit quantitas discreta, an non: vtrum numerus sit accidens, an non: & alię id genus.Reddit causam,& dicit,[Nam quod secuturum est]scilicet omnis numerus est par,vel impar,[in abscessu]id est remotione [& inductiõe]plurium talium,[immanifestius est.] Nolo tamen ignores Alexandrum ea quæ hic dicit Aristoteles , omnia referre ad occultationem,de qua textu proximo locutus est,quod non placet mihi.nam Aristot.tradidisset propositiões ampliatiuas, & earum vsum non assignasset. Quare verba hæc referenda sunt ad ampliatiuas propositiones. F

DE EXPLANATIVIS PROPOSITIONIBVS.

10 Pręterea simul ipsas vtiles protendere erit ei,& qui non potest illo modo prompte sumere.

Nunc de vsu explanatiuarum asserit, cum respondens prompte necessarias propositiones sumere non potest ab opponente explanãdas esse,atque manifestandas,vt eas capiat aut per exempla, aut per similitudines, vt postea docebit. dicit, [Præterea] cum iis protensionibus quæ dictæ sunt, [ipsas]propositiones[vtiles]quæque necessariæ dicuntur,[simul]conueniens[erit ei]scilicet respondenti[& qui non potest illo modo,]vt proponuntur ab opponente,[prõpte sumere,]protendere scilicet ad manifestiores,amplificare,quousque respondens capiat. G

DE VSV INDVCTIVARVM PROPOSITIONVM.

11 Igitur quæ præter has dictæ sunt, harum gratia quidem accipiendæ sunt. Siquidem vnaquaque eo modo vtendum,inducenti quidem a singularibus ad vniuersalia: & a notis ad ignota. Sunt autem magis nota, quæ secundum sensum,vel simpliciter,vel multitudini.

Cũ docuisset vsum præternecessariarum propositionum in generali,nunc quasi dilucidius repetit vsum oĩm earũ,& primo docet vsum in speciali inductiuarum propositionũ.proponit tñ quomodo propositiones præternecessariæ se habeant ad necessarias, ex dictis hoc inferendo. & dicit,[Igitur, quæ præter has].s.necessarias[dictæ sunt,harum].s.necessariarum [gratia quidem accipiendæ sunt] quoniam præternecessariæ sunt ordinandæ,aut ad inducẽdas necessarias vniuersales,aut ad ampliãdas eas,aut ad explanãdas,aut ad celãdas ipsas,vt dictum est . Deinde exponit in speciali vsum earũ, vt ostendat præternecessarias esse institutas gratia necessariarum. & primo vsum inductiuarum. & dicit,[Siquidum vnaquaque]dictarum[eo modo]vt dictum est[vtendũ,inducẽti quidem a singularibus ad vniuersalia,& a notis ad ignota.]Exponit autem nota,& dicit,[Sũt autem magis nota,quæ secundum sensum,]vt singularia,singularia enim sunt magis nota[vel simpliciter.] s.sapiẽtibus,[vel multitudini.].s.vulgarib⁹,& hoc satis est.singularia qdẽ quę sapiẽtib⁹ sunt notiora,sunt,vt sol est maior terra,luna est minor ioue,terra est rotũda,& id genus:singularia vero,quę multitudini sunt magis nota,infinita sunt.illa quidem singularia sapiẽtibus magis nota sunt,quoniam(vt Alex.inquit)ea cognoscunt per demonstrationem:hæc autem multitudini,quia sensibus eorum subiacent. H

LOCVS CELANDI PRIMVS.

12 Celanti vero prosyllogizare ea , per quæ syllogismus eius quod ex principio est,debet fieri.Et hæc , vt plurimũ,erit etiam hoc, siquis non

A ſolum neceſſarias, ſed & earum, quæ vtiles ſunt ad illas, aliquam ſyllogizauerit.

Cum aſſignaſſet vſum propoſitionum inductiuarum, nunc oſtendit vſum earum propoſitionũ q̃ ſunt celãdi gratia, vt ex iis opponẽs poſſit celare quodcũq; voluerit. Eſt enĩ celatio (vt Alexander inquit) methodus, qua ſyllogizans poteſt propoſitum celare. & dicit, [Celanti vero] ſubaudi intentum, eſt [ſyllogizare ea] ſcilicet maiorem, & minorem, [per quæ ſyllogiſmus fieri debet principalis, qui eſt [eius] ſyllogizatiuus [quod eſt ex principio] id eſt, concluſionis principalis. Qui enim ſyllogizat maiorem, vel minorẽ, vel vtranque propoſitionẽ ſyllogiſmi principalis, hic proſyllogizat, & celat: inquantum quidem ſyllogizat propoſitiões ſyllogiſmi principalis, proſyllogizat, quo verò propter longius diſtare a propoſito inuoluitur reſpondens, celat. Addit, [Et hæc vt plurimum] ſubaudi proſyllogizantur. Nam maior & minor ſyllogiſmi principalis, vt plurimum proſyllogizantur. Deinde aſſignat alium modum celandi etiam ex parte ſyllogiſmi. & dicit, [Erit etiam hoc] ſcilicet celatio, [ſiquis non ſolum] propoſitiones [neceſſarias,] quæ ſunt principalis ſyllogiſmi, [ſed & earũ,
B quæ vtiles ſunt ad illas] id eſt, ſed proſyllogiſticarum etiam [aliquam] vlterius [ſyllogizauerit.] erit enĩ hoc pacto celatio maior, quo maior fit diſtantia a principali concluſione. Fit igitur ex parte ſyllogiſmorum, celatio, tum proſyllogizando propoſitiones ſyllogiſmi, tum proſyllogizando propoſitiões proſyllogiſmi.

LOCVS CELANDI SECVNDVS.

13 Inſuper concluſiones non dicere, ſed poſterius ſimul omnes ſyllogizare. Sic enim longiſſime abſcedet ab ea, quæ ex principio, poſitione.

Nunc docet vſum celatiuarum propoſitionũ ex parte concluſionis. & dicit, [Inſuper concluſiones non] debet [dicere] qui vult reſpondentem latere. dico concluſiones tam principalis ſyllogiſmi,
C quàm proſyllogiſmorum, [ſed poſterius ſimul omnes ſyllogizare] & inferre. Et ita qui vult latere, nõ ſtatim principalem concluſionem per propoſitiones principales, & immediatas, ſed per remotas, & diſtantes, debet ſyllogizare concluſiones ſuperiores. [poſterius vero ſimul oẽs,] & principales, & minus principales [ſyllogizare. Sic enim longiſſime abſcedet,] atq; diſtabit [ab ea poſitione, quæ ex principio eſt.] & vt abſcedens maximeque diſtans, latebit reſpondentem: vt vero ſimul omnes concluſiones inferens, latebit confundendo iudicium reſpondentis, dicit Alexander. poſſibile eſſe dixit ſyllogizare concluſiones omnes, non vt omnes concluſiones ſimul aliquis dicat, ſed vt in omnibus ſyllogiſmorum propoſitionibus ſimul inducat vniuerſaliſſimam concluſionem, quæ ex vltimo inductis dici debet.

LOCVS CELANDI TERTIVS.

14 Vt autem vniuerſaliter dixerim, ſic oportet eum interrogare, qui latenter interrogat, vt interrogata omni oratione, & eo dicente concluſionem, quæratur propter quid: id autem erit maxime per antedictum
D modum. Nam ſola vltima dicta concluſione, immanifeſtum erit quonam modo accidit: quoniam non præuidit reſpondens ex quo accidit, non digeſtis per membra prioribus ſyllogiſmis. minime etiam per membra digeritur ſyllogiſmus concluſionis, cum non eius ſumptiones ponuntur: ſed cum ea ſumuntur, a quibus ſyllogiſmus fit.

Quaſi ſummatim repetit, qualis debet eſſe celatio, & ex pte ſyllogiſmorũ, & ex parte cõcluſiõis. & dicit, [Vt aũt vniuerſaliter]. ſ. aggregãdo ex pte ſyllogiſmorũ, & cõcluſiõis, [dixerĩ, ſic oportet eũ] ſ. opponentẽ [interrogare, qui latẽter interrogat, vt interrogata oĩ oratione,] hoc eſt tota, & parte, [&] facta interrogatione, [eo]. ſ. opponente [dicente cõcluſionem, quæratur] ſcilicet a reſpondente [propter quid,] & vnde ſequitur hæc concluſio. Hoc enim quærere eſſe non poteſt, niſi quia confuſus relinquitur reſpondens, & non intelligit vnde inducta fuit concluſio. vt ſi problema eſſet, vtrum homo & equus ſint ſubſtantia, an non: & reſpondenti proponeretur, nonne ſubſtantia de oĩbus, quæ ſub ea ſunt, p̃dicatur? Si eo cõcedẽte inferatur, ergo homo & equus ſunt ſubſtantia. Si reſpõdẽs nõ intellexiſſet, vnde hæc concluſio inducta fuit, & opponens diceret ex illa, quam conceſſiſti videlicet. ſubſtantia p̃dicatur de oĩbus, quæ ſunt ſub ea: in hoc caſu ꝓpoſitiões fuerunt cõceſſę, poſtea inducta cõcluſio ex eis, & tamen reſpondens quærit vnde infertur concluſio. hæc itaque erit optima celatio.

Deinde exponit,quo modo ſit hæc maxima celatio ex parte concluſionis , & ſyllogiſmorum, & di- E
cit,[id autem]id eſt hæc maxima celatio[erit ſecundum dictum modum]vt videlicet cum aliquis ac
ceperit omnes propoſitiones abſque propriis concluſionibus,per quas principalis oſtenditur,& indu
cet ſolam vltimam concluſionem,ſic enim faciens, & proſyllogiſmorum propoſitiones accipiens,&
proſyllogiſmorum proſyllogiſmos, eorum concluſiones non inducens , ſed vltimam ex illis , maxi-
me latebit.Cuius cauſam aſſignat,& dicit, [Nam]factis proſyllogiſmis, & proſyllogiſmorũ proſyllo
giſmis,& eorum concluſionibus non illatis,ſed ea,quæ eſt vltima.[immanifeſtum erit] ſcilicet reſpõ
denti[quoniam modo,] & vnde[accidit ,] nam longe opponens reſpondentem a principali conclu
ſione remouet,& ſic ignorabit vnde concluſio ſyllogizatur[quoniam] (vt inquit)[non præuidit re-
ſpondens,]tot,& tantis propoſitis,[ex quo accidit,non digeſtis]atque neque bene cõprehenſis,[per
membra,]hoc eſt per propoſitiones[prioribus ſyllogiſmis,]vnde vltima concluſio eſt illata. Quod
ſi ita fuerit,oportebit eum quærere,vnde concluſio ſequitur, quare optima eſt celatio . Addit etiam
quando non digeritur,nec bene cognoſcitur ſyllogiſmus principalis,& dicit,[Minime etiam per mẽ
bra digeritur ſyllogiſmus concluſionis,]qui dicitur principalis,[cum non eius ſumptiões] ſcilicet ma
ior,& minor[ponuntur]ſcilicet in eo,[ſed cum ea ſumuntur,a quibus ſyllogiſmus ſit,]hoc eſt,ſed cũ
ſumuntur propoſitiones proſyllogiſmorum, quibus probantur propoſitiones principalis ſyllogiſmi. F
Oportet enim bene digeri ſyllogiſmum,cum propriæ,& non remotæ propoſitiones in eo collocan-
tur.Et de celatione ex parte coclusionis & ſyllogiſmorum,hactenus.

LOCVS CELANDI QVARTVS.

15 Vtile autem & non continua poſtulata ſumere ex quibus ſyllogiſmi.Sed viciſſim ad aliam & ad aliam concluſionem.Nam poſitis conuenientibus iuxta ſeinuicem,magis quod accidit ex ipſis,manifeſtum.

Nunc rurſus docet celationem, quæ fit ex parte plurium ſyllogiſmorum.verbi gratia.fit proble
ma,anima eſt immortalis,hæc concluſio poteſt ſyllogizari.primo ſic, omne ſeipſum mouẽs immor
tale,anima ſeipſam mouens,ergo anima eſt immortalis.Secundo ſic,omne cognoſcens ſe,immorta-
le, anima cognoſcit ſe , ergo anima eſt immortalis . Si volueris latere reſpondentem , ſyllogiza hoc G
pacto,omne ſeipſum mouens immortale,anima cognoſcit ſe,ergo anima immortalis. vel ſic,omne
cognoſcens ſe,immortale,anima ſeipſam mouet,ergo anima immortalis. hanc celationem tradit, &
dicit,[Vtile autem, & nõ continua poſtulata.]id eſt propoſitiões[ſumere,ex quibus ſyllogiſmi,]hoc
eſt vtile eſt non ponere proprias propoſitiões ad propriam concluſionem. [ſed viciſſim] atque pmu
tatim pro celatione bonum eſt ſumere propoſitionem vnius proſyllogiſmi, qui eſt ad vnam cõclu-
ſionem cum alia propoſitione alterius proſyllogiſmi, qui eſt ad aliam concluſionem.& hoc dicit[ſed
viciſſim]miſcere propoſitiones,quæ ſunt[ad aliam,& ad aliã concluſionẽ]verbi gratia ſit problema
vtrũ paris imparis eadẽ diſciplina an non, vnus proſyllogiſmus eſt, diſparatorum eadem eſt diſcipli-
na,oppoſita ſunt diſp arata,ergo oppoſitorum eadem diſciplina.Aliter proſyllogiſmus,incõpoſſibi-
lium eadem diſciplina,diſparata incompoſſibilia ergo diſparatorum eadem diſciplina. Tertius pro-
ſyllogiſmus,oppoſitorum eadem diſciplina,contraria oppoſita, ergo cõtrariorum eadem diſciplina.
Syllogiſmus ergo manifeſtus erit,contrariorum eadem diſciplina,par & impar contraria,ergo paris
impariſque eadem diſc iplina.Latens vero erit,diſparatorum eadem diſciplina,contraria ſunt oppo-
ſita,ergo paris & imparis eadem diſciplina.vel ſic,oppoſita ſunt diſparata,contraria oppoſita,ergo pa
ris & imparis eadem diſcipliua. Sumunt enim permutatim huiuſmodi ſyllogiſmi alteram propoſitio H
nem vnius ſyllogiſmi,quę eſt ad vnam concluſionem,& alteram ex altero,qui eſt ad alteram conclu-
ſionem.& ſic latent reſpondentem.propterea ſubdit,[Nam poſitis]propoſitionibus[conuenientibus
iuxta ſeinuicem]vt decet,[magis quod accidit ex ipſis,manifeſtum,]ſed poſitis viciſſim, latet oppo-
nens. ¶ Quod vero ad verba attinet,poſtulata græce eſt ἀξιώματα,hoc eſt dignitates. Sed(vt Alex.
inquit)axiomata pro propoſitionibus ſyllogiſmi accepit.

LOCVS CELANDI QVINTVS.

16 Oportet autem & definitione ſumere(in quibus poſſibile eſt) vniuerſalem propoſitionem non in ipſis,ſed in coniugatis.Nam decipiunt falſa ratiocinatione ſeipſos, quando in coniugato ſumitur definitio , ſi non vniuerſale concedunt.Vt ſi oportet ſumere,quoniam qui iraſcitur appetit pœnam, ſumatur ira appetitus eſſe pœnæ propter apparentem paruipenſionem.Et erit manifeſtum, quoniam hoc ſumpto , habemus vniuerſale,quod præelegimus.

A Nunc docet celationem, ex permutata definitionis aſſignatione, quæ talis eſt. ſi ex definitione opponens debet argumentari vniuerſalem propoſitionem, & latere reſpondentem, definitio ſumenda eſt in abſtractis, & non in concretis. & dicit, [Oportet autem definitione vniuerſalē propoſitionem ſumere] dico [in quibus poſſibile eſt,] nō enim in omnibus propoſitio vniuerſalis ſumi poteſt, quia non in terminis ſingularibus, & vbi videlicet volumus latere, [non in ipſis] propoſitis de quibus eſt diſputatio, [ſed in coniugatis,] hoc eſt, ſed in abſtractis eorum ſumatur definitio. vt ſi problema ſit, vtrum omnis qui iraſcitur, pœnam appetit, an non? vniuerſalis propoſitio quæratur in ipſa ira, quæ coniugatum eſt ipſi irato, & non in ipſo iraſcente. aſſignat cauſam, & dicit, [Nam decipiunt ſeipſos falſa ratiocinatione] ſcilicet reſpondentes [quando in coniugato.] id eſt in abſtracto [ſumitur definitio, ſi non vniuerſale concedunt,] quia credunt ſe concedere propoſitionem indefinitā, & tamen concedunt propoſitionē vniuerſalē. Nā ſecūdū Ariſt. in abſtractis, vniuerſalis & indefinita propoſitio eadē eſt. dat exemplū, & dicit, [vt ſi oportet ſumere, quoniā qui iraſcitur, appetit pœnā,] & accepit Ariſt. hic indefinitam pro vniuerſali. q. d. ſi velimus vt reſpondens ſumat hanc, omnis qui iraſcitur appetit pœnam, [ſumatur] ab opponente [ira appetitus eſſe pœnæ propter apparentem par- B uipenſionem, & erit manifeſtum, quoniam hoc ſumpto,] atque conceſſo a reſpondente [habemus vniuerſale, quod præeligimus] ſcilicet illud, omnis qui iraſcitur, appetit pœnam. Celatio igitur hæc ex permutatione proficiſcitur, quæ eſt definitionis a concreto ad abſtractum.

17 At eis, qui in ipſis proponunt, ſæpe accidit, vt obſiſtat reſpondens, quoniam magis ſe habet in ea re inſtantia. vt quoniam non omnis qui iraſcitur, appetit pœnam. Nam parentibus iraſcimur quidem, non autem pœnam appetimus. Fortaſſe autem non vera inſtantia eſt. nam in quibuſdam ſufficiens pœna eſt triſtari ſolum, & facere pœnitere. Veruntamen habet aliquid veriſimilis, vt non videatur irrationabile ne- C gare propoſitum, at in iræ definitione non ſimiliter facile eſt inſtantiam inuenire.

Deinde aſſignat cauſam quare potius in abſtractis ſumenda eſt definitio pro celatione, & non in concretis. & dicit, [At eis] ſcilicet opponentibus,] qui in ipſis] quæſitis [proponunt] quæ ſunt concreta, [ſępe accidit, vt obſiſtat reſpōdens] afferēdo inſtantiam. [quoniam magis ſe habet in ea re] quę ſita concreta [inſtantia. vt quoniam non omnis qui iraſcitur, appetit pœnam] ſcilicet ei, a quo accepit paruipenſionem. [Nam parentibus iraſcimur quidem, non autem appetimus pœnam.] At in abſtracto ſemper ira eſt appetitus pœnæ, & nulla affertur inſtantia. oſtendit tamen Ariſtot. hanc non eſſe veram inſtantiam, ſed perſuaſiuam. & dicit, [Fortaſſe autem non vera inſtantia eſt] hæc, quā diximus [nam in quibuſdam ſufficiens pœna eſt triſtari ſolum, aut facere pœnitere.] & ita licet parētibus non appetamus pœnam damni, appetamus pœnam afflictionis, & pœnitentiæ. Obiicit tamen huic reſponſioni, & dicit, [Veruntamen] licet hæc inſtantia non ſit vera, tamen [habet aliquid veriſimilis] adeo [vt non videatur irrationabile] reſpondētem [negare propoſitum] imo videtur rationabile vt negetur illa, omnis qui iraſcitur appetit pœnam. quæ erat propoſitum. [At in iræ definitione nō ſimiliter facile eſt inuenire inſtantiam.] Et ita pro celatione melius erit definire abſtractū q̄ concre- D tum. quoniam in abſtracto nec eſt vera, nec veriſimilis inſtātia: in cōcreto ſaltē eſt veriſimilis. Quare ſi loco concreti vtemur definitione abſtracti, celabimus propoſitum, vt dictum eſt.

LOCVS CELANDI SEXTVS

18 Præterea proponere oportet eum qui proponit, non vt propter ipſum, ſed alterius gratia. Nam deuitant ea, quæ ad poſitionem ſunt vtilia.

Nunc docet celationem comparādo diuerſum ad diuerſum, quę talis eſt, ſi opponens proponit reſpondenti interrogationē aliquam, eam proponere debet ac ſi nō gratia propoſiti, ſed alterius gratia proponat, quaſi a propoſito diuerſi, ac diſparati. dicit, [Præterea proponere oportet eū] ſ. qui proponit, non vt propter ipſum] propoſitum [ſed alterius gratia,] quaſi a propoſito diuerſi. [Nam] reſpondentes [deuitant ea, quæ ad poſitionem ſunt vtilia,] non autem ea, quæ videntur extra propoſitum. verbi gratia (ut Alexander exemplificat) ſi problema fuerit, vtrum anima ſit immortalis an non, opponens non proponat reſpondenti, vtrum anima ſeipſam moueat, an non, nec proponat vnum omne ſeipſum mouens ſit immortale, an non: ſed proponat, vtrum anima moueatur ab alio, vel non moueatur ab alio. Nam ſi dabit animam non moueri ab alio, latenter ſequitur,

animam moueri a se,& ita sequetur animam esse immortalem.

LOCVS CELANDI SEPTIMVS.

19 Vt autem simpliciter est dicere, quiquàm maxime dubium facere, vtrum quod proponitur, an oppositum sumere vult. Nam cum dubium fuerit, quidnam ad positionem sit vtile magis quod ei videtur, ponunt.

Nunc docet celationem per comparationem ad oppositum. verum dupliciter exponitur.vna expositio talis est,si opponens velit propositum celare, non debet propositum sub propria forma proponere,sed sub forma sui oppositi. dicit, [Vt autem simpliciter est dicere, qui quam maxime dubiũ facere,]& maxime latere,[vult sumere vtrum quod proponitur,an oppositum] vt vtrum album sit disgregatiuum visus,an nigrum?nam cum dixerit, non nigrum,mox sequitur, ergo album.Assignat causam,& dicit, [Nam cum dubium fuerit,quidnam ad positionem sit vtile,] vtrum album an nigrum,[magis quod ei,]scilicet opponenti[videtur,ponunt]respondentes,atque cõcedunt. Cũ enim dubium fuerit quod eorum sit ad propositum,respondenti facile concedunt,quod quærit opponens. hæc est vna expositio. alia talis est,cum opponens voluerit latere respondentem, proponere debet propositum sub disiunctione ad suum oppositum,vt vtrum album sit disgregatiuum visus, an non disgregatiuum visus.dicit,[Vt autem simpliciter est dicere,qui quàm maxime dubium facere]quærit respondentibus,[vult sumere] sub disiunctiõe[vtrum quod proponitur,an oppositum],vt vtrum album sit disgregatiuum visus, an non sit disgregatiuum visus.[Nam cum dubium fuerit quidnam ad positionem sit vtile,] respondentes[ponunt magis quod ei] scilicet opponenti[videtur.] aut saltẽ non ita prompte aduersantur.

LOCVS CELANDI OCTAVVS.

20 Insuper per similitudinem interrogare. Nam & persuasiuum est, & latet magis vniuersale. Vt quoniam quemadmodum scientia & ignorantia contrariorum eadem: sic & sensus contrariorum idem. Aut contra,quoniam sensus idem contrariorum est,& scientia.

Nunc docet celationem per cõparationem ad suum simile. quę talis est,cũ opponẽs voluerit ꝑpositum celare, non interrogare propositum debet in propria forma,sed in suo simili. Vt si propositum est,contrariorũ est eadem disciplina: quærere debet,vtrum sensus sit idẽ contrariorum, an non. nã si conceditur, tunc per simile,scientia erit eadem contrariorũ.dicit, [Insuper per similitudinem interrogare]oportet eum qui opponit,[nã]argumẽtũ a simili,[& persuasiuum est,& latet magis vniuersale]subaudi esse illatũ ꝑ ipsum,vel magis latet vniuersale in suo simili.Nã ex simili hoc pacto non vniuersale,sed particulare sumitur.ideo hoc fortasse ad occultationem pollentius est q̃ vti inductiõe. Assignat exemplum,& dicit,[Vt quoniam quemadmodum scientia, & ignoratia contrariorum,sic & sensus contrariorum idem.aut contra,quoniam sensus contrariorum est idem, & scientia] contrariorũ est eadem.Si ergo propositum est,scientia est eadem cõtrariorum,quæratur sub suo simili,vtrũ contrariorum sit idem sensus,nam sic latebit opponens.

21 Hoc autem est simile inductioni, non tamen idem. Nam illic quidem a singularibus vniuersale sumitur. In similibus autem, nõ est quod sumitur vniuersale,sub quo omnia similia sunt.

Assignat differentiam inter exemplum,quod est ab vno singulari simili ad alterũ, & inductionẽ, quæ etiã est a singularibus.& dicit.[Hoc aũt].s.exẽplũ[est simile inductiõi,] inquantũ exemplum & inductio argumẽtũ sunt a singularibus. [nõ tamẽ idẽ] est exẽplũ & inductio.cuius causam dicit, [Nã illic]scilicet in inductione[quidẽ a singularibus]per similitudinem[vniuersale sumitur.]a singularibus dico,quæ sunt sub vniuersali.[In similibus autẽ]id est,sed a similibus, nõ est vniuersale quod sumitur,]sed particulare. dico non est vniuersale,[sub quo omnia similia sunt,]e quibus proceditur. sed est particulare,sub quo non continetur illud particulare, ex quo ipsum via similitudinis infertur. Cum enim infertur particulare,non infertur ex iis,quæ sub ipso sunt, sicut cum infertur vniuersale. Sed via similitudinis ex vno particulari diuerso infertur propositum.

LOCVS CELANDI NONVS.

22 Oportet autem & ipsum sibimet quandoque instantiam ferre. Nam insuspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argumentari.

A Hic(vt Iuniores autumãt) Arist.aſsignat loca ex parte eorum,qui vtũtur ſermone,quales ſunt interrogans,& reſpondens:& primo aſsignat loca ex parte opponẽtis,quorum primus ab eo actu accipitur,qui eſt inſtare.& licet hic locus hoc pacto primus ſit, tamen quo ad numerum locorum qui aſſignatur pro celatione,eſt nonus: & eſt talis,cum quis in ipſa inductione propoſitum voluerit celare, debet ſibi ferre inſtantiam.dicit,[Oportet autem & ipſum]ſcilicet interrogantẽ,qui vtitur inductione,[ſibimet quãdoque inſtantiam ferre.]Aſsignat cauſam,& dicit,[Nam inſuſpecte ſe habẽt reſpondentes ad eos,qui videntur iuſte argumentari.] ſed ſubaudi interrogãtes,quòd ſibi inſtant, [videntur iuſte argumentari.]ergo reſpondentes ad hos inſuſpecte ſe habent,& ſic libere concedunt,quod proponitur ab eis.

LOCVS CELANDI DECIMVS.

23 Vtile autem & dictum addere, quoniam cõſuetum, & dicitur hoc tale. Nam pigreſcunt quod ſolitũ eſt,dimouere,inſtantiam non habentes.Simul autem & quia vtuntur & ipſi talibus,cauent ea dimouere.

Alexander aſſerit vtile eſſe ad occultandum, ſumere quod eſt conſuetum concedi ab auctoribus. B qualia ſunt, vtrum ſanitas eſt eligibilis,vt omnes opinantur. vtrum deceat iudicem eſſe optimum,vt vulgares & ſapientes putant. vtrum modeſti ſunt fatui,vt putat Socrates. vtrum anima ſeipſam moueat,vt putat Plato.Hæc enim vult eſſe interroganda, ab eo qui vult latere,tamen verba Ariſtot.huic expoſitioni non ſunt conſona. Melius ergo dicamus hunc eſſe locũ decimũ celandi,qui accipitur penes opinionem opponentis,per comparationẽ ad opinionem reſpondẽtis. Et eſt talis,quòd interrogans debet dicere de propoſito,quòd ſit conſuetum dici & cõcedi.vt ſi interroget vtrum omnes matres diligunt filios ſuos.vtrum omnes qui iraſcuntur,pœnam appetant. de his dicere debet, quoniam ſunt cõſueta,& qm̃ dicũtur.& dicit,[Vtile autẽ]eſt[& dictũ addere]hoc eſſe à te ponendũ, [quoniã cõſuetum]eſt,& communiter [dicitur.] Aſsignat rationem cur ſic dicere faciat ad occultationem,& dicit,[Nam pigreſcũt dimouere quod ſolitũ eſt]cõcedi[inſtantiam nõ habẽtes.]Aſsignat ſecundam rationem,& dicit,[Simul autem]cũ hac ratione eſt alia[&]eſt,[quia & ipſi vtũtur talibus]conſuetis concedi,[cauent ea dimouere.]habent enim quæ conſueta ſunt,vim magnam.

LOCVS CELANDI VNDECIMVS.

24 Inſuper non diligenter agere,& ſi omnino vtile ſit.Nam aduerſus diligenter agentes,magis renituntur.

C Locus hic celandi vndecimus ſumitur penes operationem opponentis in comparatione ad concluſionem.& eſt talis, ſi opponens habuerit aliquod vtile ad ſuum propoſitum, non debet illud feſtinanter, & cum diligentia proponere. Nam reſpondentes contra diligenter proponentes renituntur magis,& quęrũt afferre inſtantiã.& dicit, [Inſuper nõ diligenter agere] ſubaudi oportet opponẽtem, & curare, vt reſpõdentes cõcedãt, [& ſi]id[ſit omnino vtile]ad propoſitũ.Hic enim eſt optimus celandi modus. [nam](vt inquit) [aduerſus diligẽter agentes,] & curantes vt reſpõdentes reſpõdeant, reſpondentes ipſi[magis renituntur,] atque contrariantur. Fiet autem hoc,cum ipſi interrogãtes interrogauerint,ac ſi dubitarent, aut neſcirent quod Socrates facit apud Platonem. interrogat enim ac ſi neſciret,ſimulans id accipere,quod ad interrogationem ponet reſpondens.

LOCVS CELANDI DVODECIMVS.

25 Et ipſum vt in ſimilitudine proponere.quod enim propter aliquid aliud proponitur,& non propter ipſum,vtile ponentibus magis eſt.

Hic locus celans eſt (vt Alexander inquit)cum id quod interrogans proponit,non in ſe,ſed in ſimilitudine,& non ſui gratia,ſed gratia alterius proponit.dicit,[Et ipſum] ſcilicet qđ proponit,oportet[proponere vt in ſimilitudine,]& non ſubaudi gratia ſui,ſed gratia alterius.Reddit cauſam ſecũdi, & dicit,[quod enim propter aliquid aliud proponitur].ſ.ab opponente,[& nõ propter ipſum]ſcilicet D propoſitũ[vtile ponẽtibus magis eſt.]minus enim reſpõdentes attẽdunt ad illud.Primũ autẽ exponit Alexander per exemplũ, vt ſi volumus accipere quoniã abſtinentia virtus eſt,interrogabimus vtrum videbitur tibi ita abſtinentia eſſe virtus, ſicuti iuſtitia & fortitudo.

LOCVS CELANDI DECIMVSTERTIVS.

26 Inſuper nõ id proponere quod oportet ſumere, ſed cui cõſequens, id eſt ex neceſsitate. Nam & magis concedunt. quoniam non ſimiliter ex his manifeſtum eſt,quod cõſecuturum eſt: & ſumpto hoc,ſumptum eſt & illud.

Sunt (vt Alexãder inquit)nonnulla cõſequentia ex neceſsitate,vt virtutem eſſe ſcientiam, & vir-

tutem esse disciplinam. Sequitur enim virtutē esse scientiam, si virtus est agendi cognitio per causam. Et si virtus est habitus per demōstrationem acquisitus, sequitur virtutē esse disciplinā. ideo dicit Aristoteles, [Insuper nō id proponere, quod oportet sumere, sed cui cōsequens, id est, ex necessitate] subaudi est locus celās. assignat causam, & dicit, [nā & magis cōcedūt]. s. respōdentes antecedēs, [qm̄ nō similiter ex his]. s. antecedētibus [manifestū est, qđ cōsecuturū est, &] est vnū aliud vtile, qm̄ [sumpto hoc]. s. antecedēte. [sumptū est & illud]. s. cōsequens. Ergo si quæsitū est vtrū virtus sit disciplina, interrogās ꝓponere debet vtrū virtus sit habitus per demōstrationē acquisitus. nā sic celabit ꝓpositū.

27 Et id vltimo interrogare, quod maxime vult sumere. nam maxime prima renuunt. quoniam plurimi interrogantiū prima interrogant, circa quæ vel maxime student.

Assignat locū celandi 14. ex parte ordinis, & dicit, [Et id vltimo interrogare, quod maxime vult sumere] subaudi est 14. locus celandi. Immo, vt Alexāder inquit, oportet quędā alia prius interrogare, solueréque prius aliquas, vel aliquā instantiam: postremo vero id interrogare, quod est ad propositum. Et assignat causam, & dicit, [nam maxime prima renuūt,] qui respōdent. & cur maxime prima renuant, assignat causam, & dicit, [quia plurimi interrogantium prima interrogant, circa quæ vel maxime studēt.] & quia nōnulli interrogātes solent primo interrogare vtilia, ideo respondentes credunt, ita facere omnes interrogantes. Et cum sic crediderint, negant prima interrogata. Quare celās locus erit, si vltimo proponuntur vtilia.

LOCVS CELANDI DECIMVSQVINTVS.

28 Ad quosdā autē prima quę huiusmodi sunt, proponere. Nam proterui maxime prima admittūt, nisi omnino manifestū sit quod secuturū est. In fine autē proteruiūt. Similiter autē & quicūq; arbitrātur acuti esse in respōdendo. ponētes enim prima, in fine recantant, tanquā nihil acciderit ex iis quæ posita sunt. Ponunt enim prompte confidentes habitui, & arbitrantes se nihil esse passuros.

Hic locus est particularis, quoniam datur pro eis, qui vel sunt proterui, vel sunt acuti, ingenióque celeres. nam (vt Alexander inquit) quidā sunt, qui proterui dicuntur, & hi semper prima concedunt, postea vero cum in fine cognoscūt se deceptos, tunc proteruiunt. Alii sunt acuti, qui & ingenio veloces videntur, hi prima semper concedunt, postea in fine recantant, tentántque ostendere, quod illatum est, non ex concessis esse illatū, vel dictionē interpretantur, vel dicunt nonnullas amphibologias, ad hos loquēs Aristot. inquit, [Ad quosdā autē prima quæ huiusmodi] scilicet vtilia [sunt, proponere] est locus celans. Et exponit, qui sunt isti, & dicit, [nam proterui,] qui & difficiles dicuntur, [maxime prima admittūt, nisi omnino manifestū sit, quod secuturū est.] nā si præcognoscunt quod secuturum est, sequi ex primis, illa nequaquā cōcedēt. [In fine autē] cognoscētes se deceptos, [ꝓteruiūt] asserētes non sic dixisse, vel nō sic se intellexisse. Deinde exponit alios huius generis, & dicit, [Similiter autē, & quicunque arbitrantur acuti esse in respondendo] etiā concedūt prima, [ponētes enim prima,] cū cognouerint se esse deceptos, [in fine recātāt,] asserētes oppositū eius, qđ cōcesserūt. [tanquā nihil acciderit ex iis quæ posita sunt. Ponunt enim prompte cōfidentes habitui]. i. bonitati ingenii, [&] cōfisi proprio ingenio sunt [arbitrātes se nihil esse passuros] & ita facile prima cōcedūt. pro his igitur locus celans est vtilia proponere primo, sic enim habebunt quod volunt.

LOCVS CELANDI DECIMVSSEXTVS.

29 Insuper prolongare & interponere quæ nihil sunt vsui ad orationem: quemadmodū pseudographia vtētes. nā cū sint plura, immanifestum in quo falsum sit. quare & occultant quandoque interrogantes, in absconso proponentes ea, quæ proposita per se, non ponerētur. Ad occultationem igitur dictis est vtendum.

Assignat locū 16. & dicit, [Insuper prolongare, & interponere]. s. interrogationes, [quę nihil sunt vsui] id est, quæ nō sunt vtiles [ad orationē] id est, ad propositū, de quo est disputatio, est locus celandi 16. debent enim interrogātes interponere inutilia vtilibus, [quemadmodū pseudographia vtētes] id est, falsi pictores, qui multas inducētes lineas inutiles, inter eas miscēt vtiles latētes. [nam cum sint plura, immanifestum in quo falsum sit.] mēdacium enim in pluribus mixtum, in absconso est. Tunc concludit, & dicit, [quare, & occultant quandoque interrogantes, in absconso proponentes ea quæ per se proposita, non ponerentur. debet igitur interrogās prolongare propositū interponendo suum

A propoſitũ inter multa inutilia ad propoſitũ. Reſpondens autẽ propoſita quæ inutilia ſunt, cõcedens, etiã concedet id, quod eſt ad propoſitum interrogãtis, & ſic decipietur. Multa enim (vt inquit) per ſe propoſita negabuntur à reſpondente, quæ permixta aliquibus inutilibus interrogationibus, cũ nõ facile diſcerni poſsint quæ vtilia, & quæ inutilia, omnia concedentur, & ſic interrogans, ſumet id quod quærebat. Vſus eſt autem loco huiuſmodi Socrates apud Platonẽ, qui diſputando multa inutilia interponit, vt obtineat à reſpõdente, quod quærit. ❡ Sed occurres, nã decipere reſpondentẽ, vt cõcedat interpoſita inutilia ad concedendũ vtile, videtur ſophiſticũ. ❡ Dicendũ interponere aliena, vt aliena concedãtur, eſt ſophiſticũ: ſed interponere aliena, vt reſpondẽs cõcedat vtile, eſt dialecticũ. nec eſt ſophiſticũ, vt ſuperius diximus, decipere ac celare, cũ opponẽs celauerit, vt reducat reſpondentẽ ad veritatem, vel ad probabiliorẽ opinionem, ſed cum opponens celet, vt decipiat, & nulla alia ratione ſophiſticum eſt. Deinde epilogat & dicit, [ad occultationem igitur] his locis [dictis] eſt vtendum.

DE IIS QVAE SVNT NECESSARIA AD AMPLIFICANDVM ORATIONEM.

30 Ad ornatũ vero inductione, & diuiſione eorũ quæ affinia ſunt. Inductio quidẽ quale quid eſt, manifeſtũ. Diuidere autem, huiuſmodi vt B quoniã ſcientia eſt ſciẽtia melior, aut quia certior eſt, aut quia de melioribus. Et quoniã ſcientiarũ aliæ quidẽ ſunt cõtemplatiuæ, aliæ autẽ actiuæ, aliæ vero effectiuæ: vnumquodque enim talium coornat quidẽ orationem: non neceſſarium autem eſt, vt dicatur ad concluſionem.

Cum dixiſſet loca celandi, nunc docet ea quæ ſunt neceſſaria ad amplificandã orationem, & dicit, [ad ornatum autẽ] ſubaudi vtendũ inductione, & diuiſione eorũ quę ſunt affinia. & per affinia intelligit, quædã cõmunia quę ſub ſe continent plura diuerſáq; .q.d. [& diuiſione eorũ quę ſunt affinia] id eſt dicta de pluribus, per quę dedit intelligere non ſemper vtendũ eſſe diuiſione, ſed quoties in ipſa oratione interrogatoria fuerit aliquod multiplex, quod diuiſione indiget pro ſui explanatione. Quare neceſſaria ad amplificandã orationẽ ſunt inductio, & diuiſio. Et intellige non ſola hæc ſufficere. nam ſuperius etiam dixit ampliatiuas propoſitiones eſſe propoſitiones ſuperfluas quæ accipiũtur ab interrogante antequam proferat interrogationẽ, quę eſt ad propoſitũ. Vbi per exempla Alexãdri ibi patet propoſitiones ſuperfluas nõ eſſe inductionem, nec diuiſionem, hóc eſt, nec inductiuas, nec diuiſiuas C propoſitiones. ❡ Sed dices, de ornatu orationis loquitur rhetor, & nõ dialecticus. ❡ Dicendũ Ariſt. hic per ornatum, magnitudinẽ, atque orationis prolongationẽ intellexiſſe. nam cum ſuperius quatuor præter neceſſaria enumeraſſet, ſi per ornatum non intellexiſſet magnitudinẽ orationis, ſuperius in ea præter neceſſariorum enumeratione eſſet mentitus Ariſt. deinde exponit quæ dixerat, & dicit, [inductio quidẽ quale quid eſt,] ex multis locis eſt [manifeſtũ.] Sed dices propoſitiones inductiuæ, & amplificatiuæ (vt ſuperius patuit) non ſunt eædem. Nunc vero inter propoſitiones amplificatiuas enumerat inductiuas, & propoſitiones diuiſiuas. ❡ Dicendũ, bifariam conſiderari poſſe inductionẽ, aut inquantum infert ex ſingularibus vniuerſale, & ſic ſuperius locutus eſt de propoſitionibus inductiuis. nam ſic diſtinguũtur cõtra propoſitiones amplificatiuas, & ſuperfluas. Aut inquantũ eſt ſermo amplior, maioríſque ambitus quàm exemplũ. nã amplior eſt propoſitio, quæ plura quàm quæ vnũ continet, & hoc pacto inductio erit amplificatiua ꝓpoſitio, atq; ſuperflua. Et ſic de ea loquitur hic, quoniam vt ſic non diſtinguitur cõtra propoſitiones ſuperfluas, atq; amplificatiuas. Deinde exponit diuiſionem, & dicit, [diuidere autẽ] eſt [huiuſmodi, vt quoniam ſcientia eſt ſcientia melior,] hæc enim D propoſitio diſtinguibilis eſt ꝓpter illud verbũ [melior,] quod bifariam eſt, [aut] melior [quia certior] quo modo mathematica ſciẽtia melior eſt ſciẽtia naturali, & metaphyſica, [aut] melior, [quia de melioribus,] & nobilioribus, & ſic diuina & naturalis meliores ſunt mathematicis, vt primo de anima dictum eſt. Illius ergo propoſitionis, ſcientia eſt melior ſciẽtia, hę ſunt amplificatiuæ. ſ. quia vel certior, vel nobilior. Aſsignat ſecundũ exemplũ, & dicit, [& quoniã ſcientiarũ aliæ quidẽ ſunt cõtemplatiuę] vt naturales & diuinæ, [aliæ autẽ actiuæ,] vt morales, [aliæ vero effectiuæ,] vt mechanicæ, & medicinales. Quod vero ſint amplificatiuæ, probat, & dicit, [vnumquodque enim taliũ] ſcilicet & inductio, & diuiſio [coornat] hoc eſt, amplificat [quidẽ orationẽ] ſcilicet interrogatoriã, [non neceſſarium autem eſt, vt dicatur ad concluſionẽ,] vt ſi concluſio ſit, mathematica eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, interrogatio propria ad hanc erit, vtrũ omnis ſciẽtia ſit habitus per demõſtrationem acquiſitus, interrogatio propria ad hanc erit, vtrum omnis ſcientia ſit habitus per demonſtrationem acquiſitus an nõ. Propoſitiones ergo illę, quibus in interrogatione diuiditur ſciẽtia diuiſionibus enarratis dicuntur amplificatiuæ, quoniam faciunt ad magnitudinem interrogatoriæ orationis, & nõ ad concluſionem: & ſic interrogatio diuiſiua erit, vtrum ſcientia, cuius altera eſt nobilior altera certior, item cuius altera eſt actiua, altera factiua, altera contemplatiua, ſit eadem contrariorũ an non. Præterea ſi concluſio fuerit paris & imparis, eſt eadem diſciplina, videlicet eadẽ arithmetica, interroga-

tio erit, vtrum contrariorum est eadem disciplina, an non? Si ergo interrogans interrogauerit, vtrũ visus est idem albi & nigri, an nõ? Et vtrũ auditus est idem grauis, & acuti, an nõ? & vtrum tactus idem calidi & frigidi an non? hæ amplificatiuæ ꝓpositiones sunt, quæ nihil ad cõclusionẽ faciunt, faciunt tamẽ ad magnitudinẽ interrogationis. erit igitur interrogatio inductiua, vtrũ contrariorũ est eadẽ disciplina, vt visus albi & nigri, auditus grauis & acuti, an non? vbi patet ex his propositionibus fieri inductionem illius vniuersalis propositionis, sensus contrariorũ est idem. quæ inductio amplificans interrogationem, nihil facit ad conclusionem. E

DE IIS QVAE SVNT NECESSARIA AD EXPLANATIONEM INTERROGATIONIS

31 Ad diluciditatẽ autem, exempla & similitudines afferendæ. modo exempla accommodata fuerint. & ex quibus scimus. qualia Homerus, non qualia Cœrilus. sic enim dilucidius erit quod proponitur.

Nunc exponit quæ valent ad diluciditatẽ, atque interrogationis explanationẽ, & dicit, [Ad diluciditatem autem] interrogationũ, [exempla, & similitudines afferendæ.] Deinde exponit qualia exẽpla, & similitudines, & dicit, [modo exempla accõmodata fuerint] scilicet interrogationibus, quibus interrogãs vtitur, [&] ea videlicet fuerint, [ex quibus scimus, qualia] videlicet [Homerus] & nõ qualia Cherilus] afferre solet, [sic enim] per talia [dilucidius erit, quod proponitur.] Exponit autẽ Alexander differentiam inter exemplũ, & similitudinẽ, quam Græci dicũt parabolam, quòd exẽplum sit aliquod factũ, quod proponitur ad ostensionẽ alicuius quod nondũ est factum. hæc enim est exẽplaris interrogatio, vtrũ Cæsar petẽs custodias à Romanis suæ vitę, tyrannizabit, vt Dionysius, qui petiit custodias à Syracusanis, an non tyrannizabit? Similitudo autem est cõparatio alicuius facti ad alterũ, quod ducitur ad explanationem illius. & hoc pacto est interrogatio similitudinaria vtrum contrariorum eadem est disciplina, sicuti & sensus, an non? & vt Alexander inquit, videtur ipse Aristot. nunc in idem vsus esse exemplo, & similitudine. nam dicit, [modo exempla accõmodata fuerint, & ex quibus scimus, qualia Homerus, non qualia Cherilus,] nam cum dixisset [exempla,] debuisset addere similitudines, nisi quia pro eodem exemplum, & similitudinem accipit. Dicit etiam Alexander exempla & similitudines Homeri esse scientificas, quia manifestæ & notæ. tales autem non sunt illæ Cherili poetæ. Cherilus vero grecus poeta ineptus fuit, quemadmodũ Bauius apud Latinos, de quo Faustus poeta loquitur, afferens Bauium similem esse Cherilo inepto. F G

DE INDVCTIVIS PROPOSITIONIBVS.

32 Vtendum autem in disserendo, syllogismo quidem ad dialecticos magis quàm ad multitudinẽ: inductione vero contrà, ad multitudinem magis. Dictum est autem de his, & prius.

Declarat nunc quo modo sit vtendum propositionibus inductiuis. & dicit, [Vtendum autem in disserendo] atque disputando, [syllogismo quidem magis ad dialecticos,] atque acutos qui mẽte sunt præstantes, [quàm ad multitudinem,] quæ est mente obtusa. [Inductione vero cõtra, ad multitudinem magis] & ad homines qui sunt rudes, cum sint mente hebetes. quia vero de differentia horũ dictum est libro Priorum, & in hoc libro, dicit [dictum est autem de his, & prius.]

33 Est autem in aliquibus quidem inducẽti posibile interrogare vniuersale, in aliquibus vero, non facile. quoniam non positũ est similitudinibus, nomen omnibus commune. Nam quando oportet vniuersale sumere, & sic in omnibus talibus esse dicere, id determinare difficillimũ est: qualia sunt ea quæ proferuntur huiusmodi, & qualia nõ. Et propter hoc sæpenumero dissidẽt in disputationibus, alii quidem dicentes similia esse quæ non sunt similia: alii vero dubitantes quæ sunt similia, non esse similia. H

Mouet difficultates, quarum prima est de inductione, circa quam primo tãgit difficultatẽ, & causam difficultatis. secundo ibi [Quare tentandum] asignat remedium ad tollendam difficultatem, de prima parte, dicit, [Est autem in aliquibus quidem] subaudi singularibus similibus [inducẽti possibile] & facile [interrogare vniuersale] id est, interrogare, & inducere singularia similia vt inferatur vniuersale. Et hæc singularia sunt, quorum vniuersale est cõmune vno nomine nuncupatũ, vt si vniuer-

A sale fuerit,omne animal bipes gresſiuum eſt ſine cauda, hoc erit facile inducere ex ſingularibus, quoniam animal bipes gresſiuū vno nomine appellatur,videlicet homo. Poſſumus ergo interrogare vtrū hic homo ſit ſine cauda,& ille homo ſimiliter,& ſic de ſingulis an non:& ſi conceditur de omnibus, relinquetur omne animal bipes gresſibile eſſe ſine cauda, quoniā & ſingularia,& vniuerſale vno nomine dicuntur.Deinde exponit,in quibus ſingularibus non eſt facile,& dicit,[in aliquibus vero]ſingularibus[non facile]eſt ex interrogatione ſingularium inferre vniuerſale,vtputa in quibus cum vniuerſali non eſt vnum commune nomen. cuius cauſam aſsignat,& dicit, [quoniam non poſitū eſt ſimilitudinibus] id eſt, ſingularibus ſimilibus [nomen omnibus commune] ſcilicet cum ſuo vniuerſali. verbi gratia, in ſingularibus quadrupedibus gresſilibus. cū enim his, & vniuerſali horum vnū nomen impoſitum non ſit,non facile erit ex ſingularibus inferre vniuerſale.vt ſi vniuerſale ſit,omnis quadrupes gresſibilis eſt pronus,nō erit facile inducere omnia ſingularia quadrupedis gresſibilis,& ex illis inferre vniuerſale. & aſsignat cauſam,& dicit, [nam quando oportet vniuerſale ſumere, & dicere ſic in omnibus talibus eſſe,]vt facimus in inductione,in cuius fine dicimus,& ſic de ſimilibus omnibus,[id determinare difficillimū eſt,]& exponit quod eſt determinatione difficile,& dicit,[qualia ſunt ea quę proferuntur eſſe huiuſmodi,]cum dicitur,& ſic de ſingulis,[& qualia non]cū enim non habeant cōmune nomē cum ſuo vniuerſali, difficile erit dicere,& ſic de omnibus ſimilib9,niſi addatur de omnibus equis, vel omnibus bobus,vel omnibus capris, quæ cū addi non poſsint,propter carentiā cōmunis nominis,ideo difficile eſt in huiuſmodi ſingularibus facere inductionē. Deinde aſsignat ſignū, & dicit,[& ꝓpter hoc ſępenumero diſsident in diſputationibus , alii quidē dicētes ſimilia eſſe,quæ non ſunt ſimilia,vt opponētes:alii vero dubitantes quę ſunt ſimilia,non eſſe ſimilia,]vt reſpondentes.cum enim interrogans inducendo dicit & ſic de ſimilibus,niſi addatur determinatū nomen, reſpondens dicet ea non eſſe ſimilia,quæ forte ſunt ſimilia,& opponēs dicet quæ non ſunt ſimilia,eſſe ſimilia. Et hoc diſsidiū oritur pro magna parte,quia ſingularia ſimilia non habēt vnū cōe nomē. Et tu intellige licet cū difficultate in talibus fiat inductio,tamē non eſt impoſsibile eam fieri.nā inductio fieri poteſt in quibuſcunq; ſingularibus cōmune habet nomen propriū,vel circunlocutionē, vt ſtatim dicemus.

B

34 Quare tentandum in omnibus talibus ipſum nomen effingere, vt neque reſpōdenti liceat dubitare quoniā non ſimiliter dicitur quod infertur: neque interroganti calumniari vt ſimiliter dicto,quoniam plura C corū quæ non ſimiliter dicuntur,ſimiliter videntur dici.

Cum aſsignaſſet difficultatem,nunc docet remedium contra difficultatem.& dicit, [Quare tentādum in omnibus talibus ipſum nomen effingere]commune, vt dici poſsit nominatim, & ſic de ſimilibus hominibus,vel capris,vel aliis alio nomine dictis.& aſsignat cauſam,& dicit,[vt neq; reſpōdenti liceat dubitare,] & dicere, [quoniam non dicitur, ſimiliter, quod infertur, neque interroganti] liceat[calumniari]hoc eſt,cum cauillis probare[vt ſimiliter dicto,quoniam plura eorum quæ nō ſimiliter dicuntur,ſimiliter videntur dici.] erit igitur remediū imponere ſingularibus cōmune nomen, vt tollatur litigiū inter interrogantē,& reſpondentē.Addit autē Alexand.in aliquibus facile eſſe commune nomen imponere,in aliquibus difficile:& in his monet, vt per orationē nomen circūſcribatur. verbi gratia,ſunt quædam animalia,quæ omnia carent dentibus in ſuperiore maxilla, quibus non eſt impoſitum vnum commune nomen,tamen imponi poteſt per circūlocutionem,& dici corniferum, & ſic erit vniuerſalis propoſitio,omne corniferum caret dentibus in ſuperiore maxilla.

DE INSTANTIIS.

D 35 Quando autem inducēti in pluribus, non dederit vniuerſale, tunc iuſtum eſt petere inſtantiam. Non dicente autem ipſo in aliquibus non ſic, non eſt iuſtum petere in quibus non ſic. oportet enim inducentem prius,ſic inſtantiam petere.

Secunda dubitatio eſt[vt Alexāder inquit)quando rationabile eſt interrogantē à reſpondente inſtantiam petere , & quando non eſt rationabile. & ſecundū Alexandrū reſpondet, quando inductiue interrogans in pluribus fecerit inductionem, & reſpondens non cōcedit vniuerſale, tunc rationabile eſſe petere inſtantiam. Cum vero interrogans antequam in pluribus inductionē fecerit,petit inſtantiam,tunc irrationabile eſſe petere inſtantiam, quoniam oportet vt interrogans prius inducat in pluribus,& poſtea petat inſtantiam,ſi reſpondens vniuerſale nō conceſſerit.¶Nos autem cū Alexādro dicimus Ariſt. ambigere de inſtantia quando petēda, & quando.nō petenda ſit rationabiliter. Sed ab Alexādro diſſentientes non eo modo Ariſtot.reſpondere putamus,vt Alexander dixit.Ideo lege reſponſionem ſic,[Quando autem inducenti in pluribus]ſcilicet interroganti,reſpondēs ſubaudi,[nō dederit vniuerſale, tunc]ſcilicet interroganti[iuſtum eſt petere inſtantiam]à reſpondente,& quātum

ad hāc primam partem,recte Alexād.exposuit. expositio vero secūdæ partis,quia nō est cōsona verbis quæ nos inuenimus in nostris græcis codicibus,à nobis nō conceditur.Ideo dicamus Aristot.declarare,quando interrogans non iuste petit instantiam.& dicit,[non dicente autem ipso]respondente[in aliquibus non sic]est,vt tu inducis,id est,respondente tacente, & non negante vniuersale ex assumptis singularibus sequi,[non est iustū]interrogāti [petere]instantiam scilicet [in quibus non sic.] assignat causam,& dicit,[oportet enim inducentem prius]id est,interrogātem prius inducere in pluribus,& postea subaudi[sic instantiam petere,]vt dictum est,hoc est, respondente non cōcedente in omnibus,sed solum in pluribus.Vbi enim respondens negauerit ex illis pluribus sequi vniuersale,tunc interrogans rationabiliter petit instantiam.& hæc est expositio cōsona verbis græcis, quæ nos habemus.verbi gratia,si interrogauerit quispiā,vtrū omne cornigerū caret dentibus in superiore mādibula an nō? & probet quòd sic, hoc pacto,hoc cornigerum caret dētibus in superiore mādibula, & hoc cornigerum etiam,& illud etiam, ergo omne cornigerum. Si respōdens dixerit non sequi ex illis vniuersale,iuste interrogans petit instantiam à respondente:si vero nec negauerit,nec cōcesserit, nō debet petere instantiam. Oportet enim interrogantem prius inducere,& respondente non concedente vniuersale,postea petere instantiam. E

36 Et digne petendum instantias(non in eo quod proponitur) ferre: nisi vnum tantum sit huiusmodi, vt dualitas parium numerorum solus primus. Oportet enim eum qui instat, in altero instātiam ferre, aut dicere quoniam hoc solum tale est. F

Cum declarasset quando iuste,& quando non iuste petitur instantia, nūc exponit in quo iuste vel in quibus petitur instātia,& in quibus nō.& dicit,[Et digne petēdum instātias ferre]scilicet de respōdente, [non in eo quod proponitur] ab interrogante, sed in alio.vt si per inductionem interrogās inducat,hoc,seipsum intelligēs, demōstrato deo,est immortale,& hoc seipsum intelligēs est immortale demōstrata intelligentia,ergo omne seipsum intelligēs est immortale. Respōdens ergo instare debet, si interrogās petierit,in aliis ab ipso deo,& ab ipsa intelligentia. exponit autem in quo casu respōdens potest ferre instātiam in eo, in quo interrogās proponit.& dicit, [nisi huiusmodi,] quod interrogans proponit, [sit vnum tantū,]tūc enim potest in eo ferre instātiam respondēs,[vt]si interrogās proponat,[dualitas]est[solus primus]numerus [parium numerorū.] quoniā dualitas est prior quàm quaternarius,& quàm senarius,& quàm octonarius, & quàm denarius, ergo dualitas est prim⁹ omnium numerorum pariū.In hoc casu,cum dualitas sola sit primus numerorū parium,poterit respōdens instare in dualitate.& tu intellige si potest ratione dicere,dualitas nō est primus parium numerorū.Assignat causam,& dicit,[oportet enim eum,qui instat,in altero instātiam ferre]ab eis scilicet quę proponuntur,vel ab eo quod proponitur.[aut]si respondens vult instare contra id,quod proponit interrogans, oportet[dicere,quoniam hoc solum tale est.]& sic poterit contra illud instare. G

37 Ad eos autē qui instant vniuersali,ferentes autē instantiam non in eodem,sed in æquiuoco,vt quoniam habet aliquis non suum colorem, vel pedem,vel manum (habebit enim pictor nō suum colorē, & cocus pedem non suum) diuidendo profecto reuera in talibus interrogādum est.nam latente æquiuocatione,bene viderentur instare propositioni.

Cum declarasset in quo iuste ferri potest instantia, & in quo non (vt Alexand.exponit) vult declarare,quando iuste respondens potest instare contra æquiuocū,& quando non,& litera est suspensiua vsque ibi[diuidendo profecto]& dicit[Ad eos autem]respondentes,[qui instant vniuersali]scilicet ex pluribus particularibus illato[ferentes autem instantiam non in eodem]scilicet significato illius vniuersalis, [sed in æquiuoco]id est, sed in diuerso significato ab eo in quo vniuersale illatum est, [vt] si vniuersale illatum sit ab ipso interrogante,omnis homo habet suum colorem : vel hoc, omnis homo habet suum pedem, vel manum, & respondens instando dicat, [quoniam habet aliquis non suum colorem,vel] habet aliquis non suum [pedem,vel manum, habebit enim pictor non suum colorem,]sed colorem pingendi qui est domini picturæ. [& cocus pedem non suum] scilicet gallinæ, vel porci, qui non suus,sed est domini. Ergo per hanc instātiam videbitur, quoniam non omnis homo habet suum colorem,vel suum pedem. Tunc terminando suspensionem, dicit, [reuera in talibus diuidendo interrogandum est.nam latente] æquiuocatione, hoc est,nam dum æquiuocatio fuerit latens,respondentes [bene]atque iuste[viderētur instare propositioni.]patet igitur in quo casu fieri potest iuste instantia cōtra æquiuocū, quoniam dum latet æquiuocatio. Ideo remedium est,vt interrogās prædistinguat in ea quæ cadūt extra vniuersale, & in ea quæ sunt sub vniuersali,quemadmodum (vt Alexander inquit) est in hoc verbo habere, quod multifariam est.nam aliquid habetur vt pars in H

A ipso, aut vt habitus, aut vt possessio. cum ergo interrogans proposuerit vtrũ omnis homo habet suum colorem an non, debuit addere, vt habitum, & similiter cum proposuerit, vtrum omnis homo habet suum pedem an non, debuit addere, vt partem. & sic instantiæ ablatæ à respondente non sunt iustę. Ex iis patet, quonam modo prohiberi potest instantia in æquiuocis.

38 Si autẽ non in æquiuoco, sed in eodem instans prohibeat interrogationem, oportet auferentẽ id, in quo instãtia est, proponere reliquum vniuersale faciẽdo, donec sumat quod vtile est. vt in obliuione, & oblitum esse. non enim concedunt eum, qui amisit disciplinam, oblitũ esse: quoniam transeunte re, amisit quidem disciplinam: oblitus autem non est. Dicendũ igitur auferenti id, in quo instantia est, reliquum. vt si permanente re, amisit disciplinam: iccirco oblitum esse. Similiter autem & B contra instantes, quoniam maiori bono, maius opponitur malũ. Proferunt enim quoniam sanitati, quę minus bonũ est bona habitudine, maius malũ opponitur. nam ęgritudinem maius esse malum mala habitudine. Auferẽdũ igitur & in hoc, id in quo instãtia est: ablato enim magis ponet. vt quoniam maiori bono maius malum opponitur, nisi alterum inferat alterum: quemadmodum bona habitudo sanitatem.

Cum docuisset prohibere instãtias in ęquiuocis, nũc docet prohibere instãtias in vniuocis. & prohibitio talis est, Si instãtia fit nõ in æquiuoco, sed in ꝓposito vniuoco, auferendũ est id, in quo fit instãtia, & proponẽdum est reliquũ vniuersaliter. & si iterũ ad hoc ferat instantiã, iterũ est auferendũ, & reliquũ vniuersaliter proponendũ. & hoc fieri debet quãdiu nõ instat respondẽs. dicit, [si autem non in æquiuoco, sed in eodem,] & vniuoco [instans prohibeat interrogationẽ,] ne scilicet inferatur vniuersale, [oportet auferentem] scilicet qui interrogat, [id, in quo instantia est,] postea scilicet proponenere reliquũ, vniuersale faciẽdo,] & hoc facere debet, [donec sumat, quod vtile est.] Deinde assignat C exempla, & dicit, [vt in obliuione, & oblitum esse] subaudi si aliquis accipiat, quoniam obliuio est disciplinæ amissio, instabunt, quoniam [non concedent eum, qui amisit disciplinam, oblitum esse, quoniam trãseunte re,] cuius erat disciplina, [amisit quidẽ disciplinam, oblitus autẽ non est.] & tu intelligas Aristot. per disciplinã intellexisse sensitiuam quandã notitiam quæ habetur de singulari trãsmutabili. nam disciplina proprie dicta, non est de re trãsmutabili. Potest igitur huius disciplinę esse amissio, quæ non est obliuio, quoniã amittitur per rei amissionem, & nõ per amissionem memoriæ. Tunc docet prohibere instantiam, & dicit, [dicendũ igitur auferẽti id, in quo instantia est,] vniuersaliter scilicet [reliquũ. vt si permanente re, amisit disciplinam, iccirco oblitum esse.] Quare tolletur instãtia, si interrogans proposuerit disciplinæ amissionẽ esse obliuionẽ salua re. tali enim diuisione præposita, instantia destruitur, & fit causa vt respondens cõcedat propositum. Deinde assignat secundũ exemplum, & dicit, [Similiter autem & contra instãtes, quoniam maiori bono, maius opponitur malu.m] est subaudi remedium idem afferendum. vt si aliquis accipiat, quoniam maiori bono maius malũ opponitur. & afferunt instãtiam, quia sanitati quæ est bona habitudine minus bonum, opponitur ægri- D tudo: quę est maius malum, quàm mala habitudo, quæ opponitur bonæ habitudini. Est enim ægritudo maius malũ, quàm mala habitudo, cum ægrotus deterius se habeat, quàm male habituatus. nam potest quis esse male habituatus, & nõ æger. ideo dicit, [proferunt enim] scilicet instando, [quoniam sanitati quæ minus bonum est bona habitudine, maius malum opponitur. nam] dicũt [ęgritudinem] quæ sanitati opponitur, [maius esse malum mala habitudine,] vt dictũ est. Tũc docet prohibere hãc instãtiam. & dicit, [auferendum igitur & in hoc, id in quo instãtia est. ablato enim] scilicet eo in quo est instantia, respondens [magis ponet] reliquũ vniuersale. [vt quoniam maiori bono maius malũ opponitur, nisi alterũ] includat & [inferat alterum, quemadmodum bona habitudo sanitatem,] & includit, & infert. Debet ergo proponi hoc pacto, maiori bono maius malũ opponitur, nisi maius bonum includat minus bonum. nam cum maius bonum includit minus, poterit ei minus malum opponi.

39 Non solum autem eo instante hoc faciendum est, sed etiam si sine instantia negauerit, propterea quia præuidet aliquid talium. Nam ablato eo, in quo instantia est, compelletur ponere, quoniam non præuidet

in reliquo, in aliquo non ſic eſſe. Si autem nõ ponat, efflagitatus inſtantiam, non habebit aſsignare. E

Cum docuiſſet prohibere inſtantias expreſſas à reſpondente, nunc docet prohibere inſtantiã tacitam. & dicit, [Non ſolum autem eo] ſcilicet reſpondente expreſſe [inſtante, hoc faciendũ eſt,] quod dictum eſt, ſcilicet remouere, & reliquum proferre, [ſed etiam] eſt remouenda tacita inſtãtia, [ſi ſine expreſſa [inſtantia negauerit] vniuerſale, [propterea quia præuidet aliquod talium,] per quæ poteſt inſtare, cuius cauſam aſsignat. & dicit, [nã ablato eo, in quo inſtãtia eſt] ſcilicet tacita, reſpõdens [cõpelletur ponere] reliquum,] quoniam non præuidet in reliquo] inſtantiam [in aliquo nõ ſic eſſe,] ſed remota inſtãtia in reliquo erit vniuerſaliter ita. [Si autem] remota tacita inſtantia [non ponat] reſpondens reliquum vniuerſaliter,] efflagitatus inſtãtiam] id eſt, efflagitatus ab opponẽte vt afferat inſtantiam, [non habebit,] nec poterit [aſsignare] eam, quoniam opponens præueniendo iam remouit inſtantiam omnem.

40 Sunt autem huiuſmodi propoſitionum quæ in aliquo falſæ ſunt, in aliquo autem veræ. In his enim par eſt auferre, reliquum autem verum relinquere. F

Nunc exponit quæ propoſitiones ſunt, quæ poſſunt vniuerſaliter verificari, per inſtantiæ remotionem. & vult quòd propoſitiones vniuerſales in parte falſæ, & in parte veræ, ſunt in quibus remota inſtantia, reliquum ſi proponitur, oportet vniuerſaliter concedi. dicit, [Sunt autẽ huiuſmodi propoſitionum,] vniuerſales in parte falſæ, & in parte veræ, [in his enim par eſt auferre] ſcilicet inſtantiam, reliquum autẽ vniuerſaliter [verũ relinquere.] de his eſt. hæc propoſitio, omnis amiſsio ſcientiæ obliuio eſt, non enim eſt vniuerſalis, ſed vniuerſalis erit, cum dicetur, re ſalua, cuius eſt ſcientia. Ex his quę Ariſtoteles hic dixit ſumpta eſt regula, quòd omnis ꝓpoſitio in parte vera, & in parte falſa, poteſt fieri vniuerſaliter vera per exceptionẽ. hæc enim eſt vniuerſalis, omnis amiſsio ſciẽtię, re cuius eſt ſcientia ſalua, eſt obliuio. iterum hæc eſt vera vniuerſaliter per exceptionem, omni maiori bono cõtrarium eſt maius malum, niſi maius bonum cõtineat minus bonũ. Adhuc hæc eſt vera vniuerſaliter per exceptionem, omnis anima præter rationalem eſt mortalis. Sed in ludicris de his ſatis diximus.

41 Si autem in multis proponenti non ferat inſtantiam, poſtulãdum eſt ponere. Nam dialectica eſt propoſitio, ad quam ſic in pluribus ſe habentem non eſt inſtantia. G

Iis de inſtantia præexpoſitis, redit ad inductionem, & dicit, [Si autem in multis proponenti] reſpondens non ferat inſtantiam, [poſtulandũ eſt] ipſum reſpondentem [ponere] id eſt, vt vniuerſalem propoſitionẽ quæ per inductionem eſt inducta, [ponat] ac cõcedat. Aſsignat cauſam. & dicit, [nam propoſitio ad quam ſic in pluribus ſe habentẽ, non eſt] à reſpondente data [inſtantia, eſt dialectica.] & ſic concedenda. per quæ patet Ariſtotelem non aſsignaſſe definitionem propoſitionis dialecticę, vt iuniores putant, ſed eius quod dixit cauſam attulit. Probauit enim propoſitionẽ veram in pluribus, cui non datur inſtantia eſſe concedendam: cauſa, quoniam eſt dialectica.

42 Quoniam autem cõtingit idem & ſine impoſsibili, & per impoſsibile ſyllogizare, demonſtranti quidẽ, & non differẽti, nihil refert vel ſic, vel illo modo ſyllogizare. Differenti autem non eſt vtendũ per impoſsibile ſyllogiſmo. nam ſi ſine impoſsibili quidẽ ſyllogiſmo ſyllogizat, minime fiet, vt dubitent. At quando per impoſsibile ſyllogizãt (niſi valde manifeſtum ſit falſum eſſe) nõ impoſsibile dicuut eſſe, quare non fit interrogantibus, quod volunt. H

Quoniam dictũ eſt ſępe dialecticũ vti ſyllogiſmo, & inductione, nũc exponit ſpeciem ſyllogiſmi, qua vtitur dialecticus. & dicit, [Quoniam autem contingit idem] ſcilicet propoſitum, [& ſine impoſsibili,] vtputa oſtenſiue, [& per impoſsibile ſyllogizare,] vt ſecũdo priorum dilucidauimus, [demonſtranti quidem, & non differenti nihil refert vel ſic, vel illo modo ſyllogizare,] & per demonſtrantem eum qui ſcientifice demonſtrat, intelligit, vtputa, qui ex propriis neceſſariiſque ſyllogizat. Per differentem autem, dialecticum, qui ex communibus, & probabilibus. quando cauſa autem, quare non refert, eſt, quia vtroque modo demonſtratio contingit, per quam ſcientia colligitur. [differenti autem] hoc eſt, dialectico, [non eſt vtendum per impoſsibile ſyllogiſmo.] ratio in promptu eſt

A (vt Alexan.innuit) quia impoſsibile,& neceſſariũ diſtinguuntur contra probabilia,quibus vtitur dialecticus. Dialecticus enim argumentatur ex probabilibus probabile. At probabile neque eſt neceſſariũ,neque impoſsibile.nam probabile contingit vno tẽpore haberi pro vero, alio autem pro falſo:ſed neceſſariũ ſemper pro vero,impoſsibile ſemper pro falſo habetur. tamen Ariſto.aſsignat aliam rationem,quoniam opponens,quando ſyllogizat oſtenſiue,non relinquit reſpondentem dubiũ. Quando vero ſyllogizat per impoſsibile,reddit reſpondentẽ dubiũ,quoniã niſi illud,quod intulit,fuerit valde manifeſte impoſsibile, ſemper reſpondens dubitabit de illo, vtrum ſit impoſsibile,an non:at vbi reſpondens dubitauerit, opponens non poterit habere cõſenſum reſpondentis,quẽ à principio quęrebat.dicit,[nam ſi ſine impoſsibili quidẽ ſyllogiſmo] opponens [ſyllogizat,minime fiet,vt] reſpõdentes [dubitent.]habebunt enim ꝓ certo id quod ſyllogizatũ eſt,vtrũ ſit contra vel pro opinione eorũ.[At quando] opponentes [per impoſsibile ſyllogizant,niſi] illatũ per talem ſyllogiſmum [valde manifeſtũ ſit falſum eſſe,] & impoſsibile,[non dicent] illud [impoſsibile eſſe,ſed remanebunt ſemper ambigui,& ſic non poterunt pręſtare conſenſum opponenti,nec diſſenſum.[Quare non fit interrogãtibus,quod volunt,] quia non habebunt conſenſum,quem volunt à reſpondente.

B 43 Oportet autẽ proponere quæcunq; in pluribus quidẽ ſic ſe habent, modo inſtantia aut omnino non ſit,aut nõ in ſuperficie ſit cõſpicere.nã qui nõ poſſunt cõſpicere in quibus nõ ſic,tanquã verũ quidẽ ſit, ponũt.

Cum de ſyllogiſmi ſpecie,qua vti debet dialecticus,dixiſſet,nunc de propoſitionũ genere annectit.& dicit,[Oportet autẽ proponere,quęcunq; in pluribus quidẽ ſic ſe habent.] ergo ꝓpoſitiones vniuerſales,ex quibus ſyllogiſmus dialecticus cõſtare debet, ſunt,quarũ prædicatũ competit ſubiecto pro pluribus.[modo inſtantia aut omnino non ſit,aut] ſi eſt, [non ſit in ſuperficie conſpicere,] ſed ſit latens.[nam qui non poſſunt conſpicere] propoſitiones vniuerſales [in quibus non ſic] eſt inſtantia,ſcilicet nec ex parte rei,nec manifeſta,vnãquanq; earũ, [tanquam verũ] & vniuerſale [ponunt]ſcilicet reſpõdentes.vniuerſales igitur propoſitiones,quibus vtitur dialecticus,tales eſſe debent,vt prædicata inſint ſubiectis pro pluribus,vt Alexan. inquit:vt vel non habeant inſtantiam,vel ſi habent,eam inuenire non ſit facile.nam cum reſpondens cõſpicere non poſsit inſtantiam,eas vniuerſaliter concedet.

C 44 Non oportet autẽ concluſionem interrogationẽ facere,alioquin eo renuente non videretur fieri ſyllogiſmus.nam & ſæpe cum nõ interrogat,ſed,vt ſequens infert,negant.Et hoc facientes non videntur per hęc redargui:, qui non conſpiciunt quoniam accidit ex iis , quæ poſita ſunt. Quando igitnr non dicẽs quidem accidere,interrogabit, ille autem negabit,omnino non videtur fieri ſyllogiſmus.

Nunc ſoluit quaſi vnã dubitationem,videlicet vtrũ concluſio debet interrogari,& tu intelli ge (vt Alexan.inquit) vtrũ concluſio debet interrogari,vt vna ꝓpoſitionũ dialecticarum. nam concluſionẽ quęri poſſe,vt quæſitũ,& problema,nemo dubitare debet. quoniã primo libro dictũ'eſt,concluſionẽ dialecticã primo eſſe problema,poſtea cõcluſionẽ:& cum problema,vt quęſitum interrogari poſsit,non erit dubiũ,cõcluſionẽ interrogari poſſe,vt problema,& vt quęſitũ. Eſt ergo quæſtio vtrũ concluſio interrogari poſsit,vt propoſitio dialectica.& prima facie clarũ

D eſt concluſionẽ interrogari non poſſe vt propoſitionẽ,quoniã ex conſenſu ipſius non ſyllogizamus,ſed potius ex ꝓpoſitionib⁹ dialecticis ipſam ꝓbamus, vel improbamus. Propoſitiones vero interrogãtur,vt ſumptis cõſenſib⁹ à reſpõdẽte,cõcluſionẽ ſyllogizemus.verbi gratia,ſi cõcluſio ſit,voluptas eſt ſecundũ naturã,nõ interrogamus vt ꝓpoſitionẽ,vtrũ voluptas eſt ſecundũ naturam:ſed interrogamus vtrũ voluptas ſit bonũ an non.nã ſi reſpondens ponit voluptatẽ eſſe bonum,cũ omne bonũ ſit ſecundũ naturã,& voluptas ſit bonũ,relinquetur voluptatẽ eſſe ſecundum naturã.Si autẽ negauerit voluptatẽ eſſe bonũ,non erit ſyllogiſmus,ꝙ voluptas ſit ſecundũ naturã.Hoc pacto intelligit Alexan.vt mihi videtur,ſed verba Ariſto.vix intelligi poſſunt. Dicit tamen,[nõ oportet autẽ concluſionẽ interrogationẽ facere].i.ita interrogare,vt ꝓpoſitionem,quæ eſt altera pars ſyllogiſmi dialectici. [alioquin eo].ſ.reſpondente [renuente] cõcluſionem ſubaudi interrogatã,vel cõcedente,[non videretur fieri ſyllogiſmus]ex propoſitionib⁹,ſed ex cõcluſione.qm̃ quæ primo eſt interrogatio,habito conſenſu,fit propoſitio. Ergo ſi reſpõdẽs renuerit,vel cõceſſerit concluſionẽ interrogatã,non ex propoſitionibus,ſed ex concluſione fiet ſyllogiſmus,quia accipietur illa cõcluſio conceſſa pro propoſitione.Hoc autẽ falſum eſt,quia cõcluſio nullius alterius accipitur,vt ꝓpoſitio. Quòd autẽ cõcluſio, nõ vt interrogata,ſed vt ſe-

E

quens potius negetur vel cõcedatur,oſtẽdit,& dicit,[nam & ſæpe cũ] opponens [non interro- E gat].ſ.concluſionem,[ſed vt ſequens infert,] reſpõdentes [negant.] ergo cõcluſio non vt propoſitio,ſed vt problema interrogatur,quod ſequitur ad ſyllogiſmũ. Secundo idẽ probat per ſignum,& dicit,[&] reſpõdentes,[qui non cõſpiciunt qm̃] concluſio [accidit ex ijs, quæ poſita ſunt:hoc facientes.]ſ.quod dictum eſt.ſ. ꝙ negent vt ſequens , & non vt interrogationem,[nõ videntur per hæc redargui] nec reprehendi, ſed reprehenderentur quando concluſionẽ negarent,vt interrogationem.Ergo ſignum eſt quoniam concluſio non debet interrogari, ſed negari vel cõcedi vt ſequens.Tunc cõcludit,[quando igitur],ſ.opponens [non dicens quidẽ accidere] concluſionem ipſam [interrogabit] vtrum accidat,an non,[ille autem] ſcilicet reſpondens [negabit] concluſionẽ accidere,[omnino nõ videtur fieri ſyllogiſmus.]quoniã ex negatione reſpondentis non præſumitur eſſe factus ſyllogiſmus,ſed bene ex conceſsione . Per hæc igitur patet concluſionem non eſſe interrogandam vt propoſitionẽ,ſed ſi interrogatur,interrogari debet vt ſequens.Tu vero ſcias me hæc verba vix intellexiſſe.Fortaſſe enim ſunt fragmentata.Id autem quod dictum eſt.ſ.concluſionẽ nõ interrogari,verum eſt,vt Alexan.innuit, quatenus eſt concluſio.Sed quoniam vnamet concluſio poteſt eſſe concluſio proſyllogiſmi , & propoſitio ſyllogiſmi:vt propoſitio,poteſt eſſe interrogatio.Quæ autem eſt ſolum concluſio,& nullo mo F do propoſitio,interrogari non poteſt,ſed quæri,vt problema.

45 Non videtur autem omne vniuerſale dialectica propoſitio eſſe, vt quid eſt homo?aut quot modis dicitur bonum?Eſt enim dialectica propoſitio,ad quã eſt reſpondere ſic,vel non.ad dictas autem nõ eſt.Quare non ſunt dialecticæ huiuſmodi interrogationes , niſi ipſe determinans vel diuidens dicat,vt putas ne bonum ſic,vel non ſic dicitur?nam ad talia facilis reſponſio vel affirmando vel negando. Quapropter tentandũ ſic proponere huiuſmodi propoſitiones.

Cum dixiſſet concluſionem non eſſe interrogationem,nunc vult oſtendere quid ſit propoſitio dialectica,& ſub qua forma interrogetur,& primo exponit quid nõ eſt.& dicit,ꝙ propoſitio quæ quærit quid eſt hoc,vel quot modis dicitur hoc,nõ ſit dialectica propoſitio. & dicit, G [Non videtur autem omne vniuerſale,] vt exponit Alexãder, ſicut in propoſitionibus dicit, vt ſit ſenſus,non videtur autẽ omnis propoſitio vniuerſalis [dialectica propoſitio eſſe:vt quid eſt homo?aut quot modis dicitur bonum?] Sed hæc expoſitio non placet, quoniã quid eſt homo? & quot modis dicitur bonũ?non ſunt propoſitiones vniuerſales. Melius ergo dicatur [non videtur autẽ] de omni vniuerſali [ꝓpoſitio dialectica eſſe]vt de vniuerſali homine,ſi dicatur qd eſt homo?& de vniuerſali bono,ſi dicatur quot modis dicitur bonũ?nulla enim horũ ꝓpoſitionum,quæ quęrit aut quid eſt de aliquo vniuerſali,aut quot modis dicitur vniuerſale,eſt propoſitio dialectica.Sed huiuſmodi propoſitiones (vt Alexan. inquit de mente iuniorũ) perſcrutamenta ſolent appellari.Deinde aſsignat rationem,quare quid eſt homo, & quot modis dicitur bonum,non ſint propoſitiones dialecticæ,& commemorat ea,quę libro primo dicta ſunt.dictũ eſt enim libro primo,non eſſe dialecticas propoſitiones,quę quid eſt propoſitum perſcrutãtur, & quæ quot modis propoſitũ quærũt. nam propoſitio dialectica,eſt interrogatio cõtradictionis.Sunt tamen huiuſmodi ꝓpoſitiones interrogationes quædã.nam ſi interrogans putat diſcere à reſpondente hominis ſubſtantiã,quærit quid eſt homo?ſi autem putat diſcere boni diuiſionem,quærit quot modis dicitur bonum ? Addit igitur cauſam quare tales interrogationes non H ſunt dialecticæ,& dicit,[eſt enim propoſitio dialectica, ad quam eſt reſpondere ſic, vel non.]id eſt enim propoſitio dialectica,interrogatio diſiunctiua propoſita ſub forma contradictionis, vt reſpondens eligat alteram partem,quam vult ſuſtinere.Tunc accipit minorem, & dicit, [ad dictas autem]interrogationes,ſcilicet,quid eſt homo?& quot modis dicitur bonum?[non eſt] reſpondere indifferenter ſic, vel non: ſed determinate,quoniam homo eſt animal rationale mortale:& bonum,quod dicatur honeſtum,vtile,& delectabile.nam huiuſmodi interrogationes nõ diſputantium,ſed volentium diſcere ſunt.Propterea infert concluſionem . & dicit, [quare huiuſmodi interrogationes non ſunt dialecticæ,] ſed doctrinales. Deinde oſtendit quonam modo huiuſmodi interrogationes reduci poſsint ad dialecticum modum ? & dicit, [niſi ipſe determinans] id eſt,definiens [vel diuidens] pro hac oratione, quid eſt homo, [dicat] vtrum,aut nõne ſic, aut an ſecus , aut dicat [putas ne bonum ſic vel non ſic dicitur?] id eſt, honeſtum vel vtile,vel delectabile dicitur , an non ? aut,vtrum bonorum alia animæ , alia corporis, alia fortunæ ſint , an non ? & pro hac oratione,quid eſt homo , dicat, vtrum homo eſt animal rationale mortale, an non ? Sic enim hacque forma interrogabit dialecticus. [nam ad talia] ſic in-

A terrogata [facilis responsio vel affirmando, vel negando.] Ideo concludit formam, sub qua debent hæ propositiones interrogari, & dicit, [quapropter tentandum sic proponere huiusmodi propositiones,] vt reducãtur ad dialecticas interrogationes. nam sic opponens poterit interrogare, & respondens sic vel non respondere.

46 Simul autẽ & iustũ fortasse est ab illo interrogare, quot modis dicitur bonũ, quando hoc diuidente & proponẽte, nullo modo concesserit.

Cum declarasset non attinere ad dialecticum interrogare quid est hoc, neque quot modis dicitur hoc, nunc ostendit, quando ad dialecticum attinet interrogare quid est hoc, & quot modis diuiditur hoc, & asserit esseũ iust, tunc ab interrogãte interrogare quid hoc, vel quot modis dicitur hoc, cum respondens, qui interrogatur, non concesserit ab interrogantibus, qui definierũt vel diuiserunt diuisionem, & definitionem rei interrogatæ. hoc pacto doctissimus Alexan. hunc locum intellexit, & quidem probe, non autem vt exposuerunt recentiores. & ita intelligat Aristoteles lege verba. [Simul autem cũ eo,] quod dictum est, scilicet huiusmodi non esse interrogationes dialecticas, [& iustum fortasse est] opponentem [ab illo] scilicet respondente [interrogare] quid subaudi est hoc, scilicet homo, & [quot modis dicitur bonum, quando hoc] scilicet B opponente, [diuidente] quot modis, [& proponente] scilicet quid est, respõdens [nullo modo concesserit] diuisionẽ, vel definitionem assignatã ab opponente. tunc enim licet dicere vt dicat respõdens, quot modis dicitur bonũ, & quid est homo, postquam ei non placet diuisio boni, nec definitio hominis assignata ab opponẽte. Dixit autem [fortasse,] quia re vera huiusmodi interrogationes nõ sunt dialecticorũ, sed eorum, qui scire volunt. Sunt autẽ solum in casu dialecticæ.

47 Quisquis autem vnam orationem multo tempore interrogat, male interrogat. nam si respondeat quidem ei interrogatio, quod interrogatur, manifestum, quoniam multas interrogationes interrogat, aut frequenter easdem. Quare aut nugatur, aut nõ habet syllogismũ, ex paucis enim omnis syllogismus. Si vero nõ respõdeat, nõ increpat, aut discedit.

Quoniam circa interrogationes accidit persæpe ex parte interrogantis non paruus error, ideo hunc remouens dicit, [quisquis autem vnam orationem multo tempore interrogat] id est, C per multas interrogationes interrogat, [male interrogat.] Deinde reddit causam quare qui temporis extensione vnam interrogationem interrogare frequentat, [male interrogat,] dicit. [nam si] respondens [respondeat quidem ei interrogato, quod interrogatur] dico si respondeat, toties, quoties interrogat, & vnicuiq; interrogationi, quã interrogat opponens, [manifestũ, quoniam multas interrogationes] opponens [interrogat] scilicet diuersas, [aut frequenter easdem, quare aut opponens toties interrogans [nugatur] garrulando sæpeque idem repetendo frustra [aut non habet syllogismum] quem scilicet facere possit ex interrogatis, non enim oportet tot habere pro syllogismo conficiendo. [ex paucis enim omnis syllogismus] quia ex duabus propositionibus. [Si vero non respondeat] respondens vnicuique interrogationi, [non increpat] scilicet respondens ipsum opponentem, neque obiurgat eum, [aut discedit] & ab ipso opponente segregatur nolens cũ eo disputare. Hoc pacto exponit Alexan. & hęc omnia dicit inueniri posse apud Platonem. ¶ Sed occurres, quoniã cũ Aristoteles locutus esset de celatione, præcepit multas interrogationes interrogare oportere, & cum dixisset de amplificatione, præcepit multas & quidem superfluas interrogationes esse proponẽdas. Hic autẽ prohibet hęc. Respondet Alexander Aristotelem superius præcepisse pro celanda oratione multas orationes esse interrogandas D permutatione facta ad prosyllogismos. & pro amplificanda oratione, superfluas esse interrogandas non sub eadem forma, eisdemque verbis. Secus autem hic loquitur.

48 Est autem argumentari difficile, & sustinere facile easdem suppositiones. Sunt autem talia, & quæ natura sunt prima & quæ postrema. Nam prima quidem termino indigent. Postrema vero per multa terminantur, volenti continuum sumere à primis, aut sophisticæ videntur argumentationes. Impossibile enim demonstrare quippiam est eum, qui non incipit à propriis principiis, & connectit vsque ad vltima. Definire autem non dignũ putant respondentes, neque si interrogans definierit, aduertunt. Non facto autem manifesto, quidnam est ipsum propositũ,

non facile eſt argumētari. Maxime autem quod tale eſt, circa principia E
accidit. Nam alia quidem per hæc monſtrantur, ipſa vero non per alia
contingit, ſed neceſſe eſt definitione talium vnumquodque cognoſcere.

Cum de interrogationibus dixiſſet, nunc vult eas comparare quantum ad difficultatem, at-
que facilitatem. & primo proponit concluſionem, & dicit, [Eſt autem argumentari difficile, &
ſuſtinere facile eaſdem ſuppoſitiones,] vt ſit ſenſus, quæcunque ſunt cum difficultate argumen
tabilia, cum facilitate ſunt ſuſtentabilia. ſic enim Alexander intelligit, & declarat. & intelligit
per argumentari (quod græce eſt ἐπιχειρεῖν, latine etiam conari) interrogare, atque ſyllogi-
zare: & per ſuſtinere, (quod græce eſt ἐπέχειν,) intelligit reſpōdere: & per ſuppoſitiōes, (quod
græce eſt ὑποθέσεις,) intelligit (vt Alexander inquit) problemata, hoc eſt, quæcunque quæ-
runtur vel, vt propoſitiones primæ, vel vt vltimæ concluſiones. oſtendit autem Alexander &
quidem ſatis dilucide, quæcunque propoſitiones ſunt interrogantibus, atque volentibus ſyllo-
gizare difficiles, eaſdem reſpondentibus eſſe faciles ad inſtantiam. Nam quod difficile eſt mon-
ſtrari, facile impediri poteſt per inſtantiam. Ob id enim eſt difficile, quoniam non facile accipi
poſſunt ea, per quæ oſtenditur. Non facile autem accipi poſſunt ea, per quæ oſtenditur, quo- F
niam multas habent inſtantias, recte ergo dicit Ariſtoteles illud, quod eſt difficile interroganti,
idem facile eſſe reſpondenti. Nam ratio eorum circa oppoſita eſt, opponentis quidem ſyllogi-
zare oppoſitum eius quod poſitum eſt, reſpondentis autem impedire. Deinde oſtēdit, quæ ſunt
oſtendi difficilia conantibus, & quæ reſpondentibus facilia. & dicit, [Sunt autem talia, & quæ
natura ſunt prima, & quæ poſtrema.] natura quidem prima ſunt principia: vltima vero con-
cluſiones, quæ à principijs multum diſtant. & vt Alexander inquit, non eſt eadem cauſa diffi-
cultatibus vtriſque, ſed oppoſita [nam] (vt Ariſtoteles inquit) [prima quidem termino indi-
gent.] nō enim eſt poſsibile ipſa per alia demōſtrari, quia tunc aut in infinitū proficiſceremur,
aut circulo demonſtrarentur. Et ideo prima cognoſcimus, inquantum terminos cognoſcimus,
terminos autem definitione cognoſcimus. [Poſtrema vero per multa terminantur, volenti con-
tinuum] proceſſum [ſumere à primis.] Non enim vltima ſciuntur, niſi reſoluantur continue ad
prima principia. Oportet enim à proprijs principijs incipere vſque ad vltima, ſi aliquid oſten-
di debet à priori, [aut ſophiſticæ videntur argumentationes.] Appellat enim Ariſto. ſcire ſophi
ſtico modo, quod non eſt per cauſam propriam, vt primo Poſteriorum patet. Quod autē vltima G
ſic ſciantur, probat, & dicit, [Impoſsibile enim demonſtrare quippiam eſt eum, qui nō incipit à
proprijs principijs, & connectit vſq; ad vltima.] nam ſi per principia extranea, ſophiſticæ erūt
argumentationes. Quæ igitur cauſa difficultatis eſt in vltimis, ex hiſce patet. De cauſa vero dif
ficultatis primorum nunc exponit, & dicit, cum prima principia cognoſci non poſsint, niſi de-
finitionibus terminorum, quibus conſtant, [definire autem non dignum putant reſponden-
tes] id eſt, definitiones autem terminorum, quibus conſtant prima, reſpondentes non ſumunt,
vt dignitates, [neque ſi interrogans definierit] ſcilicet terminos primorum [aduertunt,] nec cu
rant, nec concedunt. [non facto autem manifeſto quidnam eſt ipſum propoſitum] id eſt, ipſum
primum cū non fuerit manifeſtum ex definitionibus terminorum quibus conſtat, [non facile eſt
argumentari] vltima per ipſum. vel aliter poteſt legi, & melius, [non facto autem manifeſto] ſci
licet ipſo primo, [quidnā eſt] ex definitionibus terminorū, [ipſum propoſitū quod eſt vltimū,
[non facile eſt argumentari.] Deinde alia ratione probat Ariſto. ꝙ prima ſit difficile probare. nā
quæ alia probant, & per alia non probantur difficile eſt probare. prima alia probant, & per alia
non probātur, ergo difficile eſt ea probare. primo proponit concluſionē, & dicit, [Maxime autē
quod tale eſt] ſcilicet difficile probare, [circa principia accidit.] Deinde aſsignat minorē, & di- H
dicit, [Nam alia quidē per hæc monſtrantur, ipſa vero non per alia contingit] .ſ. monſtrari [ſed
neceſſe eſt] vt dictū eſt, [definitione talium vnūquodque cognoſcere.] hoc eſt minor: maiorem
vero tacuit, & concluſionē primo accepit. Dixit Ariſto. vltima eſſe difficile probare, ꝑpter mul
titudinem eorum, quæ accipiuntur à primis vſque ad vltima. Huius cauſam Alexāder aſsignat,
& dicit, quia multis acceptis, occaſiones ſunt multarū inſtantiarum. prima vero difficile eſt co-
gnoſcere, quia non poſſunt cognoſci, niſi per definitiones terminorum, ex quibus cōſtant, qui-
bus reſpondentes aut non credunt, aut nō aduertunt, quoniam illas non putant eſſe dignitates.

49 Sunt autem difficile argumentabilia, & quæ valde propinqua ſunt
principiis. Non enim contingit plures ad hęc rationes inuenire, cum &
horum, & principiorum, per quæ neceſſe eſt monſtrare ea quæ poſt illa
ſunt, pauca ſint media.

A Nunc de difficultate intermediorum,dicit,[Sunt autem difficile argumentabilia, & quę val de propinqua sunt principijs,] & (vt Alexander inquit) contrario modo vltimis, inquantum videlicet ea,quæ sunt à longe,multitudine mediorum:quæ vero prope,paucitate videtur difficile argumentabilia.[Non enim contingit plures ad hæc rationes inueniri,cum & horũ,& principiorum,per quæ necesse est monstrare ea,quæ post illa sunt] scilicet vltima,[pauca] admodũ [sunt media] quia enim non sunt horum media,vel sunt,sed pauca,ideo nõ sunt manifesta, sed eorum ostensio perdifficilis.Præterea propter propinquitatem ad prima de talibus videtur esse,vt petitio principij.¶Quo vero ad verba græca attinet,hic Aristo.singularibus pro pluralibus vti videtur,vt legenti verba græca perspicuum est.

50 Terminorum autem difficile argumentabiles ii omnium maxime sunt,quicunque vtuntur talibus nominibus, quæ primum quidẽ immanifesta sunt simpliciter ne an multipliciter dicantur.Adhuc autem quę neque nota vtrum proprie,an secundum translationem de definito di- B cantur.Nam quia obscura sunt,non habent argumenta,quia vero ignoratur si absq; translatione dicitur, quod tale est, nõ habet increpationẽ.

Alexander,cui multum tribuendum esse puto, hunc textum sic exponit.nam cum Aristot. demonstrasset facilius esse destruere,quàm cõstruere terminum,hoc est definitionẽ, nunc quales termini difficile construi posint,ostendit. Et vult (vt Alexan. exponit) eos ad construendum difficillimos esse,qui per ea asignantur,quæ immanifesta sunt,vtrum simpliciter, & vno modo, aut multipliciter , & æquiuoce dicantur?vel qui per ea asignantur, quæ ignota sunt, vtrum proprie,vel per translationem dicantur.dicit, [Terminorum autem difficile argumentabiles] id est,difficile construibiles,[ij omnium maxime sunt,quicunque vtuntur talibus nominibus] id est,quicunque asignantur per talia nomina, [quæ primum quidẽ immanifesta sunt, simpliciter ne,] hoc est,vniuoce [dicantur,an multipliciter,] hoc est,æquiuoce. Vtroque enim modo aliqua possunt esse obscura,& quia in sui vniuocatione sunt obscura,& quia in sua æquiuocatione sunt immanifesta.[Adhuc autem] quia dantur per immanifesta, [quæ neque nota] sunt, [vtrum proprie, an secundum translationem de definito dicantur.] Dixit enim in sexto non bene definiri ea,quæ per æquiuoca,vel vniuoca simpliciter ignota definiuntur. Similiter C neque per ea,quæ ignota sunt vtrum proprie vel translatitie de definito dicuntur. asignat causam,& dicit,[Nam quia obscura sunt] scilicet ea,per quæ definitiones asignãtur,propter ignotam vniuocationem,vel propter æquiuocationem, [non habent argumenta,] nec loca, quibus construantur definitiones ipsę,[quia vero ignoratur , si absque translatione dicitur, quod tale est,] scilicet ipsum definiens [non habet increpationem] subaudi ab aliquo volente definitionem increpare,quoniam contra ignotum nemo obiurgat, atque reprehendit . Talis est ea vnitatis definitio,quę est vnitas,est infinitum in numeris.Non enim ipsum infinitum,quod ponitur in definitione vnitatis , notum est vtrum sit simpliciter an multipliciter dictum , neque vtrum proprie an translatitie de vnitate dicatur. non enim notum est finem non habens , proprie ne an metaphorice de vnitate dicatur . Cur vero Aristoteles hic declarauerit , qui facile, quiue termini difficile construantur,Alexander non asignauit causam, videtur enim hæc repetitio satis extra propositũ, tamen causa esse potest quoniã dixit prima cognoscere difficile esse: quoniã non cognoscuntur,nisi definitionibus,quibus respondens non assentit,imo aduersatur Propterea Aristoteles voluit hic repetere,quæ definitiones facile, quæue difficile cõstruantur.

D 51 Omnino autem omne problema,quando fuerit difficile argumentabile,vel termino indigere arbitrandum est,vel eorum , quæ multipliciter,vel eorum,quæ secundum translationem esse dicuntur,vel nõ longe à principiis. aut quia non manifestum est primum nobis hoc idem, quonam etiam dictorum modorum est , quod dubitationem præstat . Nam cum manifestus esset modus,perspicuum esset, quoniam aut definire,aut diuidere, aut propositiones inuenire oporteret , quippe cũ per has ostendantur vltima.

Cum dixisset ea,quæ sunt natura prima,& eaquæ sunt vltima,ex æquo difficilia esse,& etiã quæ nimium primis proxima sunt, dixisset insuper ignotas esse definitiones quæ vel æquiuo-

cum,vel translatitium aliquid habent.nunc vniuersaliter ad hæc reuertitur,& asignat causam, E
propter quã problema est difficile,& dicit,[Omnino autem]& vt vniuersaliter dixerim,[omne
problema,quando fuerit difficile argumentabile,] hoc est, construib.le, [vel termino indigere
arbitrandum est,] quo videlicet manifestentur principia , per quæ construi potest. [vel] arbi-
trandum est,[eorum esse] id est,ex eis esse,[quæ multipliciter:vel eorum] id est, ex eis, [quæ di
cuntur secundum translationem:vel] esse problema [non longe à principijs.]Deinde quasi tan
gens difficultatem ex his compositam,dicit,[aut]problema difficile construitur,[quia nobis pri
mum, non manifestum est, quonam etiam dictorum modorum] quatuor [est, quod dubitatio-
nem præstat] id est,aut problema est difficile ad construendum, quia nobis à principio non est
manifestus,quis modus difficultatis est ex quatuor iam enumeratis, vtrũ sit difficile,quia prin-
cipia,ex quibus cõstruitur, indigẽt definitione,aut quia componitur ex terminis multipliciter
dictis,aut ex terminis translatitijs, vel quia non procul à primis est. [Nam cum manifestus es-
set modus,] per quem problema est difficile, [perspicuum esset quoniam aut definire] scilicet
oporteret prima per quæ ostenditur, si subaudi difficultas problematis esset propter prima,
[aut] oporteret [diuidere] si difficultas problematis esset, propter multiplicitatẽ, vel transla-
tionem terminorum, ex quibus problema componitur, [aut oporteret inuenire propositiones] F
si problema esset proximum primis. [quippe cum per has ostendantur vltima.] ¶Sed dubita-
res fortasse,quia dialecticus habet viam probandi omnium artium principia,imo,vt primo hu-
ius dicit Aristo.si quis destruxerit principia geometriæ,non habet amplius geometra quòd op-
ponat,sed necesse est de eis determinari in scientia communi,vt in dialectica.Ergo dialecticus fa
cile potest prima construere.non ergo recte Aristo.asserit prima ad construendum esse difficile.
Nam licet id verum sit in ea facultate,in qua sunt prima,nõ tamen verum est in dialectica, quæ
facile omnia construere potest.¶Sed diluitur hęc dubitatio.nam licet (vt argumentum cogit)
dialecticus habet viam ad prima principia,nõ tamen sequitur, vt facile posit probare ea. ¶In-
super dubitabis secundo,quia non videntur prima cognosci per definitionem. nam cum princi
pia complexa sint,& quidem per verbum,non poterunt definiri. Potest etiam hoc dubiũ dilui,
quoniam nullum primum principium per definitionem cognoscitur,vt argumẽtum conuincit,
tamen cognoscitur per definitionem suarum partium.nam (vt Aristo.inquit) primo Posterio-
rum,principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus,id est,inquantũ terminos defi-
nimus,ex quibus constant.Cognoscendo enim quid totum,& quid pars, cognoscimus quoniã
totum est maius sua parte.Ad hæc,non videntur principia difficilia cognitu:primo quia princi G
pium est maxima propositio (vt Boet.inquit) nihil notius videtur maxima ipsa propositione.
Deinde principia prima cognoscuntur per definitionem suorum terminorum,sed cum termini
primorum principiorum sint communissimi,per quamcunque notificationem vel descriptionẽ
patent .quare facile videntur cognosci. ¶Iterum hæc dubitatio diluitur. quoniã termini prin
cipiorum aut significant res alicuius determinati prædicamenti, vt vnum vni tantũ est contra-
rium,vt postea dicet,& tales termini (cum sint in genere) habent veram definitionem, & cum
inter omnia prędicata definitio est difficillimum ad construendũ,ideo principia huiusmodi sunt
difficilia ad construendum:aut non significant res determinati prędicamenti,vt de quolibet est
affirmatio vel negatio vera,& de nullo ambæ. & de quolibet dicitur esse vel nõ esse,& de nul-
lo simul.& horum terminos facile est cognoscere per quamcunque descriptionem,vel notifica-
tionem,cum veram definitionem non habeant,quoniã non significat res determinati prædica-
menti.& de his Aristo.non loquitur hic, sed primo Posteriorũ . hic autem loquitur de primis.
Cum vero Boet.dicebat nihil notius esse maxima propositione, verum dicit in genere comple
xorum,tamen aliquid est ea notius in genere incõplexorũ.Termini enim ex quibus constat,no-
tiores sunt ipsa maxima.Vlterius non videtur esse verũ id quod Aristo.inquit, principia solum H
definitione cognosci.sic enim sibi libro.2.Priorum non constaret, vbi asserit syllogismum viam
esse ad mediata,iuductionẽ autem ad immediata.Cũ ergo principia prima sint immediata, pote
runt non tantũ definitione suarũ partium cognosci,verum etiã inductione.Nec sibi libro Poste
riorũ secundo constare videtur,cũ dicat principia via sensus,memoriæ, ac experimenti,cogno-
sci.Sed cessat contradictio,quoniã principia possunt bifariam cognosci aut quo ad inchoatam
notitiã,& sic per inductionẽ cognoscuntur, & per sensus,vt in Prioribus & Posterioribus satis
exposuimus:aut quo ad perfectã cognitionem,& sic solũ per definitiones terminorũ,ex quibus
constant,(vt hic dixit) cognoscuntur. ¶Insuper videtur non parua dubitatio, quonám modo
prima & vltima sint ad construendũ difficilia. Nam primũ & vltimum sunt opposita.Similiter
facile construibile,& difficile construibile,sunt opposita. Quare si difficile est cõstruere prima,
facile erit construere vltima:contra etiam,si difficile est construere vltima,facile erit construere
prima.locus est ab oppositis.Longe maior dubitatio videtur,quia Aristo.proxima primis dixit
esse ad construendũ difficilia paucitate mediorũ.Vltima autẽ difficilia multitudine mediorum,

A modo contraria non sunt causę eiusdē. Paucitas mediorum, & multitudo mediorū sunt contraria, ergo non sunt causæ difficultatis ad construendū. quare si mediorū multitudo est causa difficultatis, paucitas erit causa facilitatis. Cessant etiā hęc, quoniam media bifariā accipi possunt, aut secundū longum, aut secūdum latus, secundum longum quidem, quando plura subordinata secundum rationem causę concurrunt ad construēdum aliquid, quorum nullum per se sufficit, vt si e, construitur per d, d autem per c, c vero per b, at b per a, patet ad construendū e, sumenda esse omnia pręcedentia secundū longū: & hæc secundū vltimū mediorū multitudo causa est difficultatis vltimorū. Aut media accipi possunt secundum latus, cum videlicet nullum mediorum causa est sufficiens propositi, vt cum construimus Socratem adulterum esse, quia est comptus, & quia est musicus, & quia est versificator, multitudo hæc mediorū causa est secundū latus, & paucitas horum mediorū secundū latus causa est difficultatis eorum, quæ sunt proxima primis. Tūc dico, ꝙ licet multitudo & paucitas sint opposita, tamen multitudo mediorū per longum, & multitudo mediorū per latus non sunt opposita, cū non secundū idem sumantur. ¶ Adhuc non videtur verū, quod Aristo. dicit demonstrari non posse vltima, nisi incipiendo à primis, & continue procedēdo per intermedia ad vltima. Nā hæc cōclusio triangulus habet tres, &c. cōstrui po

B test per suum proximum medium, vt per hoc, quod est habere angulum externū, qui æqualis est duobus rectis internis sibi oppositis. Vbi patet non opus esse continuare mediū à principiis primis vsq; ad hanc vltimā conclusionē. Præterea si à primis media cōtinuarentur vsq; ad vltima, fieret transitus de genere in genus, quia permutatio à primo subiecto in vltimum, quæ nō sunt sub eodem genere. Diluitur autem hæc dubitatio, quoniam si loquimur de ipso scire simpliciter, oportet media à primis ad vltima cōtinuare, & transcendere de genere in genus, & de subiecto in subiectum. At si loquimur de ipso scire ex suppositione, nō oportet incipere à primis simpliciter, sed à primis in genere, & supponere prima simpliciter, & hoc pacto fit demōstratio trianguli, vt describenti patet.

52 Et in multis positionibus (non bene assignata definitione) non facile est disputare atque argumentari. Vt vtrum vnum vni contrarium, an plura? definitis autem contrariis aliquo modo, facile est ostendere, vtrum contingit plura eidem esse contraria, an non? Eodem autem mo

C do & in aliis definitione indigentibus.

Cum demonstrasset problemata demonstrari non posse per principia, nisi principia definiantur, nunc ostendit, quòd nisi principia bene definiantur, non poterunt problemata demonstrari. & primo accipit conclusionem, & dicit, [Et in multis positionibus,] imo in omnibus problematibus [non bene assignata definitione] subaudi partium, principij, per quod demonstrantur, [non est facile] immo nec possibile [disputare, atque argumentari,] & construere illa problemata. Deinde probat per exempla, & ostendit principium non posse intelligi, nisi termini, vel saltem alter terminorum bene definiatur, & dicit, [Vt vtrum vni vnum] tantum [contrarium, an plura?] non potest hoc principium scire, non definitis bene contrarijs. Nam si quis dixerit contraria esse quæ sunt inuicē corruptiua, cum hęc non sit bona contrariorū definitio, nō sequetur contrarium esse vnum tantum vni. nam flauum & viride sunt corruptiua albi, & albū corruptiuum flaui, & viridis: & tamen album non est tantum vni eorum cōtrarium, immo ambobus contrarietate extremi ad medium. [Definitis autem contrarijs aliquo modo] scilicet be

D ne, quòd contraria sint, quæ maxime distant sub eodem genere, [facile est ostendere, vtrum contingit plura eidem esse contraria, an non.] nam ea definitione stante, non potest vni contrario esse nisi vnum contrarium. Cum non contingat maxime distare, nisi vnum vni: quoniam quod per superlatiuum dicitur, vni soli conuenit. [eodem autem modo & in alijs] principijs [definitione indigentibus] dicendum, quòd nisi bene definiantur, non possunt cognosci, & ita nec problemata per ea construi.

53 Videntur autem & in disciplinis, quædam ob definitionis defectū, non facile describi. Vt & quoniam, quæ ad latus secat planum linea, similiter diuidit & lineam & locum. Definitione autem dicta, statim manifestum est, quod dicitur. Nam eandem diuisionem habent loca, & lineæ. Est autem definitio eius orationis hæc.

Quod autem non solum in disputationibus, sed etiam in disciplinis, nonnulla per definitionis defectum non facilis responsionis sint, nunc exponit, & dicit. [Videntur autem & in disci-

plinis, quędam] scilicet problemata [ob definitionis defectum, non facile describi] id est, nō facile demonstrari, cum videlicet problemata fuerint, quæ ostenduntur per principia, quæ definitione indigent. Defectu enim illius definitionis, principium non est manifestum: & cum non fuerit principium ipsum manifestum, nec problema, quod per illud demonstratur, erit manifestum. Deinde assignat exemplū, & dicit. [Vt & quoniam linea, quæ ad latus] id est, quæ ducta ab vno latere ac latus aliud, vt à latere a,c,d, ad latus b,d,f, [secat planum,] id est, planitiem, quæ spatiū est atque area inter latera supra dicta. videlicet a,c,d, & b,d,f, [similiter diuidit & lineam, & locum.] & per locum, intelligit planitiem, quæ est spatiū inter latera, vt dictū est. Est ergo principium linea, quæ secat planū: similiter secat planum & lineam, quæ est longitudo plani. Hoc principium est ignotum, nisi illa oratio, scilicet linea quæ ad latus secat planum, bene definiatur. Est autē ei⁹ orationis definitio, linea ad latus secans planū est linea, quæ æquidistās ducitur per areā in superficie æquidistantiū laterum ad latus. [Definitione autem] hac [dicta,] atque assignata, [statim manifestum est quod dicitur,] scilicet ꝙ linea secans planum, similiter secet planū, & lineam. [nam eandem diuisionem habent loca,] id est, plana, [& lineæ,] quæ sunt planorū longitudines. [Est autem definitio eius orationis] scilicet linea quæ ad latus secat planum, [hæc] scilicet linea, quæ æquidistans ducitur per aream in superficie æquidistātium laterum ad latus.

54 Simpliciter autem prima elementa, positis quidem definitionibus (vt quid linea, & quid circulus) facillimum est ostendere. Verum non multis ad vnumquodque eorum est argumentari, quoniam non sunt multa media. Si autem non ponantur principiorum definitiones, difficile. Fortasse autem omnino impossibile. Similiter autem his, & in illis quæ sunt circa orationes, se habet. Non igitur latere oportet, quando difficile est argumentabilis positio, quoniam passa est aliquid eorum, quæ dicta sunt.

Cum monstrasset etiam in disciplinis nonnulla propter definitionis defectū non facilia esse, & per exemplum hoc ita esse demonstrasset, nunc id quod dixit, ostēdit esse vniuersale in omnibus principijs. & dicit, [Simpliciter autem prima elementa] id est, prima principia, per quæ positiones construuntur, [positis quidem definitionibus, vt quid linea, & quid circulus,] & quid triangulus, [facillimū est ostendere,] subaudit Alexander, & ea, quæ prope principia sunt, etiam definitionibus primorū elementorū facile est ostendere. [Verū] (vt inquit) habitis [nō multis] scilicet medijs [ad vnumquodque eorū est argumentari, quoniam non sunt multa media,] quibus demonstrentur, cum sint prope prima. [Si autem non ponantur principiorū definitiones, difficile, fortasse autem impossibile] erit de his, quæ sunt prope prima, demōstrationem facere. Nam cum prima sine definitionibus cognosci non possint, impossibile erit cognoscere ea, quæ sunt prope prima, cum demonstrari non possint, nisi per prima. Et cum dixisset de demonstrationibus, quæ sunt secundum disciplinam, & vtilitatem definitionum, subscribit, [Similiter autem his,] quæ de disciplinis dicta sunt, [& in illis se habet, quæ sunt circa orationes] id est, circa disputationes. Tunc quasi epilogando dicit, [Non igitur latere oportet, quando difficile est argumentabilis positio] id est, problema, [quoniam] tunc est difficile argumētabilis, cum [passa est aliquid eorum, quę dicta sunt.] scilicet quia vel principia carent definitionibus, vel quia sunt nimis remota à primis, aut quia sunt pauca media, aut quia passa sunt aliud tale.

55 Quando autem erit ad dignitatem & propositionem maior labor disputare quàm ad positionem, dubitare vtique posset quispiam vtrum ponenda sint talia, an non. nam si non ponat, sed poscat & ad illa disputare, maius præcipiet quàm quod in principio positum est: si vero ponat, credet ex minus credibilibus. Si igitur oportet non difficilius problema facere, ponendum. Si autem per notiora syllogizare, non ponendum. An discenti quidē non ponendum, nisi notius sit: exercitanti verò, ponendum, si verum solum appareat? Quare manifestum quoniam non similiter & interroganti, & docenti, existimandum est esse ponen-

A dum. Quo pacto igitur interrogare, & ordinare oportet, pene ſufficiũt, quæ dicta ſunt.

Mouet circa ea quę dicta ſunt, dubitationē. verũ quo ad verba attinet, per dignitatē & propoſitionē idē intelligit, quia dubitatio erit de ꝓpoſitionibus, quæ accipiũtur ad problematis oſtēſionē. Per poſitionē autē intelligit problema. Tũc mouet dubitationē, & dicit [Quãdo autē erit ad dignitatē & ꝓpoſitionē maior labor] hoc eſt, maior difficultas [diſputare q̃ ad poſitionē] .i. q̃ ad problema, quod per propoſitionē oſtenditur, [dubitare vtique poſſet quiſpiam, vtrum] ab ipſo reſpondente [ponenda] atque concedēda [ſint talia] ſine demonſtratione, [an non] ponenda à reſpondente, ſed diſputanda cum interrogante. Argumentatur pro vtraque parte, & dicit, [Nam ſi non ponat] reſpondens ea, [ſed poſcat & ad illa diſputare] cum ipſo opponente, [maius pręcipiet] eſſe faciendum, [quàm] ſit illud, [quod in principio poſitum eſt,] quoniam reſpõdens transferet ſe ad difficilius quàm erat principale propoſitum, quod eſt cõtra præcepta dialectica. [ſi vero] reſpondens [ponat] propoſitiones, cum illæ ſint problemate difficiliores, [credet] problema eſſe verum, [ex minus credibilibus] id eſt, ex propoſitionibus difficilioribus, atque
B minus credibilibus, quod eſt contra aliud præceptum dialecticum. Deinde dubitationem epilogans, dicit, [Si igitur oportet non difficilius problema facere, nec reſpondentem ſe transferre ad difficilius quàm erat propoſitum, ab eo [ponendum] eſt propoſitiones. [ſi autem] oportet [per notiora ſyllogizare,] ab ipſo reſpondente [non] eſt [ponendum] propoſitiones, cum ſint problemate minus notæ. Reſpondet, & dicit, [An diſcenti quidē] ſcilicet in doctrinis, & ſcientiis, hoc eſt, cum reſpondens voluerit diſcere, ab eo propoſitiones [non ponendum, niſi] axioma [notius ſit] problemate, quoniam ſcientificæ cognitiones per notiora fiunt, [exercitanti vero] id eſt, reſpondenti vero, qui vult ſe exercitare in dialogis, & tentationibus, & diſputationibus axioma eſt [ponendum] atque concedendum, [ſi verum ſolum appareat.] tunc cõcludit, [quare manifeſtum, quoniam non ſimiliter & interroganti & docenti] ab ipſo reſpondente [exiſtimandũ eſt] axioma [eſſe ponēdum.] nam qui docet, per prima & nota facit ſermones: qui vero tentat, & diſputat, per apparentia, & probabilia. Vnde ſi problema fuerit, omnis voluptas eſt bonum, dialecticus vteretur ea propoſitione, quæ eſt, omnis voluptas eſt ſecundum naturam, & ea, quæ eſt, omne quod eſt ſecũdum naturam, eſt bonum, quæ cum ſint probabiles, dialectico ſufficiunt: de-
C monſtrans autem non quieſceret his, ſed quæreret quo modo omnis voluptas eſt ſecundũ naturam, & oſtenderet, omnem actum potentiæ, quæ eſt ſecundum naturam, eſſe impedibilē. Quæret etiam quæ eſt hæc potentia, quæ eſt ſecundum naturam, & quo modo voluptas ſit actus, & ſic trãſferet ſe ad maiorem difficultatem, quàm fuerit circa propoſitum. ☙ Quod vero ad verba attinet, Ariſto. per dignitates (vt Alexan. exponit) quę Græce dicuntur axiomata, intelligit propoſitiones quę demonſtratione indigent, & non ſolum indemonſtrabiles, vt ſolitus eſt dicere in Poſterioribus analyticis. Dicit etiam. Alexan. Ariſtotelem accepiſſe ἢ, pro quàm, & nõ pro vel, alioquin locutio eſſet incongrua, cũ dicit, [maior labor diſputare] ἢ ad poſitionē, nõ enim congrue diceretur vel ad poſitionem, ſed quàm ad poſitionem. Verbum enim ἢ multifariam apud Græcos accipitur. hæc de interrogante epilogat Ariſtoteles, & dicit, [Quo igitur pacto] opponentē [interrogare, &] interrogationes [ordinare oportet, pene ſufficiũt quæ dicta ſunt,] dixit autem [pene] ad honeſtatem, vt euitaret arrogantiam.

DE RESPONDENTE.

56 De reſponſione autem primum quidem determinãdum, quodnam
D ſit opus bene reſpondentis, quemadmodum bene interrogantis.

In his verbis Ariſto. proponit intentionem generalem, & ſpecialem. & dicit, [De reſponſione autem] ſubaudi nunc loquendo. hæc de generali intentione. de ſpeciali vero dicit, [Primum quidem determinandum quidnam ſit opus bene reſpondentis, quēadmodũ] q̃d opus ſit [bene interrogantis.] ergo communis intentio eſt dicere de reſponſione, præambula vero intentio eſt declarare quid nam ſit opus bene reſpondentis, & quid nam opus bene interrogantis. Exequetur aũt de reſponſione ibi [Neceſſe eſt itaque,] vbi cõpleto proœmio, exequetur narrationē.

57 Eſt autem interrogantis quidem ſic ducere orationem, vt faciat reſpondentem dicere inopinabiliora, quàm ea, quæ propter poſitionem ſunt neceſſaria. Reſpondentis vero, non propter ſe apparere accidere impoſſibile, aut quod præter opinionem eſt, ſed propter poſitionē. Nam alterum fortaſſe peccatum, ponere primum quod non oportet: & alterum, poſitum non ſeruare aliquo modo.

Nunc præambulam intentionem prosequitur,& dicit,[Est autem interrogantis quidem sic E ducere orationem]id est,id facere interrogationem[vt]per ipsam[faciat] respondentem[dicere inopinabiliora,quàm]sunt[ea,quæ propter positionē sunt necessaria]id est,quàm sunt ea, quæ necessario sequuntur ad positionem.Possunt enim si positio est improbabilis,ea sequi quæ sunt improbabilia:at interrogans bene interrogat,cum vi suæ interrogationis cogit respondē tem dicere ea,quæ sunt improbabiliora ijs,quæ sequuntur vi suæ positionis, vt si Epicurus sustineat voluptatem esse bonum summum, opponens debet ducere Epicurum ad dicendum aliquod magis inopinabile quàm sint ea,quæ sequuntur suam opinionem.Nam ad Epicuri positionem sequitur actum sensitiuæ virtutis esse summum bonum.Opponens ergo ad maius absurdum ducere debet,quàm sit hoc,quod sequitur ad Epicuri positionem. Aliter opus suum non est bonum. Deinde exponit opus respondentis,& dicit, [Respōdentis autem] scilicet opus est sic ducere responsionem,vt[nō]sic[propter se apparere accidere impossibile, aut]accidere improbabile,quod præter opinionem est,sed]sic dicere responsionem,vt[propter positionem]nō accidat dicere impossibile. Et quia respōdēs dicere potest improbabile vel impossibile, aut ꝓpter se,vt cum ex propria ingenij amplitudine proponit defendere aliquid absurdū. Aut propter positionem,vt cum cogitur dicere aliquod absurdum non propter se sed vi positionis,quā F sustinet,ideo vult eum bene respondere,cum sic respondet,vt non cogatur dicere absurdum sequens ad positionem.Et exponit hic ambo esse peccata,& dicit,[Nam alterum fortasse peccatum est respondeatis[ponere]atque sustinere[primum]scilicet positionem absurdam, [quod non oportet]poni,]& alterum] peccatum & quidem lōge maius est [positum non seruare aliquo modo,]quod fit cum respondens cogitur dicere absurdiora quàm fit positio,& quàm sint ea,quæ sequuntur ad positionem.Est autem primum peccatum simpliciter, secundum autē peccatum responsionis(vt Alexander inquit.)

58 Quia autem sunt indeterminata iis,qui exercitationis,& experientiæ gratia orationes faciunt,(nam non eædem considerationes & discētibus & docentibus,& concertantibus,& his,& iis,qui semper seinuicē exercent inspectionis gratia.nam discenti quidem ponenda sunt semper ea,quæ videntur.quippe cum nullus conetur falsum docere. Cōcertantium vero,interrogantem quidem videri aliquid facere oportet omnino.Respondentem autem,nihil videri pati,& in dialecticis cōgressionibus,quę non concertationis,sed experientiæ,& inspectionis gratia orationes faciunt,nondum enucleatum est,quo pacto oporteat cōiectare respondentem,& qualia dare,& qualia non ad bene aut non,seruandam positionem.) Quoniam igitur nihil habemus traditum ab aliis, ipsi aliquid dicere tentemus. G

Cum proposuisset intentionem,& pręambulum, antequam prosequatur, quod proposuit, vult assignare causam,cur dicendum est de responsione.Et litera debet legi suspēsiue vsque ibi. [Quoniam igitur nihil]& dicit,[Quia autem sunt indeterminata]id est,quia non est definitū, sumpsit enim plurale pro singulari, [ijs,qui exercitationis,& experientiæ gratia orationes]id est dialogos,& disputationes[faciunt]subaudi quæ conueniunt respondenti.exercuerunt enim H Socrates & Plato dialecticam in suis dialogis,sed non est definitum ab eis quid pertinet ad officium respondentis,ideo,vt postea concludet,de officio respondentis est dicendum. Et intelligit per exercitationem,& experientiam,tentatiuas,& disputatiuas congressiones, quales fiunt in dialogis à Socrate,& Platone dialectice disputantibus,vt exponit Alexander,& assignat causam,& dicit.[Nam non eædem considerationes & discentibus & docentibus]id est, disputantibus in doctrinis[& concertantibus]id est,disputantibus in sophisticis, [& his,& his, qui semper seinuicem exercent inspectionis] id est,inuentionis [gratia,] hoc est & in dialecticis disputationibus.Deinde exponit hæc omnia,& dicit,[Nam discenti quidem,]& docenti,[ponēda] atque concedenda [semper ea sunt,quæ videntur]id est,quæ sunt vera & per se nota.[Quippe cum nullus conetur falsum docere]& per consequens nullus falsum discere. [Concertantiū vero]scilicet in sophisticis disputationibus,[interrogantem quidem videri aliquid facere oportet omnino,]elenchus enim sophisticus apparens est[aliquid facere] scilicet quia aut cogit respondentem falsum dicere,aut rem pręter opinionem,aut nugari,aut committere solæcismum.

A [Respōdentem autem nihil videri pati] ex his,quæ dicta sunt, [& in dialecticis congressionibus quæ non concertationis]id est,sophisticæ exercitationis,[sed experientiæ,] hoc est tentationis[& inspectionis]id est,inuentionis[gratia orationes]hoc est interrogationes [faciūt,nōdum]à prioribus[enucleatum est,quo pacto oporteat coniectare respondentem , & qualia dare]opponēti,[& qualia non]dare[ad bene aut non]bene[seruandam positionem.] Tūc terminans suspensionem dicit,[Quoniā igitur nihil habemus traditum ab alijs] scilicet de respondēte,[ipsi aliquid dicere tentemus.]Dico de respōdente in dialecticis disputationibus, quoniam de respondente in sophisticis concertationibus libro Elenchorum dixit . De respondente vero in doctrinis,qui discipulus,vel præceptor,est in libro Posteriorum.

59 Necesse est itaque respondentem sustinere orationem , ponēdo aut probabilem, aut improbabilem positionem,aut neutram,& aut simpliciter probabilem, aut improbabilem aut indeterminate , huic alicui, vt aut sibi,aut alii.

Cum proposuisset intentionem,nunc prosequitur , & primo præmittit vnam diuisionem, B & dicit,[Necesse est itaque respondentem sustinere orationem]hoc est problema, [ponēdo positionem aut probabilem,aut improbabilem,aut neutram] quasi dicat omnem positionem, quā sustinet respondens,esse aut probabilem,aut improbabilem,aut neutrā.deinde subdiuidit vnūquodque horum membrorū,per simpliciter, & per esse indeterminate tale alicui. & dicit, [Et aut simpliciter probabilem,aut improbabilem,aut indeterminate huic alicui] id est,aut huic, quasi dicat quod positio respondentis sit,aut simpliciter probabilis, ant alicui , vel simplieiter improbabilis vel alicui : aut subaudi simpliciter neutra , vel alicui. & iterum esse talem alicui, vt probabilem,vel improbabilem,vel neutrum,subdiuidit,per esse talem sibi, aut alij , & dicit, [Aut indeterminate huic alicui,vt aut sibi,aut alij.]dicitur autem problema indeterminatum huic alicui,cum non fueritsimpliciter tale,& quod non est simpliciter tale,est autē sibi,aut alij tale.Potest enim problema esse tale alicui,cum vel sibi respondenti:vel alij,vt cum Platoni fuerit tale. ¶Sed dices , quo modo tale huic alicui , potest dici indeterminatum ? Dicas esse interminatum , quia vel sibi respondenti,vel alij,est indifferens. Melius autem scias verbum indeterminate , corrupte legi . Græce enim est , ὡρισμένως hoc est , definite , vel determinate. Et tunc diuisio erit in simpliciter tale , & in id quod est huic determinate tale , quod est du- C plex,vel sibi respondenti,vel alij.& sic habet Alexander . Hanc vero diuisionem exponit Alexander & dicit problema vel positionem simpliciter probabilem esse,quæ est secundū omnium vel plurium opinionem, vt sanitatem eligibilem esse . Determinate huic alicui probabilem , vt quæ sibi,vel alij probabilis,vt vniuersalia esse ideas positio probabilis est Platoni.Animam vero esse immortalem positio probabilis est sibi respondenti.Simpliciter vero improbabilem positionem dicit,quæ contra opinionem omnium vel plurimum ponitur,vt deos non esse . Improbabilem autem huic,vt animam esse mortalem,quoniam est Platoni improbabilis:neutrum vero problema dicit,quod nec probabile,nec improbabile est,& hoc est,aut de quo neutro modo opinamur,vt stellas esse pares,vel impares : vel de quo æqualiter vtranque partem opinamur,vt infinitum esse vel non esse,vt virtutes esse scientias,vel non esse scientias, vt mundum esse æternum vel non esse æternum.Et problema neutrum etiam subdiuidi potest,(licet Alexan.non subdiuidat,)in neutrum simpliciter & in neutrum huic. Et neutrum huic etiam subdiuidi potest,in neutrum sibi respōdenti,& in neutrum alij.Aristotel i respondenti neutrum problema est vltra æquinoctialem esse habitationē.Alij vero vt Platoni,vnum esse anteēs. De hac D diuisione Aristoteles primo huius satis dilucide loquutus est,nūc vero satis sit retulisse,quę Alexāder breuibus retulit hic.

60 Nihil autem refert quouis modo probabilis , aut improbabilis fuerit.Nam idem modus erit bene respondendi, vel dandi,vel non dandi, quod interrogatum est.

Circa diuisionem asignatam remouet tacitam dubitationem,quæ posset esse talis,cum multiplex sit probabile,& improbabile,vtrum tot sint artes atque modi respōdendi, quot sunt mēbra diuisionis ipsius probabilis,improbabilisque?respondet,& dicit, [Nihil autē refert,quouis modo probabilis,aut improbabilis fuerit]positio,hoc est,siue sit simpliciter talis,siue huic. Cuius rationem asignat,& dicit,[Nam]in omnibus subaudi[idem modus est bene respondendi,] quoniā subaudi idē modus est,[vel dandi].i.concedēdi, [quod interrogatū est] ab opponente, [vel nō dādi.i.vel negandi.quoniā in omnibus respondens negat,quod est cōtrariū suę positio-

ni:& cõcedit,quod facit pro sua positiõe,siue sua positio fuerit talis simpliciter,vel talis huic. Non ergo oportet tradere tot artes respondendi,quot sunt superioris diuisionis membra, cum vna sufficiat. E

61 Cũ igitur improbabilis fuerit positio,necesse est & conclusionẽ probabilem fieri: cum vero probabilis, improbabilem. quippe cum semper oppositum positionis interrogans concludat. At si neque probabile,neque improbabile fuerit,quod positum est,& conclusio erit talis.

Quidam legunt verbum[igitur]causaliter,cum nota causæ.videlicet,[nam] & ideo Aristoteles assignare causam eius,quod dixerat,tradunt.Et mihi non placet. primo,quia in Græcis codicibus οὖν legitur,quod Latine est igitur.modo non debet corrumpi textus,cum in eo sensu potest stare.Deinde quia Aristo.vult ex solutione tacitæ dubitationis concludere, quo modo positio respondẽtis, se habet ad oppositionem interrogantis,& dicit,[Cum igitur improbabilis fuerit positio]respondentis,[necesse est & conclusionem,]quam contra positionem respõdentis syllogizat interrogans,[probabilem fieri.cum vero]positio respondentis fuerit [probabilis]necesse est conclusionem opponentis esse [improbabilem.] & assignat causam, & dicit, [Quippe cum semper oppositum] positionis respondentis[interrogans concludat.] Sed dices,vtrum cum positio respondentis fuerit neutra,oporteat conclusionem opponentis esse oppositam.Respondet, & dicit, [At si neque probabile neque improbabile] sed neutrum [fuerit,quod positum est,& conclusio]scilicet opponentis[erit talis] scilicet neutra.ergo quãtum ad rationem communem non concludit oppositum opponens,sed bene quantum ad rationem specialem.nam si respondentis positio fuerit,quod stellæ sint pares, conclusio opponentis erit, quod stellæ non sint pares. ergo licet quo ad communem rationem positio & conclusio sint neutræ.quo autem ad specialem rationem sunt oppositæ. Stellas enim pares esse, problema neutrum est, & stellas non esse pares,sed impares,etiam problema neutrum est,tamẽ quo ad specialem rationem, stellas esse pares & stella, non esse pares, opposita sunt,eo quia sunt problematum partes oppositæ.Ex his patet, quonam modo positio respondentis, & oppositio interrogantis adinuicem se habent.Semper enim opposita oportet esse,quemadmodum & actus eorum oppositi sunt. F

62 Quoniam autem bene syllogizãs,ex probabilioribus, & notioribus propositum demonstrat,manifestum,quoniam cum simpliciter improbabile fuerit,quod ponitur,nihil dandum est à respondente quod non videtur simpliciter,nec quod videtur quidem,minus tamen conclusione videtur.Nam cum improbabilis est positio,probabilis est conclusio. Quare oportet,quæ sumũtur,probabilia esse omnia, & quidem magis probabilia,quàm quod proponitur, si debet per notiora, quod minus notum est cõcludi.Quare si neque tale est quippiam eorum,quæ interrogantur,non ponendum est à respondente. G

Nunc accedit ad artem respondendi, & primo docet respondere ad problemata, deinde ad interrogata,& demum ad argumenta,& docendo respondere ad problemata. primo dat artem respondendi,quando respondens sustinet positionem simpliciter improbabilem,& dicit.[Quoniam autem bene syllogizans,ex probabilioribus, & notioribus propositum demonstrat] dico bene syllogizans,quia syllogizans ex falsis,syllogizat,sed nõ bene,quia peccat in materia. Tũc assignat regulam sustinendi positionem simpliciter improbabilem,& dicit, [Manifestum,quoniam cum simpliciter improbabile fuerit,quod ponitur]à respondente,[nihil dandum est à respondẽte,]ex eis,quæ proponit pro syllogismo interrogans,[quod non videtur simpliciter] id est, quod non est ex simpliciter probabilibus.[nec] dandum est à respondente, [quod videtur quidem]id est,quod est simpliciter probabile,[minus tamen videtur conclusione.] Est ergo regula,cum respondens sustinet positionem simpliciter improbabilem,non debet respondens concedere opponenti syllogizanti,quod non est simpliciter omnibus probabile: & si fuerit simpliciter probabile, non debet concedere,ꝙ non est simpliciter probabilius conclusione,vt sint duæ conditiones necessariæ ei,quod respondens debet concedere, & ꝙ sit simpliciter probabile,& secundo quod sit simpliciter probabilius,& notius cõclusione opponentis. Et ita quæ- H

A cunque non fuerint talia, omnia respondens negare debet. Huius regulæ assignat causam, & dicit, [Nam cum improbabilis est positio] respondentis, [probabilis est conclusio] opponentis, vt superius declaratum est. [Quare oportet quæ sumuntur] ab opponente ad syllogizandam conclusionem probabilem, [probabilia esse omnia, & quidem magis probabilia quàm quod proponitur] id est, quàm conclusio proposita, [si debet per notiora, quod minus notum est, concludi.] Propterea quasi epilogans, dicit. [Quare si neque tale est] scilicet simpliciter probabilius cõclusione, [quippiam eorum quæ interrogantur] ab opponente, [non ponendum est à respondente.] ergo respondens omnia negare debet, si non fuerint simpliciter probabilia, & probabiliora conclusione. verbi gratia. sit positio hæc, vnum tantum est ens, opponentis conclusio erit, plura sunt entia. nam hæc est opposita illius, Si ergo opponẽs debet probare plura esse entia, oportet sumere ea, quæ sunt simpliciter probabilia, & notiora conclusione. Nam si quæ opponens sumit, non fuerint simpliciter probabilia, neganda sunt à respondente. Et si fuerint simpliciter probabilia, & non fuerint notiora conclusione ea, quæ est, plura entia sunt, etiam neganda sunt à respondente. Et propterea cum contra Parmenidem sumpsit Aristotel. prædicamenta sunt plura, omnia prædicamenta sunt entia, ergo entia sunt plura, propositiones quidem sunt B probabiles simpliciter, sed prædicamenta esse plura non est notius & probabilius eo, quod est entia esse plura, immo notius & probabilius est entia esse plura quàm prædicamenta esse plura. Insup, cũ Arist. accepit, mobilia sunt plura, omnia mobilia sunt entia, ergo entia sunt plura. mobilia esse plura simpliciter probabile est, sed non probabilius & notius eo quod est, entia esse plura. Quare respondens debet negare. Hæc cum vidisset Aristo. primo physicæ auscultationis, docuit contradicere opinioni Parmenidis & Mellissi ex datis ab eis, & non ex simpliciter probabilibus. quoniam nihil sumi potest probabilius & notius conclusione ea, videlicet quę est, plura sunt entia. Id igitur quod debet concedi a respõdente, oportet habere duas cõditiones, & quod sit simpliciter probabile, & quod sit probabilius & notius conclusione, quam syllogizat opponens contra positionem respondẽtis. Cum autem non fuerit sic, respondens debet negare. Causam autem assignat Alexãder, quoniam propositum respondentis est non duci ad contradictionem, non ducetur autem ad cõtradictionem respondens, si hanc regulam seruauerit.

63 Si autem positio fuerit simpliciter probabilis, dilucidum est quo- C niam conclusio erit simpliciter improbabilis. Ponendum igitur & quæ videntur omnia, & eorum quæ non videntur, quæcunque sunt minus improbabilia conclusione. Nam sufficiẽter sic videbitur disceptatũ esse.

Nam dat artem respondendi, quando respondens sustinet positionem simpliciter probabilẽ. & dicit. [Si autem positio fuerit simpliciter probabilis,] vt deum esse [dilucidum est quoniam conclusio] opponentis [erit simpliciter improbabilis,] vt deum non esse. [Tunc dat regulam, & dicit, [Ponendum igitur] a respondente. [quæ videntur omnia] id est, omnia probabilia, quoniã nunquam ex probabilibus simpliciter, sequitur simpliciter improbabile. [& quæ non videntur] id est, & improbalia non omnia, sed [quæcunque sunt minus improbabilia conclusione.] Nam ex minus improbabilibus non sequitur magis improbabile, sicuti ex minus falsis non sequitur magis falsum. Nam tunc ex veris posset sequi falsum. Est enim minus falsum aliquo modo verum. Similiter minus improbabile est aliqua ratione probabile. Quare sicuti ex probabilibus nõ sequitur, nisi probabile, sic ex minus improbabilibus non potest sequi magis improbabile. ergo respondens debet concedere probabilia omnia, & ex improbabilibus ea omnia, quæ sunt minus D improbabilia conclusione. Si ergo Epicurus probet deos non esse, quia non est prouidentia, Plato respondebit, esse prouidentiam, & negabit non esse prouidentiam. Prouidentiam enim esse, est simpliciter prrobabile. Et prouidẽtiam non esse, non est minus improbabile quàm conclusio, sed ex æquo. & ideo negandum est. Deinde assignat causam, & dicit, [nam sufficienter sic videtur disceptatum esse.] semper enim respondens sufficienter disputat, cum ea non ponitur, ex quibus sequitur conclusio opposita suæ positioni. At si ponat simpliciter probabilia, & ea, quæ minus improbabilia sunt conclusione opponentis, nunquam deducetur ad conclusionem concedendam, quæ est opposita suæ positioni. Ideo ab eo erit sufficienter disceptatum, si seruauerit hanc regulam.

64 Similiter autem erit & si neque improbabilis, neque probabilis est positio. Nam sic & quæ videntur omnia dandum, & eorum, quæ non videntur, quæcunque minus sunt improbabilia conclusione. Sic enim probabiliores accidit orationes fieri.

Nunc dat artem respondendi, quando respondens sustinet positionē, quæ est problema neutrum. & dicit, [Similiter autem erit, & si neque improbabilis, neque probabilis est positio,] sed problema neutrum, vt stellas esse pares. & dat regulam, quod videlicet positione existente neutra, concedenda sunt omnia probabilia, & omnia improbabilia, modo minus improbabilia sunt conclusione, & dicit, [nam sic, & quæ videntur omnia dandum] id est, nam sic danda sunt omnia probabilia, [& eorum, quæ non videntur] id est & improbabilium ea [quæcunque minus sunt improbabilia cōclusione] cuius rationē dicit, [sic enim probabiliores accidit orationes] id est disputationes [fieri,] quoniam per hunc modum nunquam respondens ducetur ad contradictionem. verbi gratia, si problema & positio sit, stellas esse pares, conclusio opposita erit, stellas esse impares. si ergo syllogizauerit opponens, nobilior numerus nobiliori multitudini tribuendus. stellarum multitudo est nobilior, & numerus impar est nobilior. ergo, tribuendus. respondens concederet omnes propositiones, quoniam sunt neutræ, sicuti & conclusio, quia vero non sunt improbabiliores conclusione, omnes enim sunt æque improbabiles sicuti illa, stellæ impares. Hæc enim propositio, nobilior numerus nobiliori multitudini est tribuendus, est æque neutra sicuti illa, stellæ sunt impares. preterea, quod stellarum multitudo sit nobilior, & numerus impar nobilior, æque neutra videntur, sicuti conclusio. Quare non sunt ponēda a respondente. Quoniam semper id, quod ponit respondens, debet esse minus improbabile conclusione, & notius. E F

65 Si igitur simpliciter quidem probabile vel improbabile, quod ponitur, ad ea, quæ videntur simpliciter comparatio facienda.

Epilogat breuiter, & dicit, [Si igitur simpliciter quidem probabile, vel improbabile] fuerit, [qđ ponitur] a respondente, [ad ea, quæ videntur simpliciter] id est ad probabilia simpliciter vel subaudi & ad improbabilia simpliciter, [comparatio facienda est,] ea videlicet dando, vel nō dando, per quæ ad conclusionem intentam non deueniat opponens, quod quonam modo fieri possit, per regulas superius assignatas, perspicuum est. ¶ Sed circa regulas sunt dubitationes, erat enim prima regula, cum sustinet respondens positionem simpliciter improbabilem, conclusio opponentis erit simpliciter probabilis, & tunc respondens debet concedere opponēti quod est probabile simpliciter, & quod est probabilius & notius conclusione. Sed hinc non constat quod superius Aristo. dixit, cum enim officiū interrogantis definiuisset, est inquit interrogantis sic ducere orationem, vt faciat respondentem dicere inopinabiliora, quàm quæ propter positionem sunt necessaria. Modo si conclusio opposita fuerit probabilis, cum interrogans nihil aliud enitatur facere, nisi vt compellat respondentem concedere suam conclusionem, tunc non ad improbabiliora, sed ad probabilius coget respondentem, quia ad concedendam suam conclusionē, quæ est probabilis, & contraria positioni respondentis improbabili. Præterea si respondens dabit opponenti probabilia omnia, tunc opponens assequetur ex illis probabilibus suam probabilem conclusionem, & sic interimetur positio respondentis. Insuper si positio respondentis fuerit simpliciter improbabilis, nō videtur bene regulari si debet cōcedere omnia probabilia, quia sic ex illis concessis, posset duci ad oppositū suę positionis. Sed diluuntur hæc, & primum quidem fortasse diluunt, quoniam duplex est opponentis conclusio altera prima, atq; principalis, & hæc est probabilis, quando positio respondentis fuerit improbabilis, & de hac Aristo. loquitur hic. altera vero secundaria atq; corollaria, & hæc debet esse improbabilior positione respondentis, & de hac locutum esse Aristote. tradunt, cum officium interrogantis definisset. Sed pace horum dixerim, non video quonam modo inferri possit hæc corollaria conclusio improbabilior positione respondentis, non enim inferri potest ex principali conclusione. nā cum illa sit probabilis, nunquam ex ea sequetur conclusio improbabilior positione respondentis. neque ex alijs, quoniam quæcunque assumentur, semper inferrent conclusionem probabilē, quæ opponitur positioni, & nūquam improbabiliorē positione. Puto ergo primū diluendum esse, quoniam superius Aristo. descripsit officium opponentis, non simpliciter, sed solum cōtra respondentem, probabilia ponit, & in disputatione tentatiua, quæ est ad experientiam, & non in ea, quæ fit conspectionis gratia, contra videlicet respondentem, qui ponit problema improbabile, aut fortasse Aristo. superius locutus est de opponente, qui contra positionem syllogizat ex datis semper ducendo ad improbabiliora. Hic vero loquitur de opponente, qui argumentatur ostensiue, vtputa syllogizando oppositum positionis. nam licet dialecticus non vtatur per se syllogismo ducente ad improbabiliora, per accidens vero vti potest syllogismo ducente ad probabilius, quando syllogizat ex datis a respondente, vt fecit contra Parmenidem, & Mellissum. ¶ Alia vero diluūt iuniores, quod duplex, vt diximus, sit dialectica disputatio, altera quidem inuentiua quæ fit conspectionis atque veritatis inueniendæ gratia, dico veritatis inueni- G H

A ende,vel simpliciter,vel secũdũ pro babiliorẽ rationẽ.& hanc exercuit Plato in dialogis,cũ Socrate,& alijs.Et in hac respõdens nõ est dyscolus,hoc est proteruus, nec difficilis, sed κατηχητικός,catechesticus hoc est(vt ita dixerim)instruibilis.opponẽs vero instructiuus, atq; inuẽtiuus: Et quoniam hæc disputatio fit conspectionis gratia,ideo in huiusmodi disputatione generale præceptum est,vt respondens quanuis positionem sustinuerit,semper det opponenti probabilia,& probabiliora sua conclusione.causa autẽ,quoniã nihil nisi probabile cõsiderat omnis dialecticus,& nihil nisi probabile quærit.Hac ratione,respondens catechesticus , cum sit dialecticus,probabilia nunquam negare debet,potissimum cum opponẽs conspectionis gratia argumẽtatur,quoniam in hac disputatione non gloria,sed conspectio quæritur.Altera disputatio dicitur dyscolica,vt quando respondens fuerit difficilis,atque proteruus, & hæc fit experientiæ gratia.& in hac disputatione respicitur ad ea,quæ probabilia vel improbabilia sunt,ea videlicet dando vel non dando:concedendo,vel negando,per quæ ad conclusionem intentam non deueniat opponens.Tunc patet responsio.volunt enim Aristot.hic esse locutum in prima disputatione,non autem in secunda.Circa vero expositionem textus primę regulę, diximus aliter.diximus enim quando respondens sustinet positionem improbabilem,non debere concedere opponenti,nisi id,quod est probabile duabus conditionibus,scilicet simpliciter,& probabilius,& notius conclusione.nam ex talibus nunquam sequetur conclusio opponentis, vt patuit in exemplo Parmenidis.cætera autem omnia diximus esse neganda . Secunda regula fuit,cum respondens sustinet probabilem positionem.præcepit enim respondentem dare opponenti probabilia:& ex improbabilibus,quæ minus cõclusione improbabilia sunt.modo hoc videtur male præceptum,quia superius in prima regula,cum respondens sustinet improbabile,præcepit vt daret etiam probabilia.modo non videtur bene factum pro sustinendis oppositis positionibus, vt respondens debeat dare probabilia.nam pro oppositis positionibus sustinendis,videntur esse danda opposita.Insuper sicuti peccatum est opponenti petere contraria,vt dictum est, ita videtur peccatum respondenti,pro sustinenda positione probabili dare contraria,videlicet probalia , & improbabilia . Iam circa textum dilucidata est regula.dictum est enim pro sustinenda positione probabili,non esse a respondente danda,nisi probabilia,quia ex his non sequitur positio improbabilis, & ex improbabilibus,quæ min⁹ improbabilia sunt:quoniã ex minus improbabilibus nõ sequitur magis improbabile,sicuti nec ex minus falsis sequitur magis falsum.Nũc vero dici potest Aristo.in omnibus his regulis locutum esse in disputatione inuentiua,quæ dicitur catechestica,& ideo respondens semper in talibus disputationibus debet cõcedere probabilia:& ex improbabilibus,quæ minus sunt improbabilia,quoniam minus improbabilia pro probabilibus habentur.& hoc pacto opponens conuincetur,& remanebit respondens in conspectione opinionis probabilis.secus esset in disputatione dyscolica, vbi opponens esset proteruus, vel respondens,vel ambo.nam tunc ad ea respiciendum,quæ probabilia,vel improbabilia sunt , ea dando vel non dando, per quæ ad conclusionem intentam non deueniat opponens. ¶Est etiam tertia dubitatio,contra positionem neutram. dicit enim Aristo.cum respondens sustinet positionem neutram,ea debere dare,quæ sunt simpliciter probabilia:& ex improbabilibus, quæcunq; sunt minus improbabilia conclusione. videtur enim hoc nõ esse bene dictum, quoniam positio simpliciter probabilis,& positio neutra differunt,ergo pro sustinendis his , non debet respondens dare eadem,scilicet probabilia,& minus improbabilia.¶Diluta est hęc dubitatio , dictum enim in omni disputatione instructiua,respondentem semper debere dare probabilia , quia sic remanebit semper positio probabilis,pro parte respondntis:vel conclusio probabilis pro parte opponentis.At in dyscolica disputatione,vbi quæritur experiẽtia,respondens debet dare probabilia vel improbabilia,non tamen ea dando vel non dando,per quæ ad conclusionem intentam deueniat opponens.Hæc pro dilucidatione regularum.

B, C, D (margin letters as printed beside the text)

66 Si autem non simpliciter probabile,vel improbabile sit quod ponitur,sed respondenti , ad se,quod videtur,& non videtur,iudicando ponendum vel non ponendum.

Cũassignasset regulas sustinẽdi positionẽ simpliciter probabilẽ,& simpliciter improbabilẽ, & neutrã.nunc dat regulas sustinẽdi positionẽ probabilẽ vel improbabilẽ alicui,& primo probabilem vel improbabilem sibi. & dicit, [Si autem non simpliciter probabile vel improbabile sit,quod ponitur,sed respondenti,ad se]id est,respectu sui[quod videtur]scilicet probabile,[& non videtur]scilicet improbabile[iudicando, ponendũ vel non ponendum.] In disputatione quidem instructiua,ea,quæ probabilia sunt sibi,& ea quæ sunt minus sibi improbabilia dando, vt dictum est in superioribus regulis:in disputatione vero dyscolica,ea ponenda vel non ponẽ-

da per quæ ad conclusionem intentam non deueniat opponens. pro sustinenda igitur positione probabili vel improbabilibus sibi, respondens ea ponere vel non ponere debet in disputatione instructiua, quæ sibi probabilia sunt: ex improbabilibus sibi, quæ minus improbabilia. In dyscolica vero disputatione ea sibi probabilia vel improbabilia, per quæ impediatur sequi conclusio opponentis. E

67 Si vero alterius opinioné tuetur respondés, manifestum, quoniã ad illius méte aspiciédo, ponere singula debet, & negare. Quare & qui tuentur extraneas opiniones, vt bonũ & malũ esse idé, (queadmodũ Heraclitus inquit) non dant non inesse simul cótraria eidem: nó quia videtur eis hoc, sed quia secundũ Heraclitum sic dicendũ. Faciũt auté hoc & qui suscipiũt ab inuicem positiones. Cóiectãt enim ac si is dicat qui ponit. Manifestum igitur quæ cóiectandũ respondenti, siue simpliciter probabile, siue alicui, positum. F

Nunc dat regulam sustinendi positionem probabilem vel improbabilem ad opinionem alterius: & dicit, [Si vero alterius opinionem tuetur respondens, manifestum quoniam ad illius mentē aspiciēdo ponere singula debet, & negare.] In disputatione quidē instructiua, quæ probabilia, minusque ex improbabilibus improbilia, sunt ad illius mentē. in dyscolica vero, ea, per quę opponēs non deueniat ad suam conclusionē. [Quare & qui tuentur extraneas opiniones, vt bonum & malũ esse idem,] & in eodem subiecto, [(quēadmodũ Heraclitus inquit) non dant non inesse simul cōtraria eidem,] immo concedunt cōtraria inesse eidem, [nō quia videtur eis hoc, sed quia secũdũ Heraclitũ sic dicēdũ.] superfluit autē in Græcis codicibus negatio. ná & Alexá. eã nō legit. Deinde exponit eos, qui vtuntur huiusmodi regula, & dicit, [faciũt autē hoc, & qui suscipiũt ab inuicē opiniones.] verbi gratia, Plato opinionē Parmenidis, & Parmenides opinionem Melissi, & sic consequenter. [coniectant enim] qui sustinēt opinionē alterius [ac si is dicat, qui ponit,] & sic ad illius mētē loquitur, sicuti fecit Plutarchus in Platonis Philebo, accipiens à Philebo problema, & opinionem. Ibi enim ita opinionē Philebi tutatus est, ac si Philebus ipse locutus esset. quæcunque enim dixit, ac si ille dixisset sustinuit. Tunc epilogat, & dicit, [manifestum igitur quę coniectandum respondenti, siue] ab eo [simpliciter probabile, siue alicui, positum est] de his enim regulæ perspicuæ sunt. G

68 Quoniam autem est necesse omne quod interrogatur, aut probabile, aut improbabile esse, aut neutrum & aut ad orationem, aut non ad orationem esse, quod interogatur.

Cum dixisset problematũ siue positionũ differentias, demonstrassetque quo modo ad vnũquodque eorũ oportet respōdere, nunc de ipsis interrogatis dicit, & eorum diuisionē assignat, & ostēdit, quo modo ad vnũquodque eorũ oportet respondere dádo, aut nó dádo ipsum. Hæc enim cũ fecerimus, poterimus assequi propositã intētionem. & dicit, [Quoniã autem est necesse omne quod interrogatur] scilicet ab opponente, aut probabile, aut improbabile esse, aut neutrum] hæc enim diuisio problematum similis est diuisioni, quæ facta est de problemate. probabile interrogatum est, vt deum colere, parentes honorare, legibus parere, virtutem bonũ esse. Improbabile vero, vt prouidentiam nō esse, naturam agere casu, vacuum esse] neutrum, vt stellas esse pares, mundum esse æternum, & similia eius generis. Deinde assignat secundam diuisionem, [&]. q. d. [quod interrogatur] siue probabile, siue improbabile fuerit, siue neutrum, necesse est [aut ad orationem, aut non ad orationem esse] id est, pertinere. i. necesse est pertinens, vel impertinēs esse ad orationē. sunt autem interrogata ad orationem pertinēntia (vt Alexand. inquit) quæcũque iuuant ad syllogismum problematis. Impertinentia vero, quecunque ad syllogismũ problematis nihil prosunt, sed sunt frustra interrogata. Existente igitur interrogatorum differentia huiusmodi, necesse est omne interrogatum probabile esse, & ad orationē: aut probabile esse, & non ad orationem. Aut necesse est omne interrogatum, improbabile quidem esse, & ad orationem, vel improbabile esse, & non ad orationem. aut necesse est omne interrogatum esse neutrum vel ad orationem, vel non ad orationem. H

69 Si quidem quod videtur, & non ad orationem, dandum est, dicendo quoniã videtur. Nó enim interimitur (posito eo) quod in principio.

Nunc tradit artem respondendi ad interrogata, secundum vnamquamque differantiam, &

A primo docet respondere ad impertinentia, deinde ad pertinentia, & docendo respondere ad impertinentia, primo docet respondere ad probabile impertinens. & dicit, [Si sit quidem quod videtur] id est, si interrogatum sit probabile, [& non] pertinens [ad orationē, dandum est dicentē] id est, oportet respondentem dare ipsum, dicentem [quoniam videtur] .i. dare ipsum, dicentem quoniam est probabile. cuius causam assignat, & dicit, [non enim eo] probabili [posito,] atque concesso, [interimititur quod in principio,] id est, propositum. & hoc pacto respōdens cōcedens probabilia, approbabitur: interrogans vero ignominiosus iudicabitur, nō potens vti dato, & concesso ad suum propositum, quanuis probabile sit.

70 Si vero non videtur, & non ad orationem, dandū quidem, sed annotandum quoniam non videtur, ad deuitationem absurditatis.

Nunc docet respondere ad improbabile impertinens, & dicit, [Si vero non videtur] id est, si vero interrogatum fuerit improbabile, [& non ad orationem] scilicet pertinens, [dandum quidem] est ab ipso respondente. Causam assignat Alexāder. nam cum eo interrogans vti non possit, quoniam est impertinens, remanebit opponens quasi derisus. [sed annotandum quoniam nō videtur,] quasi protestatione præmissa [ad deuitationem absurditatis.] id exponūt quidam, nā B quando a respondente admittuntur improbabilia, opponentes consueuerunt absurda inferre. at cum respondens id prædixerit, nihil incommodi videbitur, si absurdum inferatur ab opponente ex eo quod datum est. Alexander vero dicit protestationem esse faciendam hoc pacto, vt dicat respondens se concedere improbabile, ponere autem ipsum disputandi gratia, vt videlicet ab opponeute discat quonam modo ex illo sequatur propositum. Et hoc dicit esse faciendum a respondente ad euitationem εὐηθείας, hoc est fatuitatis, vel ignauiæ, hoc est vt vitet nomen ignaui, atque nescij.

71 Si vero sit ad orationem, & videatur, dicendum quoniam videtur quidem, sed valde propinquum ei, quod in principio est, & interimitur eo posito, quod propositum est.

Nunc docet respondere ad pertinentia, & primo ad pertinens probabile. & dicit, [Si vero sit] scilicet pertinens [ad orationem, & videatur,] id est, & sit probabile, [dicēdum quoniam videtur quidē,] protestatione tamen præmissa, dicendo primo, quòd [valde propinquuum] sit [ei, C quod in principio est,] & cum eo valde inuolutum, [&] deinde quoniā [quod propositum est, interimitur eo posito] id est, & dicendo quoniam per concessionem ipsius habetur oppositum positionis, & quasi quòd sit quodam modo petere, quod positum est in principio. sic enim (vt Alexan. inquit) respōdens, nec videbitur probabilibus instare, nec aliquid pati ab interrogāte, cum prædicat similitudinem interrogati ad ipsum propositum, hoc enim pacto respōdens concedit concedenda, quia concedit consequentiam, & interrogatum: negat autem neganda, quia videtur interrogatum prope modum petere, quod est propositum a principio, & hoc dicit esse. fortasse legi potest aliter quàm Alexander legerit, quòd videlicet si interrogatio probabilis sit, & pertinens, respondens concedat eam esse probabilem, sed quoniam est valde propinqua proposito, adeo, vt per ipsius concessionem propositum videatur interimi, ideo neganda est a respondente, non quidem vt probabilis, sed vt propinqua valde, & inuoluta ei, quod est a principio propositum. Sed hæc expositio aduersatur sequentibus, ideo dicendum, vt dictū est, quòd hæc sit concedenda, sed cum potestatione, quòd sit quasi petere, quod est in principio. nam similitudine atque propinquitate cum principali proposito, videtur quasi idem. Et si respondens ita dixerit, non videbitur probabilibus aduersari, nec aliquid pati ab interrogante, cū prędicat petitionem eius, quod est in principio. & fortasse secūda lectio est in disputatione dyscolica, atque proteruiosa: prima autem Alexandri, est in disputatione inuentiua.

D

72 Si autē ad orationē quidē, sed valde improbabile sit postulatū fatendum quoniā accidit hoc posito, at valde absurdū esse quod proponitur.

Nunc secundo docet respondere ad pertinens improbabile. & dicit, [Si autem ad orationem quidem] pertineat interrogatum, [sed valde improbabile sit postulatum] id est, interrogatū, [fatendum] id est, oportet respondentem dicere, [quoniam hoc posito, accidit] scilicet conclusio opponentis, siue inconueniens ad quod ducit opponens, [at quod proponitur] id est, a te interrogatum [valde absurdum esse,] & a nullo habente intellectum concedi dignum. In disputatione enim inuentiua, respondens si sic dixerit, nihil videtur pati ab interrogante. nam concedit concedenda, & negat neganda. Concedit enim consequentiam, quæ concedenda est: sed negat interrogationem, quæ neganda est.

73 Si vero neque probabile, neque improbabile, si nihil quidẽ ad orationem dandum, nihil determinandum. E

Nunc docet respondere ad neutra, & primo ad neutrum impertinens, & dicit, [Si vero neque probabile, neque improbabile,] sed neutrum sit interrogatum [si nihil quidem ad orationem] scilicet pertineat, [dandum] est a respondente, sed [nihil determinandum] vtrum sit probabile, an improbabile. vel intelligas, nihil determinandum, id est, nihil protestandum: & si quid respõdens protestetur, nihil determinet de probabilitate vel improbabilitate interrogati. Sic enim concedet interrogatum disputationis gratia, & consequentia præsumitur negata, cum pateat interrogatum esse impertinens.

74 Si autem ad orationem, annotandum, quoniam interimitur (eo posito) quod in principio est. Nam sic & qui respondet, nihil videbitur propter hoc pati, siquidẽ præuidens singula posuerit. Et qui interrogat, assequetur syllogismum, positis ab eo omnibus probabilioribus conclusione. F

Nunc docet respondere ad neutrum pertinens, & dicit, [Si autem] neutrum pertineat [ad orationem,] subaudi dandum est, sed [annotãdum] scilicet per modum protestationis, [quoniã] concessione huius [quod in principio est, interimitur eo posito.] & quoniam est quodam modo petere quod est in principio, cum sit cum eo propinquum, & valde inuolutum, deinde Aristoteles approbat has regulas, & dicit, [nam sic, & qui respondet, nihil videbitur propter hoc] id est, propter tales responsiones [pati, siquidem præuidens singula posuerit, & qui interrogat, assequetur syllogismum, positis ab eo omnibus probabilioribus conclusione.] dixit enim opus bene respondentis esse, cum interrogans potuerit syllogizare dialectice, ipsi concessa esse, quæ conclusione sunt probabiliora. Est enim dialectica disputatio, quæ fit conspectionis gratia, quando neuter eorum qui in disputatione sunt, delegatur, sed illud facit quod sibi conueniens est, secus in disputatione dyscolica, vbi quæritur experientia. in hac enim generalis regula est, vt respondens ea probabilia, vel neutra interrogata ponat, per quæ opponens non deueniat ad suam conclusionem, vel ad ea absurda, quæ ducuntur ex positione respondentis. Hactenus de interrogationibus. G

75 Quicunque vero non ex probabilioribus conclusione conãtur syllogizare, perspicuum quoniam non bene syllogizant. Quare has interrogationes non ponendum.

Ex his quæ dicta sunt, vult concludere interrogationes minus probabiles conclusione, non esse ponendas. & dicit, [Quicunque vero non ex probabilioribus conclusione conantur syllogizare, perspicuum quoniam non bene syllogizant.] tunc concludit propositum, & dicit, [quare has interrogationes] scilicet quæ sunt minus probabiles conclusione, [non ponendum] scilicet in disputatione inuentiua, secus autem in disputatione, quæ fit gratia experientiæ, vt sæpius dictum est. In disputatione inuentiua, qualis fortasse est dialogus, ea Socrates proponere solet, quæ sunt conclusione probabiliora: & hæc semper concedit interlocutor, qui respondet, & ita toties Socrates procedit proponẽdo, ac proponendo, donec concludat, quod intendit. & tunc interlocutor respondens, quasi inuenta veritate, acquiescit. & vt in dialogis scriptis, qui fiunt conspectionis gratia, videmus, ita in dialogis sermone & voce confectis faciẽdum est. semper enim interlocutor qui opponit, ea proponere, ac interrogare debet, quæ conclusione sunt probabiliora: & hæc interlocutor respondens dare, donec ad cõspectionem, quã intendunt, peruenerint. negare vero, quæ aut improbabilia sunt, aut minus probabilia conclusione. Ex improbabilibus vero, si aliqua opus est dare, ea danda sunt respondente, quæ minus conclusione sunt improbabilia. nam hæc pro probabilibus habentur. Siquidem minus improbabilia, vt probabilia sunt. In disputatione vero proteruiosa (quæ dyscolica dicitur) ea siue probabilia, siue improbabilia sunt danda, per quę ad conclusionem non deueniat opponens. nam hæc fit gratia experiendi doctrinam, & ingenij vires, ideo cum quęratur dialectica victoria, non omnia a respondente ponenda sunt, nisi per quæ non accidat eũ concedere absurdiora vel conclusionem opponentis. De hac proteruiosa disputatione, quum non sit omni ex parte dialectica, Aristoteles fere nihil tradit, solum enim ex parte opponentis docuit celatiua, ex parte opponentis hic pauca, vt circa textus expositionem annotauimus. H

76 Similiter autem & in iis, quæ obscure, & multipliciter dicũtur, oc-

A currendum est. nam quia permissum est respondenti non discenti, dicere, non disco: & multipliciter dictum, non ex nessitate confiteri, vel negare, manifestum quoniam primum quidem (nisi planum sit quod dicitur) non pigrescendum est dicere, non intelligo. nam sæpe (propterea quia interrogantibus non clare dant) occurrit aliquid difficile.

Cum docuisset respondere ad interrogata manifesta, nunc docet respondere ad interrogata obscura. & quia obscurum esse potest interrogatum, aut propter obscuritatem terminorum, aut propter multiplicitatem, ideo primo docet respondere ad obscura interrogata ratione obscuritatis terminorũ, deinde obscuritate multiplicitatis. de prima parte dicit, [Similiter autem & in ijs, quæ obscure, & multipliciter dicuntur, occurrendum est.] & non intelligas similiter occurrendum quantum ad dandum, vel non dandum, sed quantum ad confitendum id B quod debet, vel non debet confiteri. & hoc subscribit, [nam quia permissum est respondenti non discenti] scilicet in disputatione inuentiua, [dicere, non disco,] quia scilicet non intelligo verba quæ tu dicis: secus in disputatione proteruiosa, [& multipliciter dictum, non ex necessitate confiteri vel negare.] nam disputatio huiusmodi fit ad inuentionem, & conspectionem veritatis, at non ad experiendum doctrinam, atque ingenij vires, ideo [manifestum, quoniam primum quidem (nisi planum sit quod dicitur) non pigrescendum est dicere non intelligo.] est enim huiusmodi disputatio, non proteruiosa, sed ingenue facta pro conspicienda veritate. Ideo respondens ea omnia fateri debet, per quæ deuenire possit ad conspectionem veritatis. propterea cum non intelligit interrogatum, statim debet dicere non intelligo, & quærere declarationem ab opponente. [nam sæpe propterea quia] respondentes, [non clare interrogantibus dant,] quæ dant [occurrit] eis dicere [aliquid difficile,] & fortasse absurdum. Quare, vt clare respondere possint, debent quærere declarationem interrogatorum. nam sic non accidet eis dicere difficilia, & absurda. verbi causa, si alicui interrogāti an finitum omne ad aliquid definiat, respondens, cum non intellerit, concedat: accidet ipsi concedere cuiuslibet finiti esse aliquid extra, quod non concessisset, si intellexisset quid significat, scilicet ad aliquid definit. C Alex. autem hunc locum aperte legit, hoc pacto, [nã sæpe, quia interrogantes non clare afferũt, occurrit aliquid difficile.] nam διδόναι, est tum afferre, tum dare, etiam porrigere. non enim verbum διδόναι refert Alexander ad respondentes, sed ad interrogantes, & tunc clara est lectio. nam cum opponentes interrogantesque non clare afferũt sua interrogata, [occurrit] subaudi respondentibus dicere [aliquid difficile,] & absurdum. vt quia non est clara illa interrogatio, an omne finitum ad aliquid definiat? accidit respondenti dicere quod sic, & tunc sequuntur absurda, vt quod extra mundum sit aliquid, & quod infinitum sit, quia semper extra finitum est aliquid, & alia absurda. Ergo respondens ingenue quærere debet interrogati declarationem.

77 Si autem notũ quidem sit, multipliciter autem dictum, si in omnibus quidem verum vel falsum sit quod dicitur, dandum simpliciter, quod dicitur, vel negandum. Si autem in aliquo quidem sit verum, in D aliquo autem falsum, annotandum est, quoniam multipliciter dicitur, & quoniam hoc quidem falsum, illud autem verum est. nam cum posterius distinguitur, immanifestum si & in principio ambiguum animaduerterit.

Nunc docet respondere ad obscuras interrogationes, quæ propter multiplicitatem, & æquiuocationem sunt obscurę. & dicit, [Si autem] interrogatum [notum quidem sit,] scilicet ex parte terminorum, [multipliciter autem dictum] hoc est, sed obscurum propter multiplicitatem, si in omnibus] scilicet significatis [quod dicitur] multipliciter, [sit verum, vel falsum, simpliciter] est [dandum quod dicitur, vel negandum.] dandum quidem, si verum in omnibus, vt bonum esse eligibile. nam secundum omnia significata bonum est eligibile. & enim bonum delectabile, & bonum vtile, & bonum honestum, omnia eligibilia sunt. Negandũ autem, si falsum in omnibus. vnum enim tantum esse ens, secundũ nullum significatum verum est. Nec enim tantum vnum genere est ens, nec tantum vnũ specie, nec tantũ vnũ numero. [Si

autem]quod dicitur multipliciter[in aliquo quidem sit verum,in aliquo autem falsum,]docet E respondere cum protestatione,quia primo[annotandum est,quoniam multipliciter dicitur &] secundo annotandum,[quoniam hoc quidem falsum,illud autem verum est,]& hoc fieri debet in principio,antequam sit deducta conclusio. [nam cum posterius distinguitur ,] scilicet deducta conclusione,[immanifestum si & in principio ambiguum animaduertit. & ita incurret notam incuriæ,vel ignorantiæ,est etiam apud iure consultos præceptum vt nemo post conclusionem loquatur. verbi gratia,si interrogetur vtrum canis latrabilis est?respondendum de pedestri quidem verum esse,de marino vero,& cœlesti,falsum.

78 Si autem non præuiderit dubium , sed in alterum aspiciens posuerit,dicendum ad eum,qui in alterum ducit,quoniam non ad id aspiciés dedi , sed ad alterum eorum . nam plurimis existentibus , quæ sub eodem nomine,vel eadem oratione sunt,facilis est ambiguitas.

Nunc docet respondere,quando interrogatum fuerit amphibolum.& respondens non præcognouerit illud esse amphibolum.est autem amphibolum(vt Alexandet dicit auctoritate Aristelis in sophisticis elenchis)species quædam eorum,quæ multipliciter dicuntur.& dicit,[Si autem non præuiderit dubium] id est, duplicitatem dicti,atque interrogati,[sed in alterum aspiciens posuerit] id est,sed secundum veritatem concesserit solum in alteram speciem , [dicendū ad eum] scilicet ad opponentem , [qui in alterum ducit] significatum ab eo , ad quod respexit respondens,[quoniam non ad id aspiciens]ego [dedi, sed ad alterum eorum,] quod verum est, & dat causam,& dicit,[nam pluribus existentibus, quæ sub eodem nomine , vel eadem oratione sunt, facilis est ambiguitas] ad determinandum subaudi in quo sensu amphibolum verum est,aut falsum, veluti sunt hæc cæcum videre, & tacentem dicere.nam vera est illa cęcum videre,quia nos videmus cæcum.& hęc,quia nos dicimus tacentem.In alijs vero sensibus falsa sunt, quoniam nec cæcus videt,nec tacens dicit. F

79 At si & diluculum,& simplex sit, quod interrogatur,aut sic,aut nó respodendum.

Nunc docet respondere ad interrogatum dilucidum & simplex,& dicit,]At si & diluculum, G & simplex sit , quod interrogatur , aut sic]scilicet concedendo,[aut non] scilicet negando,respondendum.] hinc illud communiter dictum patet, sci licet simplici interrogationi simplex responsio . intelligitur enim de simplici interrogatione ,'& non de æquiuoca , nec amphibola , & de dilucida & non de obscura . Quibus patet in dialectica disputatione,quæ fit ad conspectionem, tres esse modos respondendi.primus est dubito , scilicet obscura : secundus est distinguo, scilicet:multiplex tertius est,concedo , vel nego , si interrogatio fuerit dilucida,& simplex.nam falsum negamus,verum concedimus.

80 Quoniam autem omnis propositio syllogistica , aut earū aliqua est ex quibus est syllogismus aut propter aliquam illarum , manifestum, quoniam interdum alterius gratia sumentur : cum plura similia interrogant . nam aut per inductionem, aut per similitudinem plerunque vniuersale sumunt.

Cum docuisset respondere ad problemata,& ad interrogata , nunc docet respondere ad argumenta : & docendo respondere ad argumena , primo docet respondere ad inductionem. Deinde ad syllogismum . Circa primam partem primo probat quod inductio sit propositio præternecessaria vno modo , & necessaria alio modo,& dicit, [Quoniā autem omnis propositio syllogistica , aut earum aliqua est, ex quibus est syllogismus] , vt maior , & minor,[aut] earum aliqua est , quæ sunt [propter aliquam illarum ,] superius syllogisticam propositionem dixit , quæ est altera pars propositi syllogismi , quam dixit esse ad orationem. Nunc vero dicit syllogisticas, quæ non frustra interrogantur , vt sunt prosyllogisticæ , & inductiuæ, & propterea dixit propositionem syllogisticam omnem , aut earum aliquam esse , ex quibus est syllogismus,[aut] esse [propter aliquam illarum.] & ideo concludit,[manifestum , quoniam]propositiones syllogisticę[interdum alterius gratia sumētur]scilicet gratia propositionū quæ sunt partes syllogismi.[cū]videlicet opponētes[plura similia interrogant.]nam tales propositiones inductiuæ erunt syllogisticæ,quatenus ad syllogismū faciūt,& erūt gratia syllogisti- H

A carum, quoniam ad inducendum vniuersales syllogisticas. Cuius rationem dicit, [nam aut per inductionem,] scilicet completá [aut per similitudinẽ] in pluribus singularibus, quæ est inductio incompleta, [plerunque vniuersale] quod est maior vel minor syllogismi, [sumũt] ipsi opponentes. Ex quibus patet quod inductio est propositio præternecessaria vna ratione, quatenus non est pars principalis syllogismi, & syllogistica: alia ratione, quatenus non frustra interrogetur, cũ in ea sumantur illa, in quibus syllogistica ꝓpositio cõcluditur. Quod vero ad verba attinet, Alexander aut per inductionem, aut per similitudinem, exponit quia vniuersale potest induci per inductionem, quæ est plura similia, vel, vt inquit, non solum per inductionẽ sed etiam per parabolam, quæ similitudo est in aliquibus. rectius vero Aristo. per inductionem intellexisse completam, : per similitudinem inductionem incompletam, quæ est in pluribus similibus, & dixit [plerumque] quia etiam per syllogismos vniuersales propositiones syllogismi principalis ostenduntur.

81 Singularia igitur omnia ponendum: si vera sint, & probabilia. Ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. Nam sine instantia, vel B quæ sit, vel quæ videatur, prohibere orationem, proteruire est. Quare si multis apparentibus, non dederit vniuersale, qui non habet instantiam, manifestum estquoniam proteruit.

Nunc docet respondere ad inductionem, & dicit, [Singularia igitur omnia] scilicet prolata, & expressa ab opponente, [ponendum, si vera sint, & probabilia. ad vniuersale autem] id est, ad singularia autem non prolata, nec expressa, [tentandum est instantiam ferre] scilicet in aliquo eorum singularum, quæ non sunt prolata ab opponente. non enim quemadmodum in syllogismo necessario sequitur conclusio ea, videlicet quæ in ipso posita est: sic & vnuiuersale necessario sequitur ea, quæ inductiue sumuntur. Non enim si homo, & canis, & bos inferiorem mandibulam mouent, igitur omne animal. Ad hoc igitur, inquit, oportet tentare vt instantia feratur. & assignat causam, & in assignanda causa, declarat quid sit proteruire, quod in disputatione fit proterua. & dicit, [nam sine instantia, vel quæ sit] scilicet vera, [vel quæ videatur, prohibere orationem] id est, vniuersalis illationem, [proteruire est.] vt fieri solet in proteruiosa disputatione. Tunc concludit regulam, & dicit, [quare si multis apparentibus] respondens [non dederit vniuersale, qui] respondens [non habet instantiam, manifestum est quoniam proteruit.] verbi causa, si propositio sit, omne quod ex aliquo mutatur in aliquid, mouetur. & opponens probet, quia motus secundum quantum, ex aliquo in aliquid est, & est motus, & secundum vbi, & secundum quale similiter, ergo omnis motus. nisi itaque det instantiam, respondens proteruit. Est autem instantia de generatione, & corruptione. nam generatio & corruptio mutationes quidem sunt ex aliquo in aliquid, non tamen sunt motus. Illud enim quod mouetur, oportet esse, & seruari idem. at in huiusmodi mutationibus non seruatur id, quod mutatur. Dixit autem instantiam, quæ videtur. nam qui ad ostendentem, æqualia esse per inductionem ea quæ nec superant, nec deficiunt, instaret & diceret honorem, qui est secundum proportionis rationem, æqualem esse, qui tamen non est æqualis: quia nec superat, nec deficit. similiter iustum est æquale, non tamen æquale, quia nec superat, nec deficit. hic apparenter instaret, non tamen vere: quoniam cum dictum est æqualia esse ea, quæ nec superant, nec deficiunt, de æqualibus simpliciter intelligitur, non autem de æqualibus secundum proportionis rationem. Quid vero intelligat per proteruire, posterius declarabit.

C

D

82 Insuper si neque contra argumentari habeat quoniam non verum, longe magis videbitur proteruire. Quanuis nec hoc sufficiat. nam complures rationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile est soluere. velut Zenonis, quoniam non contingit moueri, neque stadium pertransire. Sed non propter id, quæ sunt opposita his non ponendũ. Si igitur quispiam neque contra argumentari habet, neque instare, & nõ ponit, dilucidum quoniam proteruit. Est enim in disputationibus proteruia, responsio præter dictos modos syllogismi destructiua.

Cum declarauerit eum proteruire vniuersale,cum illi non fert instantiam,nunc assignat secundum modum proteruiendi,& dicit,[Insuper si]respondens[neque contra argumentari habet,quoniam non verum] est vniuersale [longe magis videbitur proteruire .] Est autem contra argumentari,vt Alexander exponit,cum respondens aliquis non afferens instantiam ad ipsum vniuersale, per aliqua alia conatur syllogizare quoniã nõ est verum. Qui enim non instat ad demonstrantem animam non esse immortalem, quoniam anima est forma materialis, & nulla forma materialis est immortalis,ostendere vero tentans per aliqua alia quoniam est immortalis, vel quia scire est reminisci,aut quia est per se ipsam mobilis,hic contra argumentatur. ¶Sed tunc est dubium,vtrum si vniuersale per inductionem in pluribus inferatur, & nulla detur a respondente instantia sufficiat argumentari contra illud vniuersale per inductionem illatum. verbi gratia, si opponens per inductionem demonstret, quoniam omne animal est mobile,& mouetur scilicet per plura singularia, nulla ablata a respondente instantia, & aliquis per rationem Zenonis motum destruentem, probet nullum animal moueri, vtrum sufficiat ad destruendum vniuersale, vel oportet respondentem ponere vniuersale, quod per inductionem sine instantia est illatum. ¶Respondet Aristoteles, quod respondens debet ponere illud vniuersale, modo fuerit inductum per singularia sine instantia, & dicit, [Quamuis nec hoc sufficiat]non enim argumentari contra vniuersale per inductionem sine instantia illatum, sufficit ad destruendum,nec sufficit respondenti, vt non ponat illud, & hoc probat, & dicit, [nam complures rationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile est soluere, velut] rationem[Zenonis,] per quam probat, quoniam nullum] animal [contingit moueri, neque stadium pertransire] quod est contra illud vniuersale, omne animal est mobile, & mouetur, quod per inductiouem sine instantia est illatum. quæ ratio licet sit fortissima, [non tamen propter id, quæ sunt opposita his non ponendum.] debet enim Zeno,si fuerit respondens, ponere illud vniuersale, quoniam est inductum per inductionem sine instantia, licet contra argumentum habuerit fortissimum. non enim sufficit destruere vniuersale per inductionem sine instantia factam,argumentum validum inducere,quoniam vt communiter dicitur, ducere ad inconueniens non est soluere. Argumentum vero Zenonis patet sexto physi. auscultationis, probabat enim nullũ animal vel corpus moueri, quoniam omne corpus quod mouetur supra aliquod spatium, prius pertrãsit medium q̃ deueniat in extremũ.Iterum si debet illud medium pertransire,prius oportet pertrãsire mediũ illius medij,& rursus illiusj & cũ media sint infinita, impossibile erit animal omnia ea ptrãsire. Est enim magnitudo in infinitũ diuisibilis.Quare nullũ animal potest moueri.ex his cõcludit, quid sit proteruire, quidve proteruia, & dicit, si igitur quispiam, neque contra] ipsum vniuersale[argumentari habet, neque instare] habet, & [nouit] scilicet ipsum vniuersale [dilucidum, quoniam proteruit,] & hoc probat, per definitionem proteruiæ, & dicit,[est enim in disputationibus proteruia responsio præter dictos modos]id est, quæ neque argumentatur contra, neque affert instantiam contra, [destructiua syllogismi] id est, negatiua consequentiæ. accepit enim syllogismum pro consequentia. Quienim negat consequentiam, pro qua infertur vniuersale ex pluribus singularibus, & non affert instantiam in aliquo singulari eorum,quæ non sunt inducta, neque argumentatur contra illam illationem, hic proteruit,& dixit [in disputationibus,] quoniam est proteruia in actionibus, & in disputationibus. Et non intelligas illa duo requiri ad proteruiam, quoniam proteruus est, qui negat vniuersale, & nullam affert instantiam siue habeat argumentum contra, siue nõ. Sed si aliquis non affert instantiam,neque argumentum habet cõtra, longe manifestius videtur proteruire si neget vniuersale,tamen vera proteruia est,cum aliquis negat vniuersale ex pluribus singularibus illatum,& nullam affert instantiam.nam si induceret argumentum,& non daret instantiam,adhuc esset proteruus.

E F G H

83 Sustinere autem & positionem, & definitionem ipsum sibi ipsi oportet præargumentando.Nam iis, ex quibus interimunt interrogantes quod ponitur manifestum,quoniam aduersandum.

Cum declarasset ipsum proteruire, & ipsam proteruiam quid sint,nunc docet modum,quo respondens antequam veniat ad disputationẽ, se præparare debeat,& vult quod debeat discurrere per omnia ea argumenta,quæ potest inducere interrogans, & ea soluere sibi ipsi. Et postea debet procedere ad disputationẽ,& dicit,[Sustinere autẽ & positionẽ]scilicet problema quiuis vel de accidente,vel de genere,vel de proprio,[& definitionem] .i.problema de definitione [ipsum sibi ipsi oportet]respondentẽ[præargumẽtando,]& inducendo omnia argumenta,quę potest inducere opponens .[Nã ijs, ex quibus interimunt interrogantes qđ ponitur] scilicet a

A respondente, [manifestum, quoniam aduersandum]& soluendum omnia, & inde proficiscendum ad disputationem.

84 Inopinabilem vero suppositionem cauendum sustinere. Erit autē inopinabilis multipliciter. nā & ea, ex qua absona cōtingit dicere. vt si omnia dicat aliquis moueri, aut nihil: & quæcunque peioris moris, esse eligenda. Insuper & quæ sunt contraria consiliis, vt quoniam voluptas bonum, & iniuriam facere melius quàm iniuriam pati. Nā non(vt orationis gratia sustinentem, sed vt dicentem ea)quæ videntur, oderunt.

Cum declarasset modum, quo respondens debet se præparare ante disputationem, nunc docet positionem, quam respondens debet sustinere in disputatione, & dicit, [Inopinabilem vero suppositionem cauendum sustinere,]& exponit Alexander per suppositionem, positionem siue problema. Deinde Aristoteles exponit inopinabilem positionem, & dicit[erit autem inopi-
B nabilis[positio]multipliciter. nam ea] positio, [ex qua contingit dicere absona]hoc est absurda, & præter opinionem, & ea, ex qua accidit dicere contraria consilijs, ea positio quidem ex qua accidit dicere absona, est. [vt si omnia dicat aliquis moueri,]vt dixit Heraclitus. nam huic opinioni accidit dicere nullum ens esse immobile, [Aut] si aliquis dixerit [nihil] moueri, vt dixit Parmenides, accidit enim negare sensum. [&]vt si aliquis dixerit, [quæcunque peioris moris, esse eligenda,]accidit enim sic dicentibus virtutem esse fugiendam. Secundo ea positio est inopinabilis, ex qua accidit dicere[ea quæ sunt contraria consilijs. Vt quoniam voluptas bonum, & iniuriam facere melius quàm iniuriam pati.] Deinde assignat causam, quare non debet respondens sustinere inopinabilem positionem, vt orationis]id est disputationis[gratia sustinentem, sed vt dicentem ea, quæ]sibi [videntur, oderunt.] Hac ratione Athenienses decreto publico Protagoram ab agro Atheniensi fugarunt, quòd reuocauerit in dubium deos esse. Socratem vero morti condemnarunt, quòd opiniones contra communem Atheniensium consensum disputauerit. Anaxagoras Clazomenius propter extraneas positiones, quæ erāt hominibus contrariæ, vix euasit. Aristoteles magnus in philosophia magister propter eandem causam ab Athenis profugus mortuus est in Euboia. Et de regulis, quibus respondens debet respon-
C dere ad inductionem, hactenus dictum sit.

85 Quæcunque vero orationum falsum syllogizant, soluendum interimendo id, propter quod sit falsum. nam nō is, qui quoduis interimit, soluit. neque si falsum est, quod interimitur. habere enim potest plura falsa oratio. Vt siquis sumat sedentem scribere, Socratem vero sedere. accidit enim ex his, Socratem scribere. Interempto igitur Socratem sedere, nihil magis soluta est oratio. Quanuis falsum sit postulatum, sed non propter id oratio falsa. Nam si quis sit sedens quidem, non scribens autem, nō amplius in tali apte accommodabitur eadē solutio. Quare non id interimendum, sed sedentem scribere. Nō enim omnis, qui sedet, scri-
D bit. Soluit igitur omnino, qui interimit id, propter quod sit falsum.

Cum docuisset respondere ad inductionem, nunc docet respondere ad syllogismum, & dicit, [Quęcunque vero orationum]id est syllogismorum[falsum syllogizant, soluendum interimendo id]id est, eam propositionem[propter quod]hoc est propter quā[sit falsum]id est, propter quā concluditur falsum. hoc quod dixit declarat per rationē, & dicit, [nā nō is, qui quoduis interimit]id est, qui quāuis propositionem negat, [soluit. neque si falsum est, quod interimitur. habere enim potest plura falsa oratio]id est, syllogism⁹, & sic poterit respōdēs interimere alterum eorum, per quod non fit falsum: sicuti est in hoc syllogismo, quale est corpus, qualitas est quale, ergo qualitas est corpus. falsitatis enim quæ in conclusione est, causa est propositio maior, quæ accipit, quale corpus esse, & sic illa interimenda est. nam quòd qualitas sit quale, propositio vera est. Deinde manifestat, quod dixit per exemplum, & dicit, [vt si quis sumat sedentem scribere, Socratem vero sedere. accidit enim ex his Socratem scri-

bere.]quod falsum esse supponamus.Qui igitur infert Socratem scribere,per ambas falsas propositiones,non propter Socratem sedere,falsum infertur.nam si verum fuisset, nihil minus conclusio erit falsa . propterea dicit Aristoles [Interempto igitur Socratē sedere,quod est minor: [nihil magis soluta est oratio]id est,syllogismus [quanuis falsum sit postulatum]id est, propositio minor.[sed nō]propter id[id est,falsitate minoris oratio]id est, conclusio [falsa est] Cuius causam assignat,[nam si quis sit sedens quidem ,] vt Plato,[non scribens autem, non amplius in tali]syllogismo[apte accommodabitur eadem solutio.]nam erit minor vera, & conclusio falsa.Ergo causa falsitatis in primo syllogismo non fuit minor. Tunc concludit quid sit interimendum.& dicit,[quare non id interimendum]scilicet minor,[sed sedentem scribere. non enim omnis qui sedet,scribit]propterea cōcludit, [Soluit igitur omnino,qui interimit id,propter quod sit falsum.] per hæc patet eum recte soluere, qui interimit propositionē falsam, & cognoscit illam esse causam falsitatis conclusionis.nam(vt Alexander inquit) fieri potest vt aliquis neget propositionem,quæ causa est falsitatis conclusionis,sicuti solam falsam , non cognoscens in ea esse causam falsitatis conclusionis.Qui igitur sic destruit atque negat propositionem,soluit quidem rationem,nesciret tamen solutionem illius.In omnibus enim causæ cognitio scientia est.vnde sicuti medicus scientificus est,non qui sanat tantū,sed ille qui causam, per quam sanat,cognoscit:sic qui negat propositionem falsam,quæ est causa falsitatis conclusionis,non bene soluit,sed qui scit quoniam illa est causa. E F

86 Nouit autem solutionem,qui scit quoniam propter id falsa est oratio,quemadmodū in iis,quæ falsò describuntur.Non enim sufficit instare,neque si falsum sit quod interimitur,sed id,propter quod falsum,assignandū.sic enim erit manifestū, vtrū prospiciens an nō, facit instantiā.

Nunc declarat eum noscere solutionem,qui scit illud propter quod falsa est conclusio. & per exēplum videlicet sumptū à geometricis speculationibus hoc exponit,& dicit, [Nouit autem solutionē,qui scit quoniā propter id falsa est oratio]siue conclusio, vt propter maiorē vel minorē.Et affert exemplum in geometricis speculationibus.vt si fieret syllogismus,lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum sunt æquales, sed linea h, g, κ, & linea h,i,κ, sunt ductæ ab eodem puncto ad idem punctum.ergo sunt æquales.Conclusio est falsa, & causa falsitatis non est minor,non enim habet instantiam,sed maior.nam habet instantiam.Non enim omnes lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum sunt æquales.siquidem linea per arcum a, e,b, & linea per chordam a,f,b,sunt lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum,& tamen non sunt æquales. qui igitur in hoc geometrico syllogismo negaret maiorem,quia cognosceret illam esse causam falsitatis conclusionis,recte responderet:sed qui negaret maiorē,quia est falsa,& non cognosceret illam esse causam falsitatis conclusionis,hic solueret argumentū,sed non recte:quia ignoraret vtrum maior causa sit falsitatis conclusionis,vel non.dicit, [Quemadmodum in ijs, quæ falso describūtur]subaudi in geometricis,[non enim]in geometricis[sufficit instare]id est, dicere propositionem esse falsam,quia habet instantiam,[neque si falsum sit]omni ex parte[qđ interimitur,sed est assignandum id,propter quod falsum]est, quod concluditur,& dicere cōclusionem esse falsam,quia hæc propositio est falsa,& causa illius falsitatis.[Sic enim erit manifestum,vtrum perspiciens aut, non facit instantiam.]Nemo enim potest assignare hoc esse falsum,& esse causam falsitatis cōclusionis,quin sciat falsitatē,& causam falsitatis. Ergo scientificus respondens est,qui scit propositionem esse falsam,& illam esse causam falsitatis cōclusionis. G

87 Est autem prohibere concludi orationem, quadrupliciter, nam aut interimendo id,propter quod fit falsum. H

Cum docuisset falsam rationem,siue falsum syllogismum soluere, nunc docet quomodo, & quot modis respondens potest impedire aliquam rationem concludere.Non enim est idem soluere,& impedire.soluitur quidem syllogismus qui iam finitus est,& ad conclusionem venit. Impeditur vero proficiscens ad conclusionem,nondum ad eam finitus. hac ratione solutio vno solo modo dicitur,impeditio autem quadrupliciter.quod proponit,& dicit, [Est autem prohibere concludi orationem]hoc est,Est autem prohibere]syllogismum ne concludat conclusionem [quadrupliciter.]deinde per ordinem exponit hos quatuor modos. & dicit, [Nam aut interimendo id propter quod fit falsum. ¶[Sed dices,interimere id]. propter quod fit falsum,est soluere,ergo nō est prohibere, vel impedire syllogismum ne concludat. ☞ Alexander innuit solutionē.quod vnus & idem modus sit soluere,& impedire, alia tamen atq; alia ratione. Nam qui interimit propositionem causa cōclusionis,soluit:qui autem interimit , ne conclusio inferatur, impedit,atque prohibet.

A 88 Aut ad interrogantem, inſtantiam dicendo. Sæpe enim nō ſoluit quidem,tamen qui interrogat,non poteſt longius procedere.

Exponit ſecundum modum prohibendi.& dicit, [Aut ad interrogantem inſtantiam dicendo] id eſt,ſecundo modo reſpondens poteſt impedire ſyllogiſmum, dicendo inſtantiam, hoc eſt impedimentum ad interrogantem,& hoc facit quærendo intellectum interrogationū, vel quæſtiones laterales,quæ ſunt propinquæ interrogationibus.Vt ſi interrogatio eſſet,omne ſeipſum mouens eſt immortale,quærendum eſſet quid intelligit interrogās per ſeipſum mouens, & vtrū omne ſeipſum mouens ſit indiuiſibile, an diuiſibile.[Sæpe enim] reſpondens mouens has quæſtiones,[non ſoluit quidem,tamen qui interrogat,non poteſt longius procedere.] ſed in diſputationibus occurſorijs detinebitur.

89 Tertium autem ad interrogata. Accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod volumus. quoniam nō bene interrogata ſunt. Addito autē aliquo fieri concluſionē.Si igitur nō amplius poteſt producere B interrogans,ad interrogantē erit inſtātia.Si autē poteſt, ad interrogata.

Exponit ſecundum modum,& dicit,[Tertium autem] modum prohibendi dicimus eſſe [ad interrogata] ipſa.[Accidit enim ex interrogatis quidem,non fieri quod volumus] nos interrogantes,id eſt,non inferre cōcluſionem,quam intendimus,[quoniam nō bene interrogata ſunt.] nam licet ſint vera,tamen quia non bene interrogantur,vel quia non componuntur ſecundum rationem ſyllogiſticam,aut quia aliquid deficit interrogatis,ideo impeditur ratio. [Addito autem aliquo,] quod deerat,accidit [fieri concluſionem.] Tunc cōcludit quando ad interrogantem,& quando ad interrogata eſt facienda inſtantia.& dicit, [Si igitur nō amplius poteſt producere interrogans,quia eſt aptus diuerti ad collaterales quæſtiones, & ad digreſsiones, [ad interrogantem erit inſtantia] facienda,vt per talem inſtantiam,hoc eſt,impedimentum non proficiſcatur ad concluſionem. [Si autem] interrogans [poteſt] ex eo , quia natura non eſt aptus ad digreſsiones,impedimentum eſt faciendum [ad interrogata.] nam ſic velit,nolit,cogitur detineri,atque immorari.

90 Quartum autem,& peſsima inſtantiarum eſt, quæ eſt ad tempus. C Nam quidam talibus inſtant,ad quæ diſputare pluris eſt tēporis, quàm præſentis exercitationis.Inſtantiæ igitur, vt dictū eſt prius,quatuor modis fiunt. Solutio autem eſt earum,quæ dictæ ſunt,prima tantum. Reliquæ autem prohibitiones quędam,& impedimenta concluſionum.

Docet quartum modum prohibendi.& dicit,[Quartum autem,& peſsima inſtantiarum eſt, quæ eſt ad tēpus.]vtpote,quum reſpondens impedimentum facit tale,pro cuius diſcuſsione,eſt neceſsitas maioris temporis.[Nam quidam.] ſcilicet reſpōdentes [talibus.] ſcilicet impedimentis [inſtant] contra interrogantes, [ad quæ] & de quibus [diſputare pluris eſt temporis, quàm præſentis exercitationis.]id eſt,diſputationis.Vt ſi interrogatio eſſet vtrum anima ſit per ſe mobilis an non. Et reſpondens quæreret, vtrum motus ſit an non?Tunc epilogat, [Inſtantiæ igitur (vt dictum eſt prius) quatuor modis fiunt.Solutio autem earū,quæ dictæ ſunt, prima tantum,reliquæ autem prohibitiones quædam, & impedimenta concluſionum.] ergo hic per inſtantiam,non intelligit ſingularem propoſitionem,quæ eſt oppoſita vniuerſali, ſed obicem,prępedimentum,atque prohibitionem faciendarum argumentationum,ne videlicet concludant cō D cluſionem.Appellat autem hunc quartum modum,peſsimam inſtantiam,quoniam opus eſt eorum,qui male arte vtuntur.nam eorum, qui male arte vtuntur, opus eſt prolongare rationem, & transferre diſputationem ad difficilius problema.

91 Inculpatio vero orationis,& ſecundum ipſam orationem,& quando interrogatur,non eadem.

Nonnulli Ariſto.aſſerunt nunc poſt impedimenta, agere de increpationibus,in quibus conſiſtit ſolutio,quæ dicitur ſecundum quid,quæque dicitur ſolutio ad hominem. Albertus vero velle videtur in ſuis verbis Ariſto.agere de increpabilibus orationibus.& ſic per orationem,interrogationem intelligere videtur.Alexan.vero,cui credendum eſt,per orationem, rationē ſiue argumentū intelligit,quod ex ipſis ꝓpoſitionibus interrogatis fit.Nō enī poteſt increpari argumentū,quin interrogatio increpetur:nec cōtra increpabilis eſt ꝓpoſitio,quin & argumentū increpabile fit.diuiditur igitur increpatio primo, ꝙ ſit vno modo increpatio orationis, propter

oratione,alio modo propter vtentem,vt quãdo non bene interrogatur. ergo oratio increpatur interdũ propter se, nõnunquã propter proteruitatẽ respõdentis,vel opponẽti:,propter se qdẽ, quando asyllogistica fuerit , vel per falsa syllogizans,aut per ignotiora,aut aliis modis,vt postea dicet quinque modos esse increpandi orationem ꝑpter se.vnde dicit, [Inculpatio vero orationis] quæ græce dicitur ἐπιτίμησις,hoc est,increpatio, & secundũ ipsam orationem,& quando interrogatur,non eadẽ est.] & sic oratio vno modo est ꝑpter se increpabilis, alio modo ꝑpter proteruitatem opponentis vel respõdentis, & primo & secũdo modo nõ est eadem increpatio. E

92 Plerunque enim quòd non bene disputetur oratio, is,qui interrogatur, est causa.Quoniam non cõcedit ex quibus ad positionem bene erat disputare.Non enim est in altero solo bene absoluere commune opus.

Cum ꝓposuisset differentiã increpationum, nunc assignat modos increpandi orationem ex parte vtentiũ.& primo ostendit,ꝙ nõ in eisdẽ increpentur interrogans,& opponens.Et ad hoc ostendendũ,sumit,nõ bene interrogandi sæpius nõ interrogantem, sed respõdentẽ causam esse, & dicit,[Plerunq; enim ꝙ nõ bene disputetur oratio,is qui interrogatur] .s.respõdẽs, & nõ interrogans [causa est.] Cuius causam assignat,& dicit. [Quoniã non cõcedit] ea,[ex quibus ad positionẽ bene erat disputare,]bene.s.dialectice.Et quia aliquis posset dicere solũ opponẽtis esse bene dialectice disputare,subdit.[Non enim est in altero solo].s.in opponente [bene absoluere cõmune opus,] quia neq; in opponente solo,neq; in solo respõdente,sed in ambobus.Cõmune vero opus syllogismus dialecticus est (vt exponit Alexan.) non disputatio,vt exponunt Iuniores.Oportet enim vtrunq; eundem syllogismum perficere, vnũquenque offerendo in syllogismo,quę ad se attinent.Interrogans enim communem syllogismum perficit,ea interrogando, quæ superius præcepit.s.semper probabilia,vel minus improbabilia. Respõdens vero ea dando, quæ præcepit esse danda,vt ꝓbabilia,vel minus improbabilia.Nam cũ sic nõ respõderet,opponenti occasionẽ daret,nõ interrogãdi ad ꝓpositũ,sed ꝓponẽdi opposita ijs, quæ interrogãtur. F

93 Necessariũ igitur quandoq; ad dicentẽ & non ad positionẽ argumẽtari.Quãdo is,qui respõdet, cõtraria interrogãti præsumit corroborare. Proteruenietes igitur altercatorias,& nõ dialecticas faciũt exercitatiões.

Ex ijs quasi correlarie cõcludit,quando interrogans cogitur transferre se de ꝓposito principali ad ipsum respõdentẽ,& dicit,[Necessariũ igitur quãdoq; ad dicentẽ].i.ad ipsum respõdentem,qui dicit,[Et nõ ad positionẽ] principalem [argumentari] interrogantẽ ipsum. Et exponit,quando,& dicit,[Quãdo is,qui respondet,cõtraria interrogãti pręsumit corroborare,]hoc est,nõ cõtraria interrogatis,sed cõtraria interroganti.quid vero sit contrarium interroganti, & quid cõtrarium interrogato,superius patuit.¶Ex his vlterius infert,quales sunt disputationes, quas faciunt interrogãs,& respondens,cũ proteruiũt inuicẽ,& dicit.[Proteruientes igitur].s.& respondẽs,& interrogans [altercatorias,& non dialecticas exercitationes].i.disputationes [faciunt.]& per altercatorias,nõ sophisticas,ac litigiosas disputationes intelligit,vt Iuniores exposuerunt.Sed quæ tentant (vt Alexan.inquit) omni modo per quęcunq; fieri potest,respõdentẽ circunuertere,non quidẽ argumentis factis ad positionẽ,sed ad respõdentẽ. Vbi patet nõ ipsum interrogantẽ increpatiõe dignũ esse, q̃uis male,atq; nõ dialectice interroget,sed respondentẽ,q causam ꝓbuit huiusmodi circũuolutiõis,atq; digressionis,quales disputatiões exercuit Callicles apud Platonẽ in Gorgia,nec verũ,nec ꝓbabile quicq̃ cõcedẽs.Ex his patet vna causa,quare increpatio orationis ex parte orationis,differat ab increpatione orationis ex parte vtentium. G

94 Insuper autẽ,quia exercitationis, & experimenti gratia,& non doctrinæ huiusmodi sunt orationes,perspicuũ, quoniã non solũ vera syllogizandũ,sed etiam falsum.Nec per vera semper,sed quandoque etiã per falsa.Sæpe enim vero posito,interimere necesse est disputantem.Quare proponenda falsa,quandoq; autẽ & falso posito, interimendũ per falsa. Nihil enim prohibet alicui videri,quę nõ sunt magis quàm vera . Quapropter ex iis quæ illi vidẽtur oratiõe facta, magis erit suasus q̃ adiutus. H

Iuniores volũt Aristo.docere,qbus vtendũ est in trãslatione à principali ꝓposito ad dicentem,& nõ displicet.Alexan.autẽ vult Aristo.declarare in qbus disputationibꝰ possumus vti veris,& falsis in syllogismis,vt habeatur non oẽs rationes,quæ sunt ex falsis,esse increpãdas. & dicit Aristo.[Insup quia exercitatiõis, & experimẽti gratia, & nõ doctrinæ huiusmodi sunt ora-

A tiones].i.diſputatiões,& per [huiuſmodi,] proteruioſas intelligit,de qbus proximo textu dixit, [perſpicuũ qñ] in talibus[nõ ſolũ vera ſyllogizandũ,ſed etiã falſum:nec p vera ſemp,ſed qñq; etiã per falſa.] Cauſa autẽ eſt,quia tã per vera q̃ per falſa cõtingit interimere diſputantẽ, qui videlicet eſt cauſa digreſsiuæ diſputatiõis.& hoc dicit,]Sæpe enĩ vero ꝓpoſito, interimere] ſubaudi ex falſis [neceſſe eſt diſputantẽ].ſ.eũ,qui cauſa eſt,vt fiat ꝓteruioſa diſputatio.nã ſi reſpõdens ponit verũ,cũ oppoſitũ veri ſit falſum,oportet interrogantẽ argumẽtari falſum, & cũ falſum nõ ſyllogizetur,ex veris,ergo ex falſis poſitis deſtruetur reſpõdens. ergo interimitur diſputans per falſa. Quòd autẽ per vera,dicit, [Quãdoq; autẽ & falſo poſito,interimendũ per falſa] ſubaudi & per vera ipſum reſpondentẽ.nã ſi reſpõdens ponit falſum, cũ oppoſitũ falſi ſit verũ, falſum poſitũ deſtruendũ,ſyllogizando verũ,quod eſt eius oppoſitũ per vera,ſi vera ſunt reſpondenti ꝓbabiliora:aut p falſa, ſi falſa ſunt reſpõdenti probabiliora.nã verũ & per vera, & p falſa cõſtrui poteſt,modo falſa reſpõdenti ſint probabiliora.ergo per falſum,& per verũ cõtingit interimere diſputantẽ,& cũ per verũ,& per falſum.ergo per vera contingit interimere reſpõdentem,quia dictũ eſt , verum ſyllogizari poſſe per falſa,& per vera,exponit, quãdo per falſa.& dicit,[Nihil enim prohibet alicui videri].i.eſſe probabilia, [quæ nõ ſunt].i.falſa, [magis q̃ vera,]
B vt Platoni probabilius eſt ſcire eſſe reminiſci,quod falſum eſt,q̃ ſcire fieri in nobis de nouo.tũc cõcludit.[Quapropter ex ijs,quę illi vidẽtur oratione] hoc eſt ratiocinatione [facta,magis erit ſuaſus] ad veritatẽ cõcedendã,quæ eſt oppoſita ſuæ poſitioni, [q̃ adiutus] ad ſuam falſam poſitionem ſuſtinendam.verbi gratia ſi Plato diceret animã eſſe mortalẽ,ſicut ſæpe ſuſtinet,cũ oppoſitum illius ſit,anima eſt immortalis:ſic ex falſis, quæ Platoni ſunt probabiliora veris , argumentarer,quod per reminiſcentiam ſcit,eſt immortale, anima ſcit per reminiſcentiam, ergo anima eſt immortalis. maior & minor ſunt Platoni probabiliſsimę, tamen minor eſt falſa expreſſe, maior autem ambigua. Ex ijs patet in dialecticis diſputationibus diſputantes vti poſſe veris & falſis,aliter & aliter: veris quidem,in inquiſitiuis inuentiuiſque diſputationibus , quæ conſpectionis cauſa fiunt.Falſis autem,in proteruioſis quæ fiunt gratia exercitationis , atque experimenti,non per ſe,ſed vt oſtendatur reſpondentem erraſſe.

95 Oportet autẽ eum,qui bene transfert,dialectice,& non contentioſe trãſferre. Vt geometrã,geometrice,ſiue falſum,ſiue verum ſit,quod con
C cludendum eſt. Quales autem dialectici ſyllogiſmi,dictum eſt prius.

Quia ſuperius oſtẽdit opponentẽ proteruia reſpondentis aliquando ſe de ꝓpoſito principali ad aliud transferre : nunc exponit quis eſt,qui bene ſe transfert. nã poteſt q ſe transfert bene, & male ſe transferre.nã qui ex dialecticis in phyſica,& ex phyſicis in mathematica ſe transfert, male ſe transfert:qui vero ſe transfert de veris in falſa,vel de falſis in vera,intra terminos ſui generis,bene ſe transfert,& dicit,[Oportet autẽ eum,qui bene ſe transfert].ſ.ex veris in falſa,aut ex falſis in vera,[dialectice,& non cõtentioſe transferre,] & exponit quis ſe transfert dialectice,& dicit,[Vt geometrã geometrice,] & nõ per ea,quæ ſunt alterius generis,[ſiue verum,ſiue falſum ſit,quod cõcludendum eſt] ſic etiam dialecticũ dialectice. nã vt geometra transfert geometrice,cũ intra terminos ſui generis ſe transfert,de vero in falſum, vel contra,ſic etiam dialecticus dialectice,cum intra terminos ſui generis de vno in alterum propoſitum ſe transmutat , ſed quoniam in dialecticis tranſlationibus concluditur verum vel falſum per ſyllogiſmos dialecticos,dicit, [Quales autem ſyllogiſmi dialectici ſint, dictum eſt prius.] dictũ eſt enim eſſe, per quos probabilia per probabiliora ſyllogizamus.

D 96 Quoniã autem peruerſus ſocius eſt,qui impedit commune opus, patet,quoniam etiam in orationibus. Nam cõmune quippiam,quod proponitur,& in illis eſt. Præterquã in cõcertantibus, in quibus quidẽ non eſt eundẽ vtriſque finẽ aſſequi. Nam plures vno impoſsibile eſt vincere.

Fortaſſe nunc aſsignat ſecundũ modũ increpandi orationem ex parte vtentiũ, vt per hoc habeat increpationem oratiõis ex parte orationis differre ab increpatione oratiõis ex parte vtentium.& eſt talis,ſæpe oratio eſt in ſe bona,ſed peruerſitate opponentis, & reſpõdentis impeditur,vt concludat. ergo alia eſt increpatio orationis ex parte orationis , & alia ex parte vtentiũ. dicit,[Quoniã autẽ peruerſus ſocius eſt,qui impedit cõmune opus,] quicquid ſit illud cõmune opus,ſiue ædificatio ædiũ,ſiue negotiũ ciuile,ſiue latio rei ponderoſæ, ſiue quoduis aliud,ad quod plures ſocij neceſſarij ſunt,vt perficiatur.[patet etiã,quoniã orationibus] hoc eſt, diſputationibus dialecticis peruerſus ſocius erit, qui impedit cõmune opus.Exponit autẽ quid ſit cõmune opus in diſputationibus dialecticis.& dicit,[Nam] opus [cõmune quippiam quod proponitur,& in illis eſt.] hoc eſt,poſitio probabilis,quæ propoſitũ interrogantis , & reſpõdentis

est,inquantũ opponens per probabilia nititur illam syllogizare,respõdens vero per concessionẽ E probabilium,quæ concedere debet,nititur operari vt syllogizetur. In dialectica enim disputatione,quæ fit gratia conspectionis,commune opus opponẽtis & respõdentis,est positio,quæ de cõmuni consensu apparet,vt per syllogismum colligatur.ergo peruersus socius erit,qui impedit ipsam positionẽ concludi.Ex quo patet cõmune opus in dialectica disputatione, nõ esse ipsam disputationẽ,vt Iuniores oẽs putant:quoniã apud oẽs disputantes disputatio est cõmunis operatio.sed per cõmune opus in disputatione dialectica, intelligit illud, quod cõmuniter per disputantes quæritur ex ipsa disputatione esse acquirendũ. Differt enim opus ipsum ab operatione, sicuti factũ à factione,& actum ab actione. Est enim disputatio cõmunis operatio quorũcunq; disputatiuorũ.At opus nõ est vnũ in omni disputatione, vt patebit.ideo addit[pręterquã in cõcertantibus] ꝓpter experientiã.i.in obuiatiue disputãtibus,nõ sophistice sed dialectice,[in quibus quidẽ non est eundem vtrisque finẽ assequi. nam plures vno impossibile est vincere.] & cũ in dialecticis obuiatiuis finis sit victoria,quæ nõ potest esse nisi vnius,& non duorũ, ergo in eis non potest esse vnum commune opus.In dialecticis autem disputationibus,quæ sunt gratia conspectionis,commune opus est positio,quæ ab ambobus quæritur,vt syllogizetur.

97 Differt autem nihil siue in respondendo, siue in interrogando fiat. F Nam & qui contentiose interrogat,praue disputat, & qui in respondendo non dat quod videtur, neque suscipit quicquam quod vult interrogans. Manifestum igitur ex iis,quæ dicta sunt, quoniam non similiter increpandum & secundum seipsam orationem, & interrogantem.

Posset aliquis putare litigiosam disputationem solũ proficisci ab ipso respondente, ideo hoc refellens,dicit,[Differt autem nihil] quo ad litigiose disputandum,[siue in respõdendo, siue in interrogando fiat id] hoc est,litigiosa disputatio.[Nam & qui contentiose interrogat,praue disputat,& qui in respondendo non dat,quod videtur].i. non concedit probabile, [neque suscipit quicquam,quod vult interrogans,] etiam praue disputat. & intellige [quod vult interrogans] scilicet qui proponit probabilia.Sed calumniatur probabilia,quæ vult interrogans. Nã priusquam compleat interrogationem,præassumens rationem,negat interrogationem.Ex ijs cõcludit,conclusionem quam à principio proposuit.& dicit, [Manifestum igitur ex ijs,quæ dicta sunt,quoniam non similiter inculpandum & secundum seipsam orationem, & interrogantem] G subaudi siue respõdentẽ. ¶ Quod vero ad cõclusionẽ attinet, differentia hæc est sumpta interrogatione existente in se bona,& probabili,& vtentibus existentibus in se prauis,& ꝓteruiosis.

98 Nam nihil prohibet orationem quidem prauam esse, interrogantẽ vero,vt possibile est,optime contra respondentem disceptare.Nam contra proteruos non possibile est fortasse statim sumere quales quis vult, sed quales fieri possibile,faciendi syllogismi.

Cum declarasset differentiã increpationũ existente interrogatione bona & probabili,vtentibus vero prauis,& proteruosis, nunc declarat differentiã inculpationũ, existẽte intertogatione praua,interrogante vero existente bene affecto.& dicit,[Nam nihil prohibet orationẽ quidẽ prauã esse,] hoc est,syllogismũ vitiosum esse secundũ seipsum.aut aliter,[Nihil ꝓhibet orationem].i.syllogismũ secundũ seipsum falsum esse,quia constat ex improbabilibus propositionib⁹. [interrogantẽ vero,vt possibile est optime contra respondentem disceptare.]dico, vt possibile est.[nam contra proteruos non possibile est fortasse statim sumere quales] syllogismos, & propositiones [quis vult,sed quales fieri possibile,faciendi syllogismi.] Nam cum respondens non H cõcedat ipsi interroganti probabiles,sed improbabiles ꝓpositiones,non est arguendus, si ex eis quæ sibi cõceduntur,syllogismũ facit. nõ enim potest aliter syllogizare ad proteruos, q̃ ꝑuerse respõdẽt.Ad tales enim nõ est possibile interrogantẽ eos syllogismos facere,quos vult,sed quales potest ex his propositionibus conficiendo,quales dat respõdens: qui cum nõ det probabiles, necesse est,vt syllogismos faciat ex improbabilibus,& ita non erit arguendus interrogans.

99 Quoniã autẽ est indeterminatũ,quando cõtraria,& quando ea,quæ sunt in principio, sumunt homines (nam plerunq; per seipsos dicentes contraria dicunt,& abnuentes prius,dant posterius,quoniã interrogantes & cõtraria, & quæ in principio plerunq; subaudiunt) necesse est prauas fieri disputationes.Causa autem est,qui respondet, hæc quidem non

A dans, illa autem talia dans. manifestum igitur, quoniam nō similiter inculpandum & interrogantes, & orationes.

Vltimo declarat per vltimum modū increpationem orationis esse diuersam ab increpatione vtentium, hoc pacto, persæpe oratio est bona in se, & tamen propter ignorantiam vtentiū conceduntur contraria, & antecedens negatur, & cōceditur consequens. ergo non est eadem increpatio orationis, vt vtētium. Vel aliter, vt Alexan. vult assignare causam, cur accidat prauas disputationes, & præmittit primo vnā suppositionē, quæ talis est, respondentes ignorant, quæ sumunt, & proponunt interrogantes, & litera est suspensiua vsque ibi, [Quoniā interrogantes,] dicit ergo, [quoniam autē est indeterminatum] hoc est, ignotum ac incertum respondenti subaudi, [quando cōtraria, & quando ea, quæ sunt in principio sumunt homines]. i. interrogantes, est enim sumere interrogātis, ponere vero & concedere & dare & admittere respōdentis. Quare per homines, interrogantes intelligit: & per cōtraria intelligit opposita incompossibilia eis, quæ sunt primo loco posita: & per ea, quæ sunt in principio, intelligit ea quæ sunt eadē ijs, quæ primo loco sumit interrogans. vt si in principio, primoque loco interrogans sumpsit, omnia esse B secundū fatum, postea secundo loco sumpserit, aliqua esse in nobis, incertum erit respondenti, vtrū hoc quod est aliqua esse in nobis, sit cōtrariū ei quod sumpsit in principio, quod est omnia esse secundū fatū. Insuper si primo loco interrogans sumpserit finitū non esse infinitū, secundo vero loco, finitū sub infinito cōtineri, incertū erit respondenti vtrū quod secundo loco sumptū est, est cōtrariū ei, quod est sumptū in principio, an non. Adhuc si primo loco posuerit interrogans diuitias esse honestas, postea interrogauerit, vtrū quo bene & male vti licet, sit honestū, an nō, incertū erit respōdēti, quid ponēdū. Sed quid sit petere id, qđ est in principio, & quid petere cōtrariū, Aristo. postea dicet: nunc vero intelligatur hoc pacto, Deinde probat suppositionē, & dicit, [Nam] interrogātes [per seipsos dicētes plerunq; cōtraria dicunt] subaudi ijs, quę dixerunt in principio, [& abnuentes] quod [prius] videbatur, [dant posterius,] quod est priori cōtrariū. Accidit enim opiniones probabiles mutari. ergo longe magis respōdentes propter ignorantiā accidit ignorare, & incerta habere ea, quæ sumūt interrogātes. hac suppositione stāte, infert propositū, resumens tamen rationē suppositionis, & dicit, [Quoniā interrogātes & cōtraria, & quę in principio plerūq; subaudiunt,] & sumunt, vt expositū est. nā quādoq; sumunt con C traria ijs, quæ primo loco sumpserunt, quādoque iterum sumunt eadem, quæ in principio visa sunt. Tunc terminando suspensionem, concludit. [necesse est prauas fieri disputationes,] & causam repetit, [causa autem est, qui respondet] propter sui ignorantiā, qui [hæc quidem nō dat,] quæ fortasse danda sunt, [illa autem talia dat,] quæ fortasse non danda sunt, vt in suppositione ostensum est. Tunc epilogat conclusionem principalem, & dicit, [Manifestum igitur, quoniā non similiter inculpandum, & interrogantes & orationem,] nam interdum oratio est in se bona, & non increpabilis, at vtentes propter ignorantiam sunt increpabiles. Contra etiam aliquando oratio est increpabilis, vtentes autem nequaquam.

100 Orationis autē secundū se, quinque sunt inculpationes. Prima quidem, quādo ex interrogatis neq; quod propositū est, neq; omnino quicquam concluditur, cū vel falsa sint, vel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, in quibus consistere debet cōclusio, & neq; ablatis quibusdā, neque additis, neque hisquidem ablatis, illis vero additis, fit conclusio.

D Cum ostēdisset non easdē esse increpationes orationis in se, & ex parte vtentium, nunc vult narrare quot sunt orationis in se increpationes, & dicit, [Orationis autem secundū se,] & in se [quinque sunt inculpationes] siue increpationes. & per ordinē exponit omnes, & dicit, [Prima quidem, quādo ex interrogatis]. i. ꝓpositionibꝰ assumptis nihil cōcluditur. dico nihil, quia [neque quod propositū est, neq; omninō quicq̄ cōcluditur,] superfluit autē in græcis verbis negatio, eo quia peccat in materia, & in forma: in materia quidē, [cum vel falsa sint, vel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, [in quibus cōsistere debet cōclusio,] cōsistit enim cōclusio in propositionibus syllogisticis, ratione quidē extremorū, vt in causa materiali: ratione vero medij, vt in causa effectrice. In forma vero, qm̄ ex positis non est syllogismus, [& neq; ablatis quibusdā eorum, quæ posita sunt, [neq; additis] quibusdā ad ea, quæ posita sunt, [neq; his quidē ablatis] ex eis, quæ posita sunt, [illis vero additis] ad ea, quæ posita sunt, [fit cōclusio,] exempla horū syllogismorū peccantiū in forma, qui propter id asyllogistici dicuntur, multa esse possunt. Hic syllogismus peccat in forma, omnis voluptas delectabilis, omne delectabile est eligendū, omne dolorificū est fugiendū, omne delectabile bonū, ergo omnis voluptas bonū: tamen ablatis quibusdam, sequitur propositū, scilicet quoniā omnis voluptas bonum. nam ablata ea propositione, quæ est,

omne delectabile eligendũ, & ea, quæ est, omne dolorificiũ fugiendũ, syllogismus erit, omnis voluptas delectabilis, omne delectabile bonum, ergo omnis voluptas bonum. Insuper hic peccat in forma, omnis voluptas delectabilis. ergo omnis voluptas bonũ. nam addita ea propositione, quę est, omne delectabile bonum, concludetur quoniã omnis voluptas bonum. Insuper hic est asyllogisticus, virtus est, quæ bonũ reddit hominem, vitium, quod prauum: liberalitas est mediũ dandi & auferendi, ergo omnis voluptas bonũ. nam si addantur aliquæ propositiones ad has assumptas, non fiet syllogismus ꝙ voluptas omnis sit bonum, neque si ab his assumptis aliqua auferantur. ergo erit hæc argumentatio omnino asyllogistica. ergo qñ ex interrogatis, quia falsa, & inopinabilia, & quia nõ habent formã, nihil concluditur, ratio erit omnino asyllogistica, quia ex falsis, & peccans in forma. ¶ Talem rationem esse illam Melissi, & Parmenidis in physico auditu demonstrauit Aristo. nam & accipit falsa, & est asyllogistica. Fuit autẽ hæc, quicquid est preter ens, est non ens, quod non est ens, nihil est, ergo vnũ tantum est ens. hæc est asyllogistica, & sumit falsa. est quidem asyllogistica, quia ex positis nihil sequitur, neque si aliqua addãtur, vel demantur, neque si hæc addantur, illa demantur. Quòd autem assumat falsa, in physico auditu est exploratum. Insuper talis est & illa, quod est factum, habet principium, ergo quod non est factum, non habet principium: quod non habet principium, est infinitum, ergo ens est infinitum vnũ, & immobile. Hæc enim ratio est asyllogistica, quia nec ex his quæ sumpta sunt, nec ex quibusdam additis, nec ablatis, aliquid concludit. est etiam falsa accipiens, vt eo loco patet. Quare huiusmodi rationes sunt increpabiles secundum primum modum. E F

101 Secunda autem, si ad positionem non fiat syllogismus, & ex talibus, eo modo quo dictum est.

Secunda increpatio est, si propositiones syllogisticæ positæ sint, & ratio fuerit aliquid syllogizans, non tamen propositum. & hoc dicit, [Secunda autem] increpatio est, [si ad positionem non fiat syllogismus,] sed ad aliud propositum, [&] secundo si sit [ex talibus,] hoc est, ex falsis, vel improbabilibus, [eo modo quo dictũ est,] scilicet in prima increpatione. nam prima increpatio continet omnia errata possibilia in syllogismo. Secũda vero est, ex eo quia syllogismus non concludit propositum, licet aliquid concludat: & quod concludit, ex falsis vel improbabilibus concludit, vt in prima increpatione est dictum. Talis fuit ratio Parmenidis. nam aliquid syllogizabat, sed non propositum, & amplius per falsa. Talis est & hæc Platonis, omne per se mobile immortale. anima per se mobilis, ergo deus immortalis. Hæc non concludit deum esse immortalem, sed animum esse immortalẽ. & accipit falsa. falsa enim est illa, omne per se mobile immortale. nam animalia per se mobilia sunt, quæ non sunt immortalia. Falsa quoque est & hæc, anima per se mobilis. nam indiuisibile non est per se mobile, vt sexto physicæ auscultationis probauit Aristoteles. G

102 Tertia vero, si additis quibusdam fiat syllogismus. Hæc autem sint deteriora iis, quæ interrogantur, & minus probabilia conclusione.

Hanc tertiam increpationem Alexander intelligit, vt sit, quando syllogismus infert aliquod propositum, quod præiacet conclusioni principali, & quod est deterius præassumptis interrogatis, & minus probabile conclusione. quam expositionem non possum verbis Aristot. accommodare, ideo dicamus aliter, quòd tertia orationis increpatio sit, [Si additis quibusdam] subaudi præassumptis interrogatis, [fiat syllogismus.] & hæc est prima increpatio. [hæc autem] scilicet quæ adduntur, [sint deteriora] hoc est minus nota [ijs, quæ interrogantur,] hæc est secunda, [& minus probabilia conclusione,] hæc est tertia increpatio. Quare hæc tertia increpatio tribus constat defectibus. Talis est hæc ratio, omne corpus, à cuius medio ad circunferentiam omnes lineæ ductæ sunt æquales, est rotundum. ergo cœlũ est rotundum. hęc enim ratiocinatio cõcludit, si ei addatur sed cœlum est corpus, à cuius medio ad circunferentiam omnes lineæ ductæ sunt æquales. verũ hæc minor, est ignotior ꝓpositione pręassumpta, & est minus probabilis ipsa conclusione, & est falsa apud eos, qui cœlum volunt esse pyramidale. H

103 Rursum si ablatis quibusdam. nam quandoque sumunt plura quàm sint necessaria. Quare non eo quòd hæc sint, fit syllogismus.

Assignat quartam increpationem, & dicit, [Rursum si ablatis quibusdam,] ex his quæ relinquuntur fit syllogismus. Talis est hæc ratio, omnis voluptas est delectabilis, omne delectabile est eligendum, omnis dolor fugiendus, omne delectabile bonum, ergo omnis voluptas bonum. nam si remoueantur hæ, omne delectabile eligendum, & omnis dolor fugiendus, conclusio syllogizatur, quoniam omnis voluptas est bonum. Deinde assignat causam, & dicit, [nam quandoque] interrogantes ad celandum, vel ad amplificandum orationem [sumunt plura] in syllogismo,

A [quàm sint necessaria.] & propterea concludit,[quare non eo quod hæc] scilicet superflua, & præternecessaria [sint,fit syllogismus.] nam illis ablatis, non minus fit syllogismus. & fortasse verbum [quare] quod græce est ὥστε, pro redditiuo causæ videlicet quoniam, vel quia, accepit.& tunc est sensus,dico interrogantes sumere quandoque plura quàm sint necessaria, [quoniam non eo quod hæc] scilicet plura præternecessaria [sint, fit syllogismus,] cum illis ablatis,ex relictis fit syllogismus.

104 Insuper si ex inopinabilioribus,& minus credibilibus cóclusione: aut si ex veris,sed maiore opera indigentibus demonstrari,q̃ problema.

Hic asignat quintam increpationem,& dicit,[Insuper si ex inopinabilioribus,& minus credibilibus conclusione,aut si ex veris,sed maiore opera indigentibus demonstrari quàm problema.]quoniam sunt difficiliora,& minus nota conclusione.Si enim syllogismus concludat conclusionẽ ex inopinabiliorib⁹, & minus cóclusione credibilibus: similiter etiã si ex veris,sed quæ pluribus temporibus indigent ad sui ostensionem quàm principale propositum, oratio est increpanda. ¶ Sed dices,hic quintus modus non videtur vnus, quia esse ex minus probabilibus, B & esse ex veris, quæ indigent maiore ostensione quàm problema ipsum, differunt valde. ergo hic modus non est vnus. ¶ Dicendum hæc duo esse diuersa, tamen eorum vnus est error. nam & vera,minus credibilia,omnia accipiuntur inquantum sunt minus nota conclusione. nam & minus probabilia, & vera difficilia, omnia minus sunt nota conclusione. ergo vnus est error in his.verbi gratia,si demonstremus deos esse sic,altaria sunt,altaria sunt dij, ergo dii sunt.difficilius est credere altaria esse deos,quàm deos esse.Insuper si monstramus animam esse immortalẽ sic,omnis per se motio immortalis,anima per se motio,igitur anima immortalis.Et si monstrabimus animam esse per se motiorem sic, omne per se mobile, est per se motio, anima per se mobilis,ergo anima per se motio: in his syllogismis incredibiliora & ignotiora sunt, assumpta, quàm problema.nam monstrare animam esse per se motionem, difficile est: & monstrare omne per se mobile,per se motionem esse,longe difficilius: & ostendere animam esse per se mobilẽ, etiam difficile. hæc enim omnia minus credibilia sunt conclusione. ¶ Herminius tertiam & quartam increpationem,vnam esse asserit.nam appositio,& ablatio correlatiuæ sunt, quasi vnã increpationis rationem habentes. Hunc vero quintum modum fecit duas increpationes, propter rationem quæ tacta est in dubitatione. Contra obiicit Alexander, & meo iudicio probe. C nam tunc secunda increpatio,& hæc,quam quartam fecit Herminius, in vnã inciderent. Erat enim secunda,quãdo ad positionem fit syllogismus ex improbabilibus, vel minus probabilibus, & hæc increpatio est quarta Herminij.nam apud eum quinta est ex veris difficilibus.quare melius dicendum cum Alexãdro,ex quarta Herminij,& quinta,fieri vnam videlicet quintam, quę est vna sub eadem increpationis ratione,quæ est cum propositiones sunt ignotiores conclusione,siue sint improbabiles,siue veræ.& sic differt hic quintus modus à secundo,& ab alijs.

105 Non oportet autem omnium problematum syllogismos existimare similiter probabiles esse, & suasibiles. Nam natura statim sunt alia quidem faciliora,alia vero difficiliora eorum,quæ quæruntur. Quare si ex aliquibus,vt fieri potest, maxime probabilibus coniecturam fecerit, disputatum bene est.

Cum demonstrasset dialecticum syllogismũ per probabiles propositiones fieri, nunc demonstrat non omnes dialecticos syllogismos,fieri similiter per probabiles ꝓpositiones,& hoc osten D dit ex differentia problematum,quæ syllogismi dialectici cóncludunt.& dicit,[Non oportet autem omnium problematũ syllogismos] scilicet dialecticos [existimare similiter probabiles esse, & suasibiles.] deinde asignat causam,& dicit,[nam eorum,quæ quæruntur] id est,problematũ (vt exponit Alexan.) [natura statim sunt alia quidem faciliora, alia vero difficiliora.] faciliora quidem,vt vtrum virtus sit eligenda an non: & vtrum iustitia sit eligibilior diuitijs an non: & vtrum sanitas eligibilior diuitijs,an non.difficiliora vero, vt vtrum stellæ sint pares, an non: & vtrum tria tantum sint principia rerum naturalium an non. erunt igitur propter differentiam problematum syllogismi dissimiles.nam qui problematum sunt natura faciliorum,ex facile probabilibus erunt: qui autem problematum natura difficiliorum, erunt ex propositionibus difficile probabilibus.propterea infert corollarium,& dicit.[quare si ex aliquibus] propositionibus probabilibus,[vt fieri potest maxime ꝓbabilibus] interrogans [coniecturã].i.syllogismũ dialecticum [fecerit,disputatũ bene est.] nam syllogizauit per probabiliora quo ad fieri potest:

106 Manifestum igitur quoniã orationis non eadem inculpatio & ad

problema, & ad se. Nam nihil secũdum se quidem, orationem prohibet E
esse vituperabilem, ad problema autem laudabilem. Et rursum è diuerso secundum se quidem laudabilem, ad problema autem, vituperabilem: quando ex pluribus probabilibus & veris facile est concludere.

Cum declarasset differentiã syllogismorum ex differentia problematũ, & differentiam increpationum, nunc exponit differentiam culpationum, quæ sunt orationum in se, & per respectũ ad problema, quod concludunt. & dicit, [Manifestum igitur quoniã orationis non eadem inculpatio, & ad problema] est, [& ad se.] & hanc differentiam exponit, & dicit, [nam nihil secũdum se quidem orationem prohibet esse vituperabilem, ad problema autẽ laudabilem.] ratio in se vituperabilis, est vel quæ accipit falsa, vel minus probabilia, & tamen syllogizat problema. Hæc enim ratio est in se vituperabilis, altaria sunt, altaria sunt dij, ergo dij sunt. nam minor est falsa, concludit tamen conclusionem, & ita ad conclusionem erit laudabilis. Similiter & hæc, omne quod mouet motu æterno, est æternum. deus mouet motu æterno, ergo deus æternus. hæc enim in se vituperabilis est, quoniam ex minus probabilibus conclusione, tamen ad problema est laudabilis à Peripateticis. [& rursum è diuerso secũdum se quidem laudabilem, ad problema autem vituperabilem.] Qui enim destruit omnia fieri fato, quia frustra laudes & reprehẽsiones essent, rationem facit quæ secundum se non est digna increpatione: at si ad problema referatur, vituperabilis esse videtur. Dico tum esse vituperabilẽ [quando ex pluribus probabilibus, & veris] longe pollentioribus ratione dicta, [facile est concludere.] vnde quia alijs rationibus fortioribus probari potest nõ omnia fieri fato, illa ratio ad problema hoc videtur vituperabilis. potest enim probari, quia si omnia fato fierent, destruetur natura contingens: & quia virtus & vitium, non essent in potestate nostra, & quia frustra esset consilium. F

107 Erit quandoque etiam oratio cõcludens quàm non cõcludens deterior: quando illa quidem ex absurdis concludit, cum non sit tale problema. Hæc autem indiget talibus quæ sunt probabilia & vera, cũ nondum in assumptis sit oratio.

Nunc secundo, vt Alexandro placet, nõ eandem esse increpationẽ orationis in se, & ad problema, ostendit. verũ primus modus fuit per positiua, hic secundus per cõparatiua. & dicit, [Erit quandoq; etiam oratio] .i. syllogismus [concludens q̃ non cõcludens deterior: quando illa quidem] .s. concludens [ex absurdis concludit,] & syllogizat, [cũ problema non sit tale] .i. quando concludit problema non absurdum, & sic syllogismus erit ad problema bonus. [Hæc autẽ] oratio siue syllogismus vltra probabilia, & vera, ex quibus constat. [indiget talibus, quæ sunt probabilia & vera,] per quæ concludat, [cum nõdum in assumptis sit oratio] id est, syllogismus. Hæc ergo oratio quatenus est ex veris, est in se bona, & melior ea, quę est ex falsis. Quatenus autem per assumpta non concludit, sed indiget adhuc alijs veris vt per illa concludat, est ad problema mala, deteriorque ea quæ est ex falsis, & ad problema bona. Quare hic secundus modus differt à primo, quia primus per positiua, scilicet per laudabile & vituperabile processit: hic secundus per comparatiua, quia per melius & deterius est. vterque tamen modus est per comparationem orationis in se, & ad problema. G

108 Eos autem qui per falsa verũ concludunt, non iustũ est inculpare: nam falsum quidẽ semper necesse est per falsa syllogizare, verum autem quandoque per falsa est syllogizare. manifestũ autem id ex Analyticis. H

Posset autem quęri, vtrũ per falsa concludens verum, semper sit increpandus. Ex dictis soluit dubium istud. & dicit, [Eos autem, qui per falsa verum concludunt, non iustũ est] subaudi semper [increpare.] & assignat causam. & dicit, [nam falsum quidem semper per falsa necesse est syllogizare, verum autem quandoque per falsa est syllogizare manifestum autem id ex analyticis] scilicet secundo Priorum. & quia verum quandoque per falsa est syllogizare, non est increpandus qui aliquando per falsa verum syllogizat. exponit autem Alexander, quando est iustum verum per falsa syllogizare, & quando non iustum. & asserit tunc esse iustum, cum falsa, per quæ verum demonstratur, probabiliora veris sunt, magisque illatiua propositi. Hos enim increpare non est iustum, cum dialectice propositum syllogizauerint, cum vero possunt propositum per vera, & per falsa demonstrare, & eligunt falsa per quæ demonstrent, tunc iustum est eos increpare, potissimum si vera sunt probabiliora falsis.

A 109 Cum autẽ demõſtratio ſit alicuius dicta oratio, ſi aliquid aliud eſt, quod ad cõcluſionem nullo modo ſe habet, nõ erit ex illo ſyllogiſmus. Sed ſi appareat, ſophiſma erit, nõ demõſtratio. & eſt philoſophema quidem ſyllogiſmus demonſtratiuus, & Epichirema ſyllogiſmus dialecti-ctus, & ſophiſma ſyllogiſmus cõtentioſus, & Aporema ſyllogiſmus dialecticus contradictionis.

Cum declaraſſet non ſemper eſſe increpandum, qui per falſa verũ ſyllogizat, obiter ad vtilitatem doctrinæ aſsignat differentiam ſyllogiſmorũ, quibus vtuntur homines ad diuerſa propoſita. & primo quid demonſtratio. & dicit, [Cum autem demonſtratio,] quæ græce dicitur ἀπόδειξις, [ſit alicuius] ſubaudi de aliquo [dicta oratio,] dicta .ſ. lib. Poſteriorũ, ex veris, & propriis. deinde exponit quid proſyllogiſmus. & dicit, [ſi] vltra demõſtrationẽ, quæ eſt ex propriis, & veris, [aliquid aliud eſt] .ſ. aliqua alia propoſitio, vna vel plures, [qđ] vel quæ propoſitiones [ad concluſionẽ nullo modo ſe habet,] vel ſe
B habẽt, ſi erunt vtiles ad propoſitiones oẽs vel alterã ipſius demõſtrationis, tales propoſitiones vna vel plures erunt partes proſyllogiſmi. quoniã licet non ſint vtiles ad concluſionẽ principalẽ, ſunt vtiles ad propoſitiones demõſtrationis quæ ſyllogizat concluſionẽ principalẽ. & ſic patet quid ſit proſyllogiſmus, quia eſt ſyllogiſmus ex propoſitionibus vtilibus nõ ad principalẽ concluſionẽ, ſed ad propoſitiones demõſtrationis. Deinde exponit quid ſit ſophiſma, [Sed ſi] demonſtratio nullo modo ſit vtilis ad principalẽ concluſionẽ, ſed [appareat] eſſe vtilis, [ſophiſma erit, nõ demonſtratio.] Abutitur autẽ nominibꝰ Ariſtot. nã ſophiſma in lib. Elenchorũ accipit pro problemate ſophiſtico, qđ pro vtraq; parte habet ſophiſticos ſyllogiſmos: hic vero accipit pro ipſo ſyllogiſmo ſophiſtico. Deinde exponit quid ſit philoſophema, & dicit, [& eſt philoſophema quidẽ ſyllogiſmus demõſtratiuus,] nã eſt ratiocinatio philoſophorũ, q̃ & demõſtratio dicitur, ꝙ philoſophi maxime omniũ demõſtrationes ſectẽtur. & fortaſſe philoſophema differt a demõſtratione, ꝙ demõſtratio ſit ratiocinatio mathematicorũ: philoſophema ratiocinatio philoſophorũ, quę differt a demonſtratione ſimpliciter, ſicut philoſophia ab ipſa mathematica. Eſt. n. mathematica in primo gradu certitudinis, & philoſophia ſequitur eã in ſecundo. Deinde exponit epichirema, & dicit, [& epichirema] eſt ſyllogiſmꝰ dialecticꝰ, quo videlicet dialectici vtũtur in diſputationibꝰ inquiſitiuis, quæ fiunt gratia cõſpectionis, & inuẽtionis. & repetit quid ſit ſo-
C phiſma, & dicit, [& ſophiſma ſyllogiſmus contentioſus,] quo vtuntur Sophiſtę. Deinde exponit aporema, & dicit, [& aporema ſyllogiſmus dialecticus contradictionis.] quo vtũtur dialectici in proteruioſis diſputationibus quæ fiunt gratia experientiæ.

110 Si vero ex vtriſq; quæ videãtur, aliquid oſtẽdatur, nõ autẽ ſimiliter videantur, nihil prohibet quod oſtẽditur, magis altero videri. Sed ſi hoc quidem videatur, illud autem neutro modo ſit: aut ſi hoc quidẽ videatur, illud autem ſimiliter non videatur, ſimiliter vtique erit, & non. Itaque ſi magis alterum, ſequetur quod eſt magis.

Remouet vnũ dubium, vtrũ ſemper cõcluſio ſequatur qualitatem propoſitionũ ambarũ vel alterius. & reſpondet, quòd concluſio poteſt conſiderari in ſe, & ad virtutẽ propoſitionũ. ſi conſideretur cõcluſio in ſe, poteſt aliquãdo eſſe probabilior propoſitione vtraq;, vel altera. & hoc dicit, [Si vero ex
D vtriſque quæ videantur] .i. ſi ſyllogiſmus ſit ex vtriſq; probabilibus, [nõ autẽ ſimiliter videantur,] ſed altera ſit altera probabilior, [nihil prohibet qđ oſtenditur] .ſ. concluſio. [magis altero] .i. magis altera propoſitione [videri] & eſſe probabilior .ſ. ea quæ eſt minus probabilis. verbi gratia, ſi ſyllogiſmus ſit, omne qđ mouet æterno motu, eſt æternũ, deus mouet æterno motu, ergo deus eſt æternus. Maior & minor ſunt probabiles, minor autẽ minus probabilis maiore, & cõcluſio eſt probabilior minore: probabilius enim eſt deum eſſe æternũ, q̃ ꝙ deus moueat motu æterno. Similiter ſi ſyllogiſmus ſit, altaria ſunt, altaria ſunt dii, ergo dii ſunt. concluſio probabilior eſt minore, imo minor eſt falſa. At ſi cõcluſio cõſideretur, quo ad probabilitatem, vel improbabilitatem quã habet ex propoſitionibus, ſemper concluſio ſequitur alterã propoſitionẽ, quæ minus talis eſt. & hoc dicit, [ſed ſi hæc quidẽ videatur] .ſ. maior vel minor ſit probabilis, [illud autẽ neutro modo ſit,] .i. ſed altera propoſitionũ ſit neutra, [aut ſi hoc quidẽ videatur] .i. aut ſi altera propoſitio ſit probabilis, [illud autem ſimiliter nõ videatur,] id eſt, altera ſit improbabilis, concluſio [vtique ſimiliter erit] neutra, [& non] erit probabilis. Erit quidem neutra, ſimilis propoſitioni quę neutra erat: erit autẽ improbabilis, ſimilis propoſitioni improbabili. & propterea concludit, [Itaq; ſi magis alterũ] .i. itaq; ſi concluſio ſit magis neutra, vel magis improbabilis, [ſequetur] ex propoſitionibꝰ eã [quę eſt magis] neutra, vel magis improbabilis. Quãdo enim cõcluſio ſequitur virtutẽ medii cũ extremis, ſemp ſequitur qualitatẽ deteriorẽ, vt 2. Priorũ patet: quãdo vero conſideratur quo ad probabilitatem, quam habet à ſe, poteſt eſſe probabilior vtraque, vel altera.

111 Est autem quoddā & idē ad syllogismos peccatū, quando ostendi- B tur per lōgiora, quod cōtingit per breuiora, & quæ orationi insunt. Vt quoniā est opinio magis altera quā altera, siquis petat ipsum vnūquodque maxime esse, & opinabile esse ipsum quod vere est. Quare quibusdā magis ipsum. Ad quod autē magis, magis dicitur esse: esse autem & ipsum opinari verum. An erit certior quibusdam? Petitum enim est & ipsam opinionem veram esse, & ipsum vnumquodque maxime esse. Quare eadem opinio, quæ maxime vera est, certior est. Sed quæ nequitia maior, quàm quæ facit circa id cuius est oratio, latere causam?

Nunc enumerat vnum errorē qui solet in syllogismo fieri, qui licet sit declaratus in quarta increpatione, tamen sub aliis verbis, & per exemplum ipsum declarat, & dicit, [Est autem quoddam ad syl- F logismos peccatum, & idem,] ei subaudi quod in quarta increpatione est narratū, [quādo] propositū [ostēditur per longiora] hoc est per plura, [quod cōtingit per breuiora] id est, per pauciora: per pauciora dico, [& quæ orationi insunt].i.& quæ syllogismo conueniunt, & nō sunt ei extranea, quod est dicere & æque bene. declarat hoc p exēplū, & dicit, [vt] si cōclusio sit, [qm̄ est opinio magis altera, q̃ altera,] hoc est, vt si cōclusio sit ꝙ opinio suscipiat magis, & minus: vt sit illa opinio magis, quę est certior, illa minus, quę est īcertior. Deinde ponit rationē ad hāc cōclusionē, & dicit, [si quis petat] & sumat pro maiore, vnumquodque ipsum [maxime esse] id est, vt sit maior, vnumquod ipsum magis & minus. & dixit siquis petat, quia maior non est vera, sed petatur & sumatur pro vera, nam in exemplis non veritas, sed declaratio desideratur. petat insuper pro minore, [& opinabile esse ipsum quod vere est,] verbū [quod vere est] est additū, quoniā tātū valet dicere ipsum, quātum ipsum quod vere est. nā ipsum, & ipsum quod vere est, & ipsa opinio, verba Platonica sunt, quibus vtitur in idealib⁹. dat conclusionē, & dicit, [quare qbusdā magis] est [ipsum] opinabile.i. quare ipsum opinabile suscipit magis, & minus: quaten⁹ vnū opinabile est magis opinabile qbusdā aliis. Est ergo syllogism⁹, vnū- G quodque ipsum suscipit magis, & minus. opinabile est ipsum. ergo opinabile suscipit magis & minus. Maior est accepta ex petitione, minor vero patet. Deinde ostendit, quæ additio huic syllogismo est superflua, & dicit, [ad quod autem magis, magis dicitur esse,] verbi causa. opinio, quæ est ad magis opinabile, magis dicitur esse. Iterū assignat aliam additionem superfluam, & dicit [esse autem & ipsum opinari verum.] est enim verum ꝙ opinari sit ipsum: tunc petit [an] sequatur propter hoc vt vna opinio siue vnum opinari [sit quibusdam certior?] quasi dicat, siue addantur hæc, siue non, vna opinio erit magis altera opiniōe. cui⁹ causam assignat, & dicit, [petitū enim est, & ipsam opinionē verā esse] id est, esse ipsum quod vere est, pro minore, [& ipsum vnumquodque maxime esse,] id est, & ipsum vnumquodque suscipere magis, & minus, & hęc fuit petita pro maiore. [quare] pro conclusione. videlicet [eadem opinio quæ maxime vera est, certior est,] atque suscipiens magis, & minus. Tunc exclamat, [sed quæ nequitia maior, q̃ quæ facit circa id cuius est oratio,] id est, q̃ quæ facit circa conclusionem [latere causam?] s. ꝓpter multitudinē propositionum inutilium, quæ in syllogismo adduntur. Ergo illę propositiones frustra addi vidētur. & per [causam] intelligit medium per quod est syllogismus. nā propositiones quæ extra ponuntur, faciunt ipsum syllogismi mediū latere. Alex. illā cōclusionem, H videlicet opinio altera est magis altera, multifariam probat, & non per propositiones præternecessarias. Primo, in omnibus in quibus est aliquod quidem ipsum, aliquod autem nō ipsum, in his est magis & minus. sed in opiniōe est aliquid quidē ipsum, aliqđ vero nō ipsum, nā est abstractū & cōcretū. ergo altera opinio est altera magis. Secūdo, oē qđ dicitur ad aliquid, qđ est magis & minus tale, ipsum est magis & minus. vt scīa ad scibile, & scīa quæ magis scibilis, magis scīa: sic quoque & in sensu ad sensibile. opinio est ad opinabile, qđ est magis & min⁹ tale, ergo opinio est altera magis altera. Tertio per pauciora adhuc, omne quod est proprie & non proprie, suscipit magis & minus. opinio est proprie & non proprie, ergo opinio suscipit magis & minus. Si autem aliquis acciperet plures ꝓpositiones quàm sint ad vnumquenque horum syllogismo necessariæ, in errorem hunc incideret.

112 Oratio autē est manifesta vno quidē modo & publicissimo, si sit concludens sic, vt nihil oporteat interrogare. vno autem & qui maxime dicitur, cum sumpta quidem sunt ea ex quibus necessarium est esse, sint tamen per conclusiones terminata. Insuper si defuerit aliquid quod est valde probabile.

A Nũc exponit orationẽ manifestã,[Oratio autẽ]siue ratio[est manifesta]tribus modis.& per ordinem exponit omnes.& dicit,[vno quidem modo & publicissimo].s.oĩbus notissimo, [si sit cõcludẽs sic,vt nihil oporteat interrogare,]vt quia cõcludit ex notis,ꝓpriis & immediatis,nihil indigẽtibus ad sui notitiã. vt omnis homo animal pedestre: omne animal pedestre, animal: ergo omnis homo animal. [vno autẽ & qui maxime dicitur] subaudi secundũ cõsuetudinẽ,vt exponit Alexãder,quia pauci sunt,qui ex indemõstrabilibus syllogizant, [cũ sum pta quidẽ sunt ea, ex quibus necessariũ est esse] id subaudi quod cõcluditur,[sint tamẽ]propositiones,per quas concluditur,[per conclusiones].i.per prosyllogismos[terminata.]nã sicut in demõstrationibus,prima quidẽ est, & propriissima quæ est ex immediatis,& primis.secũda vero quæ est per talia quæ per media demõstrantur:sic & immanifestis rationibus,maxime quidẽ manifesta est quæ ex notis,& nõ indigentibus manifestatione cõficitur. secunda vero quæ est per ostensa quæ sunt ex aliis demõstrata.Deinde assignat tertium modũ.& dicit,[Insuper si defuerit aliquid,qđ est valde probabile] & notũ.huius generis sunt enthymemata, vt spiras,igitur viuis.notum est enim quod deest.s.omne spirans viuit.Insuper,isti templa furati sunt, igitur digni sunt pœna,deest enim omnes templa furantes digni sunt pœna.

113 Falsa autẽ oratio vocatur quadrupliciter. vno quidẽ modo, quãdo B apparet cõcludere,non concludens:quæ vocatur syllogismus litigiosus. Alio autẽ modo,quando concludit quidẽ,non tamẽ ad propositũ,quod accidit maxime in iis, quæ ad impossibile ducũt. Aut ad propositũ quidem concludit, non tamen secundũ propriam disciplinã. Hoc autẽ est, si ea quæ non est medicinalis,videatur esse medicinalis:aut geometrica, quæ non est geometrica:aut dialectica,quæ non est dialectica,siue verũ, siue falsum sit,quod accidit.Alio autẽ modo,si per falsa cõcludit.Huius autem erit quandoque quidem conclusio falsa, quandoque autem vera. nam falsum quidem semper per falsa concluditur. Verum autem possibile est,& non per vera,vt dictum est prius.

C Cum dixisset de oratione manifesta,nunc de falsa differit.hoc autem facit,vt cognoscantur increpationes argumẽtationũ.& dicit, [Falsa autẽ oratio vocatur quadrupliciter,] quòd videlicet quatuor modis falsus fiat syllogismus. & per ordinem exponit omnes.& dicit, [vno quidẽ modo quando apparet cõcludere,non concludens,quoniam est ex apparẽtibus,& non ex iis quę existũt,[quæ]scilicet oratio [vocatur syllogismus]ἐριστικός,hoc est, [litigiosus,]siue discrepatiuus,vel cõtentiosus,quo vtũtur sophistæ.Deinde assignat secundũ modũ,& dicit,[Alio autẽ modo,quãdo concludit quidẽ,non tamen ad propositum]scilicet primũ & principale,[quod accidit maxime in iis]scilicet orationibus, [q̃ ad impossibile ducũt.]hoc autẽ dicit(vt Alexãd.inquit)quia oẽs syllogismi,qui ad impossibile ducunt syllogizant quidẽ,non tamen propositũ,cum tamen sint falsi ad falsum ducẽtes.Sic etiã monstratur propositũ per inductionẽ quæ est ad impossibile,non quoniam hoc idem mõstretur per syllogismũ.& tunc est sensus,[alio autẽ modo,quando cõcludit quidẽ non tamẽ ad propositũ,]& hoc dicit propter syllogismos ducẽtes ad impossibile, qui nõ concludũt propositũ primũ & principale,sed falsum & impossibile, ex quo postea cũ altera propositione cõcluditur oppositũ alterius,quod oppo- D situm est propositũ.deinde ostendit in quibus orationibus maxime hoc accidat.& dicit,[quod accidit maxime in his].s.orationibus[quæ ad impossibile ducũt].i.in inductionib⁹ quæ ducũt ad impossibile,& nõ tantũ in syllogismis. Alexãder enim sub hoc modo ponit tam syllogismos q̃ inductiones inducẽtes ad impossibile.Herminius vero dicit,hoc.s.non ad propositũ syllogizare maxime accidere in omnib⁹ quę ad impossibile ducũt,cum videlicet accipiuntur propositiones à suppositione alienæ, per quas cõcluditur aliquid quod nõ est propositũ,sed putatur oppositũ positionis,& nõ est, de quibus dixit in Elẽchis.Deinde assignat tertiũ modũ,& dicit,[aut ad propositũ quidẽ cõcludit,nõ tamẽ secundũ propriã disciplinã.]qđ exponit,& dicit,[hoc autẽ est,si ea].s. oratio syllogistica,[quæ nõ est medicinalis,videatur esse medicinalis,]vt cũ medicinale non per medicinalia monstratur.[aut]si videatur[geometrica,quæ nõ est geometrica,] vt cũ geometricũ non per geometrica monstratur.[aut] si videatur[dialectica,quæ nõ est dialectica, vt cũ dialecticũ per nõ dialectica mõstratur, [siue verũ, siue falsum sit,quod accidit.]per hũc modũ errauit Zeno, qui volebat probare non esse bonũ deambulare post cœnã, eo quia non contingit post cœnam infinita pertransire. Simili modo Brisson, qui probauit quadraturam circuli,quoniam maius & minus sunt contraria,sed cõtraria fiunt circa idem. Cum igitur contingit circulum esse maiorem & minorem quadrato,contingit esse æqualẽ,quoniam æquale contrariatur maiori & minori.hoc pacto errat,qui demonstrat vulnera circularia tardius cõ-

ſolidari,quòd circuli capacitas ſit maior quàm capacitas cuiuſcunque figuræ æquimenſurabiliũ.De- E
inde aſsignat quartum modũ,& dicit, [alio autem modo ſi per falſa concludit.]deinde exponit quot modis hoc fieri poteſt,& dicit,[huius autem] ſcilicet orationis quæ eſt per falſa,[erit quandoque quidem concluſio falſa,quandoque autem vera.nam falſum quidem ſemper per falſa cõcluditur: verum autẽ poſsibile eſt,& non per vera,vt dictum eſt prius].ſ.ſecũdo Priorum.vbi dictũ eſt verum per falſa ſyllogizari ſyllogiſmo quoniam,& non ſyllogiſmo propter quid.

114 Eſſe vero falſam orationem,dicentis peccatũ potius quàm orationis eſt: & neque dicentis ſemper, ſed cũ latuerit ipſum quoniam falſam orationẽ dixit aliquã. nam ſecundũ ſe falſum pluribus veris ſuſcipimus magis,ſi ex iis quę maximevidẽtur,interimit aliquidverorũ.Talis enim exiſtens verorũ, demonſtratio eſt . Oportet enim poſitorũ aliquid non eſſe omnino.Quare erit huius demonſtratio.

Cum dixiſſet de oratione falſa,nunc oſtendit cuius peccatũ ſit eſſe orationẽ falſam. ſunt autẽ verba Ariſtot.hic obſcura(vt Alexãder inquit)tamẽ Ariſto.dicit,[Eſſe vero falſam orationẽ]hoc eſt,ſyllogiſmum ex falſis, [dicentis peccatũ potius quàm orationis eſt,]dicẽtis dico , quoniã nõnulli textus habẽt diſcẽtis,loco dicẽtis. digladiantur iuniores,quid Ariſt.velit per diſcentem,& omnia quæ dicunt vana ſunt.nam græcus textus habet λέγοντος, id eſt dicentis, & propterea omnes exponũt reſpondentis. Alexander videtur exponere interrogantis,& reſpondentis.nam eſt peccatũ reſpondẽtis, qui dat,atque concedit interroganti falſa. eſt etiã peccatũ interrogãtis,qui interrogat ea,& eis vtitur.fortaſſe propter verba quæ ſequuntur,per dicentẽ,reſpondentẽ intelligit.nam ſubdit,[& neque dicentis ſemper, ſed cum latuerit ipſum, quoniam falſam orationẽ dixit aliquã.]modo hæc de reſpõdente intelliguntur, quaſi dicat [& neq; eſt error ſemper reſpondentis , ſed cum latuerit ipſum quoniam]interrogans[falſam orationẽ dixit aliquã.]hoc eſt , ſed cũ lateat ipſum reſpondentẽ oratio ſiue ſyllogiſmus,quẽ facit interrogãs.nam tunc obſcuritas eſt in oratione, & error etiã in oratione.Quòd autem interdũ error ſit in reſpondẽte,probat,& dicit,[nã]nos ſcilicet reſpondentes [ſecundũ ſe falſum pluribus veris ſuſcipimus magis,ſi]ſubaudi opponens[ex iis quæ maxime vidẽtur]ſcilicet nobis reſpondẽtibus[interimit aliquid verorũ,]à nobis pro cõcluſione principali propoſitũ. Si enim opponẽs ad G
deſtruendũ verũ à nobis ꝓpoſitũ,vtitur iis quæ maxime nobis vidẽtur, cũ ſæpius accidat falſa nobis probabiliora eſſe veris,ex parte noſtrũ qui reſpõdemus,ſyllogiſmus cõficietur ex falſis,& ſic error erit in reſpõdente.Et quia aliquis poſſet dicere ſyllogiſmũ ex falſis nõ eſſe ſyllogiſmũ, reſpondet nõ ſyllogiſmũ,ſed demõſtrationẽ ſemper eſſe ex veris quę nõ poſitiõe,ſed natura ſunt vera.[talis enim exiſtẽs verorũ].ſ.ſyllogiſmus[demonſtratio eſt.]cuius cauſam aſsignat,& dicit,[oportet enim]demõſtrationem[poſitorũ aliquid non eſſe oĩno]i. nõ ex veris poſitione,ſed ex veris natura. [quare] ſyllogiſmus ex falſis,nobis tamen probabilioribus,non erit abſolute demõſtratio,ſed[erit huius demonſtratio.]& ſic erit demõſtratio quaſi ſecũdũ quid,quia huius,vel ad hunc. Aliter autẽ exponũt Alexã.& Herminius,quorũ expoſitioné,cum nõ applicare potuerim verbis Ariſtotelis, bona fronte prætermittimus.

115 Si autem verum concludat per falſa, & valde abſurda,earum quæ per falſum ſyllogizant,cópluribus deterior erit. erit autem talis,& quæ per falſum concludit.

Sed quia aliquis quærere poſſet,vtrũ omnes orationes quæ per falſa ſyllogizant verũ , ſint æquales increpatione,quaſi reſpondens dicit,[Si autẽ verũ concludat per falſa,& valde abſurda,]hæc ſcilicet ratio,[earũ.quæ per falſum ſyllogizant, cõpluribus deterior erit,]& abſurdior.[erit tamẽ talis & quæ per falſum concludit.] quaſi dicat, erit deterior,& erit æqualis:erit quidẽ deterior, quia per falſa. & per abſurda. [erit autem talis]& æqualis, [& quæ per falſum concludit.] omnes enim inquantum per falſum concludunt,ſunt æquales. H

116 Quare manifeſtum quoniam prima quidẽ conſideratio orationis ſecũdum ſeipſam eſt,ſi concludit:ſecunda, vtrum verum vel falſum: tertia vero ex qualibus quibuſdam. nam ſi ex falſis quidẽ,opinabilibus tamen,rationabilis. Si autem ex exiſtentibus quidem,ſed inopinabilibus, praua.Si autem & falſa,& valde inopinabilia ſint, dilucidum quoniam praua & ſimpliciter & ad rem.

Cum declaraſſet quæ ſit oratio falſa,& quot modis,nunc affert conſiderationes,atque perſcruta-

A tiones, quæ habendę ſunt circa orationem, & dicit, quaſi ex dictis concludens, [Quare manifeſtum, quoniam prima quidem conſideratio orationis] ſcilicet rationis [ſecũdum ſeipſam eſt,] ſi concludit, [ſecundũ ſeipſam] id eſt, ex poſitis propoſitionibus (vt Alexander exponit). [Secunda vero] cõſideratio [vtrum verum vel falſum] ſit, quod ex poſitis eſt cõcluſum, [Tertia vero] conſideratio (vt Alexander ſubaudit) ſi concluſio eſt vera, [ex qualibus quibuſdam] propoſitionibus concludit. [Nam ſi ex falſis quidem, opinabilibus tamen] talis ſyllogiſmus [rationabilis] hoc eſt, dialecticus eſt. [ſi autem ex exiſtentibus quidem] id eſt, ex veris, [ſed inopinabilibus, praua.] id eſt, ſyllogiſmus dicetur prauus, & ſtolidus. [Si autem & falſa & valde inopinabilia ſint] ea, ex quibus eſt oratio, [dilucidum quoniam praua] eſt ratiocinatio, [& ſimpliciter, & ad rem] ſcilicet ad problema, quoniam per falſa, & inopinabilia demonſtratur. [ſimpliciter,] quoniam non poteſt per deteriora oſtendi. Propoſuit in ſecunda conſideratione vtrum verum vel falſum ſit, quod ex poſitis eſt concluſum, & proſecutus eſt ſolum ſi concluſum eſt verum: quia ſi eſt falſum, non ſpectat ad dialecticum, vel quia eædem ſubconſiderationes fieri poſſunt, ſi cõcluſum ſit falſum. Tu vero ſcias Ariſtotelem in græcis verbis vſum eſſe ἢ, pro &, hoc eſt, nota diſiunctionis pro nota copulationis.

B 117 Id autem quod in principio, & cõtraria, quonam pacto peteret interrogans, ſecundum veritatem quidem in Analyticis dictum eſt, ſecundum opinionem vero, nunc dicendum.

Cum ſuperius demonſtraſſet reſpondenti eſſe incertũ, quando opponens ſumit contraria, & quando id, quod eſt in principio, ideo ad dilucidationem horum, nunc agit de petitione eius, quod eſt in principio, & de petitione contrarii. & primo præmittit intentionem ſuam, & dicit. [Id autem quod in principio, & contraria quonam pacto peteret interrogans, ſecundum veritatem quidem, in analyticis dictum eſt, ſecundum opinionem vero nunc dicendum.] Eſt autem petitio principii ſecundum veritatem, quando proceditur ab æque noto ſecundum naturam: ſecundum opinionem vero, quando ab æque noto vel minus noto quo ad nos, vt procedentibus patebit.

118 Petere itaque videtur id, quod eſt in principio, quinque modis. Manifeſtiſsimo quidem, & primo, ſi quis ipſum quod monſtrari oporteat,
C petat. Hoc autem in eo ipſo quidẽ, non facile latere poteſt. In multiuocis autem, & in quibuſcunque nomen, & oratio idem ſignificat, magis.

Propoſita intentione exequitur, & dicit, [Petere itaq; videtur] ipſe interrogans, [id qđ eſt in principio, quinque modis.] & addidit [videtur] quoniam ſecundum veritatem petitio, quæ eſt eius quod eſt in principio, tot modis dicitur, quot in anatalycis monſtratum eſt. ſed petere id quod in principio ſecundum opinionem eſt, quinque modis, quos per ordinem enumerat, & dicit, [Manifeſtiſsimo quidem & primo, ſi quis] interrogans [ipſum, quod monſtrari oporteat, petat.] vt propter quid homo eſt rationalis, quoniam rationalis. dicit tamen Alexander hunc modum non eſſe ſecundũ opinionem, ſed proprie, & ſecundum veritatem. & tamen Ariſtoteles tradit eum in hoc loco, quia quicquid eſt ſecundum veritatem, poteſt eſſe ſecũdum alicuius opinionem. oſtendit in quibus facile, & in quibus difficile eſſe poteſt hic modus, & dicit, [Hoc autem] id eſt, hic primus modus [in eo ipſo quidem,] quod non habet multa nomina, nec habet orationem, qua explicetur nomen, [non facile] interrogans [poteſt latere] reſpondentem. nam ſi petat vtrum homo ſit rationalis quia eſt rationalis, petitio eius quod eſt in principio, perſpicua eſt. Declarat autem in quibus latere poteſt, & dicit, [In multiuocis autem, & in quibuſcunque nomen, & oratio idem ſignificat, magis] latere poteſt. Si enim aliquis interrogauerit, propter quid homo eſt riſibilis? & reſpõdens diceret hoc idem interrogatum ad
D demonſtrationem eius quod quærebatur, nullum lateret, quoniam petit quod eſt in principio. At ſi aliquis interrogauerit propter quid Marcus fuit ſummus rhetor, & diceretur, quia Cicero fuit ſummus rhetor, magis in iſtis lateret, quàm ſi aliquis idem quęſitum accipiat pro cauſa in eadem locutione. Similiter: ſi quæratur propter quid homo eſt rationalis, & diceretur, quoniam terrigena eſt rationalis, homo eſt terrigena, ergo homo eſt rationalis. Similiter etiam ſi pro definitione nomen acciperet, quod in principio eſt, petitur: & ſi definitionem pro definitione, nam ambo idem ſignificant: ſed qui definitionem pro nomine accipit, petit apparenter. monſtrat enim aliquid per definitionem, cum nomen ignotum fuerit: ſed quoniam definitionis & nominis idem eſt ſignificatum, & notum æque, ideo apparenter eſt petitio eius, quod eſt in principio. Alexander autem oſtendit verbum græcum ϛυωνύμοις, poſſe intelligi pro vniuocis, & pro multiuocis: pro multiuocis quidem expoſitum eſt. In vniuocis vero, ſi quæratur propter quid homo eſt ſcientiæ capax, & reſponderetur, quoniam homo eſt animal pedeſtre bipes, omne autem animal pedeſtre bipes eſt ſcientiæ capax, ergo homo eſt ſcientiæ capax. Vnde quia tam in vniuocis, q̃ in multiuocis latere poteſt quæſitũ, ideo in vtriſq; poteſt eſſe petitio eius, quod eſt in principio. Iuniores tamen hunc primũ modũ diſſecarũt in duos, vt ſit primus, quãdo petitur idem ſecundũ rem & vocem. vt ſi quæreretur ꝓpter quid homo eſt rationalis, & dice-

retur, quoniã homo est rationalis. Secũdus vero, cũ aliquid petitur idẽ secundũ rem, sed non secũdum eandẽ vocem. vt si quęritur ꝓpter quid homo est rationalis, & di ceretur, quia terrigena est rationalis. E

119 Secundo autem, quando quod particulariter oportet demonstrare, vniuersaliter quis petierit. vt qui argumentatur quoniam contrariorum vna disciplina, omnium oppositorũ postulauerit vnam esse. Nam videtur id, quod oportebat secũdum se ostendere, cum aliis petere pluribus.

Asſignat 2. modũ, & dicit, [Secundo autẽ, quando qđ particulariter oportet demõstrare, vniuersaliter qs petierit.] In vniuersali enĩ vniuersaliter particulare rõcinatur. ergo si ĩterrogat vniuersaliter, videtur etiã particulariter ĩterrogare. Quare si voluerit particulare syllogizare, & interrogat vniuersale vniuersaliter, videtur ĩterrogare illud idẽ, quod ꝓbare intẽdit. Et asſignat exẽplũ, & dicit, [Vt q argumẽtatur, qm̃ cõtrariorũ vna est disciplina, oĩm oppositorũ postulauerit vnã esse. Nã videĩ id, qđ oportebat secũdũ se]. i. seorsum [ostẽdere,] ipm [petere cũ plurib' aliis.] Nã qui interrogat, vtrũ oppositorũ vna disciplina an nõ? interrogat vtrũ cõtrariorũ, vtrũ cõtradictoriorũ, vtrũ priuatiue oppositorũ, vtrũ relatiue oppositorũ sit vna disciplina, an nõ. Contra vero (vt Alexan. inquit) nõ sic, non enim qui interrogat vtrũ contrariorum sit vna disciplina, an nõ, interrogat omnia illa opposita. Alexan. etiam, vt proximo textu patet, asserit hũc esse modũ, qui videtur petitio eius quod est in principio, nõ autem vere est petere, quod est in principio. nam qui constituit ex vniuersali propositione particularem, quæ est sub ea, vere demonstrat. Est enim huiusmodi species maxime demonstratiua. primo Posteriorum. F

120 Tertio, siquis quod vniuersaliter est ostendere propositum, particulariter petat, vt si de omnibus contrariis propositum est, de aliquibus postulet. Videtur enim hic, quod cum pluribus oportebat ostendere, secundum se extra petere.

Asſignat tertiũ, & dicit, [Tertio] s. modo, videtur petitio eius, quod est in principio, [si quis quod vniuersaliter est ostendere propositũ,] vt omniũ contrariorũ est eadẽ disciplina, [particulariter petat] seorsum, diuisim de omnibus per inductionẽ. & asſignat exemplũ, & dicit, [Vt si de omnibus contrariis propositũ est,] hoc est, si propositum est, quoniã omnium contrariorũ est eadẽ disciplina, [de aliquibus postulet] in particulari, vt de sano & ęgro, albo & nigro, & sic de aliis. sed qm̃ secundũ hũc modum qui petit, secundum veritatem non petit, quoniam inductiuus est hic modus, & maxime demonstratiuus, ideo dicit, [Videtur enim hic, quod cum pluribus oportebat ostendere] simul. nam de sano & ægro, & de albo & nigro, & sic de aliis oportebat ostendere simul quod disciplina sit eadem. [videtur per se] seorsum diuisim in omnibus particularibus [petere.] tamen (vt recte Alexander inquit) hic modus non est vere petitio, cum sit inductiuus, & maxime demonstratiuus, sed videtur secundum opinionem propter hanc causam. G

121 Rursus siquis diuidens petat problema, vt si oportet ostẽdere medicinam sani & ægri, vtrunque extra postulet.

Asſignat quartum modum, & est, cum quis debet ostendere coniũcta, & petit disiuncta, vt si quis ostendere debeat medicinam esse scientiam sani & ægri, & diuidendo petat hoc modo, est ne medicina scientia sani, & insuper est ne scientia ægri? petit id, quod est in principio, & dicit, [Rursus si quis diuidens petat problema] propositum, [vt si] problema sit, quod [oportet ostendere medicinam] esse scientiam [sani & ægri, vtrunque] horum [extra petat,] vt est ne medicina scientia sani, & insuper est ne scientia ægri? sic enim diuidẽs problema, petere videtur id, quod est in principio. Dicit autem Alexander recte, nec hunc accipere reuera illud, quod est in principio, si vtrunque horum separatim acceptum notius fuerit, quàm si vtrunque coniunctim sumeretur. H

122 Aut siquis eorum quæ sequũtur se inuicem ex necesſitate, alterum petat, vt latus incommensurabile esse diametro, si oporteat ostendere, quoniam diameter lateri.

Asſignat quintum modum, & dicit, [Aut si quis eorum, quæ sequuntur se inuicem ex necesſitate, alterum petat.] & per sequi se inuicem ex necesſitate, conuerti inuicẽ intelligit. vt si problema sit, nullus homo est lapis, & interrogans petat, vtrum nullus lapis est homo? Asſignat tamen exemplum in geometria, & dicit, [Vt si oporteat ostendere, quoniam diameter lateri] est incommensurabilis, petat [latus incommensurabile esse diametro.] nam sequitur, diamater lateri est incommensurabilis, ergo latus est diametro incommensurabile, & econuerso. & tu intellige, vt dictum est, non esse hoc petere id, quod est in principio, quando alterum conuertibilium quod interrogatur, est potius problemate, cum quo conuertitur, bene tamen est petere secundum apparentiam, & opinionem.

A 123 AEqualiter autē & contraria petunt ei, quod ex principio est. Nam primo quidē, si quis opposita petat secundū affirmationē, & negationē.

Nūc agit de petitiōe cōtrarii, & primo ꝓponit quot modis est petere cōtrariū, & dicit, [Aequaliter autē & cōtraria petūt ei, quod ex principio est,] æqualiter, quoniā quinq; modis, sicuti quinq; modis est petere, quod est in prīcipio. Sed quid sit petere cōtrariū, Alexā. exponit, & dicit, primo cōtrarii petitionē in rationibus atq; syllogismis esse deductionē, vt quādo opponēs accepit aliquid à respōdēte, & tētat postea accipe oppositū illius, quod ab eo accepit, vt ostēdat oppositū respōsionis. verbi causa, Si accepit à respōdente oīa subiici fato, postea quærat, vtrū aliqua sint in nostra potestate, an nō? nam si respōdebit aliqua esse in nostra potestate, mox sequetur non oīa subiici fato. Et ponit primū modū, & dicit, [Nā primo quidē, si quis opposita petat secundū affirmationē & negationē,] vt si à respondente opponēs primo acceperit, Socratē videre omnem hominē, & postea interroget, vtrū Socrates nō videat se? Annotat hic Alexā. vt mihi videtur, satis ad propositū, quod sicut petētes id, quod est in principio secundū primum modū, non idem quæsitū in eisdem locutionibus petebāt, non enim fieri potest, vt qui sic accipit, lateat sic, neq; qui opposita. nā manifestū erit absurdū. Sed oportet eos trāsferentes locutiones accipere, vtputa in aliis nominibus, vel in aliis orationibus accipere affirmationē, in aliis autem idem significantibus negationem, vt si accepit à respōdente omnem hominem esse animal pedestre bipes, petat postea vtrum terrigena non sit animal pedestre bipes. Aut si accepit gladium esse ferrum incisiuum, postea petat, vtrum ensis non sit ferrum incisiuum. Homo enim & terrigena sub diuersis nominibus idem significant, quemadmodum gladius, & ensis.

124 Secundo autem contraria secundum oppositionem, vt bonum & malum idem.

Hic assignat 2. modū, & dicit, [Secundo autē] modo, petere cōtraria est, si quis petat [cōtraria secundū oppositionem] hoc est, secundū ea quæ contrarie opponuntur [vt] si quærat [bonū & malum idem] verbi gratia, si accepit à respondēte sanitatem bonum esse, postea quærat vtrū sanitas non sit iuuabilis ei, cui inest. si enim non sit iuuabilis, malum erit. Insuper si accepit infirmitatem esse malum, & postea interroget vtrū infirmitas fuerit vtilis ægroto. nam si sic respōdebit, idem erit bonū & malum.

C 125 Tertio vero siquis vniuersaliter postulās, particulariter petierit contradictionem, vt siquis sumens contrariorum vnam disciplinam, sani & ægri alteram esse petat.

Assignat tertiū modum, & dicit, [Tertio vero] est petere contrariū. [siquis vniuersailiter postulās, particulariter petierit contradictionem, vt siquis] à respondente [sumens contrariorū vnam esse disciplinam, petat] postea [sani & ægri alterā esse.] hæc enim particularis est, & illi contradictoria. Sed dices, hic tertius modus coincidit cū primo. dici potest (vt Alexander inquit) hos modos differre, quod ille acceperit affirmationem & negationem quouis modo oppositas, hoc est in terminis, & propositionibus, hic vero affirmationem, & negationem in propositionibus tantum. Vt si aliquis accepit omnem virtutem esse consensum, & postea petat vtrum continentia non sit consensus. nam si respondebit non esse consensum, sed pugnam, habebitur non omnem virtutem esse consensum.

126 Aut si hoc petens, in vniuersali oppositionem tentet sumere.

Meo iudicio verba sunt transposita, & debent sic legi, [Aut si hoc sumens, in vniuersali oppositionem tentet petere,] & tunc quartus modus est, quando opponens sumit à respondente particularem videlicet sani & ægri esse eandem disciplinam. postea petat vtrum nullorum contrariorum sit eadem disciplina. & propterea dicit, [aut si hoc sumens] scilicet sani & ægri esse eādem disciplinam, [in vniuersali oppositionem tentet petere,] vt vtrum nullorum contrariorū sit eadem disciplina. si vero verba legantur, vt in græco reperiuntur, dicendum est Aristotelem non habuisse curam de nominibus, nam sumpsit petens, pro sumens, & sumere pro petere.

127 Rursus siquis petat contrarium ei, quod ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt.

Hic Alexander non facit quintum modum, sed partem quarti modi, quasi dicat, rursus de quarto modo est, [Si quis petat contrarium ei,] scilicet conclusioni, [quod ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt,] vt si essent posita, voluptas secundum naturam. omne autem quod est secundum naturam bonum, ergo voluptas bonum: & aliquis peteret, vtrum voluptas no sit bonum? hoc enim est petere contrarium quarto modo.

128 Et si quis ea quidem non sumat, quæ opposita, sed alia petat duo, ex quibus erit opposita contradictio.

Secundum Alexandrum hic aſsignat quintum modum,& dicit. [Et ſi quis ea quidem nõ ſumat, E neque petat quæ oppoſita] ſunt,[ſed alia petat duo] vel diſparata vel incompoſsibilia, [ex quibus erit oppoſita contradictio] poſitioni reſpõdentis.verbi cauſa,ſi poſitio reſpondentis ſit,Socrates eſt rhetor,& Philoſophus,& opponens petat ſeorſum,vtrum Socrates nõ ſit rhetor?& vtrum Socrates non ſit Philoſophus?ex his enim ſeorſum cõceſsis,ſequitur Socratem non eſſe rhetorem & Philoſophum, & tamen conſtat nullum eorum eſſe vere oppoſitum poſitioni,ſed incompoſsibile,vel diſparatum.

129 Differt autem contraria ſumere ab eo,quod eſt in principio.Quoniam huius quidem eſt peccatum ad concluſionem(nam ad illam aſpicientes, quod in principio eſt , dicimus petere) contraria autem ſunt in propoſitionibus,quo ipſæ aliquo modo ſe habeant adinuicem.

Quia dixerat totidẽ peti contraria,quot modis petitur,quod eſt in principio,ne credat aliquis hęc eſſe eadem,ideo inter ipſa aſsignat differentiam,& dicit, [Differt autem contraria ſumere ab eo,quod eſt in principio] ſumere, [quoniam huius quidem eſt peccatũ ad concluſionem]id eſt,in propoſitionibus relatis ad concluſionẽ,[nam ad illã aſpiciẽtes quod in principio eſt,dicimus petere] ſubaudi in F propoſitionibus.[Contraria autẽ ſunt in propoſitionibus,quo ipſę aliquo modo ſe habeant adinuicẽ] ſcilicet vel contradictorie,vel cõtrarie,vel vt dictũ eſt.cauſa autẽ(vt Alexander inquit)quia qui petit quod eſt in principio,ad concluſionẽ erroris dirigit.Nã quod oportet mõſtrare,hoc petit. At qui oppoſita petit,in ipſa rationis acceptiõe errorẽ facit. Qui vero facit errorẽ in rationis acceptiõe,in acceptione propoſitionũ contraria cõcedit,& accipit.ergo petere contraria eſt error in ſyllogiſmo,vel errorem efficere in ſyllogiſmo.Petere vero id,quod eſt in principio,errorẽ efficit in concluſione. ¶Sed huic occurres, quoniã Ariſt. in priorib⁹ analyticis docet ſyllogizare ex oppoſitis, vt ſi dicatur,omnis diſciplina eſt ſtudioſa,nulla diſciplina eſt ſtudioſa.ergo nulla diſciplina eſt diſciplina.Et ita videtur oppones poſſe interrogare cõtraria,& petere illa,cũ per ea fieri poſsit ſyllogiſmus,verũ ex iis,quę Ariſt. & Alexand.dixerũt,interrogans eſt,qui petit,reſpõdens eſt,qui cõcedit,& dat.Quãdo ergo intertogans vult redarguere reſpondentẽ dialectice,quo ad ſyllogiſmũ, aliquando vtitur petitione contrarii. Quãdo vero vult reſpondentẽ dialectice redarguere,quo ad concluſionẽ,vtitur petitione eius,quod eſt in principio. Accidit enim in dialectica diſputatione vtrunque.Tunc dico quod petere contraria G non impedit ſyllogiſmum ſecundũ rationem ſyllogiſmi,impedit enim ſyllogiſmum ſub ratione dialectici, quoniam dialecticus ſyllogiſmus eſt ſemper ex notioribus: ſyllogiſmus autem, vt ſyllogiſmus, poteſt eſſe ex notioribus,& ignotioribus,modo ſeruet figuram debitam, & propter hãc rationem ſyllogiſmus ex oppoſitis infert, ſed non probat. Quare licet petere contraria non faciat errorem in ſyllogiſmo ſimpliciter,errorem efficit in ſyllogiſmo dialectico,qui eſt probatiuus.

¶DE EXERCITATIONE PRIMVS LOCVS.

130 Ad exercitiũ autẽ,& exercitationẽ taliũ orationũ,primũ quidẽ cõuertere aſſueſcere oportet oratiões.Sic enim,& ad id,quod dicitur,facilius nos habebimus,& in paucis plures ſciemus oratiões.Nam cõuertere eſt trãſumentẽ cõcluſionẽ cũ reliquis interrogationibus interimere vnũ quippiã eorũ,quę dicta ſũt.Neceſſe.n.ſi cõcluſio nõ eſt,vnã aliquã interimere propoſitionũ, ſiquidẽ omnib⁹ poſitis,neceſſe erat cõcluſionẽ eſſe.

Cũ dixiſſet loca ꝓ vnoquoq; problemate terminádo,docuiſſetq; interrogare,& reſpõdere,nũc docet loca,per quæ vnuſquiſq; debet ſe exercere,vt aſſequatur finẽ boni dialectici.Non enim multũ valet ars ſine exercitatione, qm̃ (vt Victorinus inquit.) natura facit habilẽ,ars facilẽ,exercitatio,& vſus H potentẽ.& Cic.q̃uis artis pręcepta gẽtes participarẽt,quicq̃ tamẽ laude dignũ ſine vſu,& exercitatiõe cõſequi nõ poſſunt. Vnde queadmodũ rhetor,ſine exercitatione nõ poteſt finẽ ſuũ cõſequi,ſic dialecticus.Aſsignat ergo loca,in quib⁹ dialecticus debet ſe exercere ſi finẽ ſuũ eſt cõſequuturus,quorũ primus accipitur à cõuerſione ſyllogiſmorũ,& dicit. [Ad exercitiũ autẽ,& exercitationẽ taliũ orationũ] .i.dialecticorũ ſyllogiſmorũ,[primũ quidẽ cõuertere oportet oratiões].i.ſyllogiſmos. Quod vero ad verba attinet,ad exercitiũ autẽ,& exercitationẽ Ariſt.habet πρὸς δὲ γυμνασίαν, καὶ μελέτην,ſed meleten potius(vt mihi videtur)exercitationẽ q̃ meditationẽ, vt vetus lectio habet ſignificat. Et ita cũ gymnaſia idẽ dicit, & quaſi expoſitiue tenetur. Sũt q gymnaſiã fieri dicũt circa cõcluſiones interueniẽte argumẽtatione:exercitationẽ vero circa ꝓpoſitiões,& argumẽtationes interueniẽte virtute memoratiua:tamẽ re nõ differũt,quouis mõ dicatur. Et cũ poſuiſſet locũ,ꝓbat vtilitatẽ illius,& dicit. [Sic enĩ & ad id,qđ dicitur facilius nos habebimus,& in paucis plures ſciemus ratiões,]& ꝑ id,qđ dicitur,intelligit ꝓpoſitũ.Nã qui ſe exercet in cõuertendis ſyllogiſmis,hic primo ſe habet facilius ad ſyllogizandũ ꝓpoſitũ ꝑ ſyllogiſmũ rectũ,& oſtenſiuũ:nã qui ſe exercet in maiorib⁹,facillime ſe habet in mino-

A ribus. Eſt enim ſyllogizare cõuerſiue lõge difficilius q̃ ſyllogizare oſtẽſiue. Inſup & in paucis ꝓpoſitionibus, quia in duabus vel tribus habet plures ſyllogiſmos. Nã ſi reſpõdens eſſet ad ſyllogiſmũ oſtẽſiuũ dubius, cõuertendo ſyllogiſmũ habebit plures ſyllogiſmos, quia tres, quorũ primus eſt oſtenſiuus, ſecũdus, ex oppoſito cõcluſionis & minore interimẽtibus maiorẽ: & tertius ex oppoſito cõcluſiõis & maiore interimẽtibus minorẽ & ita in duabus ꝓpoſitionibus, & vna cõcluſione, habemus tres ſyllogiſmos. & poſſunt eſſe alii, de quibus nõ curo. ergo qui aſſuefit cõuerſionib⁹ ſyllogiſticis, redditur facilior, & copioſior. Quod vero ad verba attinet, verbũ facili⁹, greçe εὐπορώτερον, qđ licet poſſit interpretari copioſius, tamen facilius interpretatus ſum. nã per quæ ſequũtur, [& in paucis plures ſciemus oratiões,] intelligitur nos effici copioſiores. Deinde ſubmemorat nobis ſyllogiſmorũ cõuerſionẽ quã docuit 2 Priorũ, vt ĩtelligamus in paucis ꝓpoſitionibus nos fieri abũdãtes in ſyllogiſmis. & dicit, [Nã cõuertere eſt tranſmutantẽ concluſionẽ] ad oppoſitã qualitatẽ, [cũ reliquis interrogatiõibus] .i. cũ reliquis ꝓpoſitionibus interrogatis [interimere vnũ quippiã eorũ] .i. nũc maiorẽ, nũc minorẽ, [quæ dicta ſunt] .ſ. in ſyllogiſmo oſtẽſiuo. & tu intelligas hoc, ſi cõcluſio ſequitur neceſſario ex ꝓpoſitionibus poſitis. & reddit cãm cõuerſiõis, & dicit, [Neceſſe eſt enĩ ſi cõcluſio nõ eſt,] .ſ. vera ſed falſa, [vnã aliquã interimere ꝓpoſitionum] videlicet ſumẽdo oppoſitũ cõcluſionis cũ altera propoſitione [ſiquidẽ B omnibus poſitis] propoſitionibus, & cõceſsis, [neceſſe erat cõcluſionẽ eſſe,] & ſequi. niſi enĩ ſeruetur neceſsitas illationis, conuerſio in ſyllogiſmis fieri non poteſt. ¶LOCVS SECVNDVS.

131 Et ad omnem poſitionem & quoniam ſic, & quoniã non ſic, argumentũ conſiderandum, & cũ inueneris, ſolutionẽ ſtatim & quærẽdum. Sic enim ſimul accidet & ad interrogandũ & ad reſpondendũ exerceri.

Secũdus locus accipitur ab argumẽtationibus, quę fiũt pro vtraq; parte. & dicit, [Et ad oẽm poſitionẽ] id eſt, ꝓblemata, [& qm̃ ſic] .ſ. ꝓ parte affirmatiua, [& qm̃ nõ ſic] .ſ. ꝓ pte negatiua [argumẽtũ cõſiderandũ] .i. diligẽter inquirendũ. [Et cũ inueneris] argumẽta ꝓ vtraq; parte, [ſtatim quærẽdũ eſt ſolutionẽ] eorũ, quę ſolui poſſunt: cętera vero, quę ſolui nõ poſſunt, ſunt ꝓ veritate ſeruãda. Deĩde reddit cãm, & dicit, [Sic enĩ ſimul accidet & ad interrogãdũ] .i. ad opponẽdũ, & ad rñdẽdũ exerceri.

132 Et ſi ad nullum alium habemus, ad nos ipſos mutuo comparare, C eligentes quæ ad poſitionem eandem argumenta ſunt. Hoc enim & ad cognoſcendum multam facilitatem præbet, & ad redarguendum magnum habet adiumẽtum, quando quiſpiam promptus eſt argumentari, & quoniam ſic, & quoniãnon ſic. Nam ad cõtraria accidit facere obſeruationem, & ad cognitionem, & ad eam (quæ ſecundũ philoſophiã eſt) peritiam poſſe cõſpicere, & conſpexiſſe, quæ ab vtraque ſuppoſtione, nõ paruum inſtrumentum. Nam reliquum horum recte eligere alterum.

Remouet dubiũ, qm̃ quæri poteſt, vtrũ hæc exercitatio fieri debet cũ ſocio, an ꝑ noſmetipſos? Reſpõdet, [Et ſi ad nullũ aliũ] .ſ. ſociũ [habem⁹ cõparare] argumẽta ꝓ vtraq; parte, [ad noſipſos mutuo] cõparare habemus ſaltẽ, [eligẽtes quæ ad eandẽ poſitionẽ argumenta ſunt] pro vtraq; parte. Deinde enumerat vtilitates huius comparationis, & dicit, [Hoc enĩ] .i. hęc enim cõparatio argumentorũ pro vtra parte, [& ad cognoſcẽdũ] .ſ. veritatẽ generatim oẽm, [multã facilitatẽ præbet, & ad redarguendũ rñdentẽ] .ſ. in diſputatiõe certatiua, [magnũ habet adiumẽtũ.] dico magnũ habet adiumẽtũ, [quãdo] D videlicet [quiſpiã prõptus eſt argumentari, & quoniã ſic] ꝓ pte affirmatiua, & quoniã nõ ſic] ꝓ parte negatiua. Cãm aũt cur habeat magnũ adiumentũ aſsignat, & dicit, [Nã ad cõtraria accidit facere obſeruationẽ,] & qui habet ad cõtraria obſeruationẽ & prõptitudinẽ, facile poteſt defendere omnẽ poſitionẽ (vt Alexã. inqt) & argumẽtari cõtra oẽm poſitionẽ. Hęc eſt prima vtilitas. Deĩde aſsignat ſecũdã vtilitatẽ, & dicit, [Et] hoc idẽ eſt [nõ paruũ inſtrumentũ [& ad cognitionẽ] .i. ad veritatis inuẽtionẽ, vt exponit Alex. [& ad eã peritiã, quæ eſt ſecundũ philoſophiã,] quæ nihil aliud eſt q̃ veritatis cognitio, vt dictũ eſt primo huius. eſt dico non paruũ inſtrumentũ ad hæc, quæ diximus [cõſpicere] de præſenti, [& conſpexiſſe,] argumẽta, [quæ ab vtraque ſuppoſitione] id eſt, quæ pro vtraque poſitione ſunt. Cuius cauſam aſsignat, & dicit, Nam reliquũ] id eſt [alterum, horũ] hoc eſt altera duarum poſitionum cum ſuis argumentis [recte eligere alterum] id eſt, poſitionem alteram facit eligere, & cognoſcere, quia vt dicitur primo libro de cælo, oppoſita iuxta ſe poſita magis elucefcunt.

133 Oportet autẽ ad id, quod tale eſt, eſſe ingenioſum, & hoc eſt ſecũdũ veritatem eſſe ingenioſum, poſſe bene eligere verũ, & diffugere falſum. Quoniã qui bene nati ſunt, probe facere poſſunt. quippe cum qui amãt;

& qui oderunt, quod profertur, facile discernunt optimum. E

Cum dixisset vtilitatem, quæ habetur ex copia argumentorũ, & positionum, & comparatione eorum. s. quòd hæc sint vtilia ad inuentionẽ veritatis: nunc obiter addit, quid confert ad veritatis inuentionem præter hæc, quæ dixit, & dicit, [Oportet autẽ ad id, quod tale est]. i. ad inuentionem veritatis vt exponit Alexander [esse] natura [ingeniosum,] nã εὐφυὴς, euphyes, latine natura ingeniosus interpretatur. Et exponit quid est esse natura ingeniosus, & dicit, [Et hoc est secundũ veritatem esse] natura [ingeniosum, posse] ex principiis naturæ [bene eligere verũ, & diffugere falsum.] Cuius causam assignat, [qm̃ qui bene nati sunt,] bonoque ingenio præditi, [probe facere possunt]. s. iudicãdo bene, bene que discernẽdo verũ à falso. Nã isti sunt ex natura [qui amãt verum, & oderũt falsum] & qui amãt verũ, & oderunt falsum, [quod profertur, facile discernunt optimũ.] & potest syllogismus esse. [Nam qui amãt] verum, [& qui oderũt falsum] ex his, quæ proferuntur, facile optimũ discernunt: bene nati sunt qui amãt verum, & oderunt falsum: ergo bene nati, facile discernũt optimũ ex iis, quæ proferuntur. de syllogismo ibi, [Quoniã bene nati,] intellexit minorẽ, nam probe facere est amare verum, & odisse falsum. Maiorẽ autem intellexit ibi, [quippe cũ amant] cõclusio vero intelligitur, [& hoc est secundũ veritatẽ.] Hic patet id, quod Victorinus dixit, esse probe dictũ, cum videlicet inquit, naturã habilẽ efficere. Arist. enim quod Victorinus dixit habile, ĩgeniosum appellauit. Supra autẽ habilitatem, F ars facit facilẽ, & supra facilitatẽ, vsus, & exercitatio potentẽ omni temporis momento reddit. Naturalem vero ingenii bonitatẽ (quã habilitatẽ Victorinus vocat) Arist. docuit ex iudicio & electiõe veri, & falsi euitatione. non autem ex eo, quia aliquis facile recipit ea, quę à præceptore traduntur. nec ex eo, quãdiu seruat, quæ didicit. Sed censet eũ esse natura ingeniosum, qui ex naturali dispositione habilis est iudicare verũ, illudque à falso discernere, atque iudicare in cunctis quid eligendũ, quidue fugiendum sit. Huius ingenii bonitatis ipse pluribus in locis & potissimum libro de anima secũdo iudicium tradidit ex bonitate carnis, cum videlicet carnes fuerint molles, non aquea mollitudine, qualis est mulierum caro, quę fluida admodum est, & labilis sed aerea lenitate calida atque humida, qualis virorm caro est: quæ cum lenis sit, non fluit, nec labitur.

LOCVS TERTIVS.

134 Et ad ea, quæ sæpissime incidunt problemata, scire oportet orationes, & maxime, quæ pro primis positionibus sunt. Nam in his sæpe contendunt, qui respondent. G

Assignat tertium locum, & dicit, [Et ea quæ sæpissime incidunt problemata, oportet scire orationes] id est, argumenta, & quæ diu fieri solent, & quæ de nouo possunt oriri. problemata, quæ sæpissime incidunt (vt Alexander inquit) sunt, quæ consueta sunt disputari, quæque à compluribus sæpissime quæruntur. Sunt autem hæc plurima apud antiquos, vt vtrum vnum tantum sit ens: vt dixerunt Parmenides & Melissus. vrum infinita sint rerum naturalium principia· vt Anaxagoras. aut sex: vt Empedocles. vtrum nulla cõtradicant, vt dixit Antisthenes. vtrum omnia semper moueãtur, vt Heraclitus. Vtrum nihil moueri possit, vt Zeno. & vtrũ cuncta ęque bona sint, vt credidit Pyrrhon. Insuper vtrum ideę sint, vt Plato autumat. Temporibus vero nostris problemata sæpissime consueta disputari, sunt, vtrum non dentur indiuisibilia, vt ii putant, qui terminos sectantur. Vtrum ens dicat tertium conceptum vniuocum substantiæ, & accidentibus, deo, & cæteris, quæ ab ipso deo sunt, vt exteri arbitrantur. Vtrum materia sit principium indiuiduationis, vt credunt qui Diuum Thomam imitantur. Vtrum singulare sit primum cognitum ab intellectu nostro, vt Gauteriani volunt. vtrum cælum sit corpus sine materia, vt auerroici credunt. Vtrum anima sit mortalis, vt opinantur Alexãdrei. sunt & alia plurima, quę, bonum esset, vt silentium compluribus ante annis habuissent. Non enim tot seculis philosophia fuisset conflictata, totque annis ignota, atque latens. Ingeniosi enim viri his innumeris futilibus, (quæ nulli disciplinæ adminiculãtur,) occupati, librorum Aristotelis minimam partem legere potuerunt. Hæc enim occupatio in huiusmodi vanitatibus causa fuit, vt non modo philosophia, verum etiã cæteræ bonæ artes à nostro seculo abierint. Vnde nos primi nostro æuo hæc contendentes, cœpimus legere libros Aristotelis propriis verbis, commiscereque gręcas expositiones cũ latinis. fuimusque multis bona occasio, vt nõ blacteronicas expositiones sine testibus legerẽt, sed græca verba cũ græcis penetrarent. erat enim propter hæc præteritis temporibus philosophia nullius (vt ita dixerim) præcii. nam preceptor noster Nicolectus Theatinus, qui in his fuit præclarissimus cum in Patauinis scholis philosophiam profiteretur, non pluribus. 300. aureis honestatus est. Nos vero millenario aureorũ numero non semel sumus honorati, fuimusque cæteris philosophantibus occasio, sio, vt summis honoribus apud omnes haberentur. Addit Aristo. quę argumenta maxime scire oportet, & dicit, [& maxime] ea. s. argumenta, [quæ pro primis positionibus sunt,] & non intelligit per primas positiones, primas antiquorum philosophorum opiniones, vt imperiti putant, sed prima principia, vt Alexander exponit. cuius causam assignat Aristoteles & dicit, [nam in his] scilicet primis principiis [sæpe contendunt respondentes] scilicet cum opponentibus. Et quoniam argumẽta pro primis principiis, & cõtra prima principia pauca sunt, & ad modum difficilia, propterea monet Alexander,

A vt quæ iam olim inuenta sunt, habeantur, aliaque de nouo construantur, vt cum necessarium fuerit nos ipsorum sustinere rationem, nec argumentationes, nec responsiones dubitemus.

LOCVS QVARTVS.

135 Insuper etiam terminorum copiosos esse oportet, tum probabilium, tum etiam primorum, atque se habere promptos. nam per hæc fiunt syllogismi.

Assignat quartum locum, & dicit, [Insuper etiam terminorum] id est, definitionum [copiosos, atque promptos esse oportet, tum] videlicet [probabilium, tum etiam primorum] scilicet principiorum. cuius causam assignat, & dicit, [nam propter hæc] scilicet definitiones probabilium, & primorum principiorum [fiunt syllogismi] eorum subaudi quæ sunt post principia. nec solum dialecticum (vt Alexander addit) oportet scire definitiones primorum principiorum, sed etiam demõstratorem, vt quid sit linea, quid punctum, quid angulus, nam ex his demonstrationes fiunt. & fortasse per probabilia & prima, idem intelligit, vt sit alterum alterius expositio. & fortasse per probabilia intelligit pri-
B ma in genere: & per prima, quæ sunt simpliciter prima. Dixit autem copiosos atque promptos, quoniam aliquis copiosus esse potest reminiscentia multorum, non tamen promptus memoria præsentium. ergo oportet reminiscentia copiosos esse, & memoria promptos.

LOCVS QVINTVS.

136 Tentandum autem & ea, in quæ sæpissime incidunt orationes aliæ, tenere. nam quemadmodum in geometria ante opus est circa elementa exercitatum esse, & innumeris circa capitales prompte se habere. & multum refert ad hoc, quod est & alium numerum cognoscere multiplicatum. Similiter & in orationibus prõptum esse ad principia, & propositiones in ore scire. nam quemadmodum in memoriæ senso-
C rio solum loci positi, statim faciunt ipsas res memorare: ita hæ ad ratiocinandum promptiorem efficiunt. quippe cum ad determinatas illas secundum numerum inspiciant.

Assignat quintum locum, & dicit, [Tentandum autem, & ea tenere] prompte [in quæ sæpissimæ incidunt,] atque resoluuntur, [aliæ orationes] id est, alii sylogismi omnes. Hoc autem dicit (vt Alexandro videtur) de communibus locis. sunt enim nonnulla communia loca, quæ ad omnium problematum genera vtilia sunt, vt à coniugatis, & à casibus, & à generationibus, atque corruptionibus, & à maiore à minoreue, & contrario, & à cæteris eiusdem generis. Tales enim propositiones, siue principia prompte esse habenda monet, quoniam sunt multifariam vtilia. deinde probat hoc, & dicit, [nam quemadmodum in geometria ante] scilicet quàm ad conclusiones deueniatur, [opus est circa elementa,] & principia, ex quibus syllogismi fiunt ad conclusiones, [exercitatum esse, & in numeris,] de quibus agit Arithmetica, [circa capitales prompte] se habere. capitales numeros dicit (vt Alexander inquit) primorum numerorum, qui sunt vsque ad decenas, multiplicationes. Propter enim horum multiplicationum exercitationem, posteriorum, & maiorum, similiumque multiplicationes cognoscuntur. à bis enim duobus, quatuor cognoscuntur, à bis autem viginti, sunt quadraginta, à vigesies viginti, sunt quadringenti, à ducentesies viginti, sunt quatuor milia, & deinceps si-
D militer. & propterea subdit, [nam] exercitatio in huiusmodi capitalibus numeris [multum refert] siue confert [ad hoc, quod est & alium multiplicatum numerum cognoscere.] vt in principio arithmeticæ amplissime declaratur. Tunc redit ad complendam similitudinem, & ad propositum, & dicit, [Similiter] opus est [in orationibus etiã promptũ esse ad principia, &] simpliciter opus est in orationibus [ꝓpositiones in ore scire] promptasq; habere. deinde assignat causam etiã per similitudinẽ, & dicit, [nã quemadmodũ in memoriæ sensorio, solum loci positi statim faciunt ipsas res memorare, ita hæ]. s. propositiones cõmunes, & primæ [ad ratiocinandũ promptiorem efficiunt.] & per loca posita (vt Alexan. exponit) intelligit nonnulla loca in libello de memoria, & de somno, & de diuinatione, enumerata, per quæ loca est reminisci, vt à cõtrariis, & à similibus, & ab aliis pluribus. Quare quẽadmodũ in illis loca nota, per quę reminiscẽtia fieri potest, causę sunt nobis reminiscendi. reminiscentes enim vnũ contrarium ad alterum contrariũ transcendẽtes, illius reminiscimur, vt reminiscẽtes amarũ, dulcis reminiscimur, reminiscẽtes nigrũ, albi: & frigus, caloris. Deĩde assignat causam quare cõmemoratio cõmuniũ locorũ reddit opponentẽ promptiorẽ ad syllogizandũ, & dicit, [quippe cũ]. s. exercitãtes se in ratiocinãdo [ad illas cõmunes] ꝓpositiones, [quæ sunt numero determinatę,] inspiciant

vt ad locum à contrario, à coniugatis, à casibus. & ad cætera cõmunia, quæ sunt certo numero communia omnibus problematibus, & non respiciant ad loca particularia cuiusque problematis, quę sunt fere infinita, quæ memoria contineri non possunt. & cum fuerint in talibus propositionibus communibus prompti, erunt promptiores ad syllogizandum. LOCVS SEXTVS. E

137 Et propositionẽ cõmunẽ magis quàm orationẽ in memoria ponendũ. nã principio, & suppositione, mediocriter copiosum esse difficile est.

Asignat secundũ locum, & dicit, [Et propositionẽ communẽ magis q̃ orationem] .i. syllogismum (vt exponit Alexan.) vnicuique ꝓblemati accõmodatũ, [in memoria ponendũ.] & per propositionẽ cõmunem, locũ communẽ intelligit. ꝓpõsitio enim cõmunis locus est, per quẽ syllogismorũ diuersorum problematũ reminisci facit. Qui enim syllogismũ sciuerit ad vnũ solum problema accõmodatum, facultatẽ habet ad illud, & non ad alia. At qui cõmunem propositionẽ habet, non solũ ad vnum, sed ad oĩa problemata facultatẽ habet. vt qui sciuerit, si sanabile bonũ, ægrum malũ. syllogismum habet ad hoc problema tantũ: at qui locũ scierit, sicut contrariũ in contrario, ita contrariũ in contrario, syllogismũ quidem non habet, sed principiũ syllogismorũ, & syllogismorũ occasionem, non solum ad vnũ, sed ad plura problemata. deinde asignat causam quare taliũ prcinipiorum oporteat magis facultatẽ habere q̃ eorum, quæ sunt mediocriter talia, & dicit, [nã principio & suppositione mediocriter,] id est, quæ mediocriter se habeãt, [copiosum esse difficile est.] ergo melius est copiosum esse cõmunibus ꝓpositionibus, q̃ syllogismis, & melius cõmunibus, q̃ mediocribus (vt Alexã. exponit.) Qui igitur græcũ verbũ λόγον, positionẽ interpretãtur, nõ recte dicũt. tum quia est expositio cõtra Alexandrum, tum etiam quia hic locus coincideret cum quinto loco. LOCVS OCTAVVS. F

138 Insuper orationẽ vnã plures facere assuescendũ, veluti ii qui occultisime abscondunt. Tale autẽ erit, siquis quãplurimũ recesserit à cognatione eorũ de quibus est oratio. Erũt autem potiores orationũ vniuersales, maxime quæ id pati possunt. Vt quoniã nõ est vna pluriũ disciplina. Sic enim & in iis, quę sunt ad aliquid, & in contrariis, & coniugatis est.

Asignat locum octauũ, & dicit, [Insuper orationem] id est, syllogismũ [vnam plures facere assuescendũ, veluti ii faciũt, qui occultisime abscondũt.] hi enim ascendũt ad vniuersalisimã atque remotisimã propositionẽ prosyllogizando ex illa, vt abscondãt syllogismũ, qui est ad propositũ: sic qui assuescit facere vnã rationẽ plures, multiplicat syllogismos ex vna vniuersalisima ꝓpositione, quę multorum syllogismorũ principiũ est. Ad vnũ quodq; enim sub vniuersali existẽtiũ, huiusmodi propositio vtilis est. Deĩde exponit quo modo vna ratio potest fieri plures, & dicit, [tale autẽ erit, siquis quãplurimũ recesserit à cognatione eorũ, de quibus oratio.] vt si syllogismus sit, ꝙ non est vna cõtrariorũ disciplina, ascẽderit ad illã vniuersalisimã, non est vna plurium disciplina. hæc enim vniuersalior est illa, nõ est vna oppositorũ disciplina. nã qui sic recesit à ꝓposita propositione, potest non solũ habere nõ vnã esse contrariorũ disciplinã, sed nec relatiue oppositorũ, nec priuatiue oppositorũ, vnã esse disciplinã. Deinde declarat quę ratiões sunt, ad quas maxime debemus ascẽdere, vt vna ratio multiplicetur in plures, & dicit, [erunt autẽ potiores orationũ] .i. syllogismorũ [vniuersales, maxime quæ id pati possunt,] vt videlicet vna fiat plures, [vt quoniã nõ est vna pluriũ disciplina,] cõtraria sunt plura, ergo contrariorũ non est vna disciplina. [Sic enim] in latus aucta, [& in iis quæ sunt ad aliquid, & in cõtrariis, & ĩ cõiugatis.] ad hæc. s. in priuatiue oppositis, & cõtradictorie oppositis multiplicabitur ratio. Confert ergo ad perfectionem, & ad finẽ dialectici consequendũ, vt dialecticus se assuescat multiplicare vnam rationem communisimam per latus ad omnia collateralia, quę possunt accipi sub prima vniuersalisima propositione. G

LOCVS. NONVS. H

139 Oportet autem reminisci vniuersales facere orationes, tametsi fuerit disputans particulariter. sic enim & plures licebit vnam facere. Similiter autem & apud rhetores in enthymematibus.

Si hic nonus locus differt à loco octauo, sic est legendus, [Oportet autem reminisci vniuersales facere orationes,] & syllogismos. & sic oportet vt reminiscamur vniuersalium propositionũ ad faciendum vniuersales syllogismos. vt sit locus nonus, pro conficiendis vniuersalibus syllogismis, reminisci debemus vniuersalium propositionum. [tametsi] dialecticus [fuerit disputans particulariter.] quia per vniuersales propositiones erunt magis abundantes in propositionibus. tamen ipse dicit, [sic enim & vnam] rationem [licebit plures facere] propter abundantiam propositionũ. [similiter autem & apud rhetores in enthymematibus.] rhetores enim habent in memoria vniuersalia loca, vt sint in propositionibus abundantiores, & in enthymematibus. Ergo locus octauus erat circa memoriam syllogismorum vniuersalium: locus autem hic nonus circa memoriam propositionum vniuersalium.

LOCVS DECIMVS.

A 140 Eundem autem quàm maxime fugere in vniuersale ferre syllogismos.

Hunc locũ Alex.ad respondente retulit.nã cũ dixisset argumentantẽ oportere referre propositiones ad vniuersale,nunc dicit respondentem oportere[q̃ maxime fugere in vniuersale] hoc est, cõtra vniuersale[ferre syllogismos.]sed quoniam verbũ[eundem]est relatiuum,quod refert personã quã dicit, ideo ego ad opponẽtẽ refero.& sic pręcipit vt opponẽs fugiat ferre syllogismos cõtra vniuersale, quoniam vniuersales ꝓpositiones nec possunt improbari nec probari.vt superius dictum est.

LOCVS VNDECIMVS.

141 Et semper oportet considerare orationes,si in pluribus communibus disputantur . nam omnes particulares in vniuersali disputatæ sunt. B Et inest in particularibus,eius quod est vniuersale,demonstratio . Cum non sit syllogizare quicquam sine vniuersali.

Assignat locũ vndecimũ,& dicit,[Et semp oportet cõsiderare oratiões]&syllogismos,& eos habere ꝓptos atq; paratos,[si in pluribus cõmunibus disputantur.]si fuerint vniuersales pluribus cõmunes,quia sic habebit oppponẽs plures plurium syllogismos.[nam omnes particulares] .s. syllogismi,vel rationes[in vniuersali]syllogismo[disputatæ sunt. & inest in particularibus,] quæ continentur sub vniuersali[demonstratio eius,quod est vniuersale.]vt si de aĩali monstratur sensitiuũ,de hoĩe & equo,& aliis oĩb⁹ mõstrabitur,quæ sub aĩali sunt.cuius causam assignat, & dicit,[cũ nõ sit syllogizare quicq̃]de aliquo particulari,[sine vniuersali].i.quin syllogizetur de vniuersali.

LOCVS DVODECIMVS.

142 Exercitatio autem facienda, inductiuarum quidem ad rudem:syllogisticarum vero ad expertum.

C Assignat 12 locũ,ꝑ quẽ declarat cũ quibus disputatio inuẽtiua haberi debet.& dicit, [Exercitatio aũt].s.disputatiua[faciẽda]est subaudi cũ aliis,nõ tamẽ eodẽ mõ.nã[inductiuarũ]orationũ disputatio faciẽda est[ad rudẽ:syllogisticarũ vero ad expertũ,]qui est in disputatiõib⁹ inquisitiuis assuetus.Causam assignat Alex.quoniã ipsis rudibus particularia sunt notiora,expertis vero vniuersalia.

LOCVS DECIMVSTERTIVS.

143 Omnino autem exercitationis gratia disceptantibus tentandũ afferre aut syllogismum de aliquo,aut propositionem,aut solutionẽ,aut instantiam:siue recte quis dicat,siue perperã,vel ipse vel alter, & ad quippiam vterque.

Assignat 13 locũ,& dicit,[Oĩno aũt exercitatiõis gratia disceptantibus tẽtãdum afferre aut syllogismũ de aliquo,aut ꝓpositionẽ]id est,interrogationem,ex qua fiet syllogismus: & hæc duo ex parte opponentis.ex parte vero respondentis dicit,[aut solutionẽ]tentandũ est afferre ad syllogismũ , [aut instantiam].s.ad propositionem.& hæc tentare debet respondens. [siue recte] opponẽs [quis dicat, D siue perperam,]& hęc[vel ipse]sibi sit opponẽs,[vel alter, & vterque]disputet[ad quippiam]id est, modo vterque disputet de quodam communi,in quo possunt hæc cadere.

144 Ex his enim facultas. Exercitatio aũt facultatis gratia. Et maxime circa propositiões & instãtias.Est enim(vt simpliciter dicamus)dialecticus propositiuus & instantiuus.Est aũt proponere quidẽ vnũ facere quę sunt plura:Instare aũt,quod vnũ est,facere plura. Nã aut diuidit,aut interimit,hoc quidẽ dãs,illud aũt nõ dans eorũ,quæ proposita sunt.

Probat qđ dixerat,& dicit.[Ex his.n.]quatuor,videlicet syllogismo,ꝓpositiõe , instãtia, & solutiõe est[facultas,]qua videlicet dialectic⁹ facile disputare potest.[exercitatio aũt facultatis gratia.] exercem⁹.n.vt faciles efficiamur.ergo ĩ quatuor his,oĩs:dialectica exercitatio cõsistit. Deinde ostendit circa quæ horũ maxime est exercitatio,& facultas.& dicit,[& maxime circa propositiones] interrogatorias ex ꝑte opponentis,[& instãtias]cõtra propositiones ex ꝑte respondentis.nam ex propositiõe fit syllogismus,ex instãtia fit solutio.huius assignat causam,& dicit,[est.n.(vt simpliciter dicam)dialectic⁹ propositiu⁹,& instãtiuus.]nã(vt Alex.inquit)vniuersũm dialectici op⁹ responsio, quæ ꝑ instãtiã fit,& interrogatio est.deinde exponit quid sit ꝓponere,& quid instare,& dicit,[est aũt ꝓponere

vnũ facere, q̃ ſunt plura,]quia qui ꝓponit vniuerſale ſub quo cõtinẽtur plura, interrogat.[Inſtare aũt, E qđ vnũ eſt, facere plura. nam]qui reſpondet [aut diuidit,]& ſic inſtat & vnum facit plura,[aut interimit] vniuerſale, & ſic etiam vnum facit plura. quoniam omnia in quæ diuiſibile eſt vniuerſale, interimit, quod facere non poteſt, niſi implicite vniuerſale diuiſerit.

LOCVS DECIMVSQVARTVS.

145 Nõ eſt aũt cũ omni diſputandũ, neq; cõtra quẽlibet exercitãdũ. eſſet enim neceſſe ad aliquos prauas fieri oratiões. Sed ab eo qui tẽtat apparere, omnino diffugiẽdũ. & ſi iuſtũ quidẽ ſit omnino tentare ratiocinari, nõ tamen pulchrũ, cũ nõ oporteat aduerſus quoſlibet facile cõſiſtere. eſſet enim neceſſe inde prauiloquiũ emergere. nã & qui exercitati ſunt, non poſſunt abſtinere a diſputatione ſine altercatione.

In hoc vltimo loco docet Ariſtotel. cũ quibus ſit diſputandũ, & vult cum captiũculatoribus nullo pacto eſſe diſputãdũ. nã ex diſputatiõe cũ iſtis, nulla vtilitas habetur ad veritatis inuentionẽ (vt Alex. F inquit) dicit, [Nõ eſt aũt cũ oĩ]hoĩe[diſputãdũ, neq; cõtra quẽlibet]hoĩem[exercitãdũ.] cuius cauſam dicit, [eſſet. n. neceſſe ad aliquos]. ſ. ad captiũculatores[prauas]& captioſas[fieri oratiões,]& ſyllogiſmos, ex quib⁹ nihil ad veritatis inuẽtionẽ. [ſed ab eo, q̃ tẽtat apparere,]& nõ veritatẽ inuenire[diffugiẽdũ eſt.]Sed dices, primo Elẽchorũ dicitur cõtrariũ, nã dicitur eſſe iuſtũ reſpõdere ad ĩportunas rõnes ſophiſtarũ. reſpõdẽs dicit, [& ſi iuſtũ q̃dẽ ſit oĩno tẽtare rõcinari]& reſpõdere ad importunitates ſophiſtarũ, [non tamẽ]eſt[pulchrũ, cũ nõ oporteat]pro ſeruãdo decoro, & pulchritudine[aduerſus quoſlibet facile cõſiſtere,]& in diſputatione ſe diſponere. cuius cauſam dicit, [eſſet. n. neceſſe inde prauiloquiũ emergere.]& ad prauas ratiões venire, quæ nõ fiũt ſine altercatione & iniuriis. cuius cauſam dicit, [nã & q̃ exercitati ſunt]. ſ. in his altercatiuis diſputationibus[nõ poſſunt abſtinere a diſputatione ſine altercatione]quæ non ſunt homine, qui pro inuenienda veritate diſputat, digna. & ꝓpter hæc Alexand. ſummus paripateticus præcipit non eſſe cum omnibus diſputandum, ſed prius omnes oportet conſiderare, & cũ eis diſputare, qui inueniuntur digni communicatione. G

LOCVS DECIMVS QVINTVS.

146 Oportet aũt factas habere oratiões ad hm̃oi problemata, in quibus cũ pauciſſimorũ copia eas ad quàmplurima vtiles habeamus. Ille vero ſũt vniuerſales, & ad quas in prõptu quippiã adinuenire difficile eſt.

Vltimũ locũ aſſignat, quẽ ꝓ p̃te ſuperi⁹ (vt Alex. inquit) tradidit. & dicit. [Oportet aũt factas habere oratiões]. i. argumẽtatiões[ad huiuſmodi ꝓblemata]oĩa, de quib⁹ loca poſuim⁹, [in quibus]argumẽtatiõib⁹[cũ pauciſſimorũ copia]. i. cũ vniuerſaliũ ꝓpoſitionũ copia, (vniuerſales. n. ꝓpoſitiões pauciſſimę ſunt reſpectu p̃ticulariũ)[eas] argumẽtatiões[ad q̃ plurima]alia p̃ticularia problemata [vtiles habeam⁹.]Exponit aũt pauciſſima, quæ ſunt, & dicit, [illæ vero] propoſitiões, quæ dicuntur paucisſimę[vniuerſales ſunt, &]tales[cõtra quas quippiã inuenire in prõptu difficile eſt.]ergo rõnes, quas debemus in prõptu habere, ex huiuſmodi propoſitionib⁹ eſſe debent, quoniã ſic erimus abundi quaſi in oĩb⁹ diſputare. ¶Hæc ſunt, quę ſcripſimus in libros Topicorũ, tũ ex Alexãdri, tũ ex Herminii expoſitiõibus. habuimus aũt in verbis Ariſt. nõ paruas obſcuritates, & in ſcripturis differẽtias. nã H in codicibus græcis, qui p̃ manibus habẽtur, cõplures text⁹ fragmẽtos legimus. cõtulimus ad inuicẽ multa græca exẽplaria, & ſic ex ipſis interpretati ſumus, vt melius nobis viſum eſt. vidimus multorũ Latinorũ expoſitiões, vt Hedenalphi, vt Angeli camerinatis, vt Roberti Culuerbini, vt Britannici, vt cuiuſdã, quẽ oẽs cõmentatorẽ vocãt. Inſuper vidimus Auerrois nouas quaſdam tranſlatiões, imo potius blacteritias confuſiones, quas cum tranſlator non intellexerit, nemo poteſt eas intelligere. Inſuper vidimus Albertũ cognomẽto magnũ, qui obſcuriſſime hũc librũ expoſuit, longe tamen melius, quã expoſuerit libros philoſophiæ naturalis. In illis enim nihil boni dixit. nam ſequutus eſt tranſlationes ex arabico in latinum verſas, in quibus ſunt tot errata, quot verba. Quia vero in logica ſequutus eſt tranſlationes ex græco in latinum factas, ideo minus errauit. vidimus etiã cõplures externorũ curſus, quos non ab ratione curſus vocãt, quia nihil de verbis Ariſt. interpretãtur. Ex his igitur omnibus nihil iuuamenti accepimus, ſed ſolum inextricabiles quæſtiones quæ mouentur ad ea quæ ipſi dicunt, non autem ad ea quæ Ariſto tradit. In his abundant, & in his maiorem partem expoſitionis faciunt. Niſi igitur legeremus Alex. & Herminii expoſitiões, vix vnum verbũ bene eſſet a nobis interpretatum. Turpe enim eſt volẽtibus exponere Ariſto. libros, vt illos audeant interpretari ignorata lingua, in qua Ariſtoteles ſcripſit: nulliſque Græcis expoſitoribus iter demonſtrantibus.

FINIS.

HIC DEPRAVATA AVT IMMINVTA RESTITVIMVS, COLLATIS variis exemplaribus, tum Græcis tum Latinis.

fol.2.a.nihil dicemus repugnans. 6.fa.2.h.velut circa orationũ litigioſarum 15.fa.2.g.ad cognoſcen-
dum quid eſt quod dicitur per ſe. 17.fa.2.h.Quare vniuerſaliter figura quidem 19.a.ſedens vel muſi-
cum Socrati.Omnia enim &c. 23.b.Eſt enim hoc ſecundum contradictionem cõtrariorum.Similiter autem
& in aliis.nam contrarium eſt, quoniam oportet inimicis benefacere. 27.fa.2.f.Secundum autem quotu-
pliciter 29.c.an legibus obedire,ſi diſſentiant. 30.c.ὄγκῳ 31.c.λόγχȣ. 32.b.γνώμην.
fo.33.b.neque quando animal,vas. 34.c.ſecundum magis,vel ſimiliter. 35.b.nullius eſt differentia.
Nam homo & bos non eſt differentia ſed ſpecies, vnumquodque ipſorũ inſpicere &c. fo.39.fa.2.g.Boetius
inſerit,quæ in meo codice Græco deſiderantur.vel iuſtus eſt.nam habet dubitationẽ,quoniam ſecundũ quid al-
bus vel iuſtus eſt.Quapropter non neceſſariũ,&c. fo.44.fa.2.nã cõſtruere volentes oſtẽdemus quôniã, &c.
fo.45.h.quoniam ſi cuiuis ineſt,omni ineſt,ſi veriſimile 51.fa.2.f.aliquid vtilium ad poſitionẽ,ad illud &c.
52.b.& accõmodatũ poſitioni,nõ eſt autem &c. 57.fa.2.f.contrarium eſt.A contrario enim more eſt & hoc
quidẽ eligendũ,& illud fugiẽdum.Similiter autem &c. 67.b.vt ſi ſcientia vna plurium. 80.a. & ſic-
cis,& calidis & frigidis. 81.fa.2.e.honorabilium & laudabilium Ibidem,h.fuerint valde ſibimetipſis ſimilia.
fo.83.d.quo in tempore magis valet 85.fa.2.h.ſi hoc ſimpliciter illo melius, 89.a.eo,quod non habet,
eligibilius. 93.e.eligendũ.Et ſi vtilius eſt eligibilius,& vtile eligẽdum 95.d.ſuſcipit propriam propoſiti ra-
tionem fo.96.d.Et in corruptiuis autem,&c.fa.2.e.bonũ eſt,erit quædã &c. 101.fa.2.g.vel patiens,ſi-
gnificare videtur. fo.106.b. Quòd autem vno in eo &c. 107.d.generibus fit.neceſſe igitur &c.
fo.108.fa.2.h. de pluribus ſpecies dicitur quàm genus 109.fa.2.e.vt temperaturæ,miſturam,differentiam.
fo.110.d.videtur enĩ contrariũ.nõ igitur erit genus 118.b.datio eſt irreddibilis. d.& maius alicuius & aliquo.
fo.121.d.nõ accidet in eodẽ ſpeciẽ In hoc enim & voluptas:ira vero in iraſcibili. 122.c.vt ſophiſtã,po-
tentẽ ab apparenti ſapiẽtia ditari: aut ſeductorem,potentem decipere,& inimicos facere amicos:aut furem &c.
123.fa.2.e.ſuperabũdãtia illi adeſt,cuius eſt &c.aderit admirationi ſtupor 126.b.Si igitur ens genus aſsigna-
uerit fa.2.g.Adhæc,quando generi &c.ſi quod 127.fa.2.h.ſuſcipit magis,& neutrum eſt alterius genus.
fo.128.c.idem prædicari,& genus confiteri. fa.2.h.conſtruere ſecundum dictum modum 129.b.cum
enim alterum d.non ſunt non entis ſpecies. 131.fa.2.e.ad vnumquodque eorum quæ ſunt, ei oportet
fo.133.c.ſecundum hoc poſitum proprium. 135.fa.2.d.indiſſuaſibilem à ratione. 136.c.erit ſecũdum hoc
bene poſitũ humidi propriũ. 139.d.vt quia qui poſuit hominis proprium. 141.fa.2.h.quod poſitũ eſt non
eſſe propriũ 142.d.erit aĩal diſciplinæ ſuſceptiuũ. 143.b.erit propriũ,ſemper moueri à ſe. 144.d.in-
diſſuaſibile à ratione.nam & ſciens erit indiſſuaſibilis à ratione. fa.2.g.neque ſcientia indiſſuaſibile à ratione
fo.145.b.ſignificat autem locutione &c. vt quia qui hominis propriũ 147.fa.2.b.non erit de quo oratio ma-
gis,& nomen magis. fo.148.fa.2.h.ſecundum totum (ſecundũ enim terram,&c. 151.fa.2.h.quoduis eſt
ſumptum proprium &c.diuiduntur,exiſtente proprio aliquo contradiuiſorum, erit reliquuum reliqui proprium
fo.153.c.Impoſsibile eſt enim,idem pluriũ eſſe propriũ 156.a.eſt propriũ.neq; enim,&c. 157.fa.2.f.& ad
non ens aſsignauit &c.& ad non ens propriũ. 162.d.cõtrarii oratio 165.d.naturã eſt.quare ſuperfluum
addere ſecundũ naturam fo.166.d.qui non per priora atque 169.b.diſciplina vtrorũque videtur eſſe.
fo.170.fa.2.f. Vt corporis definitio eſt,qđ habet tres dimẽſiones,&c.quid exiſtens,quoniã magnitudo quæ tres
&c.exiſtens,quoniã animal quod ſcit &c. fo.171.d.ſed ad peius aſsignauit. fa.2.g.inferius genus.Qui vero
ipſum ſolum fo.172.d.de genere,perſpicuũ fa.2.h.ſit) ſine latitudine,aut 176.a.vel volatile infert ani-
mal. fo.178.b.Similiter autem & dubitationis 179.d.Inſpiciẽdum autem 185.b.vt habitus aut cõtrarii,
aut fa.2.e.qui non ſecundum negationem fo.195.fa.2.dictorũ autẽ neutri nullo modo. 196.fa.2.aut eun-
dem declarare quid temere eſt oſtenſum à definitione h.& magis manifeſtans quod definitur,perſpicuũ quo-
niam &c. fo.197.fa.2.g. Rurſum ex effectiuis &c.ad alterum. Nam quæcunque ſimpliciter eadem,etiam ge-
nerationes eorũ & corruptiones eædẽ,& effectiua & corruptiua fo.198.a.& maximũ. 199.fa.2.h.non
facit idem totum. fo.205.a.cõcludere.Interimenti quidem ſufficit ad vnum diſſerere.vnum enim. b.de quo
orationem & nomen fo.210.a.diſciplinam,ſi hoc voluerit ſumere,ſed 233.c.illud autem non videatur,ſi
ſimiliter quidem,ſimiliter vtiq; erit,& non. fa.2.ſed quæ nequitia?an quod facit circa id cuius eſt oratio latere
cauſam? fo.237.c.quæ ad oppoſitionem,&c.Hoc enim & ad cogẽdum multam copiam præbet &c.quæ ab
vtraque accidũt ſuppoſitione. d.Quod qui bene nati ſunt fa.2.g.Nam in his ſæpe contẽnunt. 239.c.ad
expertum.Et tentandum accipere ab iis quidem qui in ſyllogiſmis triti ſunt,propoſitiones: ab iis vero qui in in-
ductionibus,ſimilitudines.In hoc enim vtriq; exercitati ſunt. Omnino autem &c. d.quæ ſunt plura.oportet
enim vnum omnino ſumere ad quod eſt oratio: inſtare autem &c. Reliqua poterunt corrigi ſi litera Ariſto-
telis inſerta commẽtariis,cum altera conferatur:in quibus typographorum incuria in capite fol.136, verſus in-
teger ſuperfluit,qui in capite alterius faciei ſuum locum obtinet . Si qua parum caſtigata reperiantur,dabit mihi
recognoſcenti veniam æquus lector,ſi perpendat quàm fuerit arduum tot tantáque erratorum monſtra expu-
gnare,quibus totum hoc opus occupabatur.

PARISIIS.
EXCVDEBAT IOANNES LODOICVS IMPENSIS
IOANNIS ROIGNY.
M. D. XL.

25
68

calibrite
colorchecker CLASSIC
mm